titis, ſi tamen ſunt de natura petitorum, vel correlatiua, vel correſpondentia, &
ex eodem fonte, ſufficit, ſecundum Bart. in l. cum eorum, infra de ſentent. & inter-
lo. omn. iud. & dicit Bart. in l. pen. infra de ſenten. quæ ſine certa quant. proc. quod
ſi peto rem reſtitui, & poſſeſſionem rei ſpoliatæ: iudex vero non denotat ad reſti-
tutionem fundi, valet & refertur ad libellum, quod nota.
b Item no. Hoc procedebat in iure, vt ſup. no. Bald. & ſic no. quod in hoc caſu iudex
non poteſt ſententiam, ſeu laudum reformare, iuxta ea quæ habentur in l. ſi ex-
preſſim, ff. de appel. & uide in Spe. in tit. de ſenten. §. iuxta. ver. ſed ſi, & ibi. Io. An.
c Ideo in directo. An reo poſſit adiudicari directum dominium, uide Inno. in c. ex
conqõne. extra, de reſti. ſpol. Bal. in l. hęreditas materterræ. ſup. de pet. hære. & ie.
ordinarij, ſup. de rei vend. & in l. 2. in princ. ſup. communi diui. & in l. ſi a te. §. ſi
quis, & quod ibi dixi poſt Bart. ff. de exc. rei iud. & adde, l. ſed & ſi poſſeſſori in
prin. ff. de iureiu. & quod not. Bar. in l. diffamari, infra de ing. & ma. late Bald. in l.
pen. ſupra de ſenten. & interlocu. omn. iudic. & plene per Romanum in l. Pompo
nius, §. ſi iuſſu. ff. de acqui. poſſ. & Bald. in l. 1. infra vti poſſidetis.
d Item in cauſa appellationis. Quis autem dicatur actor in cauſa appellationis, vi-
de in c. ſignificauerunt, vbi glo. extra, de excep. & tex. in clem. conſtitutionem, de
elect. in ver. in ſuper & dicit Petrus de Ancha: ꝙ appellans debet agere, quando
principaliter cauſam introducit, ſed quando proſequitur principaliter, debet de-
fendere, faciunt no. in l. de pupillo, §. qui remiſſionem, ff. de ope. no. nun. per Bald.
in l. fina. §. neceſſitatem, ſup. de bo. quæ lib. vbi dicit, quod appellans fungitur vi-
ce actoris, vide Bald. in l. hi, qui ad ciuilia. de appel.
e No. ar. Circa iſtam q. poſſet allegari regula. l. 1. ſup. de cond. inde. propter authorita
tem ſnĩæ. Conſidera, aut potuit bene puniri. fa. ea, quæ hñr̃ in l. Senatus. ff. de acc.
f Pręposteratio. Faciunt no. in l. i. inf. de excep. rei iud.
g Et no. Dum allegat. §. ſi quis ex his, uide de intellectu iſtius. §. & quæ ibi dixi poſt
Bar. in l. ſi Titius, ff. de verb. obl.
And. Bar. Et no. No. caſum, in quo eſt nullus libellus, & ſententia eſt aliqua quod
intellige. quando non apparebat eius ineptitudo, uide Bald. in l. 2. inf. de re iud.
Celſ. Tu adde alios caſus, in quibus ſententia lata ſuper inepto valet per Bar. Soc.
in ſuo tracta fallen. reg. 366. eunde conſil. 146. 91. viſo. volu.
h Et ſcias. Vide Bar. in l. filium, §. ſi quis, ff. de leg. præſtan.

De dedititia libertate tollenda. *Tit. v.*

1 *Quid hodie eſſet ſi aliqua ciuitas ſe traderet populo Romano.*
2 *Nomina nullius effectus, & magni effectus quæ dicantur.*
3 *Hoſtibus ſe dantes, an poſſint apponere aliqua pacta.*
4 *Victus reddens ſe tanquam hominem mortuum in duello moribus militum approbato, ad pacta quomodo recipiendus & nu. ſeq.*

Contingebat, ꝙ populus Romanus deduxerat ad extremum
quandam ciuitatem ſibi inimicam, & ꝙ timore deſtructionis
ſuæ, ij. ſine vllo pacto dabant ſe ciuitati Romanæ. per hoc iſti re-
digebantur ad extremam ſubiectionem populi Romani, & ĩ iu
dicijs & in alijs cauſis tractabãtur tanq̃ ſerui quodam mõ. forte
a non credebatur eorũ teſtimonio abſque tormentis & in actibus
ſolennibus, ut ſunt teſtamenta, forte nõ poterãt adhiberi teſtes,
& ſic ſe habebant vſq; ad extremũ vitæ ſpiritum, in quo reaſſu-
mebant libertatẽ, ſepeliebant tanq̃ liberi, & habebat hæredem.
& iſta vocabãt libertas dedititia; quæ quia nomen verum nõ ha
1 bebat, receſſit ab aula. † Quæro ergo, quid hodie eſſet, ſi aliqua
ciuitas ſic ſe traderet populo Romano, vel alteri populo libero;
Reſpond. faceret victor voluntatẽ ſuã de eis. & tamen uitã non
deberet admittere eis, ſi erant ſimpliciter hoſtes, & nõ rebelles
Nam ſi nõ ꝑdũt libertatẽ, ergo nec debẽt perdere uitam. In tex.
no. ꝙ vana nomina, ideſt quæ nihil ſignificant, debent aboleri.
2 † Item dicit gloſ. ꝙ chimera nihil ſignificat quod verum eſt ꝓ-
prie, ſed ꝑꝑ cauſam aliquid repreſentat, vt vexillum, & ſonus
campanæ. Quot autem repreſentationes habeat ſonus campa-
b ne, dicit Io. And. ꝙ multas. Nam aliquando eſt ſignum congre-
c gandi *b* capitulum; aliquando eſt ſignum eundi ad bellum; *c*
aliquando

ADDITIONES.

a Phil. Dec. Abſq. Ad hoc multum facit, vt bene intelligas, quod ſcribit Suetonius
de Augu. cum inquit, Seruos non contentus multis difficultatibus a libertate re-
mouiſſe, cum de numero, & de condõne, & differentia eorum, qui manumittere
tur, curioſe cauiſſet, hoc quoque adiecit, ne uictus vnquam tortus, vt quis vllo li-
bertatis genere ciuitatem adipiſceretur. huiuſmodi autem amplius in iure non cõ
ſiderãtur, quia ſublata, vt in Inſt. de ſucceſ. lib. §. ſed hęc. & de lib. §. & dedititios.
b Congregandi. Vide Bar. in l. 2. infra de Decurio. lib. 10.
c Ad bellum. Vide Bart. in l. aut facta, ff. de pœnis.

aliquando eſt ſignum horarum;aliq̄n eſt ſignum factæ electio-
nis;aliq̄n ſignū obitus:aliq̄n gaudii:aliq̄n extinguēdi ignē,aliq̄n
intrandi parlamentū;aliq̄n leuandi corpus Chriſti, ut no. Ioan.
And.extra de offic.cuſto.cap.1.& iſta vocant̄ ſigna muta, ut po
3 nit Vegetius de re militari.† Vlterius not. ꝙ ſunt quędam noīa
nullius effectus,vt hic: quędam ſunt nomina magni effectus.itē
q̄dam ſunt noīa quæ repræſentant in una pſona duas eſſentias;
ut cum dico,Titius ꝓcu.Caius tutor,vt ff.de ꝓcu.l.ꝓcurator, q
pro euictione,& ff.mand.l.ſeruū Titii.qđ eſt verum , q̄n vtrūq;
a nomen ꝓfert principaliter pp ſe.Sed ſi vnū *a* ꝓfertur principal̄r,
aliud incidenter,tunc de principali curamus,non de incidēti,ut
ff.de ſtipu.ſer.l.ſi ſeruus cōis.idque q̄nq.apparet ex ordine ver-
borū,ut ibi.interdū ex implemēto qđ ex ꝯctu.oritur.v.g.ſi ꝓcu-
rator vendit rem dn̄i,primitiua obl̄o,q̄ eſt exequibilis p dn̄m,&
non per aliū,obligat dn̄m;ſcđaria uero de euictione,ſi eſt tacita;
id eſt,ꝙ in ea non ſubintelligatur alia pſona,arg.ff.de verb.ob.l.
ſi ita ſtipulatus,§.Chryſogonus. Aut eſt exp̄ſſa per ſtipulantem,
tunc ꝓcurator obligat dn̄m,& ēt ſeipſum;quia niſi aliud p teſte
tur?onus obl̄onis ſuſcepiſſe vr̄,ſp.n.in ſtipl̄onibus ineſt nomen
proprium, C.de conſti.pecu.auth.ſi q̄n.& ff.de procu.l.procura
tor,qui ꝓ euictione. Si aūt ꝓcu.vendit rem propriā, cum ꝯctus
nō ſit in plenū exequibilis,niſi p ſe,ēt primitiua obl̄o eum tene
vt ff.man.l.ſeruū Titii.iſta materia eſt ſatis extranea ab hac ru-
brica;tn̄ cum occurreret animo,volui,ſicut ſępe,potius calamo
4 cōmendare q̄ obliuiſci.† Reuertor ad rubricam,& q̄ro,nunqd
b iſti , *b* qui ſe dedidere hoſtibus, poſſint apponere aliqua pacta?
Rn̄de,ſic ſi,per victorem accetant̄, & maxime ſi interuenerūt
iura,ſiue iuret̄ inuocato pſidio diuini numinis , ſiue imperialis
culminis,ſiue ſub cōmemoratione ꝓpriæ ſalutis:licet hoc ulti-
mo caſu periurium non infamet,ut s̄.de tranſa. l. ſi quis maior.
5 † Et idem dic in duello *c* moribus militum approbato , ꝙ ſi ui-
c ctus reddit ſe tanq̄ hoīem mortuum,non pōt in eū animaduer
ti,ſed ſi aliqua pacta apponūt̄, ſunt ſeruanda. Sed opp. ꝙ non
ſint ſeruanda,q̄a facta per metū,vt d.l.ſi quis maior.ff.de ne.ge.
l.Neſēnius reſp.iſte metus eſt de nā victoriæ.& ideo, eſt licitus ,
vt no.ff.de uerb.obl.l.in executione,§.fi.& dic de iſto duello, ꝙ
interdum duellū eſt experimētū innocentiæ,& tunc init̄ demū
in defectū aliarū probationū,& eſt legibus valde odioſum,vt l.j
j̄.de gladiat.Dicit aūt Lōgobarda,ſub iſto clipeo multos vide-
mus perire:ſed pp cōſuetudinē gentis noſtrę ꝓhibere non poſ-
ſumus.in iſto itaq;duello non licet alium ꝓuocare,ſed bene li-
cet ꝓuocato ſe defendere,ſi aūt non eſt neceſſitas,nec duellum
offerre,nec ſuſcipere licet.facit quod no.Inſt.de hæ.quæ ab inte.
§.per ꝯrium.interdū duellū eſt experimētū militæ ſeu armige-
ræ virtutis,ut ff.ad leg. Aq.l.qua actione,§.ſi qs in colluctatione
& iſtud eſt tolerabile,dūmodo non fiat ex odio. interdū fit duel
lū cā publicę ſalutis.& iſtud eſt ualde laudabile,& glorioſum,vt
ff.de poſt.l.1.§.beſtias.& Inſti.de excu.tut. §. ſed ſi in bello dum
dicit;hi.n.qui ꝓ Reipublica deciderūt,in perpetuum per gl̄iā in
telligunt̄ viuere. hoc dē Cicero in princi. Quæſt.Tuſcu. dicens
inter Deos ſurſum aſſignatum locum,quo fruantur perpetua fę
licitate. Vltimo no.pulchra verba,ꝙ lex fundatur ſuper veritate
pro hoc facit.ff.de caſtrenſi pecu.l.ſi forte.

ADDITIONES.

a Sed ſi vnum.Vide quod leg.& no.in l.optimam,inf.de contra.& comp.ſtip.
b Nunquid iſti.Ad hoc facit,an hoſti ſit ſeruāda fides,quod no. Bar. in l.conuentio
num,ff.de pact.& in l.1.§.1.& ibi dixi,ff.de dolo.
c In duello.De duello dixi remiſſiue poſt Bar.in l.ex hoc iure, in princ.ff.de iuſt. &
iure.uide inf.proxime in materia quam no.Imo.in l.is,qui reus,ff.de pub.iud.& di
xi Bal.in l.is,penes quem ſup.depoſi.ꝙ duellum de conſuetudine generali eſt lici
citum. Vide Io.de Lignano in tract.de duello.
Adde Cal.conſ.1.in tit.de tre.& pace.Old.conſ.191.dixi remiſſiue in add.ac Iac.
Rebuf.in l.1.nu.2.in ver.an duellum.1.de gladiato.lib.11.poſt.Gem.in c.j,§.ſacr.
nu.7.in uer.pugnare,extra,de hom.li.6.& dixi in ſtilo parla.part.j. titu.de duello.
verſ.1.& fi.

De Latina libertate tollenda. Rubrica.

LEX VNICA.

1 *Libertas proprie dicitur Romanorum.*
2 *Libertas,quare olim improprie dicebatur Latina.*
3 *Principio ſublato,omnia principiata tolluntur.*

CVm dedititij. Dominus Azo ī,Summa po-
nit caſum in terminis totius l.
reducendo ad caſum ſummarium,dic ut in gloſ. rubri
1 cæ.† Et ad euidentiam præmitte, quod not. in gloſſ.
olim.Clarius tamē per Azo.in ſumma.dicas quod libertas pro
prie dr̄ Romanorum,olim vero dicebatur improprie latina in
multis caſibus. Erant aū latini illi qui erant uicti a Romanis
& de propriis ædibus expulſi mittebātur ad alia loca, qui uiuen
tes habebāt proprium,ſed in morte non poterant teſtari: & qa
per illa collegia gentium extranearum, tam prouinciæ ad quas
mittebantur,quam etiam populus Romanus,patiebantur iter
2 dum graues ſciſſuras;item † quia erat falſum nomen,cum Ro-
mani dicantur proprie Latini,iō tam ipſa ſubſtantia Latinę liber
tatis,q̄ ēt verborum illius obſcuritas receſſit ab Aula:quia talia
noīa reb.non conueniunt,vt s̄.tit.j.l.vnica,& quia origine ſubla-
ta.ſ.talium miſſionum,& diſperſionum per colonias . bſurdnm
eſt ꝙ remaneat imago maxime ludibrioſa,ſicut in ludo iocula-
torum,& puerorum,qui portant laruas,& barbas inſcias,ſeu fi-
ctiles. No.in iſto proæmio, ꝙ proprium legis eſt vti ſermonibus
3 quib.fit plana veritas.† Secundo no.ꝙ ſublato principio,*a* tollū-
a tur oīa principata,ſeu quæ poſt principia ſunt. Et eſt arg.ꝙ reuo
catis ſtatutis,ſunt reuocatæ omnes reformationes factæ circa ip
ſa ſtatuta.Itē eſt ar.ꝙ ſi tollerentur iſtæ partialitates.ſ.Guelphus,
& Gebellinus,ꝙ ēt ipſa noīa eſſent ſublata:& nemo amplius poſ
ſet vocari Gebellinus,vel Guelphus.facit j̄.de frum.. Ale. l.diur-
nos.In tex.ibi,quas.n.not.ꝙ duo accidentia ꝯdictoria non pn̄t ſi
mul informare idē ſubiectum , ſic j̄.ea.l.§.illud , & ff. pro ſuo l.
ancillam.Item nota hic,ꝙ qualiter quis vixit,taliter moritur.

ADDITIO.

a And.Barb.Principio.No.ꝙ ſublato principio tolluntur principata, & ſic reuocatis
ſtatutis videntur reuocatæ omnes reformationes ipſorum,quod bene not.pro his
quæ no.in c.1.de his,quæ fi.a ma.par.ca.

1 *Subſcriptio ſine viua teſtificatione non facit fidem.*

§.Sancimus. Hic ponitur primus caſus, in quo olim
Latina,hodie plena competit libertas,&
1 no.† hic in verbo, præbere, ꝙ ſubſcriptio ſine viua teſtificatione
non facit fidem , ſi litera intelligatur ꝙ fides , ſcilicet per viuam
vocem,debet imponi ſicut in codicillis .

1 *Beneficia , & præbendæ , poſſunt abſenti conferri.*
2 *Scriptura habet pro ſe præſumptionem .*

§.Sed & ſi quis. Hic eſt ſecundus caſus , in quo ſi-
ne nuncio,vel epiſtola,libertas cō-
1 fertur abſenti. Et eſt† arg.ꝙ beneficia,& prębendæ poſſint abſen
ti conferi,vt no.in l.Labeo.ff.de iureiur.nam diſpoſitio inter vi-
uos,quæ volūtate vnius ſumit eſſentiam, poteſt perfici inter ab-
2 ſentes,vt hic & s̄.de pac.l.poſtq̄, & no. † ꝙ ſiue ſcripturat dicat,
do libertatem,ſiue confiteor me dediſſe libertatem, valet,pręſu
mitur enim ſic feciſſe,vt ff.de donat.l.ex hac ſcriptura, licet non
interueniat partium pręſentia fauore libertatis.

ADDITIO.

a An.Barb.Hic eſt ſecundus.Not.caſum, in quo libertas confertur abſenti ſine nun-
tio,quod eſt mirabile,licet Doct.reſpondeant ad l.poſtquam, quia loquitur in a-
ctione reali,vide Sal.in præalleg.l.poſtquam domi.Io.in c.ueniens,de renun. Bar.
in l.non ſolum,§.liberationis,de liber.cauſa.
¶ Beneficia,& præbende quod poſſint abſenti conferri.adde præſuppoſito hoc di
cto pro uero,ſicut eſt,prout notatur per Card.in clem.1. in 3.oppo.extra de renū.
& Panor.in c.accedens,extra,de præb.quid ſi eſt abſenti collatum,an poſſit alteri
conferri,ſi non renunciauerit,etiam ſi nondum acceptauerit,& dic quod nō,imo
plus dico,ꝙ ſi conferatur,hoc caſu non conualeſcit per eius renunciationē. Idem
no.Pan.ſupra,poſt prin.quem ibi uide.

1 *Vir expellens vxorem ſine cauſa,lucrum dotis perdere debet.*
2 *Pauperes in hoſpitalibus ſunt recipiendi.*
3 *Vaſallus,an dominum alere tenetur.*

§.Sed ſcimus. Hic ponitur tertius caſus antiquę La
tinitatis,& nouæ libertatis,q̄n quis ſer
a uum ægrotum omni auxilio deſtitutū de domo expellit. Et no.*a*
ꝙ qui expellit pſonā, n̄ dēt hr̄e bona eius , & eſt ar.ꝙ ſi monaſte
rium expellit monachum de monaſterio, tenet̄ aſſignare bona
1 vt in Auth.de ſanc.epiſ.§.ſi monachus , colla.9. † Item eſt arg.ꝙ
b ſi vir expellit *b* vxorē ſine cā, dēt pdere lucrū dotis , vt ff.ſol.ma.
2 l.ſi ab hoſtibus.§.ſi vir. † Item no hic, ꝙ pauperes in hoſpitalib.
c ſunt recipiendi.& no.hic mirabile,*c* ꝙ ſi quis tenet̄ aliquem ale-
re,ſufficit ſi facit eum recipi in aliquo hoſpitali , vel domo Dei,
vel procuret ei aliquā p̄bendam . q̄đ dixi de hoſpitali , intelilge ſi
ille,q dēt alimentari, pōt ibi morari ſine dedecore , vel pp igno-
bilitatē hoſpitalis:vel quia eſt viliſſima pſona, vt ſeruus , vt hic:
3 vel ſi ad eius curam ipſe non ſufficiat,alias ſecus.† Sed nunquid
d *d* vaſallus tenetur alere dn̄m ; Dic ꝙ ſic de reditibus fundi, non
de proprijs bonis.Idem eꝯ,vt in ca.j.§.fina. an mutus vel ſurdus.
colla.9.& no.ff.de reg.iur.l.in condemnatione. Item no. arg.ꝙ
pp paupertatem monaſterij Abbas pōt cogere monachum , ꝙ
monachus pōt petere ab Abbate, ꝙ induat ipſum more conſue
ro ipſius monaſterij expenſis, niſi pp inopiam excuſetur. Item
eſt ar. in conſuetudine obſeruanda in exactionibus : de agri. &
cenſi.l.cum ſatis.§.caueant.lib.11.

ADDITIONES.

a And.Barb.Et no.quod ſi monaſterium expellit monachum, poteſt cogi monaſte-
rium aſſignare ei bona eius;quod intellige, quando non expellit eum propter deli
ctum,alias ſecus,vide D.Ant.& Car.& plenius D.Io. in c.quod ad te. de cler.con-
iug.& quod no.in c.ex tranſmiſſa de renun.& c.ex eo.& c.ſtatuimus , de reg.n
b Si vir expellit.Facit ad no.per Bal.in l.fi.inf.de ſent.quæ ſine cer.quan.pro.& uide
Bar.poſt Cy.in l.quod in vxorem, ſup. de neg.ge. & quæ ibi.
c Mirabile.Vide l.necare,& quod ibi glo.de lib.leg.
d Sed nunquid. Vide Bar.in l.alimenta,§.1.ff.de lib.agn,& eundem Bar. in tract.ali-
mentorum, prope finem.

1 *Argumentum quod quiſque iuris ſtatuit, eodem iure vti debere.*
2 *Sententia diffinitiua, fortior dicitur, quam ſententia ſtatuti.*

§. Similique modo. Hic ē quartus caſus, ĩ quo libertas obuenit olim latiua, hodie Romana.ſ. qñ quis cogit ancillam peccare in corpus
1 ſuum.† Et no. *a* hic arg. ꝙ quis tenetur ſeruare legem, quam alijs
a impoſuit. & eſt ar. ꝙ ſi Eps excommunicat facientes furtum, &
ipſe facit furtum, ꝙ ipſe ſit excõicatus. nec obſtat ſi dicat̄, quod
non põt excõicare ſeipſum, quia quoties ſuperior cauſa cum inferiore concurrit illud quod non põt inferior cã ex ſe, põt virtute cauſę ſuperioris vnde quia cã ſuperior. *i.* authoritas iuris canonicis ↄcurrit cũ ſtatuto epi, ligat potius a ſuperiore, q̃ a ſeipſo, vt no. Cy. s̃. de ſacroſ. eccle. auth. quibuſcunque modis. & Archi. in c. 2. de conſti. lib. 6. Sed Io. And. diſputando tenuit ↄ̃rium. quia nõ põt quis ſibi præcipere vel vetare, vl l. penu. ff. de arbi. & *quia ſicut ſnĩa* hoïs non ligat proferentem, ita nec ſnĩa ſtatuti ligat promulgantem: quia cũ cã immediate non poſſit effectum ꝓducere, ſic nec cauſa generalis ſiue remota illum effectum ꝓducere põt, exemplum in cõtractu & obłone: nam obligatio eſt cã immediata, qua ſublata, impoſſibile eſt ꝙ actio oriat̄ ex ↄ̃ctu & ꝙ cã immediata ſit potius reſpicienda. no. in l. ſi mulier. ff. rerum amo. cauſæ igitur gñales in tm̃ operantur, inquantum reducuntur ad ſpecies, vt ff. de pac. l. iuriſgentium. in princi. modo ita eſt, ꝙ ſicut ſe habet genus ad ſpeciem ſic ſe habet ius commune ad ſtatutum, vnde potius debemus conſiderare naturam ſpecifici ſtatuti, q̃ naturam iuris cõis. igitur qui non poteſt ſe in ſpetie ligare vel ſoluere: ita nec ſub gñaliter verborum, & iſtud non procedit, quia cõe ius non poſſit: ſed quia ſtatutum non includit, nec includere poteſt diſponẽtis ꝑſonam. Amplius licet ſnĩa excõicationis nõ ſit ciuilis, nec criminalis, ſed medicinalis, quo ad intentionem excõicantis: tñ per ↄparationem debet aſſimilari, & ſimiles caſus inueniens, ꝙ quis in ſeipſum non dicit ius † itē fortior eſt ſnĩa diffinitiua q̃ ſnĩa ſtatuti, cum ſnĩa diffinitiua trãſeat in rem iudicatam, licet ſit iniquiſſima, ſed ab iniquitate ſta-
b tuti ſemper poteſt ſupplicari *b* principi, quod ergo per ſententiam *diffinitiuam* fieri non poteſt repugnãte natura actus, ſimiliter nec per ſententiam ſtatuti.

ADDITIONES.

a Eno. An ſtatutum liget condentem. Vide Bart. in l. Lucius Titius. & ibi dixi poſt eum, ff. de fideicom. lib.

b Supplicari. Ad hoc no. per Bal. in l. fi. eum materia, ff. de app. reci.

1 *Habitus longo tempore publice portatus. talem probat eſſe interius, qualē exterius repræſentat.*
2 *Populus illud non debet.*
3 *Hæredis conſenſus ante aditam hæreditatem nihil operatur.*
4 *Tacere in aliorum deceptionem nocet.*

§. Sed & qui domini. Hic no. quod repręſentatio debet repræſẽtare ue
1 rũ, nõ falſum. Item. no. arg. a repræſentationibus, & iõ habitus *a*
a & tonſura longo tpe publice portata, talem ꝓbat eſſe interius, qualem exterius repræſentat. Et ſcias, ꝙ erat ↄſuetudo, ꝙ liberti, qui ducebant funus dñi, vel antecedebãt, irẽt cum pileo in capite: ſerui aũt tanq̃ viles nõ ferebant corpus dñi. ↄtingebat autē, ꝙ interdũ ſeruis imponebat̄ pileus & decipiebant̄ oculi omniũ qui credebant ꝙ teſtator, vel hæres eius pietate motius liberalſet eos, ne igitur populus decipiatur, & vt ſignũ oſtendat ſignatum, olim Latina, hodie Romana cõpetit libertis, & ſi hoc fuit
3 factum de volũtate teſtatoris, vel hæredum.† No. hic argu. quod
b populus non debet illudi. Et facit ↄ̃ Cardinales, *b* qui dicunt ſe coronaſſe Papam fictitie. ſed ipſi dicunt ꝙ fecerunt per metum itaꝙ interdum eſt licitum fingere, vt l. 1. §. non fuit. ff. de dolo. Item ſi non valet electio, nõ valet coronatio: quia non põt intrari ad apoſtolatum, niſi ſors electiua cadat ſuper eum, ſicut patet in electione Beati Matthiæ. Item in §. noſtro requiritur volũtas vnde ſi qs ꝑ totam vrbem portaretur per populum & clericum coronatus, tanq̃ Papa, ñ tñ eſſet Papa. Dico igitur ꝙ electio Papæ eſt potius diuina q̃ humana: & ideo alias niſi per iſtud oſtium intret̄, impoſſibile eſt ad Papatum peruenire. & iſta eſt veritas.
3 † Deinde no. ſm glo. quod conſenſus hæredis ante aditam hæreditatem nihil operatur, ſed conſenſus teſtatoris ſic, in his, quæ
4 trahunt ſecum executionem.† Item no. ſm glo. quod tacere *c* in
c aliorum deceptionem, nocet.† Item collige arg. *d* ad equos, qui
d ducuntur ad ſepulturam militum. Item ad cereos, ꝙ debeant remanere fratribus ſepelientibus: quaſi ſequela cadaueris, argu. ↄ̃ ff. de aur. & arg. l. medico, §. fin.

ADDITIONES.

a Ideo habitus. Vide quod no. Bal. in l. directis. ſup. de teſt. man.

b And. Barb. Contra Cardinales. Vide c. bonæ. de poſt. præla. cle. cum illuſio, de renun. c. tenor. de re iu. vbi fuit illuſus iudex & excommunicauit illudentem, c. 1. de alie. iudi. c. dilectus. el 2. de præben. & c. ſuggeſtum, de app. & ibi Dom. Cardi. tex. in c. licet, de offi. deleg. c. intimaſti, de ap. c. auditis, de procu. glo. ibi alle. tex. l. 1. §. decretalis, ff. de ſucce. edi.

c Tacere. Vide inf. eo. auth. ad hæc.

d Argumen. Decidere rem ſecundum conſuetudinem regionis, arg. l. excepto cum fi. ſup. loca.

And. Barb. Argu. no. quod equi & cerei, qui ducuntur ad ſepulturam militum, debent remanere fratribus. Vide quod nota Io. de Imo. in cap. fi. de re. eccl. non alie.

1 *Superuacua adiectio non vitiat.*
2 *Proteſtatio contra Imperium miniſtri legis non valet.*

§. Illo proculdubio. Iſte ver. eſt notabilis, pone aliqs ĩ teſtamẽto dixit, relinquo ſeruo meo Latinam libertatem: nunquid per hoc verbum, Latina. minuat̄ ſtatus libertatis? & dicit imperator ꝙ non
1 quia † ſuperuacua adiectio non vitiat. Et no. ꝙ arctatio non arctat id, quod arctari non põt· ſic nec proteſtatio: niſi ſubtrahat̄ conſenſus ab actu, nam tunc vitiat in dependetib. a ↄſenſu: Vel dic, ꝙ quatuor ſunt virtutes legis: in trib. nõ valet ꝓteſtatio, ſ. qd̄ lex imperat, vetat, vel punit. in quarta. ſ. qñ ꝑmittit, valet ꝓteſta
a tio. Et per hoc ſoluit̄ qõ, ſi qs *a* rñdet libello ꝑ̃miſſa ꝓteſtatione: ꝙ nõ intẽdit litē ↄteſtari, nã ſi. quidem eſt iuſſus a iudice, ꝙ litē
2 ↄteſtetur, non † valet proteſtatio ↄ̃ imperium miniſtri legis, ſed ſi iudex nõ iubet tũc ↄteſtari, vel non ↄteſtari, eſt voluntariæ iuriſdõnis, & iſta ꝓteſtatio tenet, & ita debet inlelligi, qd̄ no. in l. j. s̃. de lit. conte. Item eſt ar. ad ingredientes monaſterium, ꝙ licet ꝓteſtentur ſe uelle retinere bona, talis ꝓteſtatio vitiet̄, & non uitiet, præſertim fauore religionis; nam religio abhorret pacta ſeculariũ: nam oĩs religioſus eſt emancipatus a ſeculo temporali.

ADDITIO.

a And. Barb. Si quis. No. ſi quis iubeatur a iudice litem conteſtari, licet contra proteſtetur, non valet proteſtatio. vide Bal. in l· qui alieno, §. fi. de acq. hær.

Cel. Adde Bar. in l. 1. n. 7. procedo vlterius & quæro. & quod ibi appoſui ad ipſum, in ver. non animo conteſtandi litem. C. de liti. dixi poſt Colle. in c. generaliter, nume. 2. in ver. pro litis conteſt. haberi. extra, de pac. & Matheſi. ſin. 63. incip. No. cautelam. ubi prouidet contra talem cautelam.

1 *Libertas non mutatur ſed qualitas.*
2 *Cauſæ mutatio inducit mutationem effectus.*

§. Sed & ſi ſub conditione. Iſte verſ. eſt notabilis, olim ſtatus depẽdens a libertate ĩ libertatē, Latinus vocabat̄, nũc
1 Romanus dr̄. Et no.† ꝙ nõ mutat̄ libertas, ſed eius qualitas. fa-
2 cit. ff de hære. inſti. l. 3. §. qui fideicommiſſariam. Not.† ꝙ mutatio cauſę inducit mutationem effectus.

1 *Iuri ſuo quis non cogitur renunciare.*
2 *Seruus poteſt conſequi per alium, quod non poteſt per ſeipſum.*
3 *Repugnantia non conueniunt, nec ſimul morantur.*

§. Illud etiam. Hic ponit̄ caſus, in quo per ſnĩã hẽt locum ius offerẽdi. ĩ quo caſu qſq; extraneus põt offerre. ſ. qñ pro ſeruo pronũciatio offert̄ victori pretium, ſed certe hic non fuit ſtatutum in finib. oblationis, ſed
1 dñs ſponte ſuſcepit; nõ enim poteſt ad hoc compelli, quia† non
2 cogitur iuri ſuo renunciare.† Item ſm † gl. poteſt ſeruus conſe
3 qui per alium, quod non poteſt per ſeipſum. Item not.† illud verbum de repugnantibus.

Non bene conueniunt, nec in vna ſede morantur.

No. iſtud verbum elegans, ipſe ſibi quodammodo libertus inuenitur. quaſi dicat. ius quod conſueuit habere patronus, habet ipſe libertus in ſeipſo. & poteſt dici libertus francus, ſicut nos dicimus feudum francum. i. ſuijpſius, paucis domino reſeruatis, ar. in l. fi. s̃. de bo. lib.

1 *Ancilla efficitur libera per maritum.*
2 *Dotalia inſtrumenta conſueuerunt inter nobiles interuenire.*

1 §. Sed & ſi quis. Not.† ꝙ ancilla per maritum efficit̄ libera, ſi dñus eã maritet & do-
2 tet. h. d. Item not.† ꝙ inter nobiles conſueuerunt interuenire dotalia inſtrumenta. Itē no. in verbo, conſentaneum effectum. ar, ꝙ ipſo facto aliquid declaratur. & eſt arg. ꝙ per inueſtituram feudum declaratur. Item, ꝙ per inueſtituram probatur cauſa.

1 *Iudex ſecularis aliquam eſſe famulam, an pronunciare, poſſit.*
2 *Filiafamilias de dote ſine conſenſu patris, an agere poſſit.*
3 *Domino propria authoritate aſcriptitium ſuum capere licet.*

AVTHENTICA.

a Ad hoc. Not. ꝙ ille, qui ex ſtudio tacet in alterius deceptione, perdit ius ſuum. item no. *a* ꝙ iſta dictio ex ſtu-

ADDITIO.

a And. Barb. Item no. De verbo, ſtudioſe, uide Ang. in auth. ad hoc, & tex. l. 1. §. huius ſtudij. ff. de iuſti. & iu. & ibi Bald. dicit, ꝙ ſi cauetur ſi quis malitioſe fecerit maleficium, intelligitur voluntarie cum applicatione animi & in maleficijs uerbum ſtudioſe, ſignificat malum animum, id eſt doloſum, & de iſto verbo vide tex. cap. quæſitum, de pæ. & tex. in c. ſicut, in verſ. ſtudioſe, de cohabi. cle. & mulier, & c. cũ ab omni, de vi. & ho. cle. Ang. in §. ſi vero ab initio. in Auth. de nup. & in l. 1. C. de his, qui ſe defe. lib. x. vide tex. c. quã ſit, §. pe. de ele. in 6. in ver. ſtudeant, ꝙ non ſufficit petere conſenſum, ſeu confirmationem, ſed debet inſtare, & cum inſtantia, petere. vide l. fi. in fi. ſup. de epi. & cle. ver. ſtudioſiſſime. vide tex. & ibi dixi in ca. ex ſtudijs, de præſum. & c. vigilanti ſtudio. de præſcri. vide Ang. in Auth. de reſt. in uer. ſtudio. quia fingitur malitia, ſecundum eũ alle. tex. in Auth. vt exac. inſtan. §. fi. & ibi uide ēt per Ang. & uide tex. l. 1. ver. ſtudent. inf. de rap. virg. Ang. in l. 1. C. de theſa. li. 10. uide c. ex trãſmiſſa. uer. ſtudioſis. & c. audita, de reſt. ſpol. tex. in c. præterea, de teſtib. cog. c. ſicut, el 2. de iureiu. in uer. ſtudeas, cap. 2. de offi. dele. c. 2. de adop. c. ſignificaſti. el 3. c. peruenit. de homi. in uer. ſtudio. c. lator, de re iud. in uer. ſtudio, ubi pro malitia capitur. uide Bal. in l. conſti. ff. in fin. uer. tex. in cap. irrefragabilis, §. fi. de of. ordi. uide quod no. Inno. in c. prudentiam, de of. deleg. qñ committitur aliquid ſtudioſe fieri. uide c. qualiter, de pac.

ex ſtudio,ſiue aduerbium ſtudioſe,ſignificat malitiam & dolo-
a ſitatem.item no.*a* ꝙ ſi declarat famulla aliqua,declarat matri-
1 monium non tenere.† Quæritur igitur,an iudex *b* ſecularis poſ-
b ſit hoc pronunciare?& vr̄ ꝙ non:quia cauſa matrimonialis ita
nāliter pertinet ad forum eccleſiæ, ꝙ nec principaliter,nec in
cidenter cadit in iudice ſeculari,vel laico;quanq̄ ſint quædam
cāæ,quæ non ita naturaliter pertinēt ad forum eccleſię, de qui-
bus incidenter pōt cognoſcere iudex laicus,ſed non principali-
ter,ſicut eſt cauſa vſurarum argumen.s̄.de iudici.l.quoties, de
hoc tñ dic ut not.archid.11.quæſt.1.§.1.& quod no. in clem. di-
c ſpendioſam,de iud.in clem.in cōtrarium vr̄ *c* per iſtam auth.nā
ſi imperator non eſſet iudex in pronunciando:ergo non eſſet iu
dex in ſtatuendo.& ſic ſtatutum huius auth.eſſet nullum.quam
uis ergo iudex laicus non poſſit ꝓnunciare ſup fædere mr̄imo-
nij,ita ꝙ ſnīa faciat ius ſuper ſnīa matrimonij,tñ bene poteſt ꝓ-
nunciare ſuper patria poteſtate,vel quod teſtamentū nō valeat
2 tanquā a filio familias factū.† Vel ꝙ filiafamilias,nō poſſit age
re de dote ſine ꝯſenſu patris,vt ff.ſol.ma.l.Titia.vel dic cautius,
ꝙ iudex ſecularis non dicet,ꝓnunciamus ſup matrimonio, ſed
adiiciet ꝑ modum cauſæ,videlicet teſtamentum nō valere,quia
factum a filiofam.ver filium ſuccedere,quia legitimus eſt, nam
aliud eſt directo ꝓnūciare, aliud ꝑ modū cāę,vt.l.1.s̄.de ord.iu.
3 vel dic vt dixi in d.l. quoties.† Deinde not. ꝙ licet dño propria
d authoritate aſcriptitiū ſuum capere, & plagis mediocrib. caſti-
e gare.Idem licet nobilibus *d* de hominibus ſuis.*e*

ADDITIONES.

a Item no.De hac quæſtione latius vide in auth.ingreſſi.ſup. de ſacroſan. eccle.
b An iudex.Vide plene in l.omni.ſupra de ſacroſan.eccleſ.& quæ ibi dixi poſt Bar. per Bal.in l.eos.in fi.ſupra de vſur.
c And.Barb.In contrarium videtur.An iudex laicus poterit incidenter cognoſcere de cauſa ſpirituali, vide Bald.& Ioan.de Imo.in l.Titia. ff.ſolu. matri. Bal. ſup.de ſacroſan.eccle.l.omni inuocatione.& ibi Bar.in l.quoties,ſup.de iudi.& vide eundem in l.1.inf. de confeſ. vbi dicit quod arbiter incidenter poteſt cognoſcere de cauſa liberali.vide tex.ſecundū lec.gl.valde no.in l.cum propona,ſup.de reb.credi.Bal.in auth.ei qui,inf.de bo.auth.indi.poſ.Spec.in titu.de conuen: & reconuē. gl.in c.cum ſit,de foro compet.& in clem.1.de vſur. & c.ex. literis.de iniur. & in c.fi.de iud.lib.6.& caſum contra commune opin.in c.poſt miſerabile,de vſu.&c. propoſuit,de homi.& c.ſi iudex laicus,de ſenten.excommu.lib.vi.& vide tex.ſingu.ſecundum Moderniores in c.per tuas de arbi.quod ſi compromittitur in laicū, & clericum in cauſa ſpirituali,teneret laudum,& ita tu poſſis ſuſtentare Bald. in l.1.inf.de confeſ.& an ſuper vſuris poterit in laicum tantum compromitti. Modernio.in d.c.per tuas,in repetitione,dicunt ſe hanc quæſtionem non legiſſe alibi,ipſi non dicunt,ꝙ quando daretur materia fęnerandi ex laudo,ſicut alias viderunt,non poteſt in laicum compromitti.nam ſicut non valet arbitrium ſimoniacum vt c.2.de arbi.ita nec fœneratitium.& ſic dicunt, quod ſuper vſuris futuris non poteſt compromitti,ſuper præteritis bene poteſt , quod limitant, cum compromiſſum ſponte ſit,ſecus ſi coacte.non enim poſſunt vſuræ repeti non obſtante laudo,ita notanter tenet Ioan.And.in addi,Spec.in tit.de vſu.Dyn.in regula,peccatum,Fed.de Senten.conſ.18.aliter dicunt, videlicet aut eſt quæſtio facti & poteſt compromitti , aut iuris, & non poteſt,vt tenet Bart.in l.Titia.ff.ſolu.mat.& an poterit compromitti in laicum in cauſa beneficiali,vt in arbitratore, vide Moder.in l.Titia,pręalle.& Bal.in l.2.ſup.de ope.libe.dicit quod de iuramento ſuper contractu ſimulato poteſt ſecularis indiſtincte cognoſcere.
d Nobilibus.Facit in arg.l.j.de his qui ſunt ſui,vel alie.iuris,& l.j.inf.de emē.ꝓpin.
e Suis.Et quid in ſeruis,an & quando dominus famulos verberare poſſit,& non eos verberando pęnam mereatur,uide pereleganter per Ale. in conſi. 35 .3.par. Et an de crimine punire poſſet,per Bar.in l.j.circa fi.ff.de his,qui ſunt ſui,uel ali.iur. & l.j.C.de emen.ſeruo.& illic per eundem,an incarcerare poſſit, de quo etiam in l. ſi certus.ff.ad Syllan.& l.ſi ſeruum,de verb.oblig.

1 *Papa aliquos in filios recipiens,videtur eos eximere a iuriſdōne Epiſcopi.*
2 *Figura iudicij vnde dicatur.*
3 *Figura multis modis dicitur.*
4 *Argnmentum,quod ſi non valet quod ago,ut proprie ſonat,valet ut improprie.*
5 *Vſurarius manifeſtus dicitur,qui apud acta ſe confitetur vſurarium.*

§.Similique modo. No.ꝙ ille,qui ſeruū ſuum vocat filiū ſuum, non in ſe
certo,ſed publice,interuenientibus actis,& quaſi in figura iudi-
cij,ꝓſumitur ipſum in tm̄ diligere,ꝙ ei libertatem donet,pp plu
ra concurrentia.primo,quia nominat eum filium,& quia publi
ce,& quia ſolenniter apud acta:nam acta debēt aliquid operari
1 † Item no.arg.ꝙ ſi dn̄s Papa recipit aliquos in filios,eo ipſo vide
tur eos eximere a iuriſdōne Epī.Sed ꝯriū eſt verum,ut in c.ſi Pa
pa,de priuil.nō ob.hic §. qa dic nulli alij ext. dn̄m paraꝛ ꝑiudiciū
ſed paraꝛ ꝑiudiciū ordinario,ar.j̃.de emāc.li.l.nec auus.cū ſimi.
2 †itē no.hic optimū tex.Nā quędā *a* ſunt,q̄ fiunt in figura iudicij:
a vt ea quæ expediunt inter litigantes,& dr̄ ꝓprie figura iudicij *b* a
b litis cōteſtatione incluſiue,vſq;ad ſnīam incluſiue, ſed ante lit.
c conteſt.ꝓpriæ non dr̄ figura:quia nondum eſt iudicium, ſed ꝑ-
iudiciū iudicij,ut in Auth.in medio litis non fieri ſac.iuſſio.§.fi.
collat.8.item poſt ſnīam non proprie dr̄ figura iudicij.quia ter-
minus iudicij eſt diffinitiua ſnīa:quædam vero dicuntur fieri ī
quaſi figura iudicij vt ea quæ ſunt apud acta per modum volun
3 tariæ iuriſdictionis text.eſt hic not.† porro figura capitur mul-
tis modis.uno modo pro ſuperficiali apparentia,vt s̄.de edic.di
ui Adria.toll.l.fin. Secūdo modo pro quadam ſimilitudine: vt
hic.Tertio modo pro ipſa ſubſtātia veritatis,vt ſcribitur j.ad He
4 bręos,figura ſubſtantia eius.† Deinde gl.no.hic arg. quod ſi non
valet qđ ego,vt ſonat proprie,valet vt improprie,vt ff.fam.erc.l.
& puto,§.1.Not.optimū text.ibi,& hoc non ſecreto,neq; inter
ſolos amicos. quędam fiunt in ſecrero , quędam inter amicos
quanq̄ plurimos,quædam paſſim,& euidenter & in oculis oīū,
vel maioris partis ;& hoc tertio modo dr̄ vſurarius manifeſtus.
5 †Idem ſi apud acta cōfitetur ſe vſurarium,nam eo ipſo efficitur
manifeſtus , etiam ſi adijciat , confiteor me vſurarium, ſed non
manifeſtum:nam nihilominus vſurarius in futurum manifeſtu
c *c* eſt,argu.huius §.

ADDITIONES.

a Nam quædam.Dixi in auth.clericus,in uerſi.habere formā. s̄.de Epi. & cleri.
b And.Bar.Figura iudicii.No.ante lit.conte.non proprie dici iudicium.uide gloſſ.l. iudicium, ff. de iud.D.Abb.in rub.de iud.
c Manifeſtus. Quis dicaꝛ vſurarius manifeſtus,uide Bar.in l.2.ff.de fur.& quod no. Bald.in l. ea quidam,inf.de accu.Item manifeſtus dicitur,qui coram ſeptem teſtibus dedit ſub uſura, vt per Bal.in l.hæredes palam,in princ. ff.de teſta.argu.illius tex. & an fiat manifeſtus per ſuam ſcripturam , uide Bald.in l.ſcripturas ,inf. qui pot.in pig.ha.ſed Bal.fuit ſibi contrarius in l.fi.infra de confeſſis.

LEX VI.

1 *Inſtrumentum cancellatum produci ab aliquo debitore ,an ſufficiat.*
2 *Iuramentum ex præſumptione, an deferatur .*
3 *Inſtrumentum cancellatum producens,non probans,an interrogari debeat qua ex cauſa fuerit cancellatum.*
3 *Inſtrunenti redditio facit præſumere tantum pactum de non petendo.*
5 *Pignore reddito ius debiti an ſit ſolutum.*
6 *Caſus fortuitus,an officiat inſtrumento.*

Ille autem. Iſte eſt notabilis verſi.pone.dominus emit
ſeruum; tandem inter dominum & ſeruū
orta quæſtione,ſeruus dicit ſe manumiſſum, & ad hoc proban-
dū producit inſtr̄m emptionis ſuę caſſum & cancellatum, ꝙ di
cit ſibi redditū a dño ſuo.dicit Imperator , ꝙ debet ꝓbare iſtud
inſtr̄m fuiſſe ſibi traditū a dño ſuo,adhibitis ad hoc quinque te-
ſtibus:alias non arripitur in libertatem , ne furandi occaſio ſer-
a uis detur.Et not.ꝙ *a* hoc caſu eſt falſum iuſpatronatus.† Quærit
1 gl. nunquid *b* ſit idē in alio debitore producente inſtr̄m cancel-
b latum? Reſpondet:ꝙ hoc nō ſufficit debitori,niſi probet inſtr̄m
ſibi redditum.q̄uis aūt non ſufficit ad plenam:tñ facit magnam
pręſumptione. ita dicit gl.no.vnde cum uno teſte de veritate,q
teſtificatur de ſolutione,vel de pacto de non petendo,erit tutus
debitor.dic,aut inſtr̄m reperiꝛ penes debitorē.& tūc ſi probat ſi
bi redditum,præſumitur liberatus,ſiue ſit cancellatum, ſiue nō,
vt ff.de pact. l. Labeo, & ff.de proba.l.ſi chyrographū. aut nō pro
bat redditū : & tūc n̄ pręſumitur liberatus.ꝑſertim ſi ſit domeſti
cus, vel familiaris ; ne deꝛ occaſio delinquēdi,ut hic.aut reperiꝛ
penes creditorem:& tunc aut non cancellatum.& tunc non prę
ſumitur debitor liberatus,niſi hoc probet, ff.de leg.j.l.huiuſmo
di §.ſi cui.aut eſt cancellatū,& pręſumiꝛ debitor liberatus.& eſt
verum,etiā ſi in protocolo Notarij appareat integrum. & hoc
verū,niſi debitor ſit tam domeſtica perſona,ꝙ ipſo idem potuiſ
c ſet cācellaſſe,ar.huius §.ſed ꝯtra ꝑdicta opp.& vr̄, ꝙ per inſtr̄m *c*
cancellatum ꝓbeꝛ debitum,non aūt liberatio , vt l.fullo ſarcina
tor,§.qui tabulas,ff.de fur.vbi expreſſe dr̄,ꝙ ex inſtr̄o cancellato
penes debitorem reperto probat creditor pecuniam ei ſolutam
fuiſſe debitam. Sol.ibi conſtat debitorē ſubtraxiſſe.Itē & ſi hoc
non conſtaret,ex quo eſt ſolutum,per inſtr̄m cancellatū tñ præ-
ſumitur fuiſſe debitum.vbi aūt nec de furto,nec de ſolutione ap
2 paret per inſtr̄m cancellatū,ꝓſumiꝛ liberatio.† Modo ego *d* quæ
d ro,nunquid ex tali ꝓſumptione.deferaꝛ iur̄m? Reſpon.non:quia
q̄n ꝓſumptio pōt elidi,non defertur iur̄m ex ea.ſed hic poteſt eli
di:quia non apparet de cā,niſi probeꝛ redditum a creditore : &
tunc nō eſt opus ꝙ deferaꝛ aliud ſacramentum , quia præſumiꝛ
liberaliter redditum,& factū pactū tacitum de nō petendo,vt d.
3 l.Labeo. † Modo quæro, nunquid q̄n debitor producit inſtr̄m
cancellatū, & non probat ſibi redditū , poſſit debitor interroga-
ri,qua cā fuit cancellatum? Reſpondeo ſic , vt s̄.de tranſa.l.age
cū Geminiano.& ſi dicat ex cā donationis,nullā præſumptionē
facit,vt ff.de proba.l.cū de indebito.Si aūt dicit ꝙ ſatisfecit,facit
qualēqualē præſumptionem,& ita intelł̄r quod no.Cy.s̄.de pro
4 ba. l. ſi de poſſeſſione . † Sed ſtatim quæritur : quare per reddi-
tionem inſtr̄i præſumitur tacitum pactum de non petendo.Re-
ſpondeo.quia qui tradit inſtr̄m,rem tradere vr̄,vt j̃.de dona.l.1.
rei autem traditio hic non eſt aliud, quam ipſa liberatio, vt ff.de
cond.ob cau. l.ſi mulier.ff.de iure do.l.ſi ſponſalibus,§.1.& not.
s̄.de tranſac. l. ſub prætextu. in glo.ſic ergo . Denuo quęro quid
ſi debitor

ADDITIONES.

a And.Barb.Et no.ꝙ. De inſtrumento debiti reperto apud debitorem, uide Bar.in l. Labeo,ff.de pactis.& de lib.leg.l.ſi quis.§.nunc de effectu.
b Nunquid,Vide plene Barto.in l.Labeo,ff.de pactis.
c Per inſtrumentum.An per inſtrumentum cancellatum ꝓbetur debitum ꝑceſſiſſe, uide Bar.in l.qui tabulas,& ibi dixi,ff.de fur.
d Modo ego. No. ergo.ex præſumptione non deferri iuramentum de quo uide Lud. in l.admonendi,ff.de iureiu.& ibi Bart.& Bal.in l.ſi fundum,ſupra de rei ven.& in l.in bonæ fidei.ſupra.de reb.cred.Bal.ſup.in rub.de fide inſtrum.

a ſi debitor *a* habens inſtrm̄ pacti de non petendo, reddit dictum
inſtrumentum creditori.vtrū videatur feciſſe pactum de petē-
do?& vr̄ ꝙ ſic:qa tacite videtur renunciare iuri ſuo, & promit-
tere nō vti illo inſtrō, vt s̄.de pac.l.pacta nouiſſima.ij.reſpond.
nam qui renunciat probationi,etiam iuri renunciare vr̄,qm̄ in
probationibus ius continetur, vt s̄.de fid.inſt.l.aduerſarius.In
ꝯrium videtur:quia pactum de petendo non tenet ſine cauſa, l.
b 3.*b* §.circa.de except.doli.ſecus in pacto de non petendo, vt ſu.
de pac.l.tale pactū.in prin.nō ob.l.Labeo.quia fauorabilior eſt
5 liberatio q̄ oblo.† Quæro, *c* quare reddito pignore non ſolui-
c tur ius debiti principalis? Rn̄deo, quia acceſſoriū non eſt poten
tius quam ipſum principale. Sed econtra caſſo inſtrō principa
d li, & acceſſoriū caſſatur.vnde ſcias, *d* ꝙ ubi eſſet hypotheca ſi-
ne principali: tunc reddito debitori pignore, omnis obligatio
eſſet ſublata, exemplū ff.de publica.l.cōmiſſa.& j̃.de luitio.pi.l.
intellige.Itē ſcias ꝙ reddito inſtrumento debitori, etiam fide-
iuſſor vel mandator eſt liberatus:quia non reperit, ꝙ fideiuſſo
9 ria oblo ſtet p ſe ſingulariter, ut no.ff.ad Treb.l.ſi hæres pecu-
niam,Vltimo quæritur,nunquid caſus fortuitus officiat inſtru
mento? Reſpon.nō, vt ſupr.de teſta.l.non idcirco.& ff.de edē.
l.argentarius, §.cum autem.& ſup.de proba.l.ſi de poſſeſſione.
& d.l.fullo,vel ſarcinator,§.vlt.

ADDITIONES.

a Quid ſi debitor.¦De hoc vide quod no.Bart.in l.Labeo, ad fi.ff.de pact.
b L.2.Melius.in l.iuriſg.§.ſed cum nulla,ff.de pact.
c Quæro,Vide Bald.in l.Labeo.ff.de pac.
d Vnde ſcias.Vide in l.ſi hæres pecuniam, ff.ad Treb.

1 *Derogatoria primo debet ſcribi verbis ſpecialibus,demum generalibus.*
2 *Lex,quæ facit mentionem liberatis,intelligitur de plena libertate.*
3 *Clauſa reuocatoria legis,vel ſtatuti, reuocat eatenus,quatenus repugnan-
tia reperitur.*

1 §. His tantūmodo. No. † in iſto verſ.quomo-
a do derogatoria *a* dēt ſcri-
bi primo uerbis ſpecialib.ſecūdo gn̄alibus,ut patet ibi,& ſi qua
alia lex,&c.nec reperitur alibi iſtud formularium melius.Item
2 †not.in text.ibi,ſi aliqua &c.ꝙ ubi lex facit mētionē libertatis,
3 intelligitur de plena libertate, ſcilicet Romana.Item no.† val-
b de *b* notabilem tex.ibi dum dicit, quātum ad eam partem, &c.
ꝙ clauſula reuocatoria legis, vel ſtatuti contrarij, reuocat eate
nus, quatenus repugnantia reperitur,& non in alio.& ſic no.le
gem vel ſcripturam pro parte tenere, & pro parte non tenere
ita hic dicit gl.ſingularis,& menti tenenda.

ADDITIONES.

a Quomodo derogatoria. Vide melius in l.omnes, & ibi Bald.inf.de præſ.30 ann. Celſus.Adde quod notaui in tractatu clauſularum,in clauſula derogatoria,in prin. vbi per 25.& amplius verſ.& per quæſtiones examino hanc materiam.
b And.Barb.Item no.valde.No.caſum in quo ſcriptura pro parte valet,& pro parte non.Vide Ro.conſ.55.incip.in caſu vertente. vbi pulchre loquitur in materia huius l.& glo.vide ibi.

De communi ſeruo manummiſſo. Tit.vij.

LEX PRIMA.

1 *Satutum licet compellat aliquem emere,non tamen compellit aliū vendere.*
2 *Arbitrio Prætoris intelligitur,ſi fiat mentio de pretio incerto.*
3 *Libertatis fauore quis compellitur rem ſuam vendere.*
4 *Seruus communis a quolibet ſocio poſſidetur, & dicitur conſors ratione mi nimæ partis.nu.5.*
6 *Libertatis fauore minimum trahit ad ſe maximum.*
7 *Statutum in ſeruo communi,an locum habet in aſcriptitio communi plurium dominorum.*
8 *Serui dominium quis poſſidet,i.quaſi poſſidet.*
9 *Legali taxationi in pretijs ſtandum eſt.*
10 *Libertas eſt actus pietatis.*
11 *Ius patronatus omnes manumittentes æqualiter habere dicuntur.*
12 *Libertas ſerui communis,an ſit indiuidua.*

IN cōmunes. Olim non poterat vnus ex
dominis ſeruū cōem manu-
mittere,hodie aūt pt̄:ita tn̄ vt manumittens,vel hæres
eius, vel ipſe manumiſſus ptium alteri ſoluat, vel cōſi-
gnatum apud publicas perſonas deponat periculo accipere ne-
gligentis.h.d.cum l.ſe.In tex.ibi,Sed & alia conſtō.queritur,hic
fit mentio de duab. conſtitutionib. in quo differunt iſtæ conſti-
tutiones inter ſe? Reſpondeo,prima compellit emere, ſecunda
a vendere. Et nota, *a* ꝙ licet ſtatutum compellat aliquem emere
1 nō tamen compellit alium vendere,nec eꝯ: quia vnū ſtatutum
aliud non includit.ita dicit hic tex. & glo.notabilis.non obſtat.l.
1.infr.de cupreſſis ex lucro Dap.lib.xj. vbi dicit ꝙ pœna impoſi-
ta ementi,vr̄ impoſita vendenti,& eꝯ: quia ibi prohibitio fiebat
ratione rei, & ideo comprehendit vtrumque contrahentē,licet
verba dirigantur ad alium ꝯhentē. & ſic alia eſt ibi rō, q̄ hic. In
2 text.ibi, arbitrio Prætoris,not.ꝙ vbi in lege fit mentio de pretio
incerto, intelligitur arbitrio iudicis.ſic ff.de contrahend.empt.
3 l.officij.† In tex.ibi, neceſſitas.&c.no.caſum, in quo quis cō-
pellitur uendere partem ſuam.& eſt ratio, quia libertas ſecun-
dū nām nō recipit ſeparationem.ſimile j̃.de uend.rerum fiſca.
l.j.lib.x. Modo quærit glo.quando quis compellitur uendere,
vtrum primo ſit ſoluēdum pretium? & dicit gl.ꝙ ſic: quia non
cogitur fidem habere de pretio ille, qui ad venditionem com-
pellitur: cum nec ſi vendidiſſet teneretur tradere pretio non ſo-
luto.& no.glo.& intellige prius.i.non eſt interuallo, ſed ſtatim,
4 vt ff.de ſolu.l.ſi ſoluturus.† In tex.ibi,partem poſſidet.no.ſeruū
communem a quolibet ſocio pro ſua parte poſſideri, licet ipſe
5 ſeruus vno ſpiritu contineatur.† In tex.ibi, quantumcunque.
b no.quod *b* etiam ratione minimæ partis quis dicitur conſors:
& facit ad ſtatutum Florētinum, quo cauetur quod domus nō
poſſit alienari extra conſortes. Nam ſi ſunt tres conſortes, vel
plures; etiam ei qui habet milleſimam partem, poteſt alienari,
non obſtante ꝙ ſit alius conſors maiorem partem habens, qd̄
tene menti.† Item † no.caſum, *d* in quo minimum trahit ad ſe
6 maximum. † In tex. ibi, & hoc moriturus dixerit. not. quod
c inſtituendo ſeruum communem,non videtur teſtator ei relin-
quere libertatem,niſi hoc exprimat in teſtamento. In tex.ibi &
ſigillo impreſſo. no.tex. ibi de impreſſione ſigilli, ita pulchrum
ſicut habeas in iure, In text.ibi, in ædem ſacram.Quæro, nun-
quid iudex poſſit prouidere de alio loco? Reſpon.ſic,ſecundum
gl.quod not.In tex.ibi,ſibi imputent. dicit glo. quod etiam mi-
nor ligatur per conſtitutionem legis,& ſic fit de inhabili habilis
7 ad alienandum.quod eſt no.dignum.† Quærit hic gl.nunquid
hoc ſtatutum in ſeruo communi, habeat locum in aſcriptitio
communi plurium dominorum? & reſpondet glo. quod ſic.
nam & aſcriptitius dicitur manumitti; & ſimilis eſt ſeruo, vt
infr.de agrico. & cenſi.l. ne diutius. libro.11.idem ergo in his,
8 qui dicuntur homines noſtri.quod no. † In tex.ibi, dominium
ſerui poſſidet.i.quaſi poſſidet in ver.ſinautem ſeruus.no. quod
obligatus ad ratiocinia non peruenit ad libertatem,niſi rationi-
bus redditis. Item no.ꝙ etiam ſeruo poteſt ſtatui terminus per
iudicem ad rationes reddendas, & reliqua conſignanda, & idē
dico in monacho ratiocinijs ſubdito,vt non poſſit trāſire etiam
9 ad arctiorem religionem,niſi rationibus redditis.† In §. ne au-
tem, nota ſtandum legali taxationi in pretijs dicit dominus A-
zo in Sum.ꝙ illud eſt verum, vt æſtimatio vltra non producat,
ſed infra bene poteſt ſubſiſtere,ꝙ eſt notandum ad impetrādū
beneficia ſecundum taxationem decimæ, vt infra poſſint taxa-
ri,non ſupra, niſi eſſet taxatum tam ſupra, quam infra. In text.
ibi, melior quidem, no.meliorem conditionem præuenientis
10 in actu pietatis. Item not. † quod libertas *d* eſt actus pietatis.
d Item not. gloſſ. ibi dum dicit: non aſtutia. hoc facit, nam iſta
dictio, aſtutia, idem eſt dicere quod volendo alium ſuperare.
alias non facturus.& iſtud vocabulum raro reperitur in iure ci
11 uili.† Item tex.ibi, iura autem patronatus. nota optimum tex-
tum, quod omnes manumittentes habent æqualiter ius patro-
natus: quia id, quod indiuiduum eſt, æquale eſſe neceſſe eſt,
quo ad eius ſubſtantiam.text.eſt hic,& quod dixi. ſup. de fidei-
com.l.cum ſecundum.licet autem non diuidatur ſtatus,tamen
12 bona diuiduntur,vt ſup.verſ.ſed ne circa.† Item no.ꝙ quædam
ſunt indiuidua in conferente, quæ non ſunt indiuidua in ſuſci-
e piente,vt libertas ſerui communis. Et hæc lex eſt arg. *e* ꝙ ſi te-
ſtator mādat conſtrui eccleſiam in loco communi,ꝙ ſocius te-
netur partem ſuam vendere:& hæres redimere fauore religio-
nis:vt ff.de vſufr.l.locum.& ff.de relig.l.ſi quis ſepulchrum.

ADDIDIONES.

a Et nota.Dubito multum de hoc dicto alia ratione quam per l. hic alleg. quia ſtatutum compellens emptorem, videtur in conſequentiam compellere venditorem ſine quo ſtatutum verificari non poteſt,iuxta no.Bal.in l.fi.ſup.de fideicommiſſ.li.& vide no.per Bar.in l.fi.ff.de accept.cum ſimilibus.
b Nota,quod etiam.Ad iſtud quis dicatur conſors,uide Bal.in l.dudum,ſup. de cōtrah.emp.& quod ualeat ſtatutum,quod ſocius non poſſet uendere irrequiſito ſocio tenet Bal.in l.1.in prin.ſup.commun.diui.
c Item uo.caſum. In cauſa præfertur habens maiorem partem,l.ſancimus, & ibi Bal.inf.de don.no.gl.Bar.& Doc.in l.fi.in prin.ſu.commu.de leg.
d Libertas.Facit.l.proxime,ff.de his,quæ in teſt.delen.
e Eſt argum.Vide pulchre Ang.in l ſi rem,& ibi Imo.in fi.ff.de rei uend.

LEX II.

1 *Interpretatio fieri debet in benigniorem partem, quotieſcunque aliquid poteſt eſſe.duobus modis.*2
3 *Oblatio non ſolum requiri debet, ſed etiam conſignatio.*
4 *Depoſitum ſtat periculo creditoris.*
5 *Depoſitum poteſt reuocari antequam acceptetur a parte.*

Cum apud Qui legat ſeruo cōi ſe ipſum, videtur ei
legare libertatem.Itē quando verba poſ
ſunt dupliciter intelligi,dēnt interpretari in humaniorem partē
h.d.no. In tex.ibi. partim ſit prius no. optium tex.ꝙ dicitur ꝓ-
pria pro parte res cōis.& vide ff.de leg.j. l.ſerui electione, §.cum
1 fundus.† In tex.ibi,fiat.not.ꝙ verbum. fiat ſignificat futurum.
a Et eſt arg. *a* licet Papa,ſcribat,fiat,non fit perfecta gratia, anteq̄
in modum redigatur,& bulletur.contrarium eſt verū: quia ni-
hil eſt quod eā ſuſpēdat,vt no.in procem. ſexti libri, in Nouella
In tex.ibi,fautores,no.verbum fautores, poni in bona parte, li-
cet frequentius ponatur in mala. In text.ibi, interpretamur.
Nota

ADDITIO

a Et eſt arg.Vide Bal.in l.ſi qua per calumniam.ſup.de Epiſcopis & clericis.

a nota voluntatem teſtatoris interp̃tari per Principem. *a* Et not.
2 † ꝙ quotieſcunq; aliquid poteſt eſſe duobus modis: interpreta-
tur in benigniorẽ partem dicit lex, ꝙ ſi aliquis põt eſſe ſpurius
& legitimus, interpretatur legitimus. vt ff. de adult. l. miles. §. de-
functo. ibi, cum poſſit, &c. & ibi eſt tex. aureus, ꝙ ille qui allegat
defectum, dẽt ipſum de neceſſitate, & concludenter probare.
3 † In tex. ibi, tam offerendo, q̃ conſignando. nota, requiri non ſo
lum oblationem, ſed & ɔſignationẽ. quod eſt verum extra iudi
cium, ſed in iudicio ſufficeret ſola oblatio, vt l. ſi rem. §. fin. ff. de
4 pig. ac. & not. s̃. de pig. act. l. ſi creditores. † In tex. ibi, periculo eo
b rum. not. depoſitum *b* ſtare periculo creditoris, & tene menti
5 hunc textum † Sed an deponens poſſit re integra pænitere, an-
teq̃ aduerſarius cõſentiat? dic ꝙ ſic, vt s̃. de vſu. l. acceptã. in fin.

ADDITIONES

a Celſus. interpretari per Principem. Adde ad hoc Gerar. de Petra ſancta ſing. ſuo 26. incip. libro liberato.
b No. depoſitum. Vide in l. ſi ſoluturus. & in l. qui decem, ff. de ſolu.

De ſeruo pignori dato manumiſſo,

LEX PRIMA.

1 *Seruus dotalis, a viro an manumitti poſſit.*
2 *Res cum datur in dotem, tacite videtur actum, quod ipſa ſoluto matrimonio reddatur.*
3 *Mulier res ſuas an obligare poſſit.*
4 *Precarium iu poſſeſſione dotis reſtituendæ apponi debet.*
5 *Mulieris conſenſu, res dotalis mobilis an alienari poſſit.*

Licèt. Maritus eſt dominus rei dotalis ad hoc allegat̃.
Caſus: Mulier dedit Stichum in dotem & pro re
ſtitutione vir obligauit ei ſpecialiter Pamphilum; Stichus
poteſt manumitti, non Pamphilus. h. d. vel dic, ꝙ mulier dedit
in dotem Stichum, & pro reſtitutione dotis vir obligauit mu-
lieri eundem Stichum. & licet iſte Stichus tanquam dotalis
poſſit manumitti: tamen ratione ſpecialis hypothecæ manu-
1 miſſio prohibetur, niſi mulier conſentiat. h. d. † Opp. ꝙ ſeruus
dotalis manumitti non poſſit a viro: quia mulier eſt domina rei
dotalis, vt s̃. de iure dot. l. in rebus. Solu. dic ꝙ imo maritus eſt
dominus rei dotalis, licet quædam reliquiæ dominij naturalis
remaneant penes mulierem. vel dic, ꝙ maritus eſt dominus rei
dotalis dotaliter, ſed non totaliter: tamen eſt ſpeciale fauore li-
bertatis quod vir poſſit manumittere; tñ ſoluto matrimonio
reſtituet ius patronatus: & omnia commoda, vt ff. ſolu. matri. l.
2 ſi vero, §. de viro. & l. dotalem. † Op. nam cum datur res in do-
tem, tacite vr̃ actum quod ipſa res reddatur ſoluto matrim. vñ
non debet plus operari ſpecialis hypotheca, q̃ hoc ſpeciale pa-
ctum, cuius ɔ̃tium hic dr̃. Sol. iſtud pactum intelligit rebus ſic
ſe habentibus quod dic vt ff. ſoluto mr̃imonio l. ſi æſtimatis, cũ
3 l. ſeq. † Oppo. *a* ꝙ non poſſit mulier res ſuas obligare, præſer-
a tim cum obligatio conferatur ſoluto matrimonio, & ſic in ca-
ſum. quo mulier erit plena domina, vt ff. de reg. iur. l. neque pi-
le.l.q̄q̄,ff.loc.l.itē quæritur,§.ſi fullo.Fatuus.n.eſt ille, q facti ſui
de proximo non recordatur,j.de ꝯh.ſtip.l.magnam,ff.pro emp.
l.qui fundum,§.ſeruus meus. in glo. quæ allegat multas cōcor.
p̄dictus ergo error iuſtus ſufficiet in omni alio titulo putatiuo,q̄
4 emptionis,vt d.l.ſi exiſtimas, ff.pro ſoluto.† Iuſtiſſimus *d* autem
d error cauſat̄ ex facto alieno, coniuncta perſuaſione aduerſarij,
exemplum,quia didicis te vendidiſſe patri meo fundū, & tradis
mihi re vera,cum non vendidiſti,vel mihi legaſti rem, quæ tua
non erat probatur ff.pro leg.l.fi. ff.pro ſuo.l. ſi ancillam.Idem ſi
cauſatur a facto procuratoris, vel ſerui, vel filij mei qui dixit ſe
emiſſe,quod non emerat,ff.pro ſuo,l.fin. vbi pro emp. l. q̄d vul-
go.vbi tex.Idem ſi cauſatur a ſcriptura primo facta,& deinde ſe
creto poſtea reuocata.Exemplum,primo teſtator mihi legauit,
vel me hr̄dem inſtituit,deinde ſecreto illud reuocauit, vt ff.pro
leg.l.4.Idem ſi cauſatur ex identitate nominis,vel amicitię.exē-
plum legauit teſtator domum Titio amico ſuo, & ego credebā
ſenſum de me,quia etiam erat Titius eius amicus,vt l.4.& ff.de
5 teſt.tut. l.duo ſunt Titij.† Idem ſi cauſatur ex aſſertione maio-
rum,vt q̄a pr̄,vel auus meus dixerunt mihi ſe hanc domū emiſ-
ſe,q̄ empta non inuenio per inſtr̄a,vel teſtes,vt d.l.fin.pro ſuo.de
vſu.l.iuſte,§.filius,debuit.n.credere aſſertionib. eorum in geſtis
per eos,& in eos.tex.eſt in l.mr̄,j.de cal.ff.ad Silla.l.1.in fi. & l.2.
6 §.1.† Et idem ſi cauſatur a fama *e* uiciniæ, vel uniuerſitatis to-
e tius loci,vt ſi ī vicinia noſtra, aut in tota Padua eſt publica fama
ꝙ pater meus emit hanc domum. Nam ad credendum,& n̄ cre
dendum fama multum inducit,vt in l.fi.de hęre.inſti.de acquir.
hær.l.cum quidam,§ quod dr̄,ſ.de pericu.tut.l.ſi tutor.in gl.ſ.de
nup.l.ſi uicinis.ff.de quæſtio.l.1.§.idem Cornelio, ff.de teſtib.l.3.
7 §.eiuſdem quoque principis.† Idem ſi ſit cauſatus ab aſſertio-
ne propinquorum, vel ſociorum dudum patris mei,qui mihi aſ
ſerunt propter coniunctionem , & ſocietatem.primum patet in
l.octaui,ff.unde cog.ſ.de in inte. reſt.l.de tutela:ſm̄ patet ſup.de
repu.auth.hodie quantiſcunque ita credendum eſt ſocijs, ſicut
fratribus,ff.pro ſoc.l.verum.Idem ſi cauſetur error a communi
curſu. exemplum.q̄a cōiter quilibet fallitur,ſeu deceptus fuiſſet
exemplum pone in emēte a furioſo in conſpectu inumbratę q̄e
tis,& publicę & notoriæ:vel in eo,qui emit ab adoleſcente,q ca
nus & antiquus uidebatur,vt ff.pro empt.l.2.§.ſi a pupillo , & §.
ſi a furioſo. Multę etiā alię circumſtantiæ erroris iuſtiſſimi indu
ctæ contingere p̄nt ſecundum verietatem factorū, quas ſolers
f inueſtigator. ingrat *f* Tn̄ illud concluſiue dico, ꝙ nullus error
iuſtus,vel iuſtiſſimus vnquā probat cām uſucapiendi,vbi tit.ve
rus non poteſt aſſiſtere ꝑꝑ impedimentum naturæ.not.text.ha-
bes in l.3.ſup.pro hærede.& ibi dixi.& ff.pro leg.l.ſi is coniuncta
gloſſella.

ADDITIONES.

a præſcriptionem.Vide Bal.breuiter in rub.ſup.de ind.lib.
b Excepta venditione.Vide Bar.in l.Celſus, hic alle.& Bal.in l.nullo,ſup.de rei vē.
c Iuſto.Quis dicatur iuſtus error,vide Bar.in l.Celſus,hic alle.
Celſus.Ad eundem Bar.in l.Iulianus,in prin.& ibi poſui in apo.ad ipſum,in uer.
iuſtus error , ff.ex qui.cau ma.& in l.1.ff.quorum bo.& iſtum ī opp.15.ſup.de edi.
di.Adri.toll.
d Iuſtiſſimus.Vide Bald.in l.indicia,ſup.de rei vend.& in l.proprietatis,in fin.& ibi
Bar.ſup.de prob.
e Fama.Vide Bar.in l.Celſus,ff.de vſuca,
Celſus.Hoc puta verum in fama publica,per quam etiā probatur dominium,vt no
Bar.in l.Celſus,ff.de vſuc.& iſte in l.indicia.ſup.de rei vend.& ſignanter ſi fama
talis ſit antiquiſſima,nec eſt memoria de contrario,ut ibi per eos.
f Inquirat.Et in hoc ex quibus cauſis iuſtus error inducatur,vide per Bar.in l.Celſus
ff.de vſucap.

gloſſella.iniuſtus aũt error eſt in facto ꝓprio,nõ cauſatus ab ali-
qua ꝓbabili cã,vt patet in iurib,allegatis.Item oĩs error iuris, vt
l.nunꝗ̃ in princ.ff.de vſuca.& l.fi.ff.pro emp.Item oĩs error repu
gnans publicæ famę.vt patet ex p̄dictis.exẽplum,ſi fama eſt in vi
cinia, ꝙ res mihi legata,ſeu mihi uendita,erat Titij.& ita erat &
ego eam poſſedi vt Sempronij.Nunc habemus,q̄d ſit articulan
dũ ad probandum errorẽ iuſtũ,vel iniuſtũ, vel erroris iuſtitiam.
a Dixi ſcdo,ꝙ reqrit̃ bona fides,*a* & illa dẽt eſſe cõtinua, ſ̃m Ca-
noniſtas.& iõ de ꝯtinua bona fide articulare potero,vt in c.ma-
le fide.de reg.iur.lib.6.& in hoc ſtandũ eſt Canoniſtis:q̄a agitur
de peccato.de iud.c.nouit.per Io.And.in c.2.de reg.iur.lib.6.ſed
8 attende,ne decipiaris.† Mala fides *b* ſuperueniens,ſ̃m eos, impe-
b dit vſucapionẽ ꝯpleri,vñ de ea oportet,ꝙ excipiat̃ & ꝓbetur,nõ
aũt ſufficit ſi mala fides nõ ſuperuenit,ſed tñ adeſt non bona.no
ta bñ exemplum,ſi incępi uſucapere bona fide,& uſucapione pẽ
dente dñs denunciat mihi,ꝙ res eſt ſua, q̃ ꝓteſtatio licet a prĩci.
inducat malam fidẽ p̄ſumptiue,vt l.ſi fundum,s̃.de rei.vẽ.tñ ex
cap.facta non releuat.text.in l.alienã,ff.pro emp.vel ſi uſucapio-
ne incepta bona fide,incipit dubitare an res mihi uendita uendi
toris fuerit, q̄a ſurrexit fama de ꝯ̃rio:& hoc vult.tex.in ca.poſſeſ
ſor malęfidei,dum dixit tex.malæ fidei.& hoc vr̃ de mente Inn.
in c.dilecti filij, de maio.& obed.dũ allegat d.l.ſi fundum, & d.l.
9 alienam.† De iure vero ciuili mala fides ſuꝑueniẽs eidẽ non im
pedit vſucapionẽ ꝯpleri,vt s̃.de vſuca.transfor.l.unica,& ibi ca-
c ſus.ſed ſi mala fides incipit in perſona ſucceſſoris,*c* & bona fides
fuit in perſona authoris,an impediatur uſucapio ex hac mala fi-
de ſuperueniente? Dicas,ſi emptori nunꝗ̃ res fuit tradita,ſed ſo-
lum traditur ſucceſſori,tunc indiſtincte malefides ſucceſſoris in
pedit p̄ſcriptionem inchoari,& impleri ꝑ ſucceſſorẽ tex.eſt ff.de
vſuc.l.hæres eius.& rõ:q̄a vſucapio inchoatur a tꝑe traditionis.
& requiritur bona fides in omni tit. vt l.iuſta, §.& ſi poſſeſſiõis,
§.de vſuca.l.exſtimans,s̃.alle.q̃ hic non interuenerunt,ergo &c.
ſed ſi poſſeſſio fuit tradita authori habenti bonam fidem,& cõ-
tinuatam in ſucceſſorem, tunc mala fides ſucceſſoris non impe
dit complementũ,ſi erat vl̃is,cum reputetur eadem perſona cũ
defuncto.tex.eſt in l.2.§.ſi defunctus,de vſuc.pro emp.& d.l.hæ-
res eius.ſecus ſi ſit ſingularis ſucceſſor,q̄a non reputat̃ idẽ,quod
p̄deceſſor. text.eſt in l.2.§.ſi eam, ff.pro empt. Nunc habes quid
d ſit articulãdũ rõne *d* bonę, vel malę fidei,ad ꝯplementum vel ꝑ-
10 fectionẽ uſucapionis.† illud aũt ſuꝑ hoc tene cõcluſiue,quod bo
e na fides in dubio ſemꝑ præſumitur,*e* vt l.pe.j̃.de Decur. li.x.niſi
ſint aliquę circunſtantiæ excludentis hanc p̄ſumptionem. fit ãt
excluſio ſ̃m Cy.hic, ſi poſſeſſor poſſidet abſq. titulo per l. cũ q̃-
rebat̃,j̃.vnde vi.Bar.autem eum reprehendit ꝑ l.ſi qs emptionis
§.fi.j̃.de præſc.30.an.coniuncta gl.ſua.Tu aũt dicas, ꝙ aut quis
poſſidet ſine titulo,& reperitur lõgiſſimo tꝑe poſſidere,& tunc
tantis tꝑis longitudo inducit bonæ fidei p̄ſumptionem,ut d.§.fi.
& hoc caſu ſit vera opi.Bart.q̄d vr̃ de mente Inn.de prob.ca.cũ
cãm.Idem ſi non longo,vel longiſſimo tꝑe,ſi non appareat rem
ad alium pertinere,q̄a nullũ dñium p̄ſumitur uacans, vnde ĩ du
bio p̄ſumitur ipſum poſſidere,s̃.de proba.l.uis eius,habes gl.bo-
nam in l.ob maritorum,s̃.ne vxor pro mari.ſaluo,quod niſi ap-
pareat,ꝙ poſſideret rem q̃ poſſidere nõ licet,q̄a tũc ſꝑ præſumi
tur malę fidei,& ſi mille annis poſſideret,niſi oſtendatur de titu
lo,i Exemplũ de laico, qui reperitur poſſidere iura ſp̃ualia ſecun
dum Inn.in c.conſtitutus,de elec.& ſatis hoc dicit in c. cũ cãm.
vbi vero noc apparet rem ad alium pertinere, tunc vera ſit opi.
Cy.ꝙ non poſſidens cum titulo , ex quo non poſſidet lõgiſſimo
temp.præſumitur in dubio mala fide poſſediſſe,vt d.l.cum quæ
11 rebatur.† Illud aũt tene fixum cordi, q̄a vbicunq.dicimus p̄ſu-
f mi bonam fidem, intellige,ſi allegat̃,*f* vt l.ſi adulteriũ cũ inceſtu
§.idem Pollioni,ff.de adul.Sit ergo cautus aduocatur,vt d̄ bona
f de ſemper ſaltem articuletur. Si quis autem in eadem partim
hẽt bonam fidem, partium malam,an aliqua parte ꝓcedat uſu-
capio:uide caſum in l.emptor,ff.pro empt. & hæc de bona fide.
12 † Mala vero fides *g* ex multis circunſtantijs apparet. & probatur
g & iõ ſit cautus. Aduocatus eam allegare & ꝓbare , vt excludat
vſucapionẽ,& ſic ꝑ malam fidem uſucapere volentem,nunc ex
hac,nunc ex illa cõiectura,ff.pro emp. l. ſi qs cum ſciret.ubi ha-
bemus bonum text.Vltimo circa iſtum articulum bonæ ſidei,
eſt uidendũ,q̄d ſi ꝯ̃ctus celebrat̃ ꝑ procuratorem , vel ſuppoſitũ
ptãti noſtræ,cuius fides tunc attẽdat̃,an ꝯ̃hentis,vel dñi? De hoc
vide caſum de Publiciana ,l. eum qui , §.in hac no.de ꝯ̃h.emp.
13 l.in hmõi.de ędi.edic.l.cum mancipium.† Dixi tertio, ꝙ reqrit̃
poſſeſſio , q̄a ſine ea uſucapio non procedit, vt in l.ſine poſſeſſio
ne,ff.de uſuc.& iſta poſſeſſio debet eſſe ciuilis eius,quod præſcri
bitur.nunꝗ̃ enim ſufficit naturalis eius, de cuius præſcriptione
tractatur,licet ſufficiat naturalis qñq.ipſiꝰ rei,dummodo habea
tur ciuilis eius,quod p̄ſcribitur:exemplum ĩ feudatario,emphy
teuta,vſufructuario,& vſurario,qui non poſſident ipſam,rẽ,ſed
h ius quod præſcribitur *h* naturalr̃,& ciuilr̃,vt dixi in l.licet,ſup.ti.
1.& ĩ l.nemo.dic ut ibi.& an ſufficiat ipſa ciuilis ſimpliciter, dic
ut ibi; & oportet ꝙ illa poſſeſſio ad uſucapionem neceſſaria uſu
capienti ſit tradita,aut eo nomine tradita,aut ſaltem pro tradita

14 habita,vt in l.eum qui.ff.de pub.& ita eſt caſu in §.fi.† Sed circa
i iſta,*i* duo puncta ſubtilia examinanda ſunt incidente. Primum
punctum,ſi hẽo poſſeſſionem ab uno,& ab alio titulum;an ſuf-
ficiat iſtud,an vero ſit neceſſe ꝙ hẽam titulum, & poſſeſſionem
ab eodem? Bar.in hoc puncto facit magnum feſtum. & dicit q̄d
Doctores in hoc puncto non bñ aduerterũt,& dicit concluſiue,
K ꝙ ſi hẽo *K* titulum putatiuum ab uno quãtumcunq; iuſto erro
re,& ab alio poſſeſſionẽ,ꝙ nõ vſucapio , & dicit eſſe caſum ſin-
gularẽ in l.cũ ſolus.ff.de vſucap. ſ̃m vnã lect. ſ̃m q̃ traditio facta
ex cã diuiſionis ꝑ hr̃dẽ verum hr̃di putatiuo,eidem nõ affert cõ
ditionẽ vſucapiendi;& iſtud non eſt ꝑꝑ aliud ſ̃m eum, niſi quia
l titulus *l* putatiuus p̄tenditur a defuncto, & poſſeſſio ab hr̃de. ſed
eius opinio mihi nõ placet,q̄a ſomniauit,& eſt de directo ꝯ̃ caſũ
leg.cui non põt rñderi,ff.pro ſuo.l.pe.§.fi.ubi hæres verus ſoluit
legatario putatiuo rem,q̃ legatam putabat,& ſic ab eo p̄tẽdeba-
tur poſſeſſio, a defuncto vero titulus putatiuus , tñ ibi procedit
vſucapio.& cum illo §.concor.l.3.ff.pro leg. Ad l.cum ſolus rñ-
det duplr̃.primo,quia ibi non uſucapitur illa particula,quæ hæ-
redi putatiuo tanꝗ̃ eius propria tradebatur,& quia nullus eſt ti-
tulus in ea,nec uerus nec putatiuus,ſed bene vſucapitur illa par-
ticula,quę traditur tanꝗ̃ ipſius tradentis. Vel ſecũdo,et ſubtilius
vel utilius,dico,ꝙ ibi non tractatur de uſucapione inchoanda ꝑ
hr̃dem putatiuum, nam illa bene inchoari põt, ſed bene tractat̃
de vſucapione continuanda rõne poſſeſsionis,quæ fuit apud de
functum,quod illa lex negat,quaſi vſucapio defuncti ĩterrupta
ſit per mediam poſseſsionẽ hr̃dis,et hoc eſt quod aperte et cla-
15 rius dicit finis illius leg.† Ex quo *m* infero tibi unum mirabile
m & ſingulare,ꝙ vbicunque qs hẽt titulum putatiuum,ab vno,&
poſſeſſionẽ ab altero,nunꝗ̃ poſſeſſio authoris putatiui continua
tur illi,ẽt ſi ille,a quo hẽbatur poſſeſſio ſit ul̃is ſucceſsor autho-
ris,licet ſecus ſit in habẽte ti.verum,vt l.Pomponius, §. cum qs,
16 ff.de acq.poſ.uſq; quaſi in fi.l. † Et not. ꝙ qñ habet poſseſsionẽ
ab vno,& tit.ab altero, ſine dubio,quando titulus poſſeſſionem
precedit,ſufficit,dummodo eo nomine ſit tradita poſseſſio , ſe-
cus ſi alio nomine,vt d.l.eũ qui,§.fi.ubi eſt caſus,ſufficit.n.poſ-
ſeſſionem traditam eſse,& eo nomine,ut d.l.eum qui,§.fin.nec
eſt nouũ,quod bñ ſoluat unus pro alio.Si aũt poſseſsio p̄cedit ti.
vt q̄a poſſeſſionẽ habui a te,demum emo ab altero, vel etiã non
emo,ſed iuſtiſsimo errore dictus credo emptũ eſse , & tunc ad
huc ſufficit,q̄a intento cãm poſſeſſionis ex ſuperuenienti cã,vt
s̃.titu.j.l.cũ nemo.hoc tñ intellige,ſed ille q mihi titulum tribuit
ſciebat me poſſidere,vt ff.de rei vẽ.l.hęc ſi res. not. ff.de fur.l.eũ
n qui.ſi aũt dubitatur.*n* an res fuerit mihi tradita,& ab eodem eo
nomine

ADDITIONES.

a Bona fides Vide Bal.in l.1.ſup.de vſuca.
b Mala fides.De mala fide ſuperueniente.vide Bar.in l.naturaliter,ff.de vſuc.& Bal in l.1.ſup.de vſuca.transfor.
c Succeſſoris.Intellige ſemper de iure ciuili.
d Ratione bonæ,vel malæ fidei.No. ꝙ ille dicitur bona fide poſſidere , qui domini cognitione poſſidet.l.apud antiquos,& ibi Bar.& Bal.ſu.de fur.l. ſi exiſtimãs , & ibi Bar.ff.pro ſoluto.
e Præſumitur.Vide Bal.in l.1.ſu.de vſuc.transfor.Bal.in l.Celſus,ff.de vſu.glo. hic & Bar.& quæ ibi dixi,& plene in diſputatione mea incipiente,Sigiſmundus in 2.du bio,& in gl.in l.j.ſu.cã ſtatus.& uide Bal.in l.pen.inf.qui non ob long.temp.præ-ſcri.qui dicit,ꝙ poſſidens long.temp.ſine controuerſia,prȩſumitur bona fide poſſi dere,& plene per Imo.in c.fi.extra,de præſcr.ſed Bar.no.in l.fin.inf.unde ui.dicit, ꝙ mala fides præſumitur in non habente tit.ſed hoc non põt allegari.niſi ab eo,q̃ fuit iam dominus,vel poſſeſſor.idem dicit ibi.ꝙ poſt 30.anno.quilibet præſumi-tur bonę fidei. quid ſi em. rem a Titio tanquam ab executore teſtamenti. quod non tamen probatur,an præſumatur mala fides.uide Bal.in l.1.ſup.de reb.alie.nõ alien.
f Allegatur.Bona fides debet allegari,ut dixit Ang.in l.cum qui, §. fi. ff. de publiciana.ibi uide.idem in mala fide,vt per Bal.in l.1.in fin.de præſcr.30. anno. & ideo dicit Bal.in l.etiam.inf.de exe.rei iud. quod ubi ex poſſeſſione quis de iure p̄ſumit̃ dominus,illud procedit,ſi allegat dominiũ,alias nõ & hic adde Bal.in c.1.§. ſi qs per 30.ſi de feu.fue.con.inter do.& agna.
g Mala uero fides. Vide tex.& ibi Bal.in l.pen.inf.de euic.& ibi dixi plene.
h Præſcribunt. Vide Cy.in l.competit,in 4.q.1.de præſcr.30.ann.
i A.B.Sed circa iſta.No.quod aliud eſt dicere,anno,& aliud per annum.uide q̄d ſingulariter dicit Ang.in l.Thais,in prin.ff.de fideicom.libe.& uide ad hoc Ange.plene loquentem.ſuper iſtã l.& tangit etiam de ti.putatiuo.inter alia dicit,quod vbicunque quis habet tit.putatiuum ab uno,& poſſeſſionem ab altero,nũquã poſſeſſio putatiui authoris continuatur illi,etiam ſi ille,a quo hr̃ poſſeſſio,ſit vniuerſalis ſucceſſor authoris:licet ſecus ſit in habẽte titulum verum, l.pomp.§.cum quis,ff. de acq.poſſ.ſi autem habet poſſeſſionem ab vno,& titulum verũ.ab alio,quando tit.poſſeſſionis præcedit,ſufficit vt l.eum qui.§.fi.ff.de publiciana.uide hic Ang.q̃ dicit hoc eſſe mirabile.& ſic habeo tit.ab uno,& poſſeſſionem ab alio, refert Bar. dicere quod nõ per tex.ſing.l cum ſolus ſecundũ vnã lec.Bar.ff.de vſuc.& an ſufficiat tit.putatiuus ad vſuc.Ang.allegat gl.cõtra communem opinia nemine alleg: quam dicit eſſe ſing.l.fi.ff.pro ſuo,in uerbo,emiſſe,ubi aperte ſufficit putare traditam rem mihi.
K Si habeo. Vide Bal.in l.celſus,ff.de vſuca.& l.cum ſolus.e.ti.& l.in iudicio, ſup.de rei uend.& in l.cum nemo,ſup.de acq.poſ.
l Quia titulus. Vide Doc.in l.cum ſolus,ff.de uſuc.multũ laborantes circa hoc.
m Ex quo. Vide Bar.in l.cum ſolus,de vſuc.
n Si autem dubitatur. Vide per Bar.plene in l.Celſus,ff.de vſuc. adde quod plene no.in apoſt.ad Bar.in præalle.in d.l.Celſus,poſt prin.in uer.tradita,vbi menini iſtius hic,& ipſum in teſtem cito,ff.de uſuca.l.Celſus.

nomine tradita,ſolũ aũt conſtat de mea poſſeſſione , & de tit. in
dubio iſto ad p̄ſumptionem recurritur;& in dubio pręſumit̄ mi
hi tradita ab eodē,ſi ille poſſidebat,& ex illa cā.caſus eſt in l.quæ
dam mulier,ↄiũcta gl.ff.de rei vend.facit ſ̃. tit. 1.l.minus inſtru-
ctus.ſi ille non poſſidebat,p̄ſumit̄ ꝙ habeam poſſeſſionē ab alio
& iuſtè:quaſi ſit mihi ꝑ p̄ſentem titulum potētia data ab auocā
do eam a quocunq; præterꝗ̃ in caſu d. l.eum qui. Si aũt ↄſtaret,
ꝙ authoritate ꝓpria auocaui poſſeſſionē,tũc dicas ꝙ aut conſtat
me occupaſſe,iniuſtè & nõ uſucapio , qa non habeo bonam fi-
dē tp̄e poſſeſſionis adeptę,quod reqritur neceſſario, vt d.l.ſi exi-
ſtimās,aut ↄſtat ꝙ iuſte,& tunc vſucapio,ſic intelligo gl.magnā
a in l.Celſus *a* quæ dicit,ꝙ nõ reqritur traditio in caſib. in quibus
transfertur dñium ſine poſſeſſione , vel ſine traditione , ſed ſola
ſufficit apprehenſio poſſeſſionis:intellige.n.de apprehēſione iu
b ſta,& non iniuſta.Si vero *b* dubitatur de iuſtitia , ſiue de iniuſti-
tia meæ poſſeſſionis,tunc ſi tertius poſſidebat in dubio poſſeſſio
mea pręſumitur iniuſta,& clādeſtina,& tunc vſucapio.tex.not.
eſt in l.clam poſſidere.in prin.& c. licet cām.extra, de probat. Si
c autem *c* poſſidebat author, qui probauit mihi titulum , & tunc
in dubio poſſidere videor iuſte & eius conſenſu,ſi impleuero ↄ̃-
ctũ ex parte mea,vt vidiſti in d.l.minus.ſecus ſi nõ impleuiſſem,
vt ff.de act.emp.l.Iul.§.offerri.Inſt.de re.diui. §.venditę. ſ̃.de rei
vend.l.in ciuilem.Si vero neſcitur qs poſſidebat,præſumor poſ-
d ſidere iuſtè,*d* cũ nõ probetur alium poſſediſſe añ me,& iõ vſuca
17 pio.Ideo incidenter eſt videndum de alio ſubtilis puncto. † An
ſicut ad vſucapionem ſufficit titulus putatiuus ſ̃m prædicta,ita
e ſufficiat putatiua *e* traditio interueniente errore iuſto.Exemplũ
ſi iuenio in hæreditate patris mei domum,ꝗ̃ credidi ſibi traditā
ex titulo præambulo,& reuera non erat tradita ex titulo pręam
bulo.ſuper hoc gl.in d.l.Celſus.dicit ꝙ non ſufficit error iuſtus,
ſed iuſtiſſimus,ita tranſit Dy.Gui.de Suza,Bar.& alij Mod.Ad-
de ſ̃.pro dona.l.irritam.Idem vr̄ tenere glo.in l.iuſto,§.filius, de
f vſuca.ego aũt do *f* tibi gl.ꝗ̃ nullus allegat,& illam gl. reputo ſin-
gu.in l.fi.ff.pro ſuo.in verbo,emiſſe.q̃ apertè decidit, ꝙ non ſuffi
cit putare traditam,niſi re vera tradita ſit. Quare dico, ꝙ aut qs
hēt titulum verum, & ſufficit putatiua traditio iuſto errore , &
ꝙ operatur circa titulum,illud idem operatur circa traditionē,
cum quodlibet eorum ſit facti.ſic intelligo gl.in d.l.Celſus, & d.
§.filius,ſed vbi non ſubeſt,niſi ſolus titulus putatiuus. tunc non
ſufficit putatiua traditio quocunque errore , ēt iuſtiſſimo. Iſta
mens gl.in d.l.fi.ff.pro ſuo,relata ad l.& eſt rõ in promptu,ne cir
ca idem concurratur duplex putatio , ex qua inſurgit duplex fi-
ctio,qa fingeret ti. vbi non eſt,q̃ duplex fictio reprobatur,vt ſ̃.de
18 dot.prom.l.1.† Dixi quarto,ꝙ requiritur continua poſſeſſio, *g*
g nam ea interpellata nãliter,ſiue ciuiliter , interrumpitur vſuca-
pio.ff.de vſuc.l.nãliter.Sis ergo cautus tu,q vis vſucapionem ꝓ-
bare,vt ſp̄ te aſtringas ad tale tp̄s continuum , quod ſit conclu-
ſiuum omnis interruptionis nãlis & ciuilis, alias vſucapio nõ ꝓ
baretur.Sed qualiter ſit articulanda,& probanda iſta ↄtinua poſ
ſeſſio,ſum cõtentus recitatione Bar.q̃ eſt vera,ꝗ̃ ponit in d.l.Cel
ſus.dic,vt ibi per eum,& bñ.De iſta uero interruptione naturali
& ciuili dicā in l.cum notiſſimi,§.ſed & ſi quis, j̃. de pręſcri.30.
ann.ibi gl.ponit,& per hoc habes quæſitum reqſitum ſ̃.ꝙ nõ ſit
19 interrupta.† Dixi quinto, ꝙ reqritur; ꝙ res ſit vſucapibilis , vñ
res ſacræ & ſanctæ,q̃ ſunt in uſu publico populi Romani,uel ci-
uitatum,vt liberi hoĩes,non vſucapiuntur.ff.e.l.vſucapione, nec
res affectæ uitio reali,vt furtiuæ,ui poſſeſſæ,& ſimiles,Inſt.de vſu
20 ca.§.furtiuæ,ſ̃.ti.1.l.vitia.ff.eo.l.i.† Sexto,& ultimo dixi, & reqꝛ-
ritur;ꝙ ꝑſona ſit habilis ad vſucapionem;vnde furioſi,& infan-
tes non incipiunt vſucapere per ſeipſos,ff.eo.l.1.

ADDITIONES.

a L.Celſus.Vide ibi Bar.ver.quæro vtrũ debeam.& Bal.in l.nullo,ſup.de rei vend.
b Si vero.No Io.And.in c.licet cauſam hic alleg.& Bar.in l.Celſus,ff.de vſuca.& ui-
de quod no.in l.ſi duo,ff.uti poſſ.
c Si autem.No.limitationem ad l.2.ſup.de acq.poſ.& eſt glo.no. in §. interdum , in
ver.tuam.Inſt.de re diui.
d Poſſidere iuſte. Vide ad hoc,quod no.Bar.in l.Celſus,ff.de vſuca.in quæſtio quali-
ter probetur bona fides,& quod ēt no.Bar.ſup.in eadem q.& Bar.omnino in l.cõ-
muni,§.inter ff.communi diui.& in l.j.ſup.de re.ali.non alie.ubi plene diſputat ,
an quis præſumatur iuſte potuiſſe uendere,& quem licite emiſſe,ꝙ poſſeſſio præ
ſumatur iuſta in q.ſua incip.accuſatus de ui turbatiua.
e Putatiua.Vide Bar.in l. Celſus,ff.de vſuca.& Bal.in l.nullo,ſue. de rei uendi. & in
l.fi.in prin.ſup.pro donato.
f Ego aũt do.illa gl.hoc dicit,immo potius contrarium,ſalua reuerentia.
g Poſſeſſio.vide Bal.in l.1.ſup.de vſuca.transfor.

ADDITIO.

1 *Præſcriptio dicitur cauſa lucratiua.*
2 *Bona fides pręſumitur in præſcriptione.*
3 *Mala fides probatur per publicam famam.*

Super longi. Ex quacũq.cā ſiue oneroſa,ſiue lucrati-
ua procedit long.tempo.præſcrip.h.d.rõ
dubitandi eſt.qa p̄ſcriptio habet in ſe quandam odioſitatem,vñ
1 videbatur cā lucratiua non poſſe poni . † item præſcriptio dicit̄
cā lucratiua,l.apud Celſum,§.de authoris.de exce.doli.vnde nõ
uidebantur duæ cauſæ lucratiuæ poſſe concurrere,arg. l. nemo,
ff.de leg.2.br̄, duæ cāæ lucratiuę in eundē effectũ bñ pñt ↄcurre-
re,ſed non ad ↄſequendum eandē rē bis. No.ꝙ dictio,per,ſigni
ficat ↄtinuationem: vnde aliud eſt dicere, anno, aliud per annũ,
& intellige decem inter pñtes, & viginti inter abſentes tenuiſſe,
ꝙ ſufficit probare tenuiſſe: quia qui tenet , p̄ſumit̄ poſſidere ſ̃m
2 Inn.in c.cum olim,de priu.Et hic eſt caſus. † No.glo.ꝙ bona fi-
des præſcriptione : & rõ eſt, quia hic loquitur in præſcriptione
cum titulo,vñ vbi titulus,ibi bona fides,ſecus in his, quę præſcri-
buntur ſine titulo,quia non præſumitur , niſi poſſideantur cum
patientia aduerſarij,ſup.eo.l.nec petentem,& l.improba. ſup.de
3 acq.poſſ. † Probatur autem mala fides per publicam famam la-
borantem ↄ̃ poſſidentem,niſi probetur bona fides , facit ſ̃.de pe-
ri.tut.l.ſi tutori.in gl.ſua,& uide Bar.in l.Celſus,ff.de vſucap.

L E XII.

1 *Abſentia vnica ratione prouinciæ diſtinctæ a præſcribentis prouincia, effi-
cit, vt ad complendam longi temporis præſcriptionem 20.annor. curſus
requiratur.*
2 *Præſcriptio contra eum,qui per orbem peregrinari incipit, currere non po-
teſt minore ſpatio,quam viginti annorum.*
3 *Iudicium reale contra poſſidentem in loco ſui domicilij, intentari poteſt.*
4 *Actiones tanquam corporales,oſſibus creditorum ſunt infixæ .*
5 *Præſcriptio longi temporis currit contra ignorantes.*
6 *Reſtitutio contra præſcriptionem,ſi inciderent dies feriati, ex clauſula gene
rali implorari poteſt.*
7 *Vſucapio aliquando non currit contra ignorantem.*
8 *Vſusfructus pręſcribitur longo tempore .*
9 *Creditor,cui obligatur res aliena,an præſcribat ius authoris,in quo ius ſuũ
fundatur.*
10 *Ciuitas quę dicatur prouincia.*
11 *Locus quis debeat appellari prouincia.*

Cum in longi. Iſta lex eſt una de quinquaginta no
uis.Conſtitutionib.Iuſtiniani,& de-
cidit tres qõnes antiquorum,& eſt pulchra,& breuis , h.d.Tunc
a dr̄ perfici p̄ſcriptio inter pñtes,*a* qñ pręſcribens,& is ↄ̃ quem pr
ſcribitur,ſunt eiuſdē prouinciæ,nec requirit̄ pñtia rerũ, aut ſcię̄
tia eius,ↄ̃ quem pręſcribit̄.h.d.tota lex,ꝙ vna eſt abſentia,ↄ̃ ꝗ̃ pr
ſcribit̄.Vel ſic pñtes dñr,q ſunt de eadē prouincia , & dēt inſpici
ubi eædem partes domiciliũ hñt,non ubi eſt res ſita,ad p̄ſcriptio
nē ↄplendā,nec curat̄ an res ſit corporalis , uel incorporalis , ut
1 ſeruitus;nec reqrit̄ ſcĩa eius,ↄ̃ quē p̄ſcribit̄.h.d.tota lex.† Et p̄mit
te,ꝙ vna eſt abſentia, ↄ̃ ꝗ̃ p̄ſcribit̄ rõne prouincię diſtinctę a pro
uincia p̄ſcribentis,& iſta abſentia operat̄,ut ad p̄ſcriptionē long.
tēp.ↄplendā reqrat̄ curſus 20.ann.& iſte ēſt caſus in hac lege.itē
vr̄ ꝙ ſi is,ↄ̃ quē p̄ſcribit̄, habitat in prouincia pręſcribentis , ſi tñ
ibi domiciliñ non hēt,ſed in alia prouincia diſtincta,& ſeparata,
non p̄ſcribit̄ ↄ̃ eũ,tanꝗ̃ ↄ̃ pñtem ſpat. 10.ann.quia in hoc articulo
p̄ſcribentis,abſentē ↄſideramus ſ̃m identitatē,& diſtõnē domi-
cilij vtriuſq; vt in hac l.licet aliter abſentia,& p̄ſentia iudicet̄ ſ̃m
ſubiectam mām,l.4.§.abeſſe,ff.de dam.infect.& ff.de proc.l.prę
ſens,de ver.ſig.l.abſentem, & ꝑꝑ hāc abſentiā ita ↄſideratā,vt ſ̃.
nunꝗ̃ abſenti tanꝗ̃ læſo,ↄceditur in integ. reſt.& ita intelli̊r hæc
lex,alia abſentia ↄſideratur rõne perſonæ,vt ſi apponat vtranq;
rē eſſe eiuſdē domicilij,vel ēt diuerſorum,tñ ꝑꝑ illā abſentiam
factam de domicilio per alterum ipſorum ex iuſta cauſa petit is,
ↄ̃ quem p̄ſcriptum eſt,in integ.reſt.& tunc reſtõ locum habet,
& de iſta abſentia,& reſtitutione loquitur l.1.& 2.& l.ab hoſtib.
2 & l.fi.j̃.ti.2.& quaſi per totum.† Deinde p̄mitte,ꝙ licet præſcri
bens,& is ↄ̃ quem præſcribitur,ſint eiuſdem prouinciæ:tñ ſi is ↄ̃
quem præſcribitur,incipit peregrinari per orbem,& de domici
lio ſuo recedere,quo ad omnes hr̄ pro abſente.& ideo non præ
ſcribitur ↄ̃ eum minori ſpatio 20.ann.& in hac opin.reſidet hic
Io.And.in gl.q̃ incipit,nota domiciliũ.& bñ dicit, qa tales pere-
grinātes appellant̄ vagabundi,dici gl.in l.4.§.quoties,ff. de dam.
infe.& tanꝗ̃ vagabũdi poſſunt vbicunq; ↄueniri.ſ̃.vbi de cri.agi
opor.l.1.in gloſ.& ſ̃.vbi quis Decur.vel coarcta.l.1.ſ̃.ubi ſenato-
res vel clariſſi.l.2.facit optime j̃.de Tyron.l.1. li.12. ↄiuncta l.1.
de colo.Paleſti.& ↄiuncta l.1.de colo. Tracē.lib.11.In tex.ibi ni-
3 hil.n.prohibet. † Nota bene, *b* ꝙ reale iudicium põt intentari ↄ̃
b poſſidentē in loco ſui domicilij,licet alibi in partibus valde lon-
ginquis res,quę vēdicat̄,ſit ↄſtituta.p̄t ēt moueri in loco,in quo
eſt cõſtituta,vt ſ̃.ubi in rē actio.l.fi.idē ſi non intentat̄ reale iudi-
ciũ,ſed actio ꝑſonalis in rem præſcripta.ſ̃m Inn.in c.dilectus, el
2.actio vero mere perſonalis in foro intentanda eſt, vt d.l.fin.&
extra,de fo.ↄp.c.cũ ſit gñale.actio vero ꝑſonalis ad rē ut pignora
titia ſimiliter eſt intentanda in foro rei,nõ aũt in loco,vbi res ſi-
tuata

ADDITIONES.

a Præſentes.Ad intellectum huius l.eſt euidendum,cui incumbat onus probandi p̄-
ſentiam,vel abſentiam,de quo uide Bal.in l.emptor,ſup.eo.
b Nota.bene.Vide Bar.& Doc.in l.fi.hic alle.& Cano.in c.fi.ext.de fo.comp.& ad-
de quod debitor ſortitur forum in loco contractus, ex quo ad hypothecariam o-
bligatur,ſecundum Bal.in l.3.in fi.ſup.man.

a tuata eſt & hæc duo decidit Inn.in c.ex parte,*a* de ver.ſig.ↄiūcto
eo.qđ no.in c.poſtulaſti.in fi.de fo.cō. Nūc hēs perfecte,qn̄ agi-
tur actione reali,vel pſonali,vel in rē ſcripta, vel ad rem , vbi iu-
diciū ſit mouēdū, an in foro rei , an vbi res ſituata eſt.Seq̄tur in
b tex.& diuino quadā motu. *b* Elicit hic gl. ꝙ leges motu diuino
emanauerūt.qđ declara,vt in gl.qđ & Cyn.hic tangit Seq̄tur in
4 tex.ius ſuū & effm̄ . † Not.ꝙ actiones tanq̄ corporales īfixæ ſūt
oſſib.creditorū actiue,& in oſſib.debitorū paſſiue,vt l.q̄a debet,
ff.de pecu.& hęc ſuū effectū,& ius ſuū vbiq.extendūt, nā comi-
tant̄ pſonā eorū.non tn̄ intelligas,ꝙ fiat earū executio,niſi ꝙ vē
dicent p Iudicē loci,in quo ē pſona , vel res in qua petit̄ execu-
tio.de bo.auth.iud.poſ.l. cū vnus. in fi.ſ.de iud.l.,p[...]erandū,§.ſin
5 aūt reus.† In text.ibi, vel ignorantia.*c* nota bn̄ , ꝙ p̄ſcribit̄ longo
c tpe ↄ̄ ignorātes.& intellige, ꝙ iſtud eſt adeo ↄtinuū, *d* ꝙ currūt
d dies utiles & feriati,& oēs dies q̄b.potuit;ꝙ n̄ potuit experiri,&
ita đt gl.magna decidēdo.in l.fi.ſ.de in integ.reſt.& adde ꝙ ſicut
e vſucapio lon.tēp.currit ↄ̄ ignorātę,*c* vt hic:ita vſucapio triennij,
6 qđ eſt notādum.† Adde, ꝙ ſi inciderent dies feriati *f* repentini,
f poterit reſtō implorari ex cł'ag n̄ali,vt j̃.ti.2.l.1.& 2.ff.ex q̄b.cau.
maio.l.ab hoſtib.in princ.vbi caſus Bar.tenet in l.1. §. ſi q̄s p̄p in-
7 undationē,ff.de itinere actuq.priu.† Vnius eſt ſolus caſus,ī quo
vſucapio lōgi tpis ↄ̄ ignorātę nō currit,ſed req̄rit̄ longiſſimum,
qn̄ ſingularis ſucceſſor hn̄t titulū,& bonā fidē,ſuccedit authori
malę fide;nā non præſcribit lōgo tpe,niſi is ↄ̄ quē p̄ſcribit̄ ſciat,
vt in auth.malę fidei,ſ.eo.& p̄dicta in vſuca.rerū corporaliū,nā
īcorporalia nō vſucapiunt̄ lōgo tpe citra ſcīam eius,ↄ̄ quē p̄ſcri
bit̄.Rō eſt,q̄a p̄ſcribēs nō pōt aliter acq̄rere poſſeſſionē illius iu-
8 ris conſtituti.de hoc examinamus plene in l.3.ſ.de ſer.† In text.
ibi,veluti vſufructus. hic vr̄ caſus rotūd⁹, ꝙ vſusfructus licet ha
beat cām diſcōtinuā,p̄ſcribit̄ tn̄ longo tpe.Sed gl.in l.iuſto,§.nō
mutat, ff.de vſuc.đt ꝙ ſicut cæterę ſeruitutes, q̄ hn̄t cām diſcō-
tinuā, nō p̄ſcribūt niſi tāto tpe, cuius initij memoria in ↄ̄riū nō
exiſtit(qđ ↄtingit p lapſum cētū anno.)ita & uſusfructus n̄ p̄ſcri
bit̄ minori tpe.ſed iſtud vr̄ falſū,ita.đt gl.fi.hic: q̄a ſi tāto tpe du
raſſet, vt deberet expiraret,vt l.an vſufruct⁹,ff.de vſuf.Ideo Cy.ī
l.3.ſ.de ſeru.in 3.q.dicit,ꝙ cū ti.p̄ſcribit̄ longo tpe,vt hic,& d.§.
nō mutat,ſine tit.p̄ſcribit̄ longiſſimo tpe, nunq̄ ergo eſt neceſſa
rius curſus tāti tpis,vt gl.dicit.& Bar.idē tenet,ꝙ lō.tēp.p̄ſcribit̄,
in d.§.nō mutat.ſicut p̄ſcribitur ius,& iuriſdō colligēdi pedagiū
& gabellā,nā licet q̄s nō vtatur oī tpe,nec iuriſdōnē exerceat,tn̄
illa iura cohęrent pſonæ . vn̄ ſaltē q̄s ſp in animo hēt ↄ̄tinuā poſ-
ſeſſionē, & reſpū aī eſt continua.Bar.ↄ̄ ꝙ iuriſdō non p̄ſcribitur
longo tpe, ſicut nec ſeruitutes reales hn̄tes cām diſcontinuā,de
quo per Guil. in l.Imperium,ff.de iuriſd.omn.iu.& ibi dicā Deo
dante, & tetigi ſ. de ſeru.l.ea quæ,alias l.2.& hæc ſunt valde uti-
g lia ad q̄ōnem ruſticorum, *g* qui ſe dicunt vſum nemoris p̄ſcrip
9 ſiſſe,de quo hic per Cy.qui referendo Iac.de Are.dicit,†ꝙ credi
tor,cui obligatur res aliena,licet poſſideat long. temp. non prę-
10 ſcribit ius authoris,in quo ius ſuum fundatur,& bene.†In gloſ.
h q̄ incipit,in una prouincia.*h* ibi,cū ſingulę ciuitates.Iſta eſt gloſ.
ſing.in iure,& non hēt ſociam,ſ'm Accur.ꝙ unaqueq; ciuitas,q̄
hēt ſuum regimen proprium & diſtinctum,ſupponitur de facto
i iuriſdictioni ſuperioris, dr̄ prouinciā. *i* exemplum pone in Flo-
rentia,Peruſio,& in ciuitate Senatum,quæ habentur loco uni⁹
prouinciæ:vnde exercentur in eis imperium,tenet locum Præ-
11 ſidis.† Vltimo *K* eſſet hic uidendum, qui locus debeat appellari
K prouincia? Dic vt per Cy.qui clare dicit.

ADDITIONES.

a c.Ex parte. Voluit allegare Inn.in c.ex parte,de fo.comp.
b A.B.motu.Hic colligit gl.quod leges factæ fuerunt motu diuino.
c A.B.Vel ignorantia.Not.ſecundo Ang. ꝙ præſcribitur ignoranti , & idem dic de vſuc.triennij,quod eſt no.dignum.
d Continuum.Vide gl & Bar.in tu.ff.de diuer.& temp.p̄ſcr.gl.& Doc.in l.fin.ſu.de tēp.in inte.reſti.pe.& quod no.Bal.in l.ſicut,circa prin.inf.de p̄ſ.30.uel 40.anno.
e Ignorantem Idem in præſcr.longiſſima,ſecundum Bal.in l.ſicut,in prin.inf. de p̄ſcri.30.anno.
f Feriati.Vide Bar.in l.naturaliter,ff.de vſuc.& in c.ex tranſmiſſa.extr.de præſcr. & quæ dixi poſt Bar.in l.fi.ſup.de temp.in integ.reſt.pe.& quod not.Bald.in l. ſicut, in fi.inf.de præſcr.30.ann.
Celſ.Tu uide Lanf. de Quia in c.quoniam contra falſam,§.dilationes,num.7.verſ. illud etiam addo,& quod ibi poſui in apo.ad ipſum in verbo,mihi placet Hoſ.ext. de p̄b.
g Ad quæſtionem ruſticorum.Si enim mihi obligatus res aliena lon.temp. non pręſcribili.Vide ſingulari,l.ſi finc, ad Velle.
h A.B.In una prouincia.No.iſtam glo.fin.& iure non habentem ſociam,ſecundum Doc.quod unaquęque ciuitas,quæ habet ſuum regimen proprium non ſubditum de facto ſuperiori,ut ciuitas Florentię,& Senatum , dr̄ una prouincia quod nota Ang. tu uide quod dicit Bar.in l.nulli,inf.de ſent.
i Prouincia.Vide Bar.hic,& in l.1.inf.de metro.Berito.lib.11.facit ꝙ no.Bar.in l.hoſtes,ad fiſcum materia,ff.de ca.& poſt.reuer.
K Vltimo.Vide in l.1.per Bal.inf.de metro.lib.11.& ibi dixi.

1 *Tempore 30.annorum tollitur omne ius contra præſentes,& abſentes.*

AVTHENTICA.

Quod ſi quis. In tex.ibi,tot ann',quot annis,&cęt.
dummodo tp̄s 30. an.nō excedat,nā
r †tanto tpe tollitur oē ius ↄ̄ præſentem,& abſentem maſculum,
& fœminam,maiorem,& minorem,vt l.ſi quis emptionis,in fi.
de præſcr.30.ann.& ita limità hanc auth.

In quibus cauſis ceſſat longi temporis pręſcrip. *Rub.*

LEX PRIMA.

1 *Colonus non præſcribit,etiam quod ſubtrahat inſtrumentæ locationis.*

1 SI is,cui. Colonus † ſubtrahendo inſtr̄a conductio-
nis,non p hoc mutat cām poſſidēdi, & ideo
nō p̄ſcribit.h.d. Et nō.illud pulchrū exemplum,per le.ne-
mo,ſ.ti.1.quia ibi non poſui.In tex.ibi,quibus.dn̄ium.dic
ↄ̄ conductorem erat inſtr̄m ↄductionis,quod conductor ſubtra
hi fecit locatori,& ideo vr̄ ſibi mutaſſe cām poſſidēdi,tn̄ neutrū
eſt ſufficiens ad vſucapionem.No.etiam ex hoc,ꝙ probatur do
minium locatoris per inſtrumentum conductionis.

ADDITIO.

1 *Dominium poteſt probari per inſtrumenta.*
2 *Furtum inſtrumentorum officit domino.*

SI is,cui. Colonus dn̄o ſubtrahēs inſtr̄a proprietatem ex
hoc,nec poſſeſſionem q̄rit,nec vſucapiendi con
1 ditionem.h.d.principalr̄.† per inſtr̄a poſſe probari dn̄ium. & vi-
de hic.l.trib.j̃.ad agri.& cenſi.de poſſeſſione dixi.in l.2.ſ. de acc.
poſ.non poteſt,dicit gl.ꝙ mutauit ſibi cām poſſeſſionis, ex hoc
colonus nō mutauit,ſed mutare voluit, vel dic mutauit animo.
2 No.ꝙ furtum inſtr̄orum,non officit domino.Bal.de Peruſ.

LEX II.

1 *Res mobilis vſucapitur triennio.*

a In ſeruorum. Res mobilis *a* vſucapitur triennio,nec
expectatur curſus longi tpis.h. d.ſi quis
tamen nollet vſucapere triennio,ſed ſolum lon.temp.bene poſ-
ſet tex.in l.1.ſ.de ſer.ru.pręd.& de ſer.ſu.ſ'm lect.Gui.de Suz.nec
1 eſt alibi,vt ibi dixi.† Mo.ꝙ dixi in ſummario,ꝙ res mobilis uſu-
capitur triennio concurrente tit.& bona fide , inquantum autē
deficeret titulus,aut bona fides,nō minori tempore præſcribitur
res immobilis,q̄ mobilis,ut Inſti.de vſuca.§.quod autem.& ſ.fa.
erc.l.ſeruum,& ibi not.& ideo ſis cautus ſcholaris,qui emis pul-
chrum librum,ut de hoc facias publicum inſtr̄m , ne deficias in
probatione tit.libro comperto apud alium,quia alias non pote-
ris uincere in reali,ut l.fi.ſ.de rei uen.quæ eſt ſingularis.

ADDITIO.

a A.B.Res mobilis.No.ꝙ res mobilis uſucapit triennio,niſi quis uellet vſucapere lōgo tpe,tex.eſt ſin.ſecundum unam lect.l.1.ſu.de ſer.ſu.Et uide hic Bal. quid dicit ꝙ tu ſcholaris,qui emis pulchrum librū,ſis cautus ut facias fieri publicū inſtr̄m, vt libro reperto penes alium,poſſis probare tit.ꝙ ſi non potes,ſuccumberes in reali.l.fi.ſu.de rei uend.quæ eſt ibi ſing.ſecundum eum,& hoc dicit in lec.

LEX III.

1 *Hæreditatis petitio,quando poſſit intentari.*

Vnus. Actioni mixtæ non p̄ſcribitur lon.tempo. h. d. cum
l.ſeq.ratio,quia poſſeſſor nō habebat titu. alias bene
vſucaperet longo tempore,ut patet in ultimo reſp.l.ſeq.& gl. te-
1 net hic,& bene. Vltimo no.gl.fi.l.ſeq.quæ ponit, quando poteſt
petitio hæred.intentari contra tit.poſſidentem.

ADDITIO.

1 *Præſcriptio non habet locum contra poſſidentem.*
2 *Præſcriptio non ſolum elidit actionem ſed eneruat probationem.*

Vnus. Cōtra diuiſorium , uel petitorium iudiciū vnus ex
ſociis lon.tēp.non præſcribit.h.d.ad euidentiam p̄-
mitte,ꝙ ſi tu & ego habemus aliquid cōe pro indiuiſo,& ambo
poſſidemus,non eſt q̄rendum de poſſeſſione p̄ſcribenda , ratio,
1 † q̄a ↄ̄ poſſidentem non p̄ſcribitur.ſed pone ꝙ tu ſolus poſſedi-
ſti,hic eſt caſus de hoc,ꝙ rōne partis non p̄ſcribitur alia pars, in
qua non habet ti.h.d vt ff.de acq.hær.l.duo fratres,quærit gl.po-
ne,tu,alienaſti rem cōem totam,nunquid ille,qui emit poteſt p̄-
ſcribere:vr̄ ꝙ non,quia tu,qui alienaſti,non poteras.gl.determi-
nat ↄ̄rium , quæ intelligitur cum determinatione auth. malę fi-
2 dei. No.† gl.ꝙ præſcri.non ſolum elidit *a* actionem,ſed etiā ener
a uat probationem,hoc tamen non eſt omnino expeditum, ſicut
in l.1.ff.commu.di.vel fam.erc.Bal.

ADDITIO.

a P.D.Elidit.aduerte ad dictum Bal.qui dicit,quod præſcriptio elidit actionē.quaſi velit,quod in totum non tollat.Bar.autem dicit præſcriptionem proprius ciuilem actionem tollere,ſed naturalem elidere,in l.fi.§.1.ff.rem ra.ha.& uide per eundē Bal.in auth.ad hæc,uer.item dubitatur,C.de vſur.Imo.& Doct.in c.fi.de præſcr. Sed quod in totum tollatur,habes tex.in c.ad aures,de præſcr.ubi per Pau. quamquam communiter recipiatur gl.ſententia in l.at qui natura,ff.de ne.ge.& in l.cū qui,§.qui iniuriarum,ff.ſi quis caut.uide ibi idem gl.& Doct.

LEX IIII.

1 *Hæreditatis petitio eſt talis naturæ,ꝙ agens obtinet in ea, etiam ſi non probat de dominio,uel quaſi.*
2 *Titulus pro poſſeſſore,vel pro hærede,non eſt titulus.*

Hęreditatem. Petitioni hæreditatis non præſcribi
tur longo tempore,niſi poſſeſſor cū
tit.& bona fide dominium vſuceperit.h.d.hęc petitio hęredita-
tis ſapit naturam realis iudicij.& ideo ſicut contra eam præſcri-
bitur longo tempore,ſimiliter præſcribitur petitio.hęredita-
tis:

tis:qa vbicunq; datur ↄ tit.poſſidētem,& in hac excedatur ſuos
terminos,excedit a terminis non ſuis, vt pſcribatur lōgo tpe, &
1 hoc voluit gl. magna hic,& bene.† In gl. ſuper verbo,non poſſit
in fi.imo dic ꝙ rō eſt, qa petitio hrditatis eſt iſtius nāæ, ꝙ agens
obtinet in ea,ēt ſi nō ꝓbat de dn̄io,vel quaſi, nec de poſſeſſione
a defuncti,dummodo ꝓbet remāſiſſe hæreditatem *a* defuncti,qa
forte commodata,& depoſita fuerit,vt l.item veniunt,§.& non
tm̄,ff.de peti.hær. vnde ↄſiderauit, ꝙ Legiſlator impartitur agē
b ti ↄ titulo poſſidentē,*b* qui hēt ius fortuitus,& nobilius, ideo nō
2 dat ↄ titulo poſſidentē,in ipſis caſibus notatis in gl. † titulus aūt
pro poſſeſſore,vel pro hrde,nō eſt tit. ideo ↄ poſſidentem datur
c pro poſſeſſore,vel pro hrde. Si aūt agēs *c* dicit ſe hæredem,& cō
uentus dicit ſe hæredem,alterum eſſe oportet hæredem, & non
vtrunq; & ideo,ſi reus non eſt hæres,eſt ſine tit. vnde non cura-
tur,licet dicat ſe pro hærede poſſidere.

ADDITIONES.

a Hæreditatem.in aliquibus lec.ord. Ang.non legit hanc l.& uide Bal.in l.poteſt,de rei ven.& ea quæ habentur per gl.& Doc.in l.bona,ff.de bo.poſ.

b Poſſidentem.Quare pet.hæ.non datur contra tit.poſſidentem,uide Bar. in l.hæreditatis,ſup.de pet.hęr.& quod tit.diuiſionis excludat pet.hær.uide in l.1.cum ibi no.ſup.com.vtriuſq.iud.

c A.B.Si autem agens,No.quod ſi intentio agentis infringit intentionem defendentis,tunc ſucumbit reus.ſed quando intentionem agentis infringit intentione rei, tunc vincit reus.

LEX V.

1 *Vſucapere non poteſt,qui eo animo non poſſidet.*

1 SI puerum. † Qui non poſſidet eo animo,vt quæratur ei dominium,non vſucapit lon.tēpore.h.d. Idem ſi poſſidet longiſſimo tempore, vt inf.de pręſcr.30.anno. l.malè agitur.

Quibus non obiicitur præſcriptio longi temporis. *Rub.*

LEX PRIMA.

1 *Miles vulneratus,ſine licentia ab inſignis recedere non debet.*
2 *Sententia partibus vocatis ferri debet.*

TEmpus. Si præſcriptio conſumatur in abſentia
perſonali iuſta, impetrari poteſt in inte.
reſti.ex cła generali.h.d.cum l. ſeq. non aūt ex abſentia
voluntaria tantum.j̃.de præſcr.30.ann.l.ſicut.ibi, nō ſe-
cus,&c.hoc in cā neceſſaria tm̄,& in probabili, vt l. Papinianus
exuli,ff.de min.ſed probabilis,vt ſtudiorum cā ꝙ mercantię,vel
neceſſaria & probabilis,vt legationis,vt l.fi.ff.de in integ.reſti.&
ibi per gl.iō aūt dixi de abſentia perſonali,quia abſentia,quę in-
ducitur ex diuerſitate locorum domicilij, nunquam parat cau-
a ſam reſtōni, vt dixi in l.fin.ſ̃. tit.2.In l.2.ibi, a comitatu *a* noſtro
1 diſcedere.i.a pręſentia noſtra.†No.bene ꝙ miles ēt vulneratus,
2 non debet diſcedere a ſignis ſine licentia.† In tex. ibi,accerſitis.
i.conuocatis. No ergo ſententiam per acta ferri debere partibus
pręſentibus,uel ſaltem vocatis.concor.l.ea,quę j̃. quō & qn̄ iu.
b dicit tn̄ Inn.ꝙ quęlibet interlocutoria *b* pōt ferri abſente parte,
& valet,vt dt l.diem proferre,& l.ſed interpellatur,§.fi.ff.de arb.
ſed debet reſcindi eo ipſo,ꝙ oſtenditur partem non eſſe citatam
vt in c.auditis.extra,de proba.Sed illud dictum non eſt verum p
l.de unoquoque,ff.de re iud.& ff.de adop.l.nam ita diuus,& d.l.
ea quę.& ff.de mi.l.in cauſę,§.cā cogita.& eod.titu.l.intra utile.
non ob.l.alle.per Inn.quia loquitur in interlocutoria lata in fa-
c uorē *c* ipſius abſentis,non ad ſui pn̄tiā faciendam,qđ fieri poteſt
extra,de fi.inſtru.c.cum Ioan.heremi.ibi per Inn.& Io.And.

ADDITIONES.

a Comitatu.iſte tex.poteſt intelligi in medico,quem oportebat ſtare in exercitu ad curandum,& ita uidetur intelligere Bar.hic ſuper rub.

b Interlocutoria. Vide Bar.& Doc.in l.ſi opus,& ibi dixi poſt eum,ff.de no.ope. nū.& Bar.in l.1.inf.de ſen.ex breui.reci.

c In fauorem. Et eſt iuſſus de citando,in quo non requiritur citatio,l.ſed & interpellatur,§.arbiter,ff.de arb.& ibi not.ſed interlocutoria, quæ requirit citationē,puto q. ualeret etiam pro abſente non citato,quia & tunc habet locum ratio Bart. in l.ea quæ,inf.quomodo & quando iud.

LEX II.

1 *Miles per principem ad exercitum miſſus,ſine licentia recedere non debet.*
2 *Præſcriptionis exceptio poteſt elidi per reſtitutionem in integrum.*

Cum per abſentiam. Fruſtra precibus īpetra
tur,ꝙ p reſtōnē in inte.
conceditur.& hoc nō reperit alibi de iure cōi,niſi in l.1.j̃.de the
ſau.item habenti priuilegium de iure cōi, non dr̄ fieri gr̄a. h. d.
1 †No.ꝙ Princeps,q hēt militem ſecum,vel mittit ad exercitum
non poteſt recedere ſine licentia Ducis exercitus. Not.uocādos
2 omnes,quorum intereſt.† Nota, ꝙ exceptio præſcriptionis pōt
a elidi *a* per replicationem in integ.reſt.

ADDITIO.

a Celſus.pōt elidi.Tu uide hic Pau.de Ca.in l.1.§.fi.& ibi Bar.ff.ad Tert.dixiī apo.ad Bar.in l.fratris,ad fi.ſup.de tranſ.& de hoc per Alex.conſi.212.vol.2.

LEX III.

1 *Præſcriptio non currit contra minorem.*
2 *Vſucapio longi temporis olim currebat contra minorem.*
3 *Actiones loco immobilium computantur,ſi pro immobilibus competunt.*

NOn eſt. Minori 25.anno.non.præſcribitur longo tpe,
ſed demum poſt minorem ętatem incipit.h.d.
ſm veram lecturam Io.Iaco.Bu.dicit,ꝙ nō currit in effectu;Io.
autem intelligit,ꝙ non currit præſcriptio ipſo iure. prima vero.
1 † In text.ibi,non computari.ſ.in effectu. Iac. But.ibi,currere in-
cipit in effectu.& quidam dixerunt,ꝙ ipſe minor ipſo iure ſerua
tur illæſus,& iſta lex hodie eſt correcta per l.fin.ſ̃.in quib.cau.in
inte.reſt.non eſt neceſſa.& ita fuit opinio quorundam antiquo
rum recitata hic in prima glo.ipſe Accurſius tenuit,ꝙ vſucapio
longi tpis non currit pupillo,nec etiā adulto iure antiquo , ipſo
iure,quia per orationem diui Seueri bona minorum prohibent
alienari,vt ſ̃.de pręd.mi.l.1.per conſequēs prohibetur vſucapio
longi temporis ex regula l. alienationis. de verb. ſign. & propte-
rea concluditur,ꝙ l.fi.ſ̃.in quib.cau.in integ.reſt.non eſt neceſſa
quæ dicit ; ꝙ minores hodie ipſo iure ſeruantur illæ ſi per illam
legem factam per Iuſtinianum,quæ non loquitur niſi in uſuca-
pione tm̄ rerum mobiliū,quę olim currebat minoribus, & mi-
nores reſtituebantur:ſed hodie per l.Iuſtiniani nō currit ipſo iu
re:ſed ille intellectus non vr̄ bonus,qa omnes res mobiles, quę
a ſeruando ſeruari poſſunt,*a* de iure antiquo alienari non poſſunt
vt.l.lex,quę tutores,ſ̃.de admi.tu.vnde eadem ratione nō debēt
vſucapi, quia etiam immobiles hodie præſcribi non poſſunt qđ
gl.hic uetat.vnde aliquid dixerunt, vt Pla.quod Iuſtinianus hic
putabat,& non recordabatur,quod etiam iure antiquo erat ſta
tutum,quod res minoris non poſſent præſcribi,conſiderato , ꝙ
erant prohibitę alienari:ſed iſte eſt fatuus intellectus . Vnde alij
dixerunt,ꝙ illa lex loquitur de præſcriptionibus,actionis,& hoc
nouum introduxit hic Inſtinianus,ut ipſo iure non currant:ſed
iſta opinio eſt falſa,quia actioni perſonali non præſcribitur lon-
go tpe,vnde non poteſt de ea ſenſiſſe.Ideo alij dixerunt, ꝙ ibi lo
quitur de pręſcriptione rerum,quæ pn̄t alienari,licet ſint mino-
rum,& ideo iure antiquo poterant præſcribi;ſed minor poterat
reſtitui,vn̄ per Iuſtinianum inducitur hodie, ut ipſo minor ipſo
iure conſeruatur illæſus, & hanc opinionem ſequutus fuit Iac.
de Are.Sed hæc opinio falſa eſt , quia res ſolum q̃ ſeruando ſer-
uari non pn̄t,poterant alienari:tn̄ ille non pn̄t uſucapi,quia tāto
tpe non durant,vt dicit gl.ibi,& apertius in l.vnica.ſi aduer.vſu-
ca.Tanta fuit uarietas,ꝙ glo.iſtum punctū quaſi indiſcuſſum re
2 liquit,& Bar.ſe non firmat, ſed ſimpliciter tranſit cum alijs.†Po
b tes dicere,& iſtud credo verum,*b* ꝙ vſucapio longi temporis,q̃
eſt incepta ↄ prędeceſſorem ,continuatur etiam ↄ minorem,vt
l.ēt,ff.de mi.ſed reſtituitur,vt ibi:& ideo Iuſtinianus in hoc caſu
voluit minorem illæſum conſeruari , & hoc ipſe ſolus introdu-
xit in d.l.fin.ſi vero incipit ab ipſo minore,tunc ēt ipſo iure anti-
quo non currebat ipſo iure,& iſta eſt caſus l.noſtrę,vt patet ex li
tera ibi,dum dicit,incipit &c.non autē dicit continuari,ut ff.de
acq.rer.do.l.bonæ fidei.vbi aperte dicit litera.ꝙ ↄ pupillum vſu-
capio non inchoatur.in hoc ergo Iuſtinianus nihil ſtatuit,ſed ſo
lum in præcedenti, & iſte eſt verus ītellectus ad l fin.Cōcluſiuę
dic,ꝙ olim vſucapio lon.tem.currebat ↄ minorem , & etiā triē-
nalis,ſed poterat reſtitui , vt hac l.hodie uero ipſo iure ſeruatur
illæſus,vt d.l.fi.ſ̃.alleg.Item currebat etiam ſi partus erat in ven-
tre,vt d.l.etiam.& quia minor & miles ęquiparantur,conſtat au
tem ↄ,ꝙ militi præſcriptio currit,licet ipſe poſſit reſtitui. uidebi-
tis in l.ab hoſtibus.j̃.eod.& ſ̃.eo.l.1.& 2.& quia tex.d.l.fi.dixit,ꝙ
omnes temporales præſcriptiones,quæ olim currebant ↄ mino
res,ſed reſtituebantur,hodie ipſo iure non currūt.ergo neceſſa-
rio relatio fit ad uſucapionem triennalem,& longi temporis p̄-
ſcriptionem,licet quidam dixerint,ꝙ ſolum ad uſucapionē triē
nalem imperator ſe refert;& in ea mutat iura antiqua, quia illa
currebant olim ↄ minores,hodie vero nō,ſed hęc lectura repro
batur.Quidam autem dixerunt, ꝙ illa lex ſe refert ad p̄ſcriptio-
nem actionū , q̃ longo tpe tollebatur , ſed iſte intellectus nō eſt
3 verus . † Nam actiones loco immobilium computantur , ſi pro
immobilib.competunt;& loco mobilium,ſi pro mobilib.& vbi
ſumuntur pro iurib.incorporalib.eſt tertia ſpecies,l.qui Tubero
nis,§.in peculio,ff.de pecu.& audi,quia lex loquitur de tempore
p̄ſcriptionis, quæ olim currebat . Si ergo hodie alia præſcriptio
ītroducta eſt præter illam,puta ſtatutaria,currit illa ipſo iure,ut
in c.conſtitutus,de in integ.reſti.in prin.In gl.ibi , in vſucapione
ergo tantum.dic ꝙ hæc non eſt vera,vt dixi ſ̃.nam illa eſt in plu-
ribus,vſucapio autem triennalis eſt vna.

ADDITIONES.

a Celſus . Quæ ſeruando ſeruari poſſunt. adde ad hoc , licet per modum incidentis quæſtionis,an pecunia ſit de rebus quæ ſeruando ſeruari non poſſunt . & diceres quod ſic,per glo.in l.1.§.fuit quæſitum,ff.ad Treb.uide tamen caſum ſing.in quo eſt contrarium,in l.3.§.quid ergo,ff.de contra.iu.tute.& Ro.in l.ſi ex legati cauſa, ff.de uerb.obl.

b Credo verum.Sed Bart.in l.fi.hic alle.& in l.etiam,hic alleg.& in l.naturaliter,ff. de vſuca.tenet contrarium.vide per Bar.& gl.in l.ſi intra,ſu.de non nu.pec.& l.1. ſup.ſi aduer.uſuc.

LEX III.

1 *Præſcriptio currit contra abſentem cauſa Reipub.ſi poſſeſſio longo tempore fuit apud præſcribentem.*

Bal.ad poſter.lib.Cod.

1 Si poſſeſsio. † Contra abſententẽ Reipu.cauſa,vel ca
ſu fortuito,præſcribit longo tempore, ſi
poſſeſſio apud præſcribentem ſemper,& diu inconcuſſa fuit ab ſ
que controuerſia.h.d.

LEX V.

1 *Perſonalis actio non preſcribitur longo tempore,& quando fallit.*

1 Neque. † Actioni perſonali non præſcribitur longo tem
pore.h.d.Limita hoc per l.pen.de vſuc.Nã vſuſ-
fructus perditur longo tempo. & tamen pro eo competit actio
perſonalis,vt ĩ.eo.&c.Item no.hanc regulam eſſe,ſed fallit in ca
ſibus hic annotatis.

LEX VI.

1 *Reuerſus ab hoſtibus ante uſucapionem completam,illam eandem intẽtat, quam primo habebat.*

a Ab hoſtibus. *a* Aduerſus p̃ſcriptionem ꝯ captum ab
hoſtibus reuerſus p̃t reſtitui, & reſtitu
tus intentat directam,q̃ primo habebat, & q̃nque intẽtat vtilẽ,
1 q̃ appellatur reſciſſoria.h.d.coniuncta gl.†In gloſ.1.ibi,ſ.vtili re-
ſciſſoria,& bene: nam ante vſucapionem completam,reuerſus
ab hoſtib.illam eandem actionem intentat,q̃ habebat primo,cũ
ius ſuum non ſit habebat. & ideo ſi habebat directam rei ven.in
tentat illam;ſi publicianam,illam intentat;ſi vtilem,illam hẽbat
quia emphyteuta,vel ſuperficiarius, ſiſr intentat vtilem vſuca-
pione non completa,& ſi completo iure ſuo, & perempto non
competit ſibi actio directa,quæ cõpetebat primo,ſed utilis. Tñ
illa appellabatur reſciſſoria, q̃ non obſtante ꝙ ſit rei pſecutoria
cum detur ꝯ ius commune,finitur anno,vt l.in honorarijs,§.ſed
cum reſciſſa,ff.de act.& ob.& illa debet intentari petitio,& obtẽ
to beneficio reſtitutionis in integrum, vt not.in l.ab hoſtib.la 3.
ĩ.de ca.& d.§. ſed cum reſciſſa.

ADDITIO.

a Ab hoſtibus.In aliquibus lect.ord.Ang.non habetur iſta lex.

LEX VII.

1 *Preſcriptio longi temporis quot annis finitur.*

2 *Titulus,bona fides,& poſſeſsio inconcuſſa,requiruntur ad complendum preſcriptionem decennalem,nu.3.*

Præſcriptione. Præſcriptio lon.temp.ꝯ præſentem
finitur annis decẽ.ꝯ abſentẽ ann.20.
de quo dẽt deduci omne tp̃s,qđ debebat deduci beneficio reſti
1 tutionis.h.d.† In text.ibi,bona fide.hæc præſumitur in dubio, ſi
a habet titulum verum,vel putatiuum *a* iſto errore concurrente,
ff.de uſuc.l.Celſus.Inſti.de actio.§.aliæ.in glo. *Idem* ſi nõ habet
tit.nec verum, nec putatiuum,ſed poſſedit longo tempore ſine
b controuerſia,nam præſumitur poſſediſſe bona fide, *b* Inn.de re
ſtit.in integ.ca.cum veniſſet.verſi.item nota,quod non ſufficit.
2 † Ideo qui poſſidet longo tempore, *c* quantumcunque ſine ti-
c tulo,non tenetur ad reſtitutionem fructuum perceptorum, tã-
quam mala fide poſſiderit, niſi de eius mala fide doceat. Tene
menti.In text.ibi,poſſidentis continue & inconcuſſe, s̃. de præ-
d ſcr.lon.tem.l.4.& s̃.ſi aduer.vendi.cui ergo *d* incumbit onus p-
bandi,an præſcribenti præſentiam aduerſarij, an vero aduerſus
3 abſentiam eius, qui dicit ſe abſentem fuiſſe. † Dic ꝙ iſta copu
latiuo requiruntur ad complendam præſcriptionem decẽnalẽ
ſ.titulus,bona fides,inconcuſſa poſſeſſio, & aduerſarij preſentia
quæ omnia & copulatiue debent probari,cũ ſint cãe,& funda-
mentum ipſius intentionis.& hoc tenet Iac.But.in l.fi.s̃.de præ-
ſcri.lon.temp.licet qdam magnꝰ Doctor dicat contra. Sit ergo
cautus Aduocatus articulari,& probare de p̃ſentia:alias defice-
ret in ſalutari ſuo,cum nec preſentia.nec abſentia præſumatᷣ, q̃
facti eſt,ut dixi in l.emptor,de præſcr.lon.temp.

ADDITIONES.

a Putatiuum.Vide Bar.in l.Celſus,hic alle.

b Bona fide.Ex poſſeſſione longi temporis præſumitur bona fides, vide latius eundem in l.ſuper longi,ſup.de præſcr.long.temp.

c Longo tempore.Intelligo,ſi habuit bonam fidem,non ſolum rõne dominij,ſed ẽt hypothecæ,ut no.gl.in l.ſi quis fundum,§.fi.ff.de acq.poſ.

d Cui ergo.Contrarium tenet ipſemet in l.emptor,ſup.de præſc.lon.tem.& uide ꝙ no.Bald.in l.fi.§.j.in fi.ſup.de bo.quæ lib.& Bar.in l.re legati,in prin.ff.de pœ.

LEX VIII.

Sancimus. Militibus in expeditione degentibus aduer
ſus præſcriptionem cõtra eos inchoatã ſuc
curritur,non militibus delicatis in domo ipſorũ manentibus:
hoc dicit.

b rit præſcriptio: ſed ſi poſſet agere, tñ non cõmode, currit præſcriptio, ſed habet locum reſtõ. exemplum in l. Senatuſconſulto, ff. de offi. Præſi. vbi eſt bona gl. quæ ita declarat hunc tex. & hoc verum, qñ quis impeditur de iure; impedimentum aũt facti nõ curatur, ſed hẽt locum reſtitutio, vt l. & Atticilinius, ff. de ſerui. ruſt. prædio. impedimentum aũt contingens in perſona ipſius pręſcribentis, non cauſat reſtitutionem in integrum, quæ non datur ꝓ lucro non percipiendo ſine aliena iactura, preterquã in caſu quẽ dixi in l. 1. ſup. eo. in prin. & tene menti: hic non ſunt alia.

ADDITIONES.

a Sed ſi pater. Idem tenet Bal. in auth. niſi tricennale. ſup. de bon. mat. adde quod tãtum iuri adeundi in aduentitĳs currit præſcriptio filio in poteſtate, & etiã in termino ſtatuto ad inſinuandum. ſecundum Bal. in l. 1. in prox. opp. ſup. qui admit. & probatur ibi in illa l. cum ibi no. per Bar. & Doct.

b No. quod impedimentum ſuperueniẽs poſt præſcriptionem inchoatam impediat curſum. vide plene in l. Senatuſc. ſupr. alleg. & Cy. & Bar. in l. quoties, ſup. de preci. Impe. offe. & vide Bar. in l. naturaliter, ff. de vſucap.

LEX II.

1 *Hypothecaria, vel reali agere volens, notificare debet.*
2 *Libellus querimoniam cõtinens, Tabulariorum ſubſcriptionem hẽre debet.*
3 *Citatio ad domum, denunciari debeat.*
4 *Citandus ſi neſcitur vbi ſit, qualiter citari debeat.*
5 *Citatio legitime facta ad domum, reddit citatum contumacem.*
6 *Contumax etiam notorie citari debet.*
7 *Citatio tempus continere debet, alias citatum non arctat.*
8 *Citatus debet ſemper comparere, ſuum priuilegium allegaturus.*
9 *Delegatus non habens tribunal determinatum, debet ſemper exprimere locum iudiciĳ in citatione.*
10 *Citationum expectatoriarum menſuræ approbatæ dicuntur arbitrariæ.*
11 *Citatio expectatoria, quando dicatur peremptoria.*
12 *Citatio plures terminos continere debet.*
13 *Partes non citatæ licentiam Iudici expediendi proceſſum dare poſſunt.*
14 *Citationis dies quandoque in termino computatur.*
15 *Citatio per iudicem admonentem fieri poteſt.*
16 *Nuncio ſe citaſſe aſſerenti, credendum eſt.*
17 *Contumacia contrahitur per citationem.*

Vt perfectius. Si poſſeſſor præſcribens cõueniri nõ põt ꝓp abſentiam, impotẽtiam, infantiam, vel furorem, poteſt fieri interruptio præſcriptionis per denunciationẽ factam Præſidi, vel Epõ, aut defenſori loci, & vltimo ad domiciliũ poſſeſſoris in forma hic tradita. h. d. vbi ꝯ poſſeſſorem non dẽt ordinari iudiciũ, ſed intentari iudicium pſonale, non hẽt locũ hmõi cenſura, qđ tenuit Bar. Odof. autem tenet contrarium ꝓp identitatem rõnis. Item vbi reus non habet cõueniendi domicilium, ceſſat huius legis prouiſio, & hæc duo directe ꝓbat hæc lex. Et iſtud vltimum no. glo. in l. cum hæreditas
1 ex Tre. ff. ad Tre. † In tex. ibi, & ſuã manifeſtare volũtatẽ, dic notificando ꝙ velit agere ꝯ talem reali vel hypothecaria, & non pt ꝓp eius abſentiam, vel potentiam, vel fauorem, aut infantiam, ſm Odof. Sed hæc remedia videntur fruſtratoria; nam abſentis requiſitio poteſt fieri per edictum, & ligabit eum, vt l. conſentaneum, & auth. qui ſemel, ꝯ. quõ & qñ iud. & eodem mõ ligabit potentem ad quem executor ire non audet. Item volens agere ꝯ furioſum, põt petere ei dari curatorem, & infanti tutorem, & ꝯ ipſos libellum porrigere, & lit. conteſtari. Sed dic ꝙ non inueniebatur tutor, nec curator; ſic enim ꝯtingebat de facto. Non obſt. qđ dr̃ de edicto, quia per illud non fiebat interruptio pleniſſima, ſed tantum in 30. ann. per hunc autem interruptionis modum fit perpetuatio, in 40. ann. vt hic, & hoc ad pleniſſimam interruptionem vt inf. dum dicit, ſiue trienniĳ. Conſtat autem vſucapionẽ non interrumpi, niſi lite conte. & tunc in effectu, vt l. ſi poſt acceptum, ff. de rei ven. ſimiliter præſcr. long. temp. non interrumpitur, niſi per lit. conteſt. ut l. more, §. de rei ven. vnde non erat ꝯſultum per talia edicta agere volentib. & ideo fuit neceſſariũ remedium huius leg. In text. ibi, cum Tabulariorum ſubſcriptio-
2 ne. † No. caſum, in quo ſi libellus querimoniam continens producitur, debet habere ſubſcriptionem Tabulariĳ, & ſi Tabellio non inuenitur, debet habere ſubſcriptionem trium teſtium. Et caue, quia hic libellus producitur per partem, non autem hic fit citatio per executorem. Vel dicas, ꝙ talem libellum volens agere, poteſt proponere per ſe, & etiam per nuncium: ſemper tñ oportet fieri ſubſcriptionem Tabulariĳ, aut teſtium. In glo. ſuper verſicu. adire. ibi. §. non permittas. Vel dic ꝙ ibi in actione mouenda, hic in interrumpenda præſcriptione. Addidit etiam Imperator, quando iudices negligunt iuſtitiam miniſtrare, vt in corpore, vt differ. Iud. per totum. In gloſ ſuper verbo, domicilium,

ibi

a ibi,denunciari ad domũ, *a* ẽt ſi quis citetur ad audiendũ ſnĩam,
b vt no.gl.in l.2.§.ex quib.cau. ma. ſiue *b* dicta ſnĩa ſit ferenda poſt
lit.conte,ſiue ante,vt no.in auth.ſi oẽs,§.ſi vt ſe ab hær. abſti, & ſi
citandus neſcit vbi ſit,citari põt per edictum ad locum, vbi ſoli-
tus eſt ↄuerſari.ſcholaris aũt vagabundus citari debet ad domũ,
quam reliquit ſi tñ non citat,tenet electio p̃lati,quę põt fieri etiã
abſentib.nõ citatis,& dicit Inn.in c.ex parte,de teſti.ꝙ citatio ad
domum facta legitime reddit citatum ↄtumacem, ſicut ſi fuiſ-
ſet citatus perſonaliter.dicit ẽt Inn.in c.ſi aduerſarius,in glo.2.de
eo,qui mit.in poſ.cã rei ſeruan.ꝙ cum non põt ſᷓm regulam iu-
ris cõis veniri lit.non conte.ad ſnĩam,non ſufficit citatio ad do-
mum,vt feratur diffinitiua,vel ſnĩa excommunicationis, niſi in
c fraudem *c* citatus ſe abſentet,vt citatio non poſſit eum compre-
hendere:& intelligitur in fraudem eſſe abſens,ſi ſemel fuit cita-
tus perſonaliter, vel ſi ſe abſentauit poſt promiſſionem de iudi-
cio ſiſti,vel ſi tenetur in eodem loco facere reſidentiam,vt cleri-
cus in eccleſia,maritus cum vxore & hæc fraus præſumit reſpe-
ctu ipſorum,non aliorum,& prædicta vendicant ſibi locũ ↄ̃ reũ.
Contra actorem vero non requiritur citatio in perſonam ẽt lite
non cõteſt.vt veniatur ad diffinitiuã:imo ſufficit citatio per edi-
cta,vt in auth.qui ſemel.lite vero non ↄteſt.indifferenter ſufficit
d citatio ad domum. *d* & vbi reus p̃p abſentiã actoris lit. non cõt.
vult abſolui ab obſeruatione iudicij, eodem mõ debet facere ci-
tari actorem, ſicut ſi vellet diffinitiuam conſequi: ſecus ſi vult
ſolum vt circũducatur edictum.& vbicunque ſufficit ad domũ,
intellige de domo habitationis,vel de p̃dio: & ſi non inuenitur,
e vel ẽt procurator,aut conſanguineus *e* vel amicus eius,qui eum
defendere vult,in oſtio domus affigenda eſt ſchedula citationis,
f non aũt ſufficit citari eum ad locum ſui benefici, *f* ſi eum pone-
res clericum,hęc oĩa decidit Inno.in d.c.ſi aduerſarius, in glo. 2.
3 †Et attende *g* vltimo,quia vbi citandus neſcit vbi ſit, ſufficit eũ
g citari ad locum,vbi ſolitus eſt conuerſari.& ſi conſtat citandum
eſſe vagabundum,ſufficit ſi'r citatio ad domum. Si tñ non cita-
tur,non nocet,vbicunq; actus põt expediri aliquo abſente,& nõ
citato,exemplum in electionibus prælatorum,quæ fieri poſſunt
abſentib.non citatis,vt dixi; & tunc dico, ꝙ ſi tunc cum electio
celebratur p̃ſens reperitur, licet non emanet citatio,non p̃p hoc
h electio eſt nulla, ita dicit Inn.in c.quia p̃p *h* de elec. in glo. ſuper
4 hoc. † Attende etiam,quia citatio facta legitime ad domum,red
dit citatum contumacem.ita tenet in d.c.ex parte,de teſtibus, &
intellige,ꝙ reddit eum contumacem,ẽt ſi nõ venit ad ipſius no-
i titiam:arctat enim eum talis citatio, *i* dummodo fiat cum teſti-
bus,aut Tabellione,aut cum literis: ſecus aũt ſi fiat nudo verbo
per Prætorem,de damno infecto,l.4.§.Prætor.quod vi,aut clã.l.
aut qui aliter,§.j.de iud.l.& poſt edictum, & hoc deciſiue tenet
Spe.in tit.de cita.§. ſequitur ver.ſed nunquid ſufficit denuncia-
re,& tenet quod talis citatio ad domum ſufficit ẽt in criminali-
K bus *K* quod examinatur plene per eundẽ in tit.de cita.§.j.verſ.nũ
quid.Vltimo,quia hic gl.loquitur de citatione, circa iſtũ articu-
lũ concluſiue capias iſtas concluſiones,quæ quotidie practican-
6 tur.† Primo,ꝙ ẽt notorie *l* cõtumax eſt citãdus ad id, ſuper quo
l contumaciam non ↄ̃xit.de iureiur.c.ad noſtram.dic vt ibi. † Se-
7 cundo,ꝙ vbi in citatione expectatoria nullus terminus *m* præfi-
m gitur, tñ arctat citatum, quia arctat cum primum poteſt. & ita
obſeruauit de facto in curia Spec.cum reſideret in curia Roma
na,in tit.de citatio.§.ſequitur,ver.quid ſi non præfixerunt. In cõ
trarium vr̃ caſus ĵ.de iu.do.impe.l.fina.§. ſin autem nullatenus,
ibi,certum tp̃s definiat, &c. vr̃ caſus in d.l.aut qui aliter, §. j. hoc
idem vr̃ tenere Bar.in l.liber homo,§.decem,ff.de verb. obli.ſed
quicquid dicat Spec.caſus eſt in contrarium,extra de ſent.excõ.
c.eos quis,§.fi.lib.6.Non ob.iura in ↄ̃rium alleg.quia nõ loquũ
8 tur in citatione ſimpliciter,ſed in expectatoria.† Tertio,quod ſp
n citatus *n* debet comparere, ſi vult caute agere, ſuum priuilegiũ
allegaturus,ff.ſi quis in ius voc.nõ ier.l.2.extra,de app.c.cum pa-
rati.ſaluo niſi notorium ſit citationem eſſe nullam,vt l.fina. ff.de
fer.& in c.1.de eo,qui fur.ord.ſuſcep.& ibi per Inn. Spec.in tit.de
9 cita.§.1.in ver.Item generalitet non valet citatio.† Quarto,ſi de-
o legatus *o* non habet certum, & determinatum tribunal, in cita-
tione ſemper debet exprimere iudicij locum, in quo citandus ↄ-
pareat,alias non arctatur,inf.qũo & qñ Iudex l.ſi ut proponis,ff.
de iud.l.ſi locus,extra,de reſcrip.c.fi.ff.de iuſt.& in l.pen. & hoc
10 tenuit Spec.in titu.de citat. §.j.ver.item quid ſi citatus. † Quin-
to,quod termini & menſuræ citationem expectatoriarum de
p conſuetudine approbatæ,ſunt arbitrariæ *p* licet de iure commu
ni in multis caſibus aliud inueniatur, ut in authen.qui ſemel, &
l.conſentaneum, & ideo iſta conſuetudo uniuerſalis, tanquam
probabilis,eſt ſeruanda ſecundum Spec.in d.tit.§.nunc de emp.
11 uer. ſed nunquid. † Sexto, quod nulla citatio *q* expectatoria eſt
q peremptoria, niſi adijciatur uerbum, peremptoriæ, ſi fiat ante
lit. conteſt.ſecus ſi poſt, de offic.deleg.c.conſuluit. ſis ergo cau-
tus hoc ponere, & hoc Spec.in d.titu.j.§.viſo. uer. dicunt quidã.
12 † Septimo, quod ſi in una citatione *r* plures termini inculcan-
r tur, quod fieri poteſt, licet citatus compareat in ultimo tamen
debet reficere ſumptus lit. conteſt.tanq̃ contumax ex priorib.ut
ſup.de iud.l.ſancimus extra,de appell.c.reprehenſibilis. Spec.in
13 d.§.viſo.ver.quid ſi res termini tenet idem.† Octauo, quod par
ſ tes poſſunt dare licentiam *ſ* iudici expedire proceſſum, ẽt eis nõ
citatis,inf.de temp.app.l.fi.in fi.Spe.in d.§.viſo,ver. ſed pone, ꝙ
partes,& hoc obſeruant Aſſeſſores in criminalibus,quia faciunt
14 eis dare licentiam a partibus. † Nono ꝙ dies *t* citationis qñque
t cõputatur in termino,& qñque non,ſᷓm eius formam,vt no.in
d.§.viſo,ver.ſnĩam ferri,vel cãm debito fine terminari, & in Re
15 pe.Peru.in d.l.Item no.ꝙ citatio.† Decimo, ꝙ citatio poteſt fie-
ri per Iudicem admonẽtem,ĵ.qũo,& qñ iudex.l. 2. per Notariũ
cauſæ,& ipſe idem poterit ſcribere citationem ſe feciſſe, ſecun-
u do per nuncium,tertio per edicta.non aũt poterit committi *u* ci
tatio parti,vt citet aduerſarium,quia non teneret aduerſario ci-
tanti credere,& hoc multum diſputat Specu.in d.§.ſequitur. in
prin.vſque ad ver.ſed nunquid.quod intelligo verum.ſi pars ci-
taretur nudo verbo:ſecus ſi per epiſtolam,cui dẽret credi, vt ff.
de fur.l.eum qui.§.ſi epiſtola.vbi caſus.facit quod no. ff. de acq.
poſſ.l.iuſte,& ĵ.vnde vi.l.meminerint, & de pign.l.3. põt ẽt fieri
citatio per pręconem citantem per turbam,ſᷓm ꝙ fieri videmus
de more,& illa citatio paucis innoteſcit,de qua loquitur authẽ.
16 qui ſemel.† Vndecimo,ꝙ nuncio qui dicit ſe citaſſe, eſt creden-
x dum: *x* vnde creditur ſuo ſimplici dicto,& ita obſeruat gñalis ↄ
ſuetudo mundi,quod intellige ſi nũcius eſt publicus, & iuratus.
extra de app.cum parati.licet Spec.in d.§. ver. nunquid deciden
do teneat.ꝙ non creditur ei,niſi conſtet de publico documẽto,
vel per teſtes de citatione,& ideo in multis cauſis tp̃e,quo Peru
ſium regebat per Paſtores eccleſiæ,uidi obſeruari practicã. Spe.
ad omnes dubium remouendum,ꝙ nuncius ſemper confici fa-
17 ciat publicum inſtr̃m.† Duodecimo,& vltimo, ꝙ per citationẽ
ↄ̃hitur contumacia qñque vera,qñq; ficta,alia eſt notoria,& ſic
eſt triplex,& qualiter incurratur,uide Spe.in tit. de contumacia
§.j.Bar.ẽt tangit.ff.de app.l.ex conſenſu, plenius per Io. And. in
cle.1.de don.& cont.dixi in l.poſt edictum.§.fin.ff. de iud. & dic,
vt ibi.In gl.ibi,ſed arg.ↄ̃ ibi citatio non tenuit,& in notitiam nõ
venit, & iõ non arctauit citatum. Hic tenuit, iõ non curatur an
venerit ad notitiam.In gl.no.ergo ibi,tu dic ſᷓm Io.hæc vera ſᷓm
Odoffr. tu dic, ꝙ vſucapio triennij non interrumpitur ipſo iure,
ſed quo ad effectum,vt ſup.dixi in prin.Iac.Bu.In ead.gl. ibi, rñ-
deo non eſt vera Odof.vnde eligere poteſt ille,ↄ̃ quem præſcribi
tur,alterum de duobus remedijs,prout ſibi placuerit.in gl.fi.ibi,
ſi præſes.illa lex in alio caſu loquitur.Odofre.

ADDITIONES.

a Ad domum.Vtrum in omni actu ſufficiat citatio ad domum,uide Bart.plene in l.
4.§.Prætor,ff.de dam.infe.& iſta omnia ſequentia ſunt verba Inno.in c.l.ſi aduer
ſarius,extra de eo,qui mit.in poſſ.cauſa rei ſer.& uide glo.& Docto.in l.ex conſen
ſu,§.fi.ff.de appel.

b Siue.Adde Io.de Imo.vſque ad uerſi.niſi in fraudem.quod eius manu reperi aditũ.

c In fraudem.Vide quod no.Bar.in l.1.§.ſed,& Ariſto.ff.quod ui,aut clam, & quod
ibi dixi.& iſta ſunt verba Inno. in c. ſi aduerſarius, hic alleg. ſed contra iſta tenet
Imo.in l.4.§.prætor,ff.de dam.infe.

d Ad domum.Idem Bal.in l.ab eo,infr.quomodo,& quando iudex.per glo.in c.cau
ſam,quæ extra, de dolo,& contu.

e Conſanguineus.Vide no.in l.hæc autem,ff.quibus ex cau.in poſſ.ea.& Bar. in l.4.
§.prætor.ff.de dam.infec.

f Beneficij.Vide Bal.in l.ab eo,inf.qũo,& quando iud.Spe.in tit.de cit.§.1. uerſi. ſed
nunquid ſufficit,& uide no.per Bar.in l.4.§.Prætor,ff.de dam.infec.

g Attende.Vide Spe.in ti.de cit.§.1.ver.ſed nunquid,& quæ dixi præce.apoſt.

h Quia propter.Et ponit ibi etiam Inn.unum dictum no. quod allegat Barto. in l.4.
§.Prætor,de damno infecto.

i Citatio.Dixi poſt Bar.in l.4.§.Prætor.de dam.infec.& uide Bar.in l.conſentaneũ,
inf.quomodo,& quando iud.& in l.diffamari,ſup.de ing.manu. & in gl. mag. &
tex.in c.fi.ext.de eo qui mit.in poſſ.

K In criminalibus.Vide per Bar.in l.inter accuſatorem,ff.de pub.iud.

l Notorie.Vide in c.1.extra,qui ma.accu.poſſ.

m Terminus.Vide in l.liber homo,hic alleg.& Bald.in l.ſi ea inf.qui accu. non poſſ.
& in l. 2. ſupra ubi in rem actio.per Ang.in l.aut qui aliter,circa principium,poſt
Bar.hic alleg.& l.per interuallum,ff.de iud.& Ang.in tract.de inuentario,ad finẽ.
& dicit Bald.in l.1.inf.quomodo,& quando Iudex, quando quis intelligatur cita-
tus ad horam congruam.& in l.conſentaneum,in 1.not.eod.tit.quomodo,& quã
do Iud.dicit,quod in citatione requiritur tempus,alias non arctat citatum,& vide
Bal.in l.fi.ſup.de iu.do.impe.hic alleg.

n Citatus.Dixi poſt Bar.in l.2.ff.de appe.rec.

o Si delegatus.Vide Bar.& Doct.in l.ſi ut proponis hic alleg.

p Arbitrarie.Optime facit ad no.in l.2.ff.de re iud.& ponit Bar.in l.conſentaneum,
ver.quæro,quod dies.quomodo,& quando iud.& glo. & Bart. ibi expreſſe in au-
th.qui ſemel eo.tit.

q Citatio.Vide plene Bar.in l.ſi finita.§.Iulia.ff.de dam.infec.

r In vna citatione.Vide Bar.in l.contumacia,cum ſimi.ff.de re iud.& quod ipſe no.
in l.qui ante calendas,ff.de ver.oblig.

ſ Licentiam.Vide Bar.in l.is,qui reus.cum concor.ibi poſitis,ff.de pub. iud. & Bar.
in l.4.inf. de accuſ.

t Dies. Vide plene Bal.in l.eos,§.ſin autem,inf.de app.

u Committi.Vide Bal.in l.iuſte hic alleg.& in l.ſi ut proponis,la 2.inf.quomodo,&
qñ iudex.& Bar.in tract.ad reprimen.ver.per literas.Ant.de But.in c.1. ext. de iu.

x Credendum.Vide Bar.in l.1.§.cura carnis,& quod ibi dixi ff.de offic.præfe.vrbis.
Celſ. Adde quod notaui in apoſt. ad iſtum,in l.properandum,§.ſi quidem in verſ.
executoris,ſup.de iud.& quod dixi poſt Colle.in cap.cum dilecti,num.15.verſic.
nunquid ſit credendum nuncio citanti.extra de dolo.

L E X III.

1 *Citatio quando præſcriptionem interrumpat, & quando non.*
2 *Iuriſperiti intereſt ueritatem inquirere non ſolum in iudicio, ſed extra.*
3 *Libellus, in quo actor dicit aliquem ſibi eſſe obnoxium, non exprimendo cau ſam, an ſit inepte formatus.*
4 *Libellus procedit, quo petitur iuſtitiam miniſtrari.*
5 *Petitio procedit, qua petitur annua præſtatio.*
6 *Eps agens contra Abbatem ad iura Epiſcopalia, ad quid agere videatur.*
7 *Interruptio facta in actione præparatoria, non prodeſt in præparata.*

SI ex multis. Hæc lex ponit tres conſultationes, quas gl.no.deſinat, & cuilibet earũ rñdet affir
1 matiue. potes eam ſic ſummare. † Citatio facta ſuper vna ſum-
ma, cã non expreſſa, vel ſuper oblõne cã non expreſſa, nec vna
a ſumma ſufficit ad interruptionem a oĩum, quæ poſſunt ſub tali
gñalitate comprehendi, & interruptio facta in perſonali perpe-
tuat in hypothecaria, & eꝯ.h.d.& dixit Inno.de elect.c.querelã,
b in fi.ꝙ in petitorio, ſi non probatur cã b debiti, non ſequit cõdẽ-
natio, ſecus in poſſeſſorio. exemplum, ſi ago ꝯ te, ꝙ ſpoliaſti me
præſtatione annui cenſus, & iõ peto me reſtitui in poſſeſſionem
meam, & te condemnari ad cenſum pſtandum; nam licet nõ ꝓ-
bem cenſum deberi, ſufficit ꝙ probem me fuiſſe in quaſi poſſeſ-
ſione percipiendi debitum. In tex.ibi, & maxime propter longi
temp.ex eadem cã, vt ex mutuo, ſm Pet.& Cyn. vel ẽt ex diuer-
ſis, ſm gl.& hoc probatur ex verbo, maxime, quia creditori de-
bebant x.ex cã mutui, alia x. ex cã venditionis, & ipſe libellũ ꝓ-
poſuit ſuper x.non adijciendo cãm ex qua illa x.debebant. Cum
aũt ex vna cã in genere plura x. debeantur. puta ex cauſa mutui
diuerſis tpibus ꝯcti: tunc non eſt dubiũ apud omnes, ꝙ habeat
2 locum. hæc lex.† In tex.ibi, ſed in iudicijs, non ſolum extra iudi-
cia intereſt iuriſperiti volẽtis inquirere veritatẽ.Cy. Ibi, ſi enim
hęc eſt ſecunda qõ principalis, an interruptio in perſonali, pro-
3 ſit in hypothecaria, vel econtra.† Ibi. & ſi quis generaliter. c hæc
c eſt tertia ꝯſultatio gñalis, qñ actor aliquem dixit ibi obnoxiũ cõ
ſtitutum, & nõ dixit in quanto, nec ex qua cauſa, ſed ſtultus fuit
reus, qui ſub tali libello paſſus fuit ſecum litem conteſtari, & p-
ſcriptionem interrumpi, & non petijt libellum declarari, nam
d ſi propoſuiſſet d de gñalitate, non proceſſiſſet libellus, vt l. edita,
4 s.de eden.† Et eodem modo ſtultus eſt iudex, qui recepit libellũ,
e in quo actor petijt ſibi iuſtitiam e adminiſtrari ſuper x. tamen ſi
non opponitur, tenet libellus, & proceſſus. & ſm probationes ꝯ-
demnabit, aut abſoluet reus, de ordine cog.c.cum dilectus, vbi
f eſt caſus, de elect.c.cum Vinton.in gl.& hoc per Inn.dicentem, f
ꝙ reus omnem defenſionis viam debet facere, & concludit, ꝙ
ſi petitur remotio prælati nõ allegata cã ſpecificata, ꝙ iudex hẽt
eum remouere ex cã infamię irrogatæ.alleg.hanc l.pro caſu, &
5 ff.de iud.l.ſolemus.† Dixit etiam Inno.in can.dilecto, g de offic.
g Arch.in prin.ꝙ procedit hęc petitio, in qua peto annuam præſta
tionem, & quædam alia mihi debita rõne Archidiaconatus, &
ꝙ per hanc clauſulam quędam alia veniunt etiam maiores pro
curationes, & etiam quæ de conſuetudine debent. tamen ratio-
ne illius officij, vt dicit ẽt in cap.conquerente, de officio ordina.
6 in gl. enormibus. quod † ſi Epiſcopus generaliter ꝯ Abbatem
agat ad iura Epiſcopalia, vr̃ agere nõ ſolum ad ea, quæ monaſte-
rium Abbatis tenetur facere epiſcopo: ſed etiam ad ea, quę tenẽ
tur laici quaruncunque capellarum monaſterij Abbatis: quod
no.dicit tñ ꝙ non veniunt niſi iura quæ veniunt de iure, nõ quæ
h veniunt de conſuetudine. h & ideo ſi vigore talis libelli feratur
ſententia, & condemnatio generalis, non fit executio generalis,
7 niſi iuribus liquidatis.† In glo. 1.ibi, l.Iulianus, §.quantum. nota
bene ꝙ interruptio facta in actione pręparatoria non prodeſt in
pręparata; vnde conteſtatio, facta in reſcindente officio, non ꝓ-
derit in reſciſſoria, & conteſtatio facta in querela, non proderit
in petitione hęreditatis, quæ eſt officium præparatum. in ea glo.
ibi, ſi quis, vel dic, ꝙ vſque ad concurrentem quãtitatem in om
nib.intelligitur facta eſſe interruptio. Cy.in ea.gl.ibi, & te cõue-
niam ſubaudi, ẽt ſi hic non habes domicilium, ſed conuenio te
propter res exiſtentes hic: ſi enim domicilium habes hic, te poſ-
ſem conuenire pro rebus exiſtentibus hic, & extra territorium.
Cyn.& bene.

A D D I T I O N E S.

a Interrumptionem. Vide Bar.in l.cum quis, §.ſi quis pro reo, ff.de ſolu.
b Cauſa. At ſit in iudicio deduco unam cauſam, & probo de alia, an poſſit ſequi con
demnato. vide Bar.in l. 1.ff.de eden.& in l.per hanc, in prin.inf. de tempo. appel.
& in l.2.ſup.com.diui.& uide Ang.& Fulg.in d. l. 1. & circa id, quod dicitur de
ſpoliatione, uide Bar.in l.diuus, ff.de rei iud.cum ſimi.nec mirum, ſi illud procedit
quia illa cauſa non erat neceſſaria, ideo non videtur ſe aſtrinxiſſe, per no.in c.2.de
reſcrip.niſi dicas, quod erat adiuncta per modum qualitatis, l.habebat, in princ.
ff.de iuſti.l.diuus, & ibi Bar.ff.de re iud.
c And.Bar.Si quis generaliter. Vide per gl. §.ſi quis argentum. Bar.conſi.45.inc. Con
ſil.populi eſt. vbi conſuluit, quod licet ſtatutum diſponat, quod poſſit procedi per
inquiſitionem ſine appoſitione loci, & temporis, tamen probatio loci, & tempo-
ris eſt fienda, allegauit glo.in §.ſi quis argentum.
d Propoſuiſſet. Vide Barto.& quæ ibi dixi poſt eum.in l. 1.ff.de edend. & hoc ponit
Bar.& quando hæc except.opponi debeat, uide Iaco. de Bel. in d.materia, quam
ponit in l.fin.inf.de requi. rer. & Bald.in l.exceptio.ſup.de probat.& quid ſi aga-
tur reali, an teneatur declarare. vide Barto.in l.& an eadem, §.actione, ff. de ex-
cep.rei iud.vbi tenet, quod non.
e Iuſtitiam. Vide Bar.in l.edita, in repe.Paduana, & in rep.Peruſina, dicentem quod
quandoque libellus eſt multum generalis, quo caſu ſi reus petat, debet declarari.c.
2.de ord.cog. Ant.de But.in c.fi.de offic. Arch.dicit no. arg.pro concluſione, peto
mihi iuſtitiam, &c.& Bal.in l.pe.in prin.de pact.alleg. d.ca.2.qui dicit non valere
concluſionem, quare peto pro me ſententiam ferri, vel cauſam debito fine termi-
nari.& in repet.Peruſ.in d.l.edita, dicit ꝙ valet libellus, conquero de tali, quod ha
buit decem mutuo a me, vel ſimilia, abſque alia concluſione. Item poſſum petere
pronunciari mihi actionem competere, & par eſt ac ſi peterem condemnari.l. ſi fi
nita, §.eleganter, & ibi Bar.ff.de dam.infe. Et ad iſtam clauſulam, & ſimiles vide
Iac.de Bel.in diſpoſitione, quam ponit in l.fi.inf.de requ.rer.& Ang.in l. 1.in prin.
ff.de eden. Imo.in l.ſi cum nulla, ff.de re iu. Ang.in l.3.§.circa, ff.de do. excep. Bal.
in repet.l.incerti, in 15.q.inf.de inter.do. Ant.de But.in ca.2. extra, de libel. obla.
Imo.in c.ſi cautio.extra, de fide inſtr.Bar.in l.fi.ff.de iuſt.& iur.& in materia uide
Bar.& quæ ibi dixi, in l.ex diuerſo, §.1.ff.de rei uen.& Bal.in l.cum propria, ſup.ſi
quis alteri, uel ſibi, & in l.terminato, inf.de fruc.& lit.expen.& Inn.in c. certifica-
ri, extra de ſepul.& Bal.in l. 1.inf.de ſent.quæ pro eo, quod inter. profer. ubi dicit
valere libellum, peto damna mihi illata emendari.
f Innocen.dicentem. Non reperio eius dictum.
g Inn.in c.dilecto. Vide ibi tex.& Bal.in l.edita, in repe.Peruſina, ſup.de eden.qui ui
detur tenere contra Inno.
h Conſuetudine. Vide ſn.& uidetur contrarium, vt dixi poſt Bar.in l. ſi mater §.de-
nique, ff.de excep.rei iud.

---

1 *Pręſcriptionis longi temporis exceptio eſt odioſa.*

§.Sancimus. In text. ibi, & libellum conuentionis ei tranſmiſerit.no.ꝙ hic eſt vnus caſus, in
a quo requiritur ꝙ libellus citationis mittatur a ad domum, vt fiat
interruptio. pręterea alius caſus eſt in l.fi.inf.de duo. re. regulari-
1 ter autem ſecus, vt dixi in l.ſicut.ibi, ꝯ deſides hoĩes. † No. bene,
ꝙ exceptio præſcrip.lon.temp.eſt odioſa; & contra ſolos homi-
nes deſides introducta; propter quam deſidiam, & iuris ſui con-
temptum, videtur, ꝙ præſcriptione completa ſoluens non repe-
tat, cum extinctus ſit naturalis, & ciuilis obligationis effectus, de
qua per Bar.in l.fi.ff.rem ratam hab.

A D D I T I O.

a Citationis mittatur. Vtrum in citatorio dẽat mitti copia libelli uide in auth.offe-
ratur, de lit.conte.& hoc quo ad iſtam materiam limita.ſing.ut per Ang. in l.ſi ſer
uum, §.nunc uideamus, ff.de uer.obl.licet Imo.ibi contra, & uide Bar. hic in fine.

---

a *De alluuionibus, a & paludibus, & paſcuis ad alium ſtatum translatis. Rubrica.*

A D D I T I O.

a De alluuionib. Communiter in lectu.Ang.non habetur iſte tit.nec ſeq.

L E X PRIMA.

1 *Fluminis curſum naturalem mutare non licet.*

1 QVamuis. Naturalem curſum fluminis mutare non licet niſi muniendo ripam quis p-
dio ſuo conſulat ſine magno incommodo vicinorum.
Et patientia incrementa illorum ſunt, quibus prius e-
rant; latentia autem iure alluuionis accreſcunt illis, qui ſunt do-
mini fundi, cui ſe applicauit.h.d.

L E X II.

1 *Emolumentum cui per alluuionem accreſcit, accreſcit & onus.*

a Hi.quos. a † Cui accreſcit emolumentum per alluuio-
1 nem, accreſcit & onus h.d.limita, vt not. in gl.
in l.prox.nam de illis incrementis ſeparatim non debet cenſeri,
ſed conſideranda ſunt vna cum fundo, qui auctus eſt h.d.ibi, de-
uotioni. neque aliud remanſit de fundo domino deploranti dã-
na ſua, quia per corroſionem fluminis paulatim factã alius red-
ditus eſt ditior.

A D D I T I O.

a Hi.quos. An hæc lex habeat locum in emphyteuta. vide in l.de quib.ff.de legib.

L E X III.

1 *Prælati quantitatem cenſus augere volentes, ſunt miſeri.*
2 *Fructus propter fauorem cultus diuini ſunt ampliandi.*

Ea, quæ. Latentia incrementa ad fiſcum non pertinent nec ſeparatim de his cenſetur, aut pro his cẽſus
exigatur: nec eſt augendus cenſus, licet poſſeſſio efficiatur ferti-
lior ſumptu & ſolicitudine poſſeſſoris, pęna contradicentib.im-
1 minente.h.d.† Et no.hanc leg.contra miſeros a & auaros præla-
a tos, qui volunt augere quantitatem cenſus prędij dati in emphy
teuſim fertilioris effecti, ſolicitudine, aut cultura, aut ſumptu
2 poſſeſſoris. † Ibi, ad frugum fertilitatem, dic quod hunc tex.limi
tat Inn.in vno caſu, propter fauorem cultus diuini in ſeruitorib.
ampliandi, quia tunc talia melioramenta ſeparatim debent cen
ſeri. exemplum, ſi vltra numerum canonicorum aliqui eligũtur
vt ſeruiant in diuinis, qui non poſſunt habere quotidianas diſtri-
butiones, niſi fructibus excreſcentibus cultura & ſolicitudine il-
lorum, qui habent præbendas, vt in cap.cum M.Ferra.de conſt.
In gl.quæ incipit, induſtriam, & de alluuionibus, & paludibus.l.
fin.hic non ſunt alia.

A D D I T I O

a Miſeros. vide no.ſup.l.prox.& in l.ſi merces, §.vis maior, ff.loca.& ibi gl.& Bar.in
l. 1.ſupra de iure emphyt. Intellige tamen, ut in auth.ſi quas ruinas, ſup.de ſacro-
ſan.eccle.

Com-

Communia de vſucapionibus. *Rubr.*

LEX II.

1 *Preſcriptio non currit fiſco in re incorporata.*

1 IAm pridem † Res fiſci non preſcribitur. h.d. &
lex loquitur de re incorporata, quę
olim fuit in iure fiſci. Item eſt hic gl. ꝙ res fiſci non præſcri-
bitur, niſi per xl. ann. Item res & iura ciuitatum non pñt vſucapi
minori ſpacio xl. ann. Reſponde ergo, a contrario nõ cogitur re-
ſpondere, & ſic non cogitur litem conteſtari.

LEX III.

1 *Initium vitioſum vbi eſt, ibi proceſſus vitioſus.*

1 Si mala fide. † Vbi eſt initium uitioſum, ibi eſt pro-
ceſſus vitioſus. h.d.

De vſucapione transformanda. *Rubrica.*

LEX PRIMA.

1 *Romani vocantur Quirites.*

CVm noſtri. Sublatis antiquis differentijs hodie
es mobiles continua poſſeſſione
triennij cum titu. & bona fide vſucapiuntur, immobiles
decennio inter præſentes. xx. inter abſentes præſcriptione con-
cluduntur, quo ad bonam fidem initio poſſeſſionis inſpecto. h.
1 d. † Ibi, Quiritum. præmitte, quod Romani vocantur Quirites a
a Quirino *a* Rege, qui primus R manis leges dedit.

ADDITIO.

a Vocantur Quirites a Quirino. Vt in gloſſella. Inſt. de iure nat. ge. & ci. in ver. Quiri
tum. vel a quiris, quod lingua Sabina haſtam denotat, quam & Romulus, & priſci
Romani geſtaſſe perhibentur. ſiue a curibus, vico Sabinorum Romanæ vrbi adiũ-
cto, vt multum eleganter per Naſonem in 2. Faſtorum dicitur, com ait, Siue quod
haſta Quiris priſcis eſt dicta Sabinis, aut quia Romanis addidit ille cures.

---

1 *Interruptio momenti interrumpit præſcriptionem.*

1 §. Cum autem. † No. quod interruptio momenti
interrumpit pręſcriptionem, & gl.
dicit, vlterius no. verbum, firmo iure.

1 *Bona fides requiritur in initio.*

2 *Præſcriptio tria requirit bonam fidem, titulum, & poſſeßionem.*

1 §. Hoc tantummodo. No. † quod bona fid.
requiritur in initio, ñ
2 in progreſſu. No. in ver. ꝙ in rebus, ꝙ requiruntur tria in pręſcri
ptione, ſcilicet titulus, bona fides, & poſſeſſio. Bona autem fides
a etiam non continuata, *a* nihil nocet; poſſeſſio vero continuata
in pręſcriptionibus requiritur. Titulus vero ſemel quæſitus ſem
per viget.

ADDITIO.

a Continuata. Vide Bar. in l. Celſus, ff. de vſuc.

De acquirenda poſſeſsione. *Rubrica.*

Continua, vt in gl. Et not. ꝙ contrariorum eadem eſt diſciplina.
concor. ff. de vulg. & pup. ſubſtit. l. ſi ꝯ & l. ſi. ff. de leg. 3.

LEX PRIMA.

1 *Poſſeſſio abſenti, & ignoranti per liberam perſonam acquiritur.*

2 *Iuris prudentia introducit fictionem.*

5 *Ignorans non poſſidet.*

PEr liberam Per liberã perſonã abſenti, & igno-
ranti quęritur poſſeſſio, ſed vſuca-
piendi conditio ſolum ſcienti. De primo redduntur duæ
rationes; prima ratione utilitatis, ſecũda ratione ſubtilitatis, quæ
1 in iure conſiſtit. h.d. † Diuiditur in tres partes. Primo ponit dictũ
quo ad acquiſitionem poſſeſſionis. Secũdo dictum quo ad vſu-
capionem poſſeſſionis. Tertio ſe refert quo ad primum dictum
pro poſſeſſore, quo ad duas rationes. ſecunda ibi, & poſtquam
tertia ibi, tam ratione, &c. dic quod refertur ad primum dictũ,
tamen poteſt referri ad ultimum. Not. quod per procuratorem
etiam ignoranti acquiritur poſſeſſio. Secundo not. quod cõditio
uſucapiendi non acquiritur niſi ſcienti. Tertio no. quod ratione
publicæ utilitatis inductum eſt, quod per liberam perſonam ac-
2 quiratur nobis poſſeſſio, & uſucapiendi conditio. † Quarto not.
quod iuris prudentia introducit hanc fictionem, videlicet quod
per alium facio, illud feciſſe uideor. uide in materia huius legis,
c. accedens. extra, de pręb. uide ſuper prima gloſ. l. certo, §. 1. ff. de
preca. ubi modus acquirendi eſt fictio. ſed acquiſitum eſt ſubſtã
tia, & eſt ipſa ueritas. ad contrarium l. ex mandato, ff. de acquir.
rer. dom. dic, aut tradens & recipiens gerunt in animo, ut uero
dño acquiratur: & tunc quęritur, ſi eſt dñs, dñium, & poſſeſſio;
ſi non eſt dñs, ſola poſſeſſio. Aut neuter gerit in animo: & tunc
nihil quęritur, aut tm̃ tradens, & tunc quęritur l. qui mihi dona-
tum, ff. de don. aut recipiens tm̃, & tunc idem. Iac. & Pe. dicunt
contrarium, uidelicet ꝙ tm̃ acquiratur poſſeſſio, ſed nõ dñium.
Sed ꝯ iſta opp. de l. ſed ſi ego, ff. de neg. geſt. Sed dic, quod illa lo-
quitur in geſtore ſine mandato, per quem non quęritur poſſeſ-
ſio, l. ſi uẽdidero, ff. de fur. ſed hic eſt mãdatum. Sed iterum opp.
de l. j. ff. de uſuca. pro ſoluto. Solu. illa loquitur in ſeruo, ratio eſt
ipſa ſeruitus, quia quantum ad acquirẽdum, dominus & ſeruus
reputantur vna, & eadem perſona, ſed hic loquitur in libera p-
3 ſona. No. in gl. 4. ꝙ ignorans nõ dicitur poſſidere, nec bona, nec
mala fide, quod non inuenio alibi, & uide l. ea, quæ ciuiliter, ff.
de acqui. rer. dom. vbi redditur ratio inter acquiſitionem poſſeſ
1 ſionis, & vſucapionis, quia poſſeſſionis acquiſitio eſt facti, vſuca
pionis acquiſitio eſt iuris, & eſt l. pen.

LEX II.

1 *Scientia probatur pro conſenſu.*

2 *Poſſeſſio per inſtrumentum probatur.*

3 *Poſſeſſio probatur per inſtrumentum, in quo continetur ꝙ venditor tradi-
dit poſſeſſionem.*

MInus. Venditur patiens emptorem poſſidere, poſſeſſio-
nem ſibi tradere videtur. hoc dicit concor. ff. ſi ſer.
vendic. l. ſi a te. Ibi, omnia quæ concor. l. Titia, ff. de ſolut. No. ſciẽ
1 tiam haberi pro conſenſu, & conſenſum haberi pro traditione.
Nota. ꝙ ille qui reperitur in poſſeſſione, præſumitur eſſe ex titu.
præcedenti. No. ꝙ aliquando aliquid non continetur in inſtru-
mento, tamen eſt verum in ſe. No. ꝙ poteſt aliquid probari ſu-
pra inſtrumentum, vt hic. No. per iſtam patientiam dominium
2 transferri. † No. hic, ꝙ per inſtrumẽtum probatur poſſeſſio. No.
ꝙ ille, qui gerit omnia tanq̃ dominus, præſumitur verus poſſeſ-
ſor, & dñs contra l. ſi de ſtipulatione, ff. de acq. poſſ. Sol. ibi, acce-
pit inuito venditore, hic volente, vel ſaltem voluntate præſum-
3 pta. † Quærit gl. nunquid per inſtr̃m, in quo dr̃ quod tradidit ven
ditor poſſeſſionem, probetur poſſeſſio? Gl. ſentit, & ſic, Doc. dñt
hic, & in l. predia, §. cum ſeruus, ff. de acq. poſſ. ꝙ aut fit inſtr̃m in
fundo, vel prope, & tunc probatur traditio: aut in loco diſtante,
a & tunc non. Nunquid ergo committat falſum *a* Notarius, qui
dicit in inſtr̃o, tradidit, &c. cum eſſet a diſtante? certe non, quia
intelligitur ipſum animo tradidiſſe.

ADDITIO.

a Cel. Nunquid. Ergo committat falſum, &c. Adde quod poſui in tract. meo clauſu-
larum, in clauſula contractum, in uer. tradidit, & in effectu conſignauit, & ibi po-
no effectum huius clauſulæ.

LEX III.

1 *Paria ſunt tutorem authorari pro infante, & tutorẽ poſſidere pro infante.*

2 *Infans ſolus an acquirat poſſeſſionem.*

DOnatarum. Infans donatæ rei quærere poſſeſſionẽ
poteſt, ſcilicet tutoris ſuffragio. h.d. gl.
Vel tradens animo, dummodo infans aliquid intelligat. h. d. Pe.
& Dyn. dicebant, ꝙ infans ſolus, in quibus cadebat eius affectio.
poterat quærere poſſeſſionem, alias non, vt ff. eo. l. infans, §. quã-
uis. ſed hoc non credo, quia non cadit niſi in rebus minimis, &
& pauci valoris. vide l. mulier, ff. de verb. obl. vbi non tenet ſtipu-
latio, ſi infans ſtipulatur, quia intellige hanc l. de infante proxi-
1 mo pubertati. † No. ꝙ paria ſunt, tutorem authorari pro infan-
te, & tutorem poſſidere pro infante. gl. vacillat in intellectu hu-
2 ius. l. Sed tene, quod dixi. † Si quæratur nunquid infans ſolus ac-
quirat poſſeſſionem. dic, aut infans nullum habet intellectum,
& tunc nihil acquirit, quia quod uidet ignorat. aut habet intelle
ctum, & tunc aut cadit affectio infantis in re, & acquirit. ſm Dy.
aut in alijs, & tunc ſine tutoris ſuffragio, non, ſm Pet.

LEX IV.

1 *Poſſeſſio ſolo animo acquiritur.*

2 *Iura ſunt promptiora in retinendo, quam in acquirendo.*

3 *Poſſidere non deſinit, qui metu perſonæ non accedit ad agrum.*

4 *Poſſeſſiones duæ ſunt ſecundum Bald.*

LIcet. Hanc legem declaraui in l. 2. & in l. 1. ſup. de ſeru. &
aqua. & dic vt ibi, & hoc dicit, nudo aĩo poſſeſſio nõ
quęritur, ſed retinetur, & qui metu hoſtiũ nõ accedit ad agrum
colendũ, nõ propterea perdit poſſeſſionẽ. h.d. Diuiditur in tres
partes. Primo ponit regulam circa poſſeſſionẽ acquirẽdã. Secũ-
1 do circa retinendam. Tertio infert circa regulas. No. † ꝙ ſolo aĩo
2 poſſeſſio non acquiritur. Secundo † no. ꝙ promptiora ſunt iura
in retinendo, q̃ in acquirendo, & ideo ſolo animo retinetur
3 poſſeſſio. Tertio † no. ꝙ qui metu perſonæ, nõ poſſeſſionis perdẽ
dæ, non accedit ad agrum, non deſinit poſſidere. No. ꝙ tempus
non eſt modus perdendę poſſeſſionis. Materia huius legis conſi-
ſtit in quatuor, ſcilicet in poſſeſſionis diffinitione. Item in poſſeſ
ſionis diuiſione. item in poſſeſſionis acquiſitione. item in poſſeſ
ſionis retentione, primo de diffinitione. dic, vt plene no. in gloſſ.
4 mag. l. 1. ff. eo. de diuiſione dicit D. † Azo. ꝙ eſt tm̃ vna poſſeſſio.
Io. ꝙ duæ. Bart. ꝙ tres, ſcilicet ciuilis, & naturalis, & corporalis.
Breuiter, nos tenemus, ꝙ ſunt duæ, ſcilicet naturalis, & ciuilis, &
ad hoc vide gl. in l. hr̃dibus. ff. de dolo. Nunquid acquiritur poſ.
per uſum? Dic ꝙ ſic, ſi eſt transferens, l. 1. §. ſi iuſſerim. ff. eo.

LEX V.

1 *Poßeſsiones quot ſunt.*

2 *Poſſeſsionis cauſa dicitur dupliciter.*

3 *Colonus, qui dicitur a colendo, eſt in rure.*

4 *Poſſeſsio duplex eſt.*

Cum nemo. Colonus per acquiſitionem titu. a non
domino, cauſam poſ. ſibi mutare nõ po
teſt. hoc dicit, ſecundum veram lectu. & notabilem. Secundum

aliam.h.d.Colonus cām poſſidendi ſuo emptori pſtare non pōt.
1 h.d.ſm aliam lec.† Ad euidentiam præmitte duas gl.hic poſitas,
ꝙ cā poſſ.dr̄ dupliciter.vno modo ipſe titulus,ex quo proficiſci-
tur poſſeſſio cū traditione, vt inf.eod.l.nec ex vera.alio modo cā
2 poſſeſſionis.i.vſucapiendi conditio.† Secundo pręmitte, quod
duplex eſt mutatio poſſeſſionis, quædam eſt mutatio poſſeſſio-
nis ꝯctiua,qn̄ ex nulla efficeret aliqua,vel ex aliqua nulla, vel ex
iniuſta,iuſta,vel ex iuſta iniuſta; alia eſt mutatio poſſeſſionis trās
latiua,vt ſi ex alia fiat aliqua,quia habeat vnā cām,& mutatur in
aliam cām.Et hęc lex hēt duas partes.In prima ponitur regula.
In ſecunda vero parte ex regula decidit̄ caſus,qui in l.ponitur.ſe
3 cunda pars incipit ibi,proponaſq;.† Item pręmitte, ꝙ colonus,
qui dr̄ a colendo, eſt in rure:inquilinus dr̄ habitare in ciuitate,
& ita gl.no.Sed hoc fit per argm̄ a cōiter accidentibus:quia etiā
ſi mihi locares domū,quæ eſt in rure, ego dicerē inquilinus, li-
cet ſim in rure. Ideo proprius dic,ꝙ colonus in agro:inquilinus
in domo.Pone,colonus emit a vero dn̄o, vel quem putabat ve-
re dn̄m,cum locans non fuit vere dn̄s, an colonus ſibi mutaue-
rit cām poſſ.vide per hoc l.ſi rem,ff.de euic.& l.non ſolum, ff.de
4 vſuca.† Super glo.fin.dicit, *a* ꝙ duplex eſt poſſeſſio: *b* aliqua eſt
a poſſeſſio relatiua,aliqua eſt poſſeſſio abſoluta, in qua non proce
b dit præſcriptio,ſed in poſſeſſione relatiua.

ADDITIONES.

a Phi.Dec.Dic.Et hic potes videre quam varie diuidat Bald. poſſeſſionem, qui tā varias det diuiſiones.Et vide in hoc quod ſcripſi in l.licet poſſeſſio in addi. de acquir.poſſ.

b Celſus.Duplex eſt poſſeſſio.Cic,vt dixi in apoſt.ad iſtum poſt eū,in l.nemo, nu. 1.in ver.duplicem,ſup.de acq.

De præſcrip.long.temp.x.vel xx.ann. *Rubrica.*

AVTHENTICA.

1 *Scientia in pręſcriptione rerum corporalium requiritur.*

Malefidei. Mala fides authoris impedit præſcri-
ptionem poſſeſſoris, niſi dn̄o ſciente,
1 & patiente ſit pręſcriptio conſummata.h.d.† No.caſū,
in quo hic in pręſcr.rerum corporalium requiritur aduerſarij.
Ibi,ſi verus dn̄s,&c.a contrario ſenſu ergo procedit præſcriptio,
ſi non ignorat.caſus huius auth.non eſt alibi.

AVTHENTICA.

Quod ſi quis. Ex coniunctione diuerſorum tpum reſultat pſcriptio diſformis.h.d.nec iſta auth.eſt alibi. In tex.ibi,quotannis.dummodo tp̄s 30.ann.nō excedat.Nam tanto tempore tollitur omne ius contra pręſentē & contra abſentem maſculum,& fœminam maiorem,vt l.ſi qs emptionis,in fi.inf.de pręſcr.30.ann.

LEX II.

1 *Mulier tranſiens ad ſecunda vota,de bonis filij dotari non poteſt.*
2 *Error domini dat cauſam poſſidendi.*

Longi. In pręſc.long.temp. requiritur,ꝙ ſit tit.& bona fi-
des,& quod poſſeſſio ſit naturaliter continuata,
nec ſit ciuiliter interrupta, & ſi quod iſtorum eſt in ꝯrium, pre-
ſcriptio impeditur: hoc dicunt omnes leges illæ, excepta l.em-
1 ptor,& l.cum in longi.† No.in l.ſi vinee, ꝙ mulier trāſiens ad ſe-
2 cunda vota,non poteſt ſe dotare de bonis filij. † No.ex l. nec pe-
tentem,quod error domini dat cauſam poſſidendi. Ad qđ not.
Cy.in l.cum falſa,ſupra de iur.& fac. ign. & ibi plenius per me.

LEX VI.

Si fraude. Non dr̄ titulus,quem dolus infringit. h.d. Gl. ponit exemplum in dolo dante cauſam contractui. Tempus non eſt modus inducendi confirmationem ꝯctus inualidi.ibi,in malæfidei contractibus. hoc nō inuenies alibi, ſed dic, ꝙ dicitur contractus reſpectu perſonæ,non reſpectu actus:& ratio quare non valet,eſt iſta oppoſitio.

LEX VII.

Longi temporis. Amiſſio inſtrorum pſcribenti non officit, etiā ſi cōtrahatur in ſcriptis.h.d.Maleficium tertij non officit pręſcribenti.h.d.Ratio dubitandi fuit,quia videbatur vacillare, & dubitare circa probationes iuris ſui,ſublatis probationibus,ſeu inſtrumentis. Vel aliter,quia ſublatis inſtrumentis,vr̄ ſublata ipſa res, ar.l. poſtquam & l.Labeo,ff.de pac.& ſublatis inſtrumentis, videtur quodammodo interrupta pręſcriptio:ergo facta eſt hęc lex.

LEX VIII.

Si is,contra quem. Adoptio, quæ non tenet, nō dat cauſam pręſcribendi,vel dominium acquirendi.h.d.Titulus nullus, & impoſſibilis, non dat cauſam præſcribendi,h.d.Ibi,affectio.dic,quod adoptauit cū affectu,non in effectu.

LEX IX.

1 *Præſcriptiones intentionem agentis eradicantes,quæ dicantur.*

Emptor. Exceptio pręſcriptionis ante lit.conteſt. oppoſita,poſt lit.conteſt.eſt probanda ad excludendum fundatam intentionem agentis.h.d.Ex quo no.ꝙ exceptio pręſcriptionis non impedit lit. conteſt. dicant quidam hoc eſſe verum,qn̄ ex pacto pſcrip.non fit exceptio ad proceſſum,ſed tm̄
fiebat ad conſequendum diffinitiuam, quę non hr̄ niſi lite con-
teſt.Sed tu dic, ꝙ quando excipiens ſumit in ſe onus probandi;
tunc non eſt neceſſaria lit.conte. Sed quando vult aduerſarium
ſuum fundare intentionem ſuam, tunc loquitur hæc lex. Ratio
1 huius eſt viua demonſtratio dicti. † Et no.vlterius, ꝙ ſunt quæ-
dam præſcriptiones,quæ eradicant intentionem agentis: & tūc
iſtæ impediunt proceſſum,ſi ſumit reus in ſe onus probandi, qa
tunc opponitur ad proceſſum. Secus ſi permittit actorem funda
re intentionem ſuam: quia tunc non opponitur ad proceſſum.
Quædam ſunt,quæ non eradicant,vt præſcr.long. temp. qa non
tollit dn̄iū directum,niſi lōgiſſimum temp.interuenerit, vt l.oēs
& l.ſicut,j.de præſcr.xxx.ann.Doc.hic tractant de exceptione p̄-
ſcriptionis nunquid impediat proceſſum.& not.in l.vltima, ff.p
ſuo.& in l.j.in fi.ff.ad Tert.& in l.quæ extrinſecus,de ver.obl.

LEX X.

Nec bona. Præſcriptio conſumanda non conſumata interrumpitur.h.d.tex.cum gl. vide Bar.in l.ſi eum,§.qui iniuriarum,ff.ſi quis cau.qui caſus nō eſt alibi, ꝙ ſi quis vellet interrumpere pręſcriptionem per lit. conte. & aduerſarius nollet conteſtari litem, dico quod iſta conteſtatio ſufficit ad interrumpendam præſcriptionem.

LEX XI.

1 *Dictio,per, continuat.*

Super longi. Ex quacunque cā ſiue lucratiua,ſiue o-
neroſa,procedit pſc.lon.tem. h.d. Quæ-
ro, quæ fuit rō dubitandi in cā lucratiua? Dic, ꝙ præſcriptio eſt
odioſa,& nō vr̄ debere procedere in cā lucratiua.Præterea, duæ
videntur eſſe cauſæ lucratiuę,quæ non poſſunt adinuicem con-
currere l.Meuius,§.duobus,de leg.2.quia fit lucrum reſpectu e-
ius,qui præſcribit.tex.eſt in l.Celſus,§.de auth.ff.de exce.doli.&
in l.ſi quis vxori.§.fi.ff.de fur.& ibi glo.Sed non ob. quia quoties
duę cauſæ lucratiuę non tendunt ad idem,tunc loquitur contra
1 rium.Secus ſi tendunt,vt hic.† No. vlterius, ꝙ dictio,per,conti-
a nuat; *a* & dic,vt extra,de prob.c.licet cauſam, ſuper glo. quæ eſt
ſuper verbo, probetur.No.quod in præſcribente cum tit.pręſu
mitur bona fid.mala vero fides & ſcientia rei alienæ, probatur p
bata publica fama contra ipſum,de hoc vide Bar. probatur ff. de
vſu.l.Celſus.& gl.in l.tutor.ſ.de per.tu.nam publica fama labo-
rans contra ipſum impedit pręſcriptionem.

ADDITIO

a Celſus.Dictio,per,continuat. Adde quod plene poſui in apoſt.ad iſtum poſt eum, in rub.ſup.de exer.nu.1.in apo.in ver.dictio,per.

LEX XII.

Cum in longi. Abſentes dicuntur, qui non ſunt eiuſdem domicilij reſpectu prouinciæ conſiderati,non autem conſideramus vbi res ſint poſitæ.& pręſcriptio currit etiam contra ignorantem, ſiue agatur de præſcribendo dn̄io,ſiue de vſufructu:& idem obſeruatur in pręſcriptione rerum corporalium.h.d.lex,quæ nō eſt alibi; tn̄ hęc lex variat de iure canonico,vt in c.1.de pręſcr. in Cle. 1. vbi ponitur ius poſtremum, & incipit, Abbates.

In quibus cauſis ceſſat longi temp.præſcrip. *Rubr.*

LEX PRIMA.

1 *Dominium probatur per inſtrumenta.*

Si is, cui. Colonus ſubtrahens inſtrm̄ proprietatis do
mino,ex hoc nec poſſeſſionem quærit, nec
1 vſucapiendi conditionem.h.d.† No.per inſtrā probari do
minium,præſertim contra colonum,vt l.litibus,infra de agr.&
cenſ.habetis,ff.de acqu.poſ.in l.prędia.cum per id probetur poſ-
ſeſſio.& in l.2.ſup.de acqui.poſſ.& in c.inter dilectos,extra,de fi-
de inſtr.No.quod furtum inſtrumentorum nō officit domino.

LEX II.

1 *Dominium directum acquiritur per vſucapionem triennij.*

In ſeruorum. Perfectum actionem non recipit h.d.
iſta lex.Vel ſic, Quod eſt factum p pau-
ciora,non exigit fieri per plura,hanc materiam habuiſtis exami-
1 natam in l.1.ſ.de ſer. fug. † Ad euidentiam præmitte, quod per
vſucapionem triennij acquiritur directum dominium, ſed non
directum in præſcriptione,vt ſupra de bon.mat.auth.niſi. No.ꝙ
id,quod oppoſitum eſt in forma pręſcri.& eſt probatum in for-
ma vſucapionis ſufficit.

LEX III.

1 *Præſcriptio inter duos indiuiduum poſſidentes, alteri aduerſus alterum ex nulla parte currit.*
2 *Agens cōi diuidūdo,& nō poſſidens,de dominio ſuæ partis tenetur probare.*

Vnus. Contra diuiſorium,vel peremptorium iudicium v-
nus ex ſocijs long.tempo.non pręſcribit.h.d. Statu-
1 to Peruſij cauetur,quod nunquam præſcribitur.† Ad euidentiā
pręmitte,ꝙ ſi tu & ego habemus aliquod indiuiduum, & ambo
poſſidemus, ꝙ ex aliqua parte nunquam currit pręſcriptio; ſi

vero

vero alter eorum poſſidet, tũc nec ꝑſcribit:nam ratione partis,
non præſcribitur alia pars,in qua non habet tit.hoc dicit.& ideo
habet locum rei ven.vel commu.diui. Et hæc lex determinat ta
lem quæſtioniem.Duo fratres ſunt habentes caſtrum,vnus ma-
net in caſtro,alius uadit in facto armorum, & poſtmodum re-
dit:nunquid poſſet opponere frater, qui remanſit, præſcriptio-
nem? Certo non,hic eſt caſus. Vide l.duo fratres,ff.de acq.her.
ubi ſocius in parte non habet tit.ante diuiſionem . & illa eſt bo-
2 na lex. † Not. quod non poſſidẽs agens communi diuidun.de-
bet probare de dominio partis ſuæ,quod tamen non eſt vſque-
quaque tutum.ſed dic,vt l.1.ff.fam.erciſ.

L E X IIII.

1 *Poſſidentis melior eſt conditio quoties duo habeant cauſam a diuerſis.*
2 *Actor obtinet, quoties agentis intentio intentionem defendentis infringit.*

Hæreditatem. Longi tpis præſcr.non excludit hæ-
reditatis petitionem, ſed iuſtus titu-
lus excludit eam.h.d.concor.l.hæreditatis, ſ.de pet.hæredi . Iſta
lex conſueuit dari in punctis. Primo loquimur de poſſidente,ꝓ
hærede,vel pro poſſeſſore.Scdo dicit, ꝙ ſi aliquis non poſſideat
pro hẹrede, vel pro poſſeſſore:ſed habet iuſtum tit præſcribet.
1 † No.ſuper glo.quibus.ꝙ ille,qui excedit ſuos terminos, qũque
exceditur a non ſuis terminis, nã quilibet debet ſtare in ſuis ter-
minis,vt l.1.ff.fin.regund.ſuꝑ quæſtione differẽtiæ gl.hic eſt vna
differentia,in l.hæreditatis.de pe.hæred.eſt alia. Vel aliter, dic ꝙ
quoties duo habent cãm a diuerſis, ſemper melior eſt conditio
poſſidentis, l.ſiue autem , §.ſi duobus , ff.de public.& hanc ap-
2 probat But.†No.ex ratione glo. ꝙ quoties intentio agentis in-
fringit intentionem defendentis , tunc obtinet actor : ſed quo-
ties non tangit intentionem defendentis,tũc obtinet reus.quod
no.quia non eſt alibi.

L E X V.

Si puerum. Sola pietas loco tit.non hr̃.h.d.Ille qui oc
cupat rẽ peritutã (vt puerum vulneratũ)
non propterea efficitur dñs.h.d.vide l.Pomponius,ff.de acq.re-
rum dom.No.hic.quod repetuntur expenſẹ factæ ratione pieta
tis, ſed ratio eſt error impendentis expenſas.

Quibus non obijcitur lon.temp.preſc. *Rub.*

L E X P R I M A.

TEmpus. Sunt] qu dam , quibus lon.temp præſc.
non obijcitur , vt militibus, & medi-
cis deputatis ad perſonam Principis & minoribus . ibi,
probari poſſunt.No.quod qui petit reſtitutionem circa
præſcriptionem , debet probare de veteri domino . ꝙ not. quia
Doct.formant alibi hanc quæſtionem.

L E X II.

Cum per abſentiam. Fruſtra ꝑcibus implo-
ratur, qđ iure ſingulari
conceditur per reſtitutionem habenti ius cõmune ꝓ ſe, non fit
gratia illi ius tribuendo.Ibi,accerſitis.no.vocandos omnes,quo
rum intereſt.exceptio præſc.poteſt elidi per replicationem & re
ſtitution.in integrum.h.d.hæc lex.

L E X III.

Non eſt. Minorib.non præſcribitur, ſed incipit præſcri-
ptio,eis factis maiorib.h.d.hæc lex.

L E X IIII.

Si poſseſsio. Not.ꝙ ratione caſus fortuiti datur in in-
tegrum reſtit.& quandoque ipſo iure ſer
uatur,l.Cæſar,ff.de publica.

L E X V.

Neque. Contra perſonalem actionem longo temp. non
præſcribitur.h.d.ratio, quia requirit titu. & poſ-
ſeſſio,quæ non cadunt circa perſonalem actionem.

L E X VI.

Ab hoſtibus. Capto ab hoſtib. non currit,præſcr. cũ
effectu.h.d. Vel ſic,Tempus carcerum
eximitur de medio præſc.hoc dedit. Vel ſic. Tp̃s carceratorum
eximitur de medio prẹſc.h.d. Nota hic caſum,quod per præſcri
ptionem non acquiritur directum dñium, tali rõne, quia ſi eſſet
quæſitum directum . per reſtitutionem eſſet quẹſitum vtile , qđ
eſt falſum.Ibi,directum. & ſic eſt contra Vltramon.

L E X VII.

Prẹſcriptione. Licite quẹdam tempora de medio
ſubducuntur: cẹtera,quẹ non ſubdu
cuntur, ad prẹſcribendum ꝯtinuãtur.h.d.vel ſic,Interruptio tẽ-
poris,quẹ fit beneficio reſtitutionis in integ.nõ impedit prẹſcri-
ptionem.h.d.hẹc lex.

L E X VIII.

Sancimus. Contra militem, qui eſt in bello, non cur-
rit prẹſc.ſed ꝯ ſtantem dom.h.d.Et credas,
ꝙ licet non ſint obſeruatẹ ſolennitates in faciendo milites bel-
latores , tamen vtuntur priuilegio militum,quia illæ formẹ re-
ceſſerunt ab aula:& ita tene,licet multi multa dicant.

De quadrien.præſcriptione. *Rub.*

L E X P R I M A.

1 *Poſſeſſor bonorum fiſco delatorum,dicitur tutus quadriennij præſcriptionẽ.*
2 *Priuilegium ex mera liberalitate Principis, dicitur quædam donatio.*

NOtũ eſt. Suꝑ bonis vacan.qđ poſt quadriẽniũ
poſſeſſor legitimus nõ ingetetur a fi-
ſco.hoc primo. Prætedẽs cãm a Principe,vel fiſco ſu
per eo in quo cauſam dominij hẽt,ĩquietari nõ põt.
1 d.h. In hac l.ſunt duo ſingularia.†Not.ꝙ poſſeſſor bonorum va
cantium fiſco delatorum tutus eſt præſcr.quadriennij. Secun-
do no.ꝙ qui habet largitatem a fiſco,vel a Principe,ſtatim eſt ſe
curus. Tertio not.ꝙ qui habet largitatem a Principe, etiam a fi-
ſco inquietari non poteſt. Not.in fi.gl. 1.ꝙ fiſcus eſt vbiq;, & ſic
in hoc Deo eſt ſimilis. & ideo fiſcus non poteſt allegare abſen-
2 tiam.†No.ſuper fina. gl.ꝙ priuilegium quod procedit ex mera
liberalitate Principis,eſt bene quædam donatio , ſed non talis q̃
cadat in don.quæ eſt contractus, ſed eſt ſimilis donationis ſim-
plici.& hæc duo not.quia ſunt diligenter notanda.

L E X II.

1 *Ciuitatis poteſtas eſt tanta,quanta Principis.*
2 *Tabellionum forma in qua dicũt,ceſſit & dedit omnes actiones,vnde ſum
pta ſit.*
3 *Caſtrum meum ſi Princeps dedit alteri habenti malam fidem , an poſſim
vendicare.*

K Timor. Vide Bal.in l.decernimus,ad fi.ſup.de ſacroſan.eccl.& quod ipſe not.in l.ſi quis ex conſenſu.ſup.de epi.aud.& de diuerſis capitulis,quæ ad ius curamque, & reuerentiam pertinent Pontificalem,plene in l.finem,inf.de pœna iudicis,qui male iudicauit,& quid in arbitramento,proteſtatione,& ſimilibus,vide per Bar. in l. fi.§.1.ſup.communia de leg.
l A.B.Timor non vitiat.No.gl.fi.ibi,non ei cui.Nam iſta gl. loquitur clarius quā alia de iure,quod quando ſententia delegati eſt timore lata, non dēt cā eidem iterum committi:quod intellige ſi interueniant ſordes,alias non.Ang.hic.Tu uide Pet.de Anc.in c.cum dilecti.de emp.& vend.vbi pulchre loquitur.& Do. meum de Imo.

populi,vel in tempeſtate maris,fert ſententiam ſm motiuum aĩ
prædeſtinati,& non concuſſi,efficax eſt pronunciatio,argu.ff.de
don.cau.mor.l.2.& 3. Secundo caſu aut eſt metus, qui non ca-
a dit in conſtantem, & idem: nam nec dolus *a* vitiat, niſi cadat in
conſtantem,vt dictum eſt Inn.aut cadit in conſtãtem, & hoĩem
robuſti animi;& tunc aut cogitur per metum pronunciare, aut
ſic pronunciare. Primo caſu valet.ff.de arbit.l.3.§.j.vel dic idem,
b quod in ſequenti caſu,ſi præciſe *b* nolebat pronunciare,& ſic nõ
c erat alias facturus. Secundo caſu *c* in ſpiritualib. ſnĩa ipſo iure nõ
tenet,vt in c.1.quod metus cã.lib.6.in temporalib.tenet,licet ob
ſtet exceptio,argum.ff.de dolo.l.cum a te.& no.11.q.1.quatuor.
& hoc,qñ metus infertur executioni iuriſdictionis: ſecus in col-
latione iuriſdictionis,quia ipſo iure non valet,vt ff.de iud.l.2.§.j.
Nam non ſubijcit ſe,qui per impreſſionem ſubijcit ſe, & defe-
ctus eſt fundamenti. Nam fundamentum iudicij eſt iuriſdictio,
d vt no.Inn.in c.cum notum,de eo qui fur.ord.ſuſcepit. Pone,*d* iudex
habet arbitrium inferendi plures pœnas,tam pecuniarias,quam
perſonales:modo metus infertur ſibi, vt omiſſis pecuniarijs eli-
gat de corporalibus,quam vult:quæritur an valeat? & vr̃, ꝙ ſic,
quia motiuum eſt aliquod liberum: libere.n.pœnam vnã ex cor
poralibus eligit & prefert vnam corporalem alteri corporali.Nã
ſi dicatur ei,ꝙ motiuum habuiſti in præferendo, nõ poteſt aliud
reſpondere,niſi ꝙ ſic viſum fuit mihi,vt ff.ad Treb.l. quia pote-
e rat. Contrarium puto, *e* quia abſciſſum, ſeu mutilatum fuit ſibi
arbitrium,quod eſſe nõ debet,vt ff.qui,& a quib.l. ſi optio alias
metus faceret eius conditionem deteriorem, quod eſſe non dẽt
arg.ff.de dolo l.& eleganter, §.j. quæ verba ſunt notab. & vera.
Ibi apud Ianuam.no.de Genua nobili, & ſuperba ciuitate,de ea
fit mentio in l.j.§.non fuit,ff.de dolo.in gl. pen. ibi, ipſo iure non
valet.ſ.appľo.& iõ non eſt ſtatutus annus,vel biennium.Ita intel
f lexit But.Sed puto,*f* ꝙ glo.velit dicere de ſententia,vt ff. de app.
7 l.ſi expreſſim.† Quærit Butr.an ille,qui fert interlocutoriam,de-
g beat ſedere? *g* dicit Butr. ꝙ ſic ſi eſt tali interlocutoria, quæ ſit
magni præiudicij,vt ſup.de dila.l.a procedente. ſecus ſi parui, vt
in interlocutoria de citando,vt ff.de interrog.actio.l. voluit, §.1.
8 † Quæro,an interlocutoria *h* poſſit ferri parte abſente: Dicit Ia-
h co.But.ꝙ in cauſæ cognitione requiritur partium præſentia, ſed
in probatione non eſt neceſſaria,tamen dic poſſe,dummodo in-
terueniat citatio legitima,& litis conteſtatio, vt no.ſup.tit.j.l.cõ-
ſentaneum.in ſecunda glo.in fi.ſi interlocutoria tendit ad preiu-
dicium generãdum,ſed ſi ad iudicium coadiuuandum,etiam ſi-
ne citatione ferri poteſt,vt ff.de arb.l.diem proferre,in princip.&
i ideo habens *i* poteſtatem prorogandi compromiſſum, põt hoc
facere,nulla parte citata: quia iſta non eſt proprie ſententia, ſed
eſt quædam executio pacti conuenti. debẽt tamen arbiter iſtam
prorogationem notificare partibus per ſeipſum,vel ꝑ nuncium,
9 vel per epiſtolam,vt dicta l.diem proferre. † Quæro, de quo ar-
bitro loquitur hæc lex? Reſpondeo,de ordinario, de legato,& de
compromiſſario.ordinarius enim qui non recitauit ſententiam,
poteſt alteri delegare. Idem poteſt ſuperordinarius ordinarij, ſi
ſuper hoc adeatur,vt hic in verbo,impetrabis,& infra de accuſa.
l.abſentem.non tamen eſt neceſſe eum.adire, quia ipſemet pote
rit,qui non eſt perfunctus officio,vt l.ſi præſes, ſup.titu.1. Poteſt
etiam(vt dixi)loqui in iudice delegato, & tunc ſi iſte preſes erat
delegans,vt ſup.titu.1.l.4.Poteſt etiam loqui in arbitro compro-
miſſario,a quo licet non appelletur,quia ſententia non tranſit in
K rem iudicatam: tamen bene aditur ſuperior *K* ſuper nullitate ar-
bitrij,vt hic.& bene no.iſtam lecturam. Porro puto arbitratorẽ
poſſe ſententiam clauſam ferre ſine vlla recitatione, & litiganti-
bus dare,quia eſt quid extraiudiciale,argum.Inſtitu.de publicis
10 iud.§.j. † Deinde ſuper verbo, ipſe quæro, nunquid per alium *l*
l poſſit legere; Reſpondeo ſic, ſi eſt de eminentiſſimis magiſtrati-
bus illius terrę,alias non. inf.eod.l.2.tamen voce propria debet
emittere verbum,abſoluo,vel condemno,vel lecto per Notariũ
dicere,& nos ita pronunciamus, vt ſupra qui teſtamenta facere
poſſ.l.hac conſultiſſima,l.at cum humana. quod dic vt no. infra
eod.l.fin.& poterit dicere Notarius, lecta fuit per dictum Iudi-
cem,ex quo eo præſente, & mandante lecta fuit,de uerbo.obl.l.
procuratori pręſentis, & ita ſeruat conſuetudo. Deinde ponde
m ra verbum, iudicari, *m* dicit enim,ex integro iudicari, non dicit
cognoſci,& ſic ex eiſdem actis,ut no.ff.de appel.l.ſi expreſſim. &
hoc eſt verum, niſi inſtantia eſſet perempta: nam tunc denuo
oporteret liberare,& cætera facere,quæ perempta inſtantia non
durant, ſed ea, quæ habent perpetuam firmitatem non oportet
11 denuo facere,ſed producere,vt ff.de prob.l.quoties, §. fin. † Sed
n quæro,*n* quid ſi iudex ita pronunciat.Ego pronuncio,ꝙ id ſerue
tur,quod in tali charta continetur: nec recitat eius tenorem, an
ualeat? & ur̃ non tenere, quia non abſoluit, neque condemnat.
Ɔ̃rium dico,ſi charta eſt liquida,& in iudicio producta, recitatio
ni parata,ſecus ſi non eſt producta,quia non poteſt uideri in iu-
dicium deductum,ꝙ nõ eſt productum,arg.ſup.de iud.l.licet.re-
latio ergo debet fieri ad intrinſeca ꝓceſſus nõ, ſed ad extrinſeca,
ut inf.de ſen.& interl.om.iu.l.cum iudex.uel dic, ꝙ nõ dẽt ferri,
lata tamẽ tenet;quia quod nõ eſt certum per ſe, efficit certũ per
relationem ad certum, & ſufficit ꝙ iudex proferat uerbum, ex
quo tacite ſequatur abſolľo,uel condemnatio,vt ff.de arb.l.non
diſtinguemus,§.ſi arbiter.& eſt argm̃ ad prædicta, qa legi poteſt
uerbum,pronuncio,in quo ſtat ſententiæ ſubſtantia.item intel-
ligi põt per relationem ad aliud.ſatis ergo dr̃ lectum, & ſcriptũ,
quod legi,& intelligi põt,ut l.1.ff.de his,qui in teſtam.delen. arg.
contra.ff.de falſ.l.diuus,§.plane,verſi.nec generalem.

ADDITIONES.

a Nec dolus. Vide Bal.in l.fi.in prin.inf.de pœna iudicis,qui male iud.
b Præciſe. Vide no.Bal.in l.1.ſup.quomo.& quan.iudex.
c A.B.Secundo caſu. Vide Do.Abb.in c.cum olim,el 3.de reſt. ſpol. No. ꝙ ſententia in ſpiritualibus metu lata,non tenet,in temporalib.uero tenet,licet obſtet excep. uide Bal.in l.2.§.1.ff. de iud. & ibi habetur iſta quæſtio cum quodam Cardinali, uide eundem in l.decernimus,ſup.de ſacroſ.ecc.& ibi ad Bald.multa addidi, quæ omnino uide.
d Pone. Vide Bar.in l.fi.inf.de pœna iud.qui male iud.
A.B.Pone,iudex. Vide Do.Abb.in c.olim,el 3.de reſt.ſpol. ubi uidetur aliter dicere,quando compellitur quis eligere,aut ſic eligere.
e A.B.Contrarium puto.Non tenet ſententia,quando iudex cogitur imponere pœnam corporalem tantum, cum in arbitrio ſuo ſit imponere etiam pecuniariam, & no.gloſſ.magnam in l.ſeq. ibi,ſed nec interpretari,quod habens merum imperium,interpretatur ſuam ſententiam, & ſic interpretatio eſt iniqua, appellatur l. ab executore,ff.de app.delegatus nunquam interpretatur, nec ordinarius non habens merum imperium,niſi interpretatur ſententiam ſui delegati, ut ibi nota, vt Notarius interpretatur uerbum ambiguum ſui inſtrumenti.
f A.B.Sed puto.No.quod quando fertur interlocutoria parui præiudicij, poteſt ferri iudice non ſedente pro tribunali. Vide Bal.ff.de dam.infect.l.4.& ibi Do.Io. qui multum inſiſtit intellectu l.uoluit hic alleg.& quod no.in ca. in nomiue Domini de teſtib.& ibi do.Io.
g Sedere. vide Bar.in l.defendere,de auth.tuto.& in l.4.§.hoc autem,in 6.& 7.opp. ff.de dam.infect.& quod iſte notat in l.ſi(ut proponis)la 2.ſup.eo.tit.& Bar. omnino in l.proxima,in fin.
h An interlocutoria. Vide quod notat Bar.in l.ſi opus,& ibi dixi poſt eum, de oper. noui nun.& Bal.in l.1.ſupra quibus non obſtat long.temp.præſcr.eſt tamen dare modum,in quo ad ſententiam abſolutoriam ab obſeruatione iudicij non requiratur citatio,quem ponit Bar.in auth.qui ſemel,ſup.tit.1.& facit quod habetur in l. 3.§.ſi ad idem,ff.de re milita.Item alium modum ponit Bar.in d.auth. qui ſemel, dicit, quod ſententia primi decreti poteſt interponi abſque citatione, ſi iudex præcepit partibus ne diſcederent, niſi litem conteſtarentur, & reus receſſit lite non conteſtata.Et ad Bar.hic uide eundem in fi.inf.eod.
i Ideo habens. Vide ſing.Bal.in l.eos,§.apoſtolos.inf. de appel.& quod not.Bartol. in Labeo.ff.de iureiur.& Bal.in l.1.ſup.quomodo & quando iudex. & in authen. ei,qui.inf.de tempore.app.
K Superior. Vide l.diem proferre.§.ſtari,ff.de arb.
l Per alium. Vide Bar.in l.hac conſultiſſima,hic alleg.& Bar.& Docto. in l.ſtatutis, inf.eod.ubi etiam,quid de interlocutoria,& ibi ponit Bal.in uerſic.ſed pone,quod duo,& uide Bal.in l.iubemus.ſup.de teſt.& Cyn.in l.2.inf.eod.Bal. in addi. Spec. in tit.de ſenten.prola.
m Iudicari. Vide in l.ſi ut proponis,ſup.tit.1.
n Sed quæro. Vide Bar.in l.1.ſup.ſi aduer.liber. & in l.3.uer. quid ſi iudex ſe retulit ad inſtrumentum non productum,infr. de ſenten. quæ ſine certa quantitate profer.& late per Mod.in l.1.§.libelli,ff.de appell.
And.Barb.Sed quæro. Quid ſi iudex pronunciat, ut in tali charta continetur, an ualeat ſententia. Vide Do.Ant.in c.cum uenerabilis, de religioſis domi. ubi alleg. ſing.Io.And.in addi.Spe in tit.de pet.uide Ang.in l.conuenerit,ff.de re iud. ubi allegat idem dictum,uide ibi Ioan.de Imo.facit quod habetur in l.ſi ita,ff.de condi. & demonſtra.& l.aſſe toto,ff.de hæredib.inſtit. facit ſimile quod habetur in cap. cum ex literis,de in integrum reſtitu.uer.idem apparet ex actis.

LEX II.

1 *Peto condemnari quantum bono uiro uidebitur,quare dicatur.*
2 *Sententia qualiter fundari debeat.*
3 *Res,& cã eſt in libello exprimenda, vbi factũ iudicis de facto imploratur.*
4 *Sententia quando ſubito ferri debeat.*
5 *Iudex nunquid cum ſapientibus deliberare debeat.*
6 *Iudex ſuam ſententiam interpretari poteſt.*
7 *Iudicis ſucceſſor ſententiam ſui prędeceſſoris,an interpretari poſſit.*
8 *Iudex,qui ſemel interpretatus eſt ſuam ſñam,iterum interpretari non põt.*
9 *Actorum ſcripturę quando in archiuio ſint ponenda.*
10 *Sententia ſuper certis expenſis lata,minui non poteſt.*
11 *Sententia ſuper exceptionibus,non eſt diffinitiua.*
12 *Sententia ſuper incidenti,nudo uerbo ferri poteſt.*

Hac lege. Sententia primo ſcripta,& poſtea recitata,nõ
poteſt corrigi, vel mutari,& quidam ꝑꝑ emi
nentiã dignitatis poſſunt per alios diffinitiuas ſñias recitare.h.d.
In tex.ibi,cognoſcendi, & pronunciandi.ſi.n.hẽrent ſolã cogni-
tionem,non poſſent pronunciare.In tex.ibi,ſubitas.Iſta appella-
tur quaſi fulminatio.Ibi deliberatione. no. cũ matura delibera-
tione ſententiam proferendam. No.ꝙ ea, quæ ſunt irreuocabi-
lia,debent cum difficultate fieri.But.Ibi,ſcriptas.tam in mente,
quam in ſcriptura.Ibi,ponderatas,vt nec fallat,nec fallatur. l. fi.
de ponderat.auri.nec in toto,nec in tanto: alias fecit litem ſuam
eatenus,quatenus læſit,arg.ff.de eden.l.argentarius,§.cum aũt.
& ſi fallit,ſemper tenetur,& iuratur contra eum in litem, ff. de
a *a* dolo.l.arbitrio.ſed ſi fuerit circunuẽtus falſis teſtibus,& obre-
1 ptionib.nõ tenet,qa bonus vir hoc non arbitratur,vt in §.ſi Iu-
b dex.& hoc † eſt,quare dicitur,peto condemnari *b* quantũ bono
viro

ADDITIONES.

a In litem. Vide per Ange.in l.4.§.in eum,ff.de dam.infect.
b Peto condemnari. Bald.in l.pignus,ſupra de pign.actio.& in l.2.in princip.infr.de ſen.quæ ſine certa quantit.profer.

viro æquum videbit: qa pōt excuſari in parte, in qua fuit obre-
ptum,& in alia parte,in qua fecit iniuſtitiam,abſq; rōne non ex
2 cuſatur.In tex.ibi,ex libello.† No.ꝙ ſn̄ia fundatur in libello.i.ſu-
per cā,& actione intentata , & in hoc dēt eſſe conformis libello,
a non aūt oportet ꝙ ſit conformis in conclōne,*a* nam ubi libellus
concludit ad condemnationem,plerunq; fertur abſolutoria,ut
§.de fideic.lib.l.fi.& uide quod no.ff.ſi cer.pet.l.vinum.in fi. ma
3 gnę gl.† Et no.ꝙ vbi imploratur officium iudicis,maxime de fa-
cto,ibi exprimitur in libello res,& cā,ſed non actio,& iō non eſt
edēda actio,ſed ipſum fcm̄ adit ſimplr̄ loco actionis , & dicit gl.
Inſt.de act.in prin.ꝙ ille,q implorat offm̄ iudicis, ĩplorat quod-
b dam fcm̄.Item no.ꝙ in ſn̄ia dēt recitari libellus *b* tam in ciuili,q̄
in criminali,ut no.ff.de fal.l.ſi quis obrepſerit.Ibi,corrigendi,vel
mutandi.concordat.ff.de arb.l.quia,iuxta illud.

Euolat emiſſum ſemel irreuocabile uerbum.

Poteſt.n.dici de verbo,illud quod de Spiritu ſancto dr̄.Verbū
vadens,& non rediens,& ſic nota , ꝙ in ſententijs nō hēt locum
variatio. Ibi , exceptis , nota aliquid permitti in prærogatiuam
dignitatis,non tamen pmittunt̄ praua, quod eſt notandum. Itē
4 no.ꝙ poſſe per alium,eſt priuilegium.† Oppo. quod ſententia ſit
ſubito ferenda,ut l.1.ff.de dam.inf. Sol.ibi eſt ſpāle. Eſt etiā ſpecia
le,qn̄ pp immunitatem facinoris. Vnde latro deprehēſus, vbi ca
pitur,ibi pōt ſtatim furca ſuſpendi, vt ff.de iniuſto rup.teſtam.l.ſi
quis filio. circa medium. & ff. de pœn.l. capitalium, §.famoſus.
5 † Quæro,nunquid iudex debet deliberare cum ſapientibus? Di-
cit But.ꝙ iudex,qui eligit ſapientem,debet ſecum deliberare,&
examinare. Intelligas non de neceſſitate tm̄, vnde perſuaſio eſt.
c Sed nunquid iudex poteſt cogere *c* partes ad adeundū ſapientē?
Reſpond.non, quia ipſe debet hr̄e hanc peritiam a ſeipſo,ut l.2.
ff.quod quiſque iuris,ꝙ intelligo in his.qui electi ſunt rōne iuris
peritiæ.Nam idiota,uel arbiter ſuper puncto iuris, bene poſſent
mandare partibus,ꝙ darent ſibi aliquem conſultorem, & man
dare partib.ꝙ deponerent ſalarium pro conſultore,vt l.3.§. 2. ff.
6 fin.regundo. & ita ſeruat conſuetudo.† Quæro,nunquid iudex
d *d* poſſit ſuam ſn̄iam interpretari? Reſponde ſic,ſi eſt de maiorib.
alias non,ſm̄ gl. & bene alibi indiſtincte dicit,ꝙ pōt,j̃.comm. vel
epi.l.fi.ille autem,q interpretatur,non debet aliquid addere, vel
detrahere in ſubſtantia uariando , ſed debet exponere verbum
7 ambiguum,vt ext.de acc.c. cum dilecti.† Sed nunquid hoc pōt
e facere ſucceſſor *e* eius?& vr̄ ꝙ ſic,quia vnus eſt magiſtratus,ↄ̃ vr̄
quia eſt articulus de aīo, arg. ff.de rei ven.l. idem Pomponius,§.
8 fin.† Sed nunquid ſi ſemel eſt interpretatus,poterit iterum inter
f pretari? Reſpon.non,qa interpretatio non poteſt fieri,niſi ſemel,
vt no.ff.de verbor.oblig.l.quicquid aſtringendæ,in princ. Modo
quæro,nunquid poſſit reuocare ſn̄iam ſuam diffinitiuam? & vr̄
g ꝙ ſic,quia Deus reuocat,ergo, & Papa.*g* Sed certe quādo Deus
h reuocat, prima ſn̄ia reſoluitur in comminatoriam. In ↄ̃riū *h* vr̄
nam Papa pōt imponere ſibi legem derogatoriam, licet eā non
poſſit imponere ſucceſſori,ut no.Io.Mona.in ca.licet Roma.de
i ↄſt.li.6. in gl. puto ꝙ reuocare *i* poſſit de plenitudine partis cum
9 cā.† In glo.pp duo,ibi,ſine libro cōi. no. ſcripturas actorum po-
nendas in archiuo publico,hoc vbicunque ſeruatur in criminali
bus,ſed in ciuilibus non ſeruatur Peruſij, quod eſſet tn̄ valde ra-
tionabile ſtatuere,quod ſaltem libellus , & ſententiæ ponerētur
in memorialibus.cōis. vt ſubtraheretur viam falſum fabricādi.
In gl.magna ibi,in Grammatica,ideſt mente ſeruata, arg. extra
10 conuer.coniug.c.dudum.† ibi,non dicam minui.nota,ꝙ ex quo
ſn̄ia expenſarum lata eſt ſuper certis expenſis reſtituendis , non
poteſt minui: & hoc eſt verum qn̄ ſn̄ia expenſarum eſt annexa
diffinitiuæ.Sed ante ſn̄iam dic,vt no.in l.quod iuſſit,ff.de re iud.
dicit canon,ꝙ licet ſn̄ia excōicationis currat , nō eradicat:tamē
quia infert vulnus primo ictu atrox, debet de ſcripti recitatione
K ferri.*K* & licet pp reuerentiam, & ptātem clauium aliter lata te-
neat,tn̄ excōicatus punitur,vt in c.1.de ſenten.excō.li.6. dicit ibi
Io.Mona.ꝙ in diffinitiua requiritur maior ſolennitas, quam in
interlocutoria,quia diffinitiua eſt fons.Item ait,ꝙ iudex appella
tionis ante ſententiam ruminat interlocutoriam.Item ait,ꝙ iu-
dex dēt facere id,quod medicus, quia omnino debet facere ſm̄
regulam artis,ideſt ſm̄ leges,& conſtitutiones:alias punitur.Io.
Monac.nec excuſat eum inanis conſcientia, ideſt prætenſa , nā
iniuriam facit legib. qui vult ſe meliorem videri q̄ ipſe leges , vt
l in Auth.de iu.§.oportet.Scias tamen, *l* ꝙ in mente iudicis dēnt
eſſe duo ſales,ſ.ſal ſcientiæ,alias eſt inſipida, & ſal ſecuræ cōſciē
m tiæ,alias eſt diabolica,ut in c.cum æterni,de re iud.Item ſcias, *m*
ꝙ quædam committuntur authoritati conſcientiæ,& a lædente
n pōt appellari , quædam committunt authoritati conſcientię , *n*
& a lędente non pōt appellari.tn̄ ſuperior,ſi ſibi vr̄,poteſt erratū
corrigere.gl.eſt ſing.in Clem.1.de bapt.dicit Inn. ꝙ ſuperior nō
poteſt mutare conſcientiam inferioris,cum non poſſit vis infer
ri animo.tamen erroneæ conſcientiæ eſt conſulendum,vt error
deponatur,vt ipſe no.extra,de ſimo.c.per tuas,el 2. Quid ergo ſi
eſt conflictus,& perplexus,quia iudex uidit,& ſic veritatem no-
uit,& falſi teſtes probant contra? Reſpon.non eſt in medico , ſp
releuetur vt æger,vt no.in c.tua nos,de hom.& ideo iudicet ſm̄
acta, & probata. tamen conſulo, quod in pronunciando primo
ponat nomen appellatiuum,ut nos iudex, licet de conſuetudine
proferatur proprium, ut Nos Petrus . proferēdo enim appellati-
11 uum aliquid iudicat ſua conſcientia ab officio coacta.† Quæro,
o nunquid ſententia ſuper exceptionib.dicatur diffinitiua? *o* Reſp.
non,quia de natura diffinitiuæ eſt ſuper principali,non ſuper ex-
ceptionib.ut eleganter,& pleniſſime no.in c.cupientes, de elect.
12 lib.6.in gl.magna ſuper uerbo, priuatos. † Item quęro,nunquid
ſn̄ia ſuper incidenti poſſit ferri nudo uerbo? Dic ꝙ ſic.tex.eſt no.
ff.de autho.tut.l.defendente.ibi,reſponſum habes,non approba-
mus defenſionem reſti.in integ.incidenter improbari .

ADDITIONES.

a Concluſione.Vide Bal.in l.fi.hic alleg.
b Libellus.Bar.dicit hic contra.& vide hic gl.& gl.in l.nec exemplum,inf.de Fal.
c Cogere. Sed bene poteſt inuitis partibus committere cauſam conſilio ſapientis,ſecundum Bal.in l.3.inf.de adult.de expenſis communib.vide Bar.in l.ait prætor,§.fi.ff.de re iud.
d Nunquid iudex.vide plene in l.ab executore,ff.de app.
A.B.Quæro nunquid.An iudex poterit ſuam ſententiam interpretari,quid in arbitris?Vide gl.ſing.& ibi Ang.in l.j.ff.de arbi.quid in legato Papæ?vide tex.in c.j.de poſtul.præl.& quod no.in c.cum veniſſent,de iud.& l.fi.ſup.de leg.
e Succeſſor. Contra.Bar.in l.ab executore,ff.de app.
Facit ad hoc,quod poſui in apo.ad iſtum in l.2.num.5.in ver.libero arbitrio , ſupra de anna.excep.
f Interpretari.Vide Ang.in l.quod iuſſit,ff.de re iud. ſed Innoc.ibi contra. ſed iſtud ſequitur Imo.in l.ab executore,ff.de app.& Bar.& Doct.in l.inter ſtipulantem, in fi.ff.de verb. obl.
g Papa. Bar.tenet hic,quod bene princeps poſſit ſuam ſententiam corrigere , per l.1. §.fi.ff.de quæſt.
h A.B. Contrarium . No. Papam poſſe reuocare ſuam diffinitiuam , vide quod not, Ang.in l.quod iuſſit,ff.de re iud.& ibi Ioan.de Imo.& Bald. in l poſt ſententiam tit. prox.
i Reuocare. Vide quod no.Bar.in l.bene a Zenone,ſup.de quadr.præſcr.
K Recitatione ferri . Sententia excommunicationis debet proferri in ſcriptis . Vide Bal.in l.prolata.inf.tit.1.& quoſdam caſus, in quib.ſententia non requirit ſcripturam,vide per gl.in c.fi.de re iud.& in c.Albe.extra,de teſt.& atteſta.
l A.B.Scias tamen.No.quod in mente iudicis debent eſſe duo ſales.vide ca.cum cōtingat,de reſcr.vbi debet habere conſcientiam puram, & prouidam,quod formaliter probatur ibi per dictum Bald.vide quæ dixi in ca.quoniam, §. in alijs, vt lite non conte.in ver.prudenter,in c.cum R.de offi.deleg. allegauit iſtud dictum Lud. Rom.conſi.225.vide tex.& Bal.in c.quoniam contra,de proba.c.præterea,de teſt. vide teſt.c.ſolicitudinem,de app.in ver.indiſcretum,vel iniuſtum. Vide Bal.in ca. ad noſtram,de prob.vbi dicit,quod iudex indiſcretus poteſt recuſari, & iudex iniuſtus,per illum tex.
m A.B.Item ſcias.No.ſi committitur alicuius conſcientię,quod non poteſt appellari, vt eſt gl.ſing.in §.aſſeſſores,in verſ.ſcientia non poteſt corrigi,quod eſt ſing. no.
n Conſcientiæ.Vide Bal.in l.j.ſup.de reb.cred.& quod no.Ioan.de Imo.in l. ſi ſic, in prin.de leg.1.& Ang & Io.de Imo.in l ab executore,ff.de app.& ibi per Mod. dixi inſt.de actio.§.in bonæfidei,& Imo.in c.j.ext.de conſt.Lud.Rom.in l.qui bona,§. qui damni,ff.de dam.infect.
o Diffinitiua.Vide per Bal.in l.ſi præſes.ſup.ti.1.& in rub.inf.ne liceat tertio prouo.

LEX III.

1 *Sententia mente tenus recitari non debet.*
2 *Sententia interlocutoria per non iudicem ferri non poteſt.*
3 *Delegatio non dicitur interlocutoria.*
4 *Sententia corrumpitur ſi non ſit ſeruata forma.*

Statutis. Non ſufficit ſn̄iam ſcribi,niſi legatur, & verbis
proferat̄:nec ſufficit verbis proferri,niſi añ ſcri-
batur.h.d.Alibi nos diximus,ꝙ inſtr̄m , alias teſtm̄ , eſt imperfe-
ctum,ſi eſt ſcriptum a Tabellione, & non eſt lectum, nec præſu-
mitur lectum,niſi Tabellio hoc dicat.glo. eſt mirabilis in l. fidei-
1 commiſſa,§.j.ff.de leg.3.† Quæro , *a* nunquid iudices poſſint re-
a citare ſn̄iam mente tenus,non legendo? Reſp.non, ſm̄ But.Spe.
dicit ꝙ nō ſufficit,ꝙ iudex dicat pronunciō in ſcriptis , niſi dicat
in his ſcriptis,truffa eſt,quia in ſcriptis eſt, quod legitur , ut ff. de
2 eden.l.j.circa fin.prin.† Quæro , nunquid interlocutoria *b* poſſit
b ferri per alium? Gloſ.dicit,ꝙ ſic.v.g.ſi iudex dicat nūcio,uade ad
talem,& ex nr̄a parte proroges ſibi terminum, vt ff.de arb.l.diē
c pferre.in prin. Tu dic,*c* ꝙ impoſſibile eſt,ꝙ ille ferat ſententiam,
quin ſit delegatus, & iō nimirū ſi valet. & hoc in iudice ordina-
rio:ſed arbiter, vel iudex delegatus nō poſſet hāc ptātē alteri cō
ferre,ut ff.de arb.l.non diſtinguemus,§.de officio.& §. q̄ſitū. dic
ergo,ꝙ aut eſt nuncius ad denūciandum,& loqt̄ l.diem proferre
3 in prin.aut ad pnunciandū,& non pōt.† Sed nunqd delegatio di
catur interlocutoria? Puto ꝙ non,quia non hēt ea,q̄ ſunt inter-
locutoriæ,cum fiat etiam partib. abſentibus, & inuitis . Interlo-
cutoria autem non poteſt ferri partibus inuitis , nec etiam vtra-
que

ADDITIONES.

a Quęro.Vide Bar.in l.1.in prin.ff.de his,qui in teſta.delen.
b Interlocutoria.Bar.hic aliter dicit vide per Canoniſtas in c.ſicut , ext. de re iudic. & in c.cum uos,extra,de his quæ fiunt a prælat.ſine conſenſu c. per Arch. in cap. 1.2.q.1.& c.ſtatutis,an autem poſſit legi per alium,vide Bal.in l.j. ſup. eod. & de hac quæſtione, vide Bar.in l.quod iuſſit.ff.de re iud.alleg.hic, dicit id , quod Bald. contra Bar.
c And. B.Tu dic . Tene menti,quod ſi Notarius ſcripſit partem fuiſſe citatam, quod præſumitur citata,adeo, quod ſententia tenet,& ita receptio teſtium. Salicet. autem contra . tenet in præallega. §.final.non loquitur in actu, qui redditur in inuitum.

a que *a* parte abſente. Item nec altera parte abſente, ſi eſt magni p̄-
iudicij, niſi abſens citet p rl'ā̄m iuris, ff.de re iud. l. de vnoquoq;.
Sed Iac.But.in l.j. ſup.eo.dicit, ꝙ immo per nunciū, vel epiſtolā,
ſi p̄ceſſit diſcuſſio partib.p̄ſentib.& dicit, ꝙ intelligr eſſe magni p̄-
iudicij, ſi ꝯtinet dari, vel fieri, qđ aūt dicit, fieri intelligo ſi ſit gra-
ue facere, vt dare fideiuſſorē, vel ædificare inſulam, ſed nudo ver
bo cauere de obediendo mandatis iudicis litis, & debitis, iſtud re
puto inter facta leuia.argumen.ff.de iud.l. 2. ſed & ſi dubitetur.
4 † Quæro, pone ꝙ *b* iudex primo protulit verba, ſecundo facit ea
b per Notarium ſcribi: vtrum ſnīa conualeſcat? Reſp.non, qa defe
ctus in exordio, licet poſtmodū purgetur, ſnīa corrumpit, quia
c nō eſt ſeruata forma ſecus dico in interlocutoria, *c* quia ſatis eſt
ꝙ redigatur in ſcriptis, vt no.ff.de app.Seio.immo pōt probari p
d teſtes, ſ.de hær.l.qm̄. Sed pone, *d* ꝙ duo ſunt collegæ, vnus eſt
literatus, alter cæcus, nunquid ſufficit, ꝙ ille legat noīe ſuo, & ſo
cij? Rn̄d.ſic, ſatis.n.eſt qđ cecus dicat, ita cōdemno ſicut lectum
eſt, arg.ſ.qui teſt.facere poſſ.l.hac conſultiſſima, §.at cum huma
na fragilitas. Itē ſi eſt vnus tm̄, & ille eſt cæcus, ſilr leget per aliū;
nā cū retineat iuriſd.vt ff.de ſta.homi.l.qui furere. & ff.de iudi.l.
cæcus debet intelligi de tali iuriſdic.quæ poſſit deduci in actum,
quia iuriſd.ſine actu nulla eſt, vt diffinitione iuriſdict. quō enim
poſſet æquitatē ſtatuere, ſi non poſſet per alium legere? Certe ne
quaquam. In tex.ibi, adijcimus. Quæro, quid addit.? Reſp, quia vl
tra procedit annullando, quod non dixerat lex p̄cedens, & ſi iſta
e lex non apponeret decretum *e* annullationis, valeret ſnīa, licet
ferri non debuerit. In glo.ibi, condemno, vel abſoluo. Not.quod
iudex poteſt loqui in ſingulari numero. Item poteſt loqui in plu
rali pp honorem officij, vt nos condemnamus, vel abſoluimus,
licet ſit vnus tm̄. Si vero ſint plures, neceſſe eſt, ꝙ vtantur plurali
numero, vt in c.cum ab vno, de re iud. lib.6. ſi ferūt eādē ſnīam:
ſed ſi diuerſam, quilibet debet loqui de ſe, & conclude, ꝙ ſingu-
laris numerus interdū vitiat, ſed nō pluralis. hoc ibi ponit Arc.

ADDITIONES.

a Vtraque. Vide in l.1.ſup.eod.
b Pone quod. Vide Bar.in l.contractus.ſup.de fid.inſtr.& Bar.in l.prolatam.inf.ti.1.
c Interlocutoria. Vide Bar.in l.2.ad fi.ſup.eo.& limita, vt per eū in l.prolatā, inf.ti.1.
d Sed pone. Vide gl.& Bar.in l.cæcus, ff.de iud.& non ſolum cæcus, ſed quilibet po-
teſt ita proferre ſententiam. vide Bar.in l.1.ſup.eo.
e Decretum. Vide Imo.in l.1.ff.de libe.& poſth.& contrarium tenet in l.non dubiū.
ſup.de legib.& per Sali.hic.

AVTHENTICA.

1 *Breues cauſæ quæ dicantur.*
2 *Ruſticus ſi habeat quæſtionem bouis. aut porci, an ſit parua cauſa.*
3 *Libellus an coram iudice rurali ſit offerendus.*

Niſi breuiores. In breuib. cauſis non reqritur ſcri-
1 ptura.h.d.† Et dr̄ cāę breues illę, q̄
2 conſueuerunt ventilari ſolū inter hoīes paruę ꝯdōnis.†Sed nun-
quid ſi ruſticus hr̄et qōnem vnius bouis, eſſet parua cā? Reſpon.
nō, qa forte ille bos eſt maior pars fortunarum ſuarū. Quid de
vno porcello? Dicit gl. ꝙ porcellus eſt ruſtico oculus ſuus, vt ff.
de officio Præſidis.l.illicitas, §.& ne tenuis. tn̄ quicqd ſit in affe-
ctione, re ipſa eſt lis breuis eodem mō ſi ruſticus petit mercedu-
lā ſuam, p̄cedetur expedito velo, & ſine ſcriptura, & ſine ſportu-
3 lis.† Et hoc facit ad qōnes, q̄ vertuntur coram Vicarijs Caſtrorū
ciuitatis Peruſij, vnde libellus non eſt offerendus coram iudice
rurali, & coram Vicario Caſtri Graicorum cāæ enim, quæ ver-
a tuntur corā ignorantib.legem, non requirūt libellum, *a* ſed ſim
b plici uia ſunt cōtentæ, & idem pn̄t *b* eſſe iudices, & Tabelliones
c *c* in his paruis litibus. ſi hoc dictat conſuetudo earum, arg.ſ.de ſa
croſ.eccl.l.iubemus, §. his Tabellionib. Alij dicunt aliter in glo.
Cōiter Doctores tenent, ꝙ ſit arbitrarium, inſpecta qualitate per
ſonarum, & quantitate litis, ff.de tranſa.l.cum hi, §.modus, & iu-
dex paruus ſignificat cām eſſe paruam in corde eius, qui depu-
tat eum, ut ff.de iud.l.fi.uel dici pōt, ꝙ de quibuſcunq; cauſis nō
ſoluuntur ſportulæ, de quib.loquitur in Auth.de iud. §. ne autē,
coll.6. quæ intelligantur cāæ breues, no.in l.quoties, de priuileg.
ſcholar.dicit Ariſt.oportet recte poſitas leges omnia determina
re, & quam pauciſſima committere iudicantibus.

ADDITIONES.

a Celſus non requirunt libellum. Hoc dictum Bal.hic, Lanfr.de Oria.in c.quoniam,
contra falſam, §.petitiones, nu.5.ext.de prob. reputat ſingulare ad hoc quod corā
officiali ignorante leges, non ſit neceſſarius libellus inſcriptis. & ita ego practica-
ui ſemel Regij in prouincia, vt dixi poſt alle.Lanf.vbi ſup.in apo.in ver.non eſt ne
ceſſarius libellus in ſcriptis.
b A,B Idem poſſunt. An quis poſſit eſſe iudex, & Notarius, vide hic Bar. & in l.iube
mus.ſup.de ſacroſ.eccl.& ff.de ſtip.ſer.l.2.alias 3.Inn.in c.qm̄ apoſtolica, de offic.
dele.dicit, quod an miniſterium dicatur paruum, aut magnum ſtat in iudicis ar-
bitrio. Sed quæ dicantur cauſæ breuiores? gloſſa hic variat. & in cor. §. neceſſa-
rium.& dicit quod recurritur ad conſuetudinem fori inf. de iure fiſci.l. fin. in fin.
ff.de off.proconſul.l.ſi in aliqua. Et concludit hic Bar. quod ſi datur poteſtas arbi-
tro, vel arbitratori, vt ferat in ſcriptis, vel ſi ſtatur dicto ſuo de omnibus quæ agi-
tata ſunt coram eo, quod eſt mirum, & eſt opinio ſua, quæ nunquam mihi pla-
cuit, & eſt ſatis periculoſa, & poteſt ad arbitrium reduci, & aperietur vis fraudi-
bus, quia arbitrator diceret qualiter coram nobis Titius plene probauit. Præterea
vbi acta requiruntur ad ſubſtantiam requiritur ſcriptura facta, & producta c.cum
olim.de priui.Sed vbi non requiritur ſcriptura, cōis opinio eſt, quod poterit proba
ri per teſtes, vt probatur in glo.parua l.ait prætor, §.Marcell. ff.de iud.l.quoniam,
ſup.de hær.cap.quoniam, de prob. Sed fruſtra eſſet iſta probatio, ſi crederetur ver-
bo iudicis. Sed no.ꝙ vbi ſententia fertur contra præſentem, vel abſentem, & tran-
ſiuit in rem iudicatam, non obſtante, ꝙ acta debuerunt in ſcriptis reduci de neceſ-
ſitate, ſicut libellus, vt in auth.offeratur.non eſt neceſſe in executione ſententiæ
acta recenſeri, vnde non poterit dicere reus, ſententia eſt nulla, quia non fuit obla-
tus libellus, ex quo ſententia fuit lata contra præſentem, & non reclamantem, ſe-
cundum Innoc.in c.cum iure, de offic.deleg.c.bonæ de elec. & vide quod no.in d.
§.neceſſarium.tu vide Do.Ant.in c.cum ad ſedem, de reſt.ſpol.& c.quoniam con-
tra.de prob. vbi tranſiui cum d.Bar. ſed in c.Quintauallis, de iureiur.dixit dictum
nimis largum, & periculoſum ſatis. Ideo dicit ꝙ dictum Bart.procedit quo ad acta
tendentia ad ordinationem litis, non autem quo ad deciſionem, & idem ſequitur
Dom.Lud.in l.ſciendum, prope finem, ff.de verb. obl. Et ego idem tenui in Clem.
j.de prob.& ibi ſaluo Bar.in duobus caſib.ſi eſſet homo magnæ religionis, argum.
contra ꝙ non.Dom.Ant.in cap.poſtremo.de app.Item niſi eſſet inter conſangui-
neos, arg.l.non ſolum, §.de vno.de ritu nupt.Ioann.de Imo.tranſit cum d.Bar.hic,
in c.1.de iud.& Do.Abb.in cap.ex literis, de prob. & ibi dixi.vide quod no.Bar.in
ſimili, in l.ſi ſeruus communis, ff.de ſtip.ſer. Bald. in l.iubemus, §.ſane ſup.de ſa-
croſ.eccl.Dom.Pet.in cap.cum a nobis, de teſt.& Ioan.de Imo.in d.l.ſi ſeruus cōis.
& D.Abb.in ca.tenor, de re iud.tranſit cum Dom.Bart. vide Bald. in addi.in tit.de
app.in Spe. & ita tranſit vbi ſup.do.Abb.in d.ca.quoniam, tranſit cum D.Ant.in
d.c.Quintauallis, facit contra Bald. ꝙ licet iudicium ſit ſummarium, tamen veri-
tas debet ſcrutari.& non occultari, c.qualiter, el 2.§.debet igitur.de acc.c.veniens
el 2.de ſtatu mona.Cle.ſępe, de verb.ſign.c.1.de collu.dete.l.in crimine, ff.de adul
c.fi.de hær.li.6.l.pe.C.de poſt.Bald.in l.præſcriptione, ad fi.C.ſi contra ius, & in l.
iudices, C.de iud.licet D.Abb.in c.ex litteris, de prob.ſequatur Bar.vide quę ibi di-
xi, & in repetitione.l.ſciendum, ff.de verb.oblig.
c Tabelliones. Vide Bar.in l.iubemus, §.ſane ſup.de ſacroſ.eccl.

De ſententijs, & interlocutionibus om.iud. Rubrica.

LEX PRIMA.

1 *Sententia, quæ ratione caret, eſt extirpanda.*
2 *Sententia qualiter cognoſcitur nulla.*
3 *Iudicia ad contractuum ſimilitudinem rediguntur.*
4 *Sententia in quibus dicatur defectiua.*
5 *Sententia ſi dominus ſit præſens, an valeat.*
6 *Sententia contra dominum lata, an valeat procuratore inuento, & citato.*
7 *Sententia lata domino pręſente, & non citato, an valeat.*
8 *Procurator & dominus, ſunt litis participes.*
9 *Sententia domino mortuo quibus verbis pronunciari debet.*
10 *Nuncij officium eſt intimare.*
11 *Sententia contra procuratorem lata ex libello contra dominum dato, acto-
re non petente eſt nulla.*
12 *Sententia contra procuratorem ſolum conſtitutum lata, non valet.*
13 *Sententia contra ſyndicum lata, an valeat.*
14 *Sententia in cauſis criminalibus, & matrimonialib. qualiter ferri debeat.*
15 *Procurator qualiter citandus ſit.*
16 *Defenſor inuito actore cū mandato, vel ſine, pōt compare animo nouandi.*
17 *Producens exceptionem, ſcire debet quid agat.*
18 *Iudex an debeat procuratorem, vel dominum condemnare.*

NOn videtur. Sentetia omiſſo procuratore
lata cōtra dominum, qui in iu
1 dicio non fuit, ipſo iure non valet.h.d. † Not.ꝙ ſen-
tentia, quę caret ratione, extirpanda eſt. Nota, ꝙ ſuc-
ceſſor reuocat factum prædeceſſoris. Nota, ꝙ l.abſentem, inf. de
a accuſatio. dicit, *a* ꝙ ſuperior cognoſcit de nullitate; hic dicit, ꝙ
ſucceſſor. Nota, quod quando nulla eſt ſententia, iterato cogno-
ſcitur, vt iudicetur, quod dic, vt infra tit.2.l.3. Nota, ꝙ vbi pro-
curator habet ſubſtantiare actum, non valet ſententia eo omiſ-
3 ſo. †Not.ꝙ ſententia eſt nulla, quando per ius ſcriptum apparet,
ꝙ eſt defectiua. Pone, quod libellus oblatus fuit contra dominū,
& reliquus proceſſus fuit factus per procuratorem, ſed tempore
ſententiæ extitit procurator, & non dominus, vel neuter, ſed cita
tus fuit procurator, poſtea ſententia lata fuit contra dominū, qui
in iudicio nō fuit, nec in proceſſu, nec tempore ſententiæ erat p̄-
ſens; dicit Imperator, ꝙ iſta ſententia non habet rationem, quod
declarat, quia ſententia ſumit robur ex actis, concernit ea deſcē
ſiue, quia omnia acta totius cauſæ, & omnes interlocutiones or
dinantur ad ſententiam diffinitiuam, tāquam ad fontem, ſed in
actis non interfuit dominus, nec fuit fundata cauſa cum ipſo; er-
go ſententia non poteſt contra eum ferri, quia quo ad eum ſen-
tentia vr̄ lata per ſaltum, & ſine actis. Non ergo pōt dn̄s cōdēna-
ri verbis directis in eum, qui in iudicio nō quaſi ꝯxit, ſed per obli
quum debuit ꝯdemnari, ſ.per procuratorem procuratorio no-
3 mine. † Simile dicimus in contractibus, *b* ad quorum ſimilitu-
b dinem rediguntur iudicia, vt ff.de iudic.lege omnem. & ff.de
pecu.l.4.§.idem ſcribit, quod procuratores non poſſunt in per-
ſonam domini conferre verbis directis, ſed obliquis, ideſt pro-
curatorio

ADDITIONES.

a P.D.Dicit. Et adde, an quando iudex ſuperior de nullitate cognoſcens habet ſentē
tiam nullam reformare, habeat neceſſe prius declarare primam ſententiam nullā
per Bar.ſup.quomodo & quando iud.in l.ſi vt proponas, la j.
b In contractibus. No.ꝙ contractus & iudicia æquiparantur, & etiam ſententia, ſm
Bal.in l.ab executione.inf.quorum app.non rec.

curatorio nomine ſtipulando,vt ff.de verb.obli.l.ſtipſo iſta, §.ſi
ſtipuler.& no.in l. 1.ff.de ſtip.ſer.l.hm̄oi,in prin.ff.de leg. 1. Scias
ꝙ ſn̄ia iſta debet ſumere initium in perſona procuratoris, q̄a ita
dictat natura proceſſus,& iō ſi non ſumit initium in eius pſona,
nec in alia ſumere poteſt,inanis eſt,ꝑ aliam ſubtilem rōnem, quę
traditur,ff.de act.& oblig.l.quæcunq; gerimus,ſ'm Iaco.de But.
a Item,quia ſententia *a* debet eſſe conformis conteſtationi litis,&
iurō calumniæ,certe,& Probationib.quia in probationib.conſi-
ſtit ſubſtantia condemnandi, vel abſoluendi. Sed certe iſtud de
probationib.pertinet ad iudicia, ſed alia ſuperiora pertinent ad
formam,vt l.fi.ff.de fideicommiſſ.lib.vel dic vt dicam ꝟ.eo.l.pro
4 latam.†Quæro,in quo deficit ſn̄ia,de qua hic loquitur? Gloſſ.in
l.prolatam,dicit,ꝙ peccat in ſolemnitate.Tu dic,ꝙ in ſubſtātia-
litate,i.in ſubiecto,ſ.perſonę.Item ratio huius legis eſt ualde faci
lis, quia cum procurator ſit factus dominus litis inſolidū:ergo
dominus nihil habet facere in iudicio iſto exercendo, q̄a plures
inſolidum domini eſſe non poſſunt. oportet igitur actum pro-
nūciationis fundari in geſtore,in quo radicatur actus iudicij, &
ſic procurator debuit condemnari,& non dominus,q̄ non erat
5 præſens.†Sed quid ſi dominus erat præſens? *b* vr̄ ꝙ ſn̄ia ualeret,
b alias ad quid ſatiſdaret procurator de præſentia domini,vt Inſt.
de ſatiſd.§.ſi vero aliquis.In contrarium videtur,q̄a ſic fieret no
uatio per ſolam comparitionem domini.Item, ad quid lex req
reret ceſſionem inſtantię,vel mādatum eius,qui ēt inter abſen-
tes fieri poteſt,vt no.ff.de procu.l.in cāæ,§.ſi ex parte. Item ſi a-
ctio eſſet famoſa,dn̄s eſſet infamis,licet in iudicio non fuerit per
prius.Quid dicemus? Sol.puto valere,q̄a inſtantia eſt apud eum
dn̄m effectu,& realitate inſpectis.arg. ff. ſi quis cau.l.pe.& l.1.ff.
de inſti.& q̄a dn̄s poteſt ſupplere vices procuratoris abſentis,&
aſſiſtere cāę, cum negocium ad eum principaliter ꝑtineat, vt ff.
de procu.l.Paulus.Non ob.hæc lex, quia hic dr̄, quando dn̄s in
iudicio non fuit:ſed in puncto noſtro fuit in iudicio, quod eſt a-
ctus potiſſime iudicis vſque ad ſn̄iam incluſiue.Si ergo dico va-
lere ſn̄iam latam in dn̄m pręſentem, quia habemus principalē
6 præſentem,& aſſiſtentem,†Sed pone, ꝙ iudex mandauit, ꝙ ci-
taretur procurator ſi iueniretur,alias citaretur dominus ad ſen-
tentiam audiendam;nunquid non inuento procuratore, p̄t con
demnari dn̄s citatus? Reſpondeo ſic.De nego.geſt.l.liberto, §.fi.
per Bar.Arc.63.diſt.ſi tector.Et ſcias,ꝙ Dominus Lambertinus
de Ramponib. determinauit, ꝙ lite conteſtata per procuratorē
non valet receptio teſtium,citato domino.& non procura.& rō
eſt ſ'm Bart. q̄a non cogitur dominus comparere,ex quo elegit
non comparere per ſe,ſed per procuratorem. Si autem compa-
ruit,bene valet receptio teſtium,quia,& ſine ceſſione habet dn̄s
vtile ius inſtantiæ,cum ſit ſpāle in iudicijs,vt no.Inſt.de inuti. ſti
7 pu.§.ſi quis alij,ſ'm Bar.†Sed quærit ipſe,quid ſi dn̄s non fuit ci-
tatus, tn̄ erat ibi præſens tp̄e ſn̄iæ, nec iudex aliter eum admo-
nuit? & dr̄,ꝙ citatus bene p̄ſumitur comparuiſſe:licet non cita-
tus, nec monitus non præſumitur ad hoc veniſſe. Diſtinguitur
tn̄,ꝙ aut fuit ſn̄ia lata pro eo,& tunc præſentia hr̄ pro conſenſu.
Aut ꝯ eum,& tunc ſecus.ita dicit Bart.ff.de re iud.l. furioſo. Tu
c dic,*c* ꝙ ſi Notarius ſcripſit eum præſentem fuiſſe.valet ſentētia.
& multo fortius valet receptio teſtiū,ſi quęrimus de ipſa: ſecus
ſi in actis non reperitur ſcriptum de p̄ſentia, & hoc per illa no.l.
8 ff.de fideiuſſo.tu.l.cum oſtendimus.§.fin.†Quæro cum gloſſ.po
ne,ꝙ dominus fuit litem cōteſtatus,& iurauit de calumnia, de-
inde cōſtituit procuratorem, qui actitauit reliquum proceſſum
vſq; ad ſententiam excluſiue.modo quæritur,quis debeat citari
ad ſn̄iam vtrum dn̄s,vel procurator, & in quē ſn̄ia ferri debeat,
vtrum.in dominū,an in procuratorem abſentem? Mar.dicit, ꝙ
in dn̄m,qui litem conteſtatus eſt,& effectus eſt dn̄s inſtantię.Io.
dixit,ꝙ in procuratorem, quia in ipſum facta eſt litis tranſlatio.
d gl. *d* dicit, vterque de conſuetudine damnatur, vt omnium ſal-
uetur opinio. Idem plene no.Bar.extra,de ele.c.querelam,& rō
eſt,quia vterque eſt particeps litis,vnus nomine appellatiuo, al-
ter proprio, & vbi duo ꝑ ꝑ vnum, vtrobique tn̄ vnū eſſe debet,
de euic.l.qui libertatis,§. ſeruus. Idem ergo videretur eē ꝯ, ſi pro
curator fuiſſet litem conteſtatus,& quia forte procurator fuit re
uocatus,vel conſenſit dn̄o, qui dn̄s reaſſumpſit ſibi inſtantiam.
Sed certe hi caſus diſſimiles ſunt.nam in primo caſu dn̄s durat
dn̄s,ſed in ſecundo caſu procurator dominus litis efficitur,l. ab
executore,§.ſi procurator.ff.de appellat. Et ſn̄ia iō nō poteſt fer
ri in eum, quia ferretur in falſum procuratorem reuocatū. Re-
uertor ergo ad q̄onem gl.& dicit Iac.de Raue.ꝙ opi.Ioan.eſt ve
ra.huius vtilitas patet in cā famoſa, quia ſi damnatur ꝓcurator,
dominus nō efficitur infamis,vt ff.de infam.l.furti,§. ſi quis alie
no.ille enim.§.conſuluit dn̄o,ꝙ conſtituat procuratorem,vt nō
infametur:ꝙ conſilium parum valeret, ſi dominus condēnare-
tur,q̄a fieret infamis.Br̄,opin.Io. cōiter approbatur per l. liber-
to,§.fi.ff.de neg.geſt. Sed Canoniſtæ de iſta ſcrupuloſa ſolemni-
tate non curantes,ſed de illa realitate;dicunt ꝙ tam vterq; q̄ al-
ter p̄ōt condemnari.ſi citatus eſt ad ſn̄iam.quia non refert quid
ex æquipollentib.fiat, & qui per alium facit, per ſeipſum facere
videtur.ſed illud habet locum in puris factis, non in obl'onibus.

niſi cedantur.Et ego dico,ꝙ cā agitata per procuratorem,etiam
ſi dn̄s condemnetur,non eſt infamis, quia fons iſtius iudicij non
e eſt ipſe,ſed procurator,vt ff.de infa.l.ſeruus. Sed ꝯ *e* hoc oppo.in
fra de iniu.l.fin.vbi ex proceſſu ꝓcuratoris dominus efficitur in-
f famis.ſed ibi ſpeciale. Modo ego quæro, quid ſi in tota *f* lite fue-
runt procurator,& dominus ſimul, ſed ſn̄ia ſolus dn̄s, vel ſolus
procurator fuit citatus, & ſn̄iam paſſus,nunquid valeat ſenten-
tia? Reſpondeo ſic,arg.ff.de euict.l.ſi iō,§.1.Quæro,lex nr̄a loqui-
tur in condemnatoria, quid in abſolutoria? Reſpon. idem. glo.
eſt ſingularis in l.ſi vero non remunerandi,§. Maurus, ff.mand.
9 † Quæro,mortuo *g* dn̄o lite conteſtata,quibus verbis pronuncia
g bitur ꝯ procuratorem; ſi enim diceretur procuratorio nomine
Titij,non ualet ſn̄ia,ff.ſi cer.pet.l. eius, qui in prouincia, §.quod
ſi ſtipulatus.j.Reſpon. Item hæreditas iacens procuratorem nō
habet,ſed procurator eſt ei dandus,vt ff.de hære.inſtit.l. ſi quis in
ſtituatur.quem curatorem nō p̄ōt hæreditati teſtator dare, ff.ad
Treb.l.Luc.§.1.Solu. Iudex non debet vti verbis ineptis, ſed di-
cere. Condemnamus talem procuratorem olim a tali conſtitu-
tum,vt ff.de re iud.l.ſi cum procuratore,quę lex eſt ad hoc valde
10 notabilis.† Extra quæro, quid in nuncio? *h* Reſpond. officium
h nuncij eſt intimare,ſeu nunciare, non diſceptare:& ideo non p̄t
11 condemnari,ff.de procu.l.1.& per Cyn.in addit. † Quæro, vtrum
ex libello dato ꝯ dominum poſſit condemnari procurator, acto
re non petente aliquid ꝯ procuratorem? Dicunt quidam ꝙ nō,
& ꝙ de nouo concludere debet libellus ꝯ procuratorem, & de-
nuo lis conteſtari,per gl.l.mutari,ff.de proc.quod falſum eſt:q̄a
ſi tranſiuit inſtantia,ergo & libellus, arg.ff.de infa.l.ſeruus, & ff.
de fideiu.l.ſi cum hominem. Et ſi de nouo deberet offerri libel-
lus,poſſet primus libellus emendari poſt litem ſuper eo conteſta
tam,quod eſt falſum:quia quoties tranſit inſtantia in alium,trā-
ſit in ſuo ſtatu,& in ſua cā,ſuiſque vitijs:& illa gloſſa debet intel-
ligi in vno caſu tm̄,ſ.quādo procurator remouetur vt ſuſpectus,
quo caſu denuo omnia renouare oportet. Poſſet ēt dici, ꝙ illa
glo.non eſt vera,nec ſtylus iudiciorum approbat:quia dominus
qui legis authoritate continuatiue procedit in cā,non habet de-
i nuo libellare, *i* & denuo iurare de calumnia · nam illud eſt tota-
12 liter nouum,& non eſſet proſecutio. † Quæro, quid ſi procura-
tor ſolum eſt conſtitutus ad ſententiam audiendam? Reſpōdeo,
nequaquam damnabitur,quia ſola comparitio non facit eū do-
minum litis.Idem in eo,qui conſtituit procurator ad exceptio-
nes declinatorias opponendas,vel ad dn̄m excuſandum,ff.de ne
got.geſto.l.liberto,§.fi.Idem in procuatore conſtituto ad impe-
trādum,& ad ꝯdicendum,quia nec iſte damnari poteſt, ut extra
13 de appel.c.Nicolao.† Quæro,quid in ſyndico, & alijs, qui gerūt
publicum officium? dicit Bar.ꝙ non eſt vis,in cuius perſona ſen-
tentia feratur, quia huius obligatio poteſt conferri verbis dire-
ctis in dominum,vt ipſe no.ff.de verb.obl.l.ſtipulatio iſta §.ſi ſti-
pulet.ergo idem in quaſi contractibus, ſeu iudicijs:quia redacta
ſunt ad inſtar contractuum.allegat de conſt. pec. l. eum qui. §.ſi
actori.Sed nunquid ille §.dicit,ꝙ verbū illud, promiſſionis, poſ-
ſit concipere actor, vel procurator in perſonam domini. Certe
ille §.hoc non dicit,nec puto ꝙ valeret illa promiſſio, dominus
meus promittit tibi:ſed ſi ſtipulatur dominus, bene valet ſtipula
tio,vt ff.de vſur.l. Caius. Idem ſi dixit, ego promitto obligando
fidem dn̄i mei,& non meam,l. Luc ff.de inſti. & iō rō dn̄i Bart.
non conſonat legi nr̄æ,quę loquit̄ in obligando.ſed lex,per quē
K probatur opinio ſua,eſt in d.l.ſi ideo,§.j.de euic.qui tex. *K* nō eſt
14 alibi. † Quæro,quid in cauſis criminalibus,& matrimonialibus,
& vbi pronunciatur aliquem eſſe legitimum,vel ſpurium, vel in
poteſtate,uel emancipatum,vel quid de uerbis declaratorijs do-
mini, vel econtra. Dicas, ꝙ de neceſſitate iuris ſententia fert̄ in
dn̄m,vt C.de caduc.tollen.l.vnica, §.ne aūt, & no. extra, qui filij
15 ſint legit.c.cām,quæ.& ꝟ.de iniur.l.fina. † Sed qūo poteſt in iſta
lege citari procurator, cum oīs citatio debeat incipere a dn̄o, ſi
inuenitur,vt l.ſolent,ff.de alimen.& cib.lega. Solut.illud verum
in principio litis,ſed ex quo procurator ſemel fuit in cā,ipſe ſem-
per

ADDITIONES.

a Sententia.Vide Bar.hic.
b Præſens.Vide Bar.hic,& in l.ſi procuratori præſentis,de verb.obl.& in l.furioſo.ff. de re iud.& melius videtur loqui Bar.hic,quam alius.
c Tu dic.Placet,ſi ſcienter patiente eo ſecundum formam l.cum oſtendimus,hic alle.quia tunc etiam ſententia contra eum lata valebit,.ſi dixit Notarius eum fuiſſe præſentem ad ſententiam audiendam.
d Gl.Vide Bar.hic.adde quæ poſui in apoſtil.ad Pan.in all.c.querelam,ad fin.in uer. dominus eſt litem cont.extra,de elect.
e Sed contra.Vide Bal.in l.nihil.ſup.de proc.
f Quid ſi in tota.Vide quod no.Bal.in l.ſi quando,in 9.q.ſup.de teſt.& Bal.inf.prox. verſ.quæro,quid in ſyndico.
g Mortuo.Vide Bar.qui no.dicit in l.nulla,ſup.de procu.& ibi dixi poſt eum,& eum ſequitur Pau.de Caſt.hic.
h Nuncio.Facit quod no.inf.prox.verſ.quæro,quid ſi procur.
i Libellare.Contrarium tenet gl.in l.mutari,ff.de proc.& uide Bar.hic in ver. modo procedo quid econuerſo, qui videtur melius loqui.
K Qui tex.non eſt.Iſtum tex.alle.etiam ſup.in verſ.modo quæro,& certe ille tex.nō probat opi.Bar.ſi bene inſpiciatur.

per eſt citandus;& ſi dñs citaretur,non teneretur comparere,qa
ſatisfecit legi, & aduerſario conſtituẽdo procuratorem idoneũ.
ſecus ſi non ſatisfaceret legi,vt quia cauſa requirit aliquam per-
ſonalem informationem,vt in c.ſi clericus,de ſenten. excomm.
lib.6.vel quia non ſatisfecit aduerſario, vt quia dñs eſt legalior,
vt melius nouit veritatem,vt ff. procu.l. ſi actor, & l.procurator
in rem.& ideo licet procurator poſſet eſſe infamis, vt Inſt.de ex-
a ce.§.fi.tñ inuito reo non poterit reſpondere poſitionibus, *a* quia
principalis perſona eſt legalior, ꝙ procurator, cum ſit bonæ fa-
16 mæ, quod eſt notandum. † Quæro, vtrum inuito actore poſſit
cum mandato, vel ſine, defenſor comparere animo nouandi?
Glo.dicit,ꝙ ſic,in d.l.liberto,§.fi.contrarium tenet Iacob. Butr.
in l.1.ſup.de iud.& glo.in l.ſolutionem,ff.de ſolutio, & hęc vera,
quia per talem comparitionem non debet minui ius agẽtis. Fal-
lit in caſu ſpeciali,qui ponitur de pe.hær.l.ſed & ſi lege,§.1.Idem
ſi rem diſtraxerit fauore bonæ fidei poſſeſſoris, quia aliter nõ po
teſt conſulere indemnitati ſuæ,& ille §.eſt valde fauorabilis poſ-
ſeſſoribus bonæfidei,qui alienauerunt bona fide rem alterius. &
tene menti. Si enim talis eſſet defenſor, qui non haberet ex per-
ſona ſua iuris prærogatiuam,nunquam inuito actore admittere
tur animo nouandi.Item §.ille loquitur in actionib.realib. nõ in
perſonalibus,& eſt difficilis §.Modo extra oppo. contra legẽ no
ſtram,ille qui per alium facit,proprie,& immediate facit per ſe-
ipſum,vt ff.de manumiſ.vind.l.pater.vbi dr̃,ꝙ pater, qui per filiũ
manumittit,per ſeipſum dat libertatem ſeruo ſuo.Solu.ibi in dã
do,hic in faciendo.Nam factum cohæret procuratori, qui facit:
ſed datio cohęret domino,qui dat, & immediate ab ipſo euelli-
b tur dominium. Si autem *b* procurator daret rem ſuam, tunc do
minus non proprie,ſed interpretatiue,vt ff.mandat.l.ſeruum Ti
c ti j.*c* Sed quæro,vtrum procurator habẽs mãdatum ad producẽ
dos articulos,vel teſtes,& non ad totã cauſam,dicatur ipſe pro-
ducere,an dñs?Bar.dicit,ꝙ dñs:quia in virtute eius talia iura pro
ducuntur,& fiunt,licet cooperante procuratore quantum ad fa
cti executionem,ff.de iniu.l.non ſolum,§.ſi mandato. ſicut lapis
a me miſſus virtute brachij mei, nõ diceret̃ percutere, ſed ego.
ſed iſtud non eſt ſimile,quia lapis eſt ſine intellectu, & ideo non
17 dicitur aliquid agere. Pone, ꝙ † procurator conſtitutus ad pro-
ducendum exceptionem,eſſet furioſus effectus poſt mãdatum,
& in ipſo furore produceret exceptionem, nunquid valeret pro
ductio?Reſp.non,qa oportet producẽtem ſcire qd agat,& quod
velit hic facere,arg.ff.de cond.& dem.l.2.& in l.omnib. de regu.
iur.tñ opin.Bar.poteſt ſaluari iſto reſpectu, quia per talẽ actũ ꝓ-
curator non efficitur dominus litis,& ſic eſt quidam actus tran-
ſiens quo ad ipſum,abſq; eo,ꝙ aliqd reſideat penes eũ. Sed poſt
quam procurator eſt effectus dñs litis,nullum actum vr̃ dñs im-
mediate facere,quia omnes actus ſunt conſecutiui ad litis cõteſ.
Porro ſi procurator facit aliquem actum,per quem acquirimus
ex legis diſpõne principal̃r,& immediate,nos ipſi facimus,vt de
procu.l.per procuratorem non ſemper. Item in his, quæ nõ pñt
in alium transferri, vt ſi procurator procuratorio nomine reci-
piat vſumfructum vel feudum,non eſt neceſſaria ceſſio. Idem ſi
ſtipularetur dotem. Et no.iſta verba,quia ſunt notabilia:& adde
ad apparatum huius legis d.l.ab executore,§.fi. & quod no. Bar.
extra,de reſtitutio.in integ.cap.ſuſcitata.& Accur.ſup.de procu-
ratorib.l.exigendi.Sed nunquid ſententia interlocutoria requi-
d rat ſolemnitatem huius legis?Reſp.ſic,ſi continet dari, vel *d* fie-
ri,alias non,quia non requirit præſentiam,vt no. ſupra titu.1.l.fi.
18 † Item no.quod ſufficit dicere condemno *e* talem procuratorẽ,
e quia tacite intelligitur procuratorio nomine.eſt gl.parua, not.ff.
de procu.l.quacunque ratione.

ADDITIONES.

a Poſitionibus. Vide Io.de Imo.in l.qui bona,§.ſi alieno, & ibi dixi poſt Barto. ff.de dam.infe.& Bal.in l.2.§.obſeruari,in fi.de iur.cal.

b Si autem. Vide hic vſq; ad fi.

c Vtrum procurator. vide Bar.in l.ſed ſi vnius,§.ſeruus,ff.de iniur. Adde eundem plenius in l.non ſolum,§.ſi mandato, & quod ibi poſui remiſſiue in apoſt.ad ipſum,in ver.a procu.eo.tit.

d P.D.vel nam tunc dicitur eſſe magni præiudicij, vt per eundem no.poſt Iac.But. in l.fi.ſup.tit.1.cui adde Alex.in l.ſi opus, in add.de ope.no. nun. & ſup. adnotaui in l.ſi præſes,quom.& quan.iud.

e Condemno. vide l.fi.& ibi Bar.de inſt.

LEX II.

1 *Sententia lata per iudicem inhabilem, valet gratia publicæ vtilitatis.*
2 *Seruitutis exceptio contra iudicem opponi poteſt.*
3 *Sententia iniuſte lata, qualiter valere poſſit.*
4 *Libertatis poſſeſſionem quilibet habere præſumitur.*
5 *Error in perſona delegantis, an faciat ſententiam nullam.*
6 *Inſtitutio de filio ſpurio, qui legitimus ab omnibus putatur, an valet.*
7 *Inſtrumenta facta ab eo, qui ſe tabellionem dicit, an valeat.*
prima ſnīa ſit actus per ſe perfectus. In ſportulis autem dic, vt in
7 Authen. de iud. §. ne aūt circa hoc labor. † Sed quid ſi iſte *c* priui
c legiatus de non ſoluendo ſoluit ſponte, nunquid recuperat? Re-
ſpon. non, niſi ſoluerit, per errorem, vt notat Inſt. de act. §. trip.
ſed per hoc aduerſario ſuo legem nō imponit, quia error iuriſ-
dictionis formam non mutat, vt l. ſi filiæ, in princ. ff. fami. erciſ.
Sed quid, ſi ille qui ſportulas recipere debet, gratis remiſerit uni
parti, nunquid ſimiliter remittere tenetur alteri, vt ſeruet ęqua-
litas? & videt̄ quod ſic, vt ſu. ad l. Falci. authē. ſed cū teſtator. Dic
8 ꝯrium. quia † nemo tenet̄ eſſe liberalis vltra q̄ velit, vt ſupra de
neg. geſt. l. tutori. Non obſtat auth. ſed cum teſtator. quia ibi non
eſt liberalitas, ſed fidei meritum, & honor exhibitæ fidei, vt in
Auth. de hæred. & Falc. §. ſi vero. & l. patrem. ff. quæ in fraudem
9 cred. † Nunc quæro, vtrum ſportulę *d* debeant mitti, qn̄ agitur
d officio Iudicis? Reſp. ſic: dummodo agat̄ ad certam quantitatē,
vel ſpeciem, & cā ſit ordinaria: ſecus ſi petatur reſtō in integrū,
vel officium iudicis ad aliquod factum proponatur. Scias, ꝙ il-
le, qui proponit iudicis officium, interrogatus quam actionem
proponat, non pōt edere actionem: licet. n. quoddam agere di-
catur actio, tn̄ non eſt, ſimiliter reus edere non pōt exceptionem
vt ff. de petit. hæred. l. plane. & l. fi. Sed officium Iudicis iſtud non
dr̄ exceptio, licet ſit quodammodo excipere, nam officium Iu-
dicis dr̄ factum. quod ſane intelligas, vt no. Inſt. de actio. in prin.
10 † Et not. unum *e* in ſportulis. quod ſiue quis habeat iuſtam cām
e litigandi, ſiue nō, vr̄ quod teneatur reſtituere ſportulas, quas ad-
uerſarius præſtitit ſm̄ conſuetudinem quarundam ciuitatum:
& curiarum: & hoc ſeruatur Peruſij in curia mercatorum, ſed
ſecus eſt de iure *cōi. glo.* eſt ſing. in d. §. tripli. quam oīno uideas,
quod not. multum. *Mō venio* ad ſecundam lecturam, quæ talis
eſt. Quidam ex priuilegio non *præſtitit* ſportulas, nec ſumptus,
& obtinuit in cā; vult repetere ac ſi præſtitiſſet, quaſi priuilegiū
fingat eum ſoluiſſe: quæritur nunquid poſſit? Reſpond. quod nō
ſic priuilegium unius prodeſt alteri per quandam cōſequentiā.
Sed ſi omiſſo priuilegio ſoluiſſet, repetere poſſet, quia quis in-
11 uitus, uti priuilegio ſuo non tenet̄. Item. † per priuilegium non
conſueuit alicuius conditio deterior fieri. glo. ſentit ꝯrium in d.
§. tripli. ꝙ ſi ſponte ſoluit, a nullo repetit, & ſic priuilegium in-
telligitur eſſe cōe, arg. huius legis. Oppo. iſtud reſcriptum fuit iu
ri ꝯrium, ergo non valet. Sol. hic de mero iure, & non ſuper fa-
cto Princeps reſcripſit ex certa ſcientia, quia in iure ſcripto con
ſcientia Principis falli non poteſt. Item nec pręiudicium vr̄ ꝑꝑ
f æqualitatem, ut ſ̄. de in off. teſt. l. pater puellæ. Extra opp. *f* ꝙ non
valet priuilegium non citatis his qui lædunt̄. Solu. imo vr̄ ꝙ va-
leat, quia eſt actus ſupremę ꝑtātis, cui ꝯ dici non pot: unde ꝑiu-
dicat abſenti, puta iudici, & Tabbellioni, ut hic. Oppo. quod de
bet intelligi ſine damno alterius? Reſpō. verum eſt, niſi directo
12 reſcribatur ad damnum alterius, ut hic. † Pone, *g* aliquis eſt Ad-
g uocatus in ſua propria cā, & vincit in cā, vult quod ſibi ſalariū
taxetur ac ſi fuiſſet Aduocatus in cā aliena, quæritur nunquid
poſſit; & vr̄ ꝙ non, ar. huius legis. & ff. locati. l. quod ſi domus. in
fi. Nec obſt. ff. mā. l. idemque. §. fi. vbi fideiuſſor gratis liberatus
agit actione mandati, quia ibi fuit liberatus ob meritum remu-
nerationis, unde ſibi obeſſe videtur, ar. eorum, quæ no. ſ̄. de coll.
l. ſi donatione. ſed in q. noſtra. Aduocatus apud ſeipſum obliga-
tus non eſt ob meritum, quia ſibi ipſi nemo tenet̄, nā obligatio
eſt quædam viciſſitudo, ideo requiritur differentia perſonarum.
Sed quid ſi eſt damnum paſſus. quia interim non potuit intereſ
ſe aduocationib. aliorum? & non puto, quia non eſt damnum li
tis, arg. ff. de act. emp. l. ſi ſterilis, §. ſi per uenditorem. utor argu-
mento teſtium, quib. debent expenſæ refundi, ſed non damna
tpis; quia litigantib. eſſet nimis oneroſum, ut ſup. de teſtib. l. qm̄
liberi. & l. ſi eū, §. ſed cum oportet. Vltimo nota ibi, ꝑtermiſſum
13 ſit, vel fuerit, ꝙ non vr̄ ꝑtermiſſum, qđ a iure ſupplet̄. † Item no.

iſta verba, ſit, vel fuerit ad cl̄as codicillares, dum teſtator. dicit,
ꝙ ſi nō valet, vel valuerit; nā ꝑſens ponitur ꝓ futuro ſubiūctiui.

ADDITIONES.

a Reconditus. Vide l. ſi vſusfructus, ff. quib. mod. vſusfr. amit.
b And. Barb. item in pœnis. No. quod in pœnis ante ſententiam nullum ius habe-
mus, & pro iſta q. vide Bal. in l. fi. ff. de iur. om. iu. & ibi Cy. in commento ſuo. Vbi
decidit, quod primo gabellario debetur, per l. is qui in puteum, §. ſi poſtea. ff. quod
vi aut clam. quia dies obligationis ceſſit tempore, primi, vt l. defuncta, ff. de vſuf.
vide ibi Cy. ꝙ debeatur primo, tenet ēt Bal. in l. diuortio, §. ſi fundum, ff. ſol. mat.
& tenet D. Pet. de Anc. in rep. c. ſi propter, de reſcr. in 6. vnde Mod. in l. hęres, quan
doque, ff. de acq. hære. dicunt de facto fuiſſe Romæ, ꝙ ſi de hæreditate debet ſol-
ui gabella, & hæreditas vacat tempore primi gabellarij, & fuit adita tempore ſe-
cundi, quod primo debent gabella. Idem dicunt, ꝙ hæreditas fuit adita vlt. die va
cationis officij, & allegant ſententiam Bal hic, vide quod no. per Barto. in l. ſanci
mus, C. de conſuli. li. 12. Sed Io. de Imo. in l. diuortio, §. ſi fundum, tenet contra, per
l. pendentes non ſpectant ad fructuarium: ergo ita nec iſti. non tamen allegauit
Bal. hic, neque Do. Pet. & uide eundem in d. §. ſi fundum, vbi tenet opin. Bald. &
pro ea allegatur tex. l. quæcunquæ, ff. de act. & obl. ubi lucrum pœnæ applicatur
primo domino, & per tex. l. fi. ff. ar. fur. cæſa. & l. 1. §. fundum. de aqua quotid. &
æſti. per l. is, qui in puteum, §. ſi poſtea, ff. quod vi, aut clam, vide Pet. de Anch. in
c. ne prelati vices ſuas, & quæ ibi dixi.
c Si iſte. Vide inf. eo. in ver. modo venio.
d Vtrum ſportulæ. Vide Bar. in l. pe. inf. de prox. ſacr. ſcr. li. 12. & in materia ſportu-
larum, vide etiam not. per Bal. in auth. generaliter, ſup. de Epiſ. & cler.
e And. Barb. Et nota vnum. No. ꝙ quis tenetur reſtituere ſportulas, quas aduerſarius
fecit, ſi nō habuerit iuſtā cauſam, litigandi: & uide quod no. gl. & Angel. in l. 3. §.
ſi rem, de leg. 3. gl. in l. non ſolum. & ibi Ang. de rei vend. gl. & Ang. in Auth. de ex-
hiben. reis, §. illud. & quod no. in l. petitor, ff. de lib. le.
f Extra opp. In contrarium Bar. no. in l. 2. inf. de temp. app. & l. nam ita diuus, de a-
dop. tamen cum Bal. hic tenet Io. And. in c. cum dilecta, per illum tex. extra, de cō-
fir. vti. uel inut. per id, qđ not. in c. Albericus, ext. de teſt. alle. d. c. cum dilecta. Idem
tenet Ant. de But. in c. per venerabilem, qui fil. ſint legit. uide Bart. in contrarium
in l. ſi quis, inf. de fab. lib. 11.
g Pone. Vide Bar. hic, in fi.

De re iudicata. Rubrica.

LEX PRIMA.

Habens rem, petere non poteſt.
1 *Poſſeſsio noua petit aduerſarium de nouo.*
2 *Iuramentum neceſſarium probari poteſt.*
3 *Dolus actoris ei opitulari non debet.*
4 *Damnum non datum qualiter probabitur.*
5
REbus. Exceptio ſupueniens poſt ſentenliā, poteſt
opponi in executione ſnīæ. h. d. ſm̄ But. Vel
ſic, Aequitas noui caſus, nouum inducit remedium.
a Vel ſic, Reb. iudicatis eſt ſtandū, *a* tamen fruſtra petit
1 victor, qđ intus habet. h. d. Bar. † Not. ꝙ ſi rem habeo, rem non
peto. Vel dic, ut not. Inſt. de leg. §. ſi res. ut ff. de leg. j. leg. non quę
cunque nec refert, utrum habeat a ꝯdēnato ſoluente; an a quo
dam tertio. j. de capt. l. cum poſtli minium. Oppo. ꝙ reb. iudica-
tis non ſit ſtandum. ut l. j. §. fin. ff. ad Turpill. Sol. regula vera eſt,
b niſi ſit appellatum. Caue tibi, *b* quia qn̄ eſt appellatum, res non
dicitur iudicata, & iō gl. excipit inepte, ut ff. de pig. l. ſi fundum,
c §. ſi plures. Item oppo. *c* ꝙ reo conſulatur per condictionem ſi
ne cā, vt ff. de ꝯdict. ſine cau. l. ſi Fullo. Solu. ibi recipit alius pro
alio, hic idem pro eodem, & ſic iſta oppoſitio eſt impertinens.
Item oppo. de leg. peremptoria, ſ̄. ſen. reſcin. non poſſe. Solu. hic
exceptio ſuperuenit poſt ſnīam, ibi ante, vel ſubtilius hic loquit̄
de peremptorio actionis in factū. ibi de peremptorio ꝯtus, ex
quo ab initio agebat̄. Item opp. ſ̄. de colla. leg. ſi ſoror. So. ibi. ſnīa
eſt modificata a iure. Item ibi duo remedia agendi, & retinen-
di, unde remanet remedium agendi officio iudicis, ut dixi in le.
peremptorias. Item opp. de leg. minor, §. ſi ſeruus, ff. de euic. So.
ibi agitur de alio iure, q̄ primo, actum eſſet. ſ. de publiciana, cum
primo eſſet actum de dn̄io, ſed ſi ī primo, & ſecundo ageretur
de cā dominij, ſtandum eſſet rei iudicatæ, ut in ſecundo caſu §.
ubi ſeruus habuerat liberā peculij adminiſtrationem, & omne
ius deductum erat. Item opp. de leg. ex ſextante. §. Latinus, ff. de
exce. rei. iud. Item opp. de leg. Claudius Fęlix, ff. qui poti. in pig.
hab. & de l. debitor, ff. ad Treb. Sol. ut ibi, in qualibet dictarū le-
2 gum, † Quęro, quid eꝯ ſi ſnīa fuerit abſolutoria, & poſtea reus
incipit poſſidere? Reſp. poſſeſſio noua petit aduerſarium de no-
uo, & iō pōt agi. vt ff. de except. rei iud. l. ſi quis ad exhibendum.
Sed quid ſi poſſeſſio fuit vetus & noua, id eſt continuata? Reſp.
obſtat exceptio, ut no. ff. de iureiuran. l. qui iuraſſe, §. ſi pater. & l.
eum, qui. §. in popularibus. Sed quid ſi non fuit continuata, ſed
amiſſa, & poſtea recuperata. Sol. ſi iudex non credit reum poſſi
dere, & ideo abſoluit eum, cum tamen re uera poſſideret, de no
uo agi poteſt, ac ſi prius non poſſediſſet, quia alia poſſeſſio eſt.

Quæro

ADDITIONES.

a And. Barb. Eſt ſtandum, Debet ſtari iudicato poſtquam ſententia tranſiuit in rem
iu. nam tunc pro ea præſumitur, etiam ſi ex actis apparet iniquitas ſecundū Inn.
in c. quoniam de prob. licet aliter dicat in c. cum Bertoldus, de re iud. & ideo præ-
ſumitur pro ea, ut in eius executione ſufficiat producere inſtrumentum continēs
acta iudicij, ſi ſententia ſit lata contra præſentem, & non reclamantem, alias ſe-
cus ſecundum eum in c. cum iure, de off. deleg. Angel.
b Caue tibi. Vide Bar. in l. 1. ff. eo.
c Item op. Vide qđ no. Bal. in l. poſt ſententiā, in uerb. nō op. ſ̄. de ſen. & inte. om. iu.

Quero cum Iaco.Butr.ſi ſtatutum dicat,ꝙ ſtetur dicto familiæ
Pr͞atis,an poſſit dictũ familię reprobari.Dicit hic But. ꝙ ſic, for
tius p̄t reprobari dictũ accuſatoris,ſi ſtatutum dicit, ꝙ in paruis
3 damnis ſtet̃ ſacr͞o accuſatoris,qa † iur͞m neceſſarium reprobari
poteſt,vt l.admonendi,ff.de iurei.Alij dicunt ꝯtrariũ,vt no.Ia.de
4 Are.in l.j.§.ſi aduer.liber.dic ut ibi dixi;† Quæro,quid ſi res an-
te ſententiam ad actorem reo inſcio peruenit.Reſp.verũ eſt acto
rem eſſe in dolo,qui ei opitulari non poteſt,nec dẽt, ut in leg. in
ſumma.in prin.ff.de cond.inde.& dixi plene in l.j.ſup.de ꝯd.fur.
5 †.Quero,qualiter probabitur negatiua,ſcilicet dãnũ non *a* datũ?
a Reſpondeo,ſi reus dicat ſe uelle probare de falſo debet edi dies
arg.no.Inſt.de inut.ſtip.§.item verborum.& probabitur ꝑ mo-
dum traditũ in l.optimã.§.de ꝯh.& commit.ſtip.puta ꝙ tota il-
la die non fuit viſus dãnum dare, nec potuiſſet quin cuſtodes vi
diſſent,ut no.in l.1.§.1.ff.de itin.actuq.priua.non dico, ꝙ cogat̃
b ad diem edendã *b* in libello,ſed iudex ex officio de die interro-
gabit,ut ff.de inter.ac.l.vbicunque,& hoc eſt in arbitrio iudicis.

ADDITIONES.

a P.D.Non,de probatione negatiuæ.ꝙ quid non factum ſit uide egregie per Alex. in conſ. *13. 4.* par.& eundem in l.1.ff.ſi cer. pet. Et per iſtum plene in l. actor,C. de proba.& ibid.Ang.& alios, per eundem Ang. in Auth.de hæred. & fal.§.hinc nobis.in fi.Bar.in l.j.de ca.fru.urb.Rom.& in l.hæredes palam,ff.de teſt. in prin. & in l.illa,& in c.hoc iure,de uerb.obl.

b Ad diem edendam. Vide per Bar.in l.is qui reus,ff.de pub.iud.

LEX II.

1 *Error calculi ſententiam non vitiat.*
2 *Error verbis enunciatiuis expreſſus ſententiam non vitiat.*
3 *Sententia an valeat ſi petuntur decem, & iudex condemnauit in quinq.*
4 *Sententia non valet in duplicibus iudicijs ſuper vna parte lata.*
5 *Capitulum vnum quando dicatur.*
6 *Sententia pro parte ferri poteſt,ſi habet plura capitula.*
7 *Sententia condemnatoria ſi ſit error expreſſus in libello, an valeat.*
8 *Error dicitur expreſſus,ſi pupillus ſine tutore agat.*

1 Res iudicatæ. Error † calculi ſnĩam non vitiat.h.d.
Oppo.ꝙ imo vitiat,ut leg.j.§.j.ff.quæ
ſenten.ſine app.reſcin.Sol.ibi fuit error expreſſus,hic non. & eſt
a rõ,qa expreſſa nocent,tacita nõ nocẽt: expreſſo. n. errore *a* ſnĩa
non hẽt eſſe,nec figurã eſſe: & iõ vitiũ patens reddit cã nullam
tanq̃ vituperatã,vt l.fi.§.de edic.diui Adr.tolle. item iõ ſnĩa va-
let,qa p̄ſumit̃ ꝑ ea,ut §.de adminiſt.tut.l. ſi bonã.& ff.de euict.l.
Herennius,§.j.quod eſt impoſſibile,qñ vitium eſt patens, vt ff.
2 de excuſ.tut.l.qui teſtõ† Quæro,qd ſi *b* error eſt expreſſus *c* ver
b bis enunciatiuis,non verbis diſpoſitionis.v.g.dixit iudex quia eſt
c probatum per A,& B.teſtes:ideo condemno,qui teſtes in actis
deponunt ſe nihil ſcire,nunquid iſta ſnĩa valet. Inn. dicit ꝙ ſic,
d quia ẽt ſine vllo teſte lata ualet.idem dico, ſi iudex *d* diceret ſic,
quia decem, & decem faciunt uiginti,idcirco condemno te in
uiginti petitis.Nam ſnĩa iſta licet teneat abuſiua, tñ ualet, quia
error eſt expreſſus in uerbis enunciatiuis emiſſis per modũ im-
ꝑtinentis cãæ,unde verba diſpoſitiua non apparent enormia
dic ut dixi in l.j.ſup.de erro. calc. Quæro vna cum gloſ. ſi iudex
dixit,quia inuenio te geſtorem teneri in decem,& decem, quæ
faciunt uiginti,iõ cõdẽno,te in uiginti,vtrum ualet ſnĩa in quin
decim?Gl.dicit ꝙ ſic;quia de tanto pronunciat,quia plus ꝑnun-
tiat,ut l.is,cui vina.ff.quemad.ſeru.amit.& ff.de in lit.iur. l. cum
furti.dummodo Iudex habeat iuriſdictionẽ ſuper ſumma ma-
iori alias non ualet,ut inf.qñ ꝑuo.non eſt ne.l. cum certa rõne.
3 † Quid eꝯ,*e* ſi iudex non pronunciat de toto, ſed de parte.v.g.
e petita ſunt decem,& iudex condemnauit in quinq;, de aliis ta-
cet,nunquid valet talis ſnĩa in quinq;?Dicit gloſ.ꝙ ſic, ſ͞m Butr.
intellige,niſi appellet̃,vt l.j. in fi. quæ ſenten. ſine appell. reſcid.
ſecus ſ͞m alios,ut §.ſi aduerſus rẽ iud.l.j.iſtã vltimã opinionem
tenet gl.in l.apud Celsũ,§.itẽ q̃rit,ff.de doli exc.& ff. de iuriſdit.
om.iu.l.fi.& bene in ſnĩa ꝯdennatoria,vt ff.de arbit.l. quid tñ in
prin.ſed abſolutoria vr̃ valere ꝑ parte,ut l.quidã æſtimauerunt
ff.ſi cer.pet.ſed ibi proceſſus erat diuiſus. Item illa loquit̃ de ab
ſolutoria ab obſolutione iudicij.ad idem ff.de leg.2. leg.qui ſoli-
f dum,in prin.& hoc in iudice,ſed in arbitro *f* nõ ualet,ut d.l.quid
tñ.licet qñ ſunt plura capitula diſtincta, ualet ſuper illo, ſuper
quo eſt pronunciatum,vt ff.de arb.l.de reb.& arg.ff.de euict. le.
cum plures,& ff.de verb.ob.l.ſcire debemus. illud aũt cõſtat, ꝙ
in duplicib.iudicis impoſſibile eſt vnam partem prodiuiſo,ſine
4 alia intelligi eſſe diuiſam.† Et ideo in duplicib. iudiciis nõ ualet
pro parte lata ſnĩa. item ſi cũ petat̃ diuiſio totius fundi, Iudex
diuidat unum angulũ tm̃,ſimiliter diuiſio nõ ualet, vt ff. fami.
5 erc.l.in hoc iudicio.† Sed hic dubitatur, qñ dicatur *g* unum ca-
g pitulum? Reſp. qñ uno ſtructu, & vna eſſentia conſiſtunt, di-
uerſa dñr quæ ex diuerſitate factorum ſeparationem recipiunt,
ut j̃.ſi vnus explurib.appel.l.j.quod aut pendent, ſi quidem ac-
h ceſſorie *h* non vitiat,ſi de eo non ꝑnunciatur, vt §. tit.j. l. deter-
minato.Si aũt concernit ipſum principale,tunc idem in princi-
pali,vt ff de neg.geſt.l.eum actum,& l.at q natura, §. Scæuola.
& uide quod no.ff.de lib.leg.l.Aurelius,§. idem quæſiit. Extra
i oppono,*i* & videtur ꝙ valeat ſnĩa ſuper parte lata.Nam ſi coram
trib.arbitris petuntur quindecim, valet ſnĩa illius, qui de quin-
que pronunciauit,ut ff. de arbit.l.non diſtinguemus,§.ſi plures.
K Caue tibi,*K* quia ille §.debet intelligi,quãdo ille,qui condemna
uit in quinq;,abſoluit ab alijs partib.petitis,ita dicit gl. in l.1.§.ſi
l aduerſus rem iud.hæc vera de toto in quantitate . Sed ſi *l* eſt to-
tum in qualitate, ut ſi agat̃ ꝯ dñm prætenſa ſcientia, bene ualet
condemnatio omiſſa ſnĩa, idem ſi ageret furti manifeſti ad du-
plum, & condemnaret̃ reus ad ſimplum,& ab alio ſimplo non
abſolueretur reus,arg.ff.de noxalib.l.in delictis,§.fin. & l.miles,
§.decem.ff.de re iud.& ſic dr̃ia eſt,utrum maius,& minus diffe
m rant quantitate,an qualitate,& uoco *m* quantitatem quicquid
aggrauat factum:ſed illud quod dat obl͞oni quandam ſimplici-
6 tatem,non vocatur qualitas.Dic,cum quærit̃ vtrum ſnĩa poſſit
pro parte valere,vel non,diſtinguẽdo, aut ſuper diuerſis articu-
lis,aut ſuper vno.Si ſuper diuerſis articulis, aut ſuꝑ vno princi-
pali, & alio acceſſorio, & põt valere ſuper principali,licet ſuper
acceſſorio nõ valeat,ſed non põt valere eꝯ.ſ.ſuper acceſſorio,&
non ſuper principali, ut ff.de excep.l. fundum. & l.ſed ſi excep.
aut vterq; articulus eſt principalis, & tunc refert: Aut capitula
ſunt connexa:& pro eodem reputantur,ut ff.de neg.geſt.l.eum
actum.& l.at qui natura.§.Scæuola. vnde idẽ iuris eſt, quod di-
cam in vno, & eodem capitulo. Aut capitula ſunt ſeparata, &
tunc in vno põt valere,in alio non,vt ff.de mil.l.ẽt.§.j.quia ſepa-
rata eſt rõ, vt §. de do.inter vi.& vxo.l.ſi maritus.& iõ poſſibile
eſt,ꝙ valeat ſnĩa in cã conuentionis non reconuentionis, vel eꝯ
ut l.1.in fin. quæ ſent.ſine app.reſcin.Item in cã petitorij,& non
poſſeſſorij,vel eꝯ, vt j̃.de app.l.j.& §.ſi a non ꝯpe.Iu.l.ſi de ꝑprie
tate.Scd͞o caſu,qñ fert̃ ſuper uno capitulo, refert, aut quæritur
nunquid ꝑ parte ab initio poſſit valere, aut ex poſtfacto. Si ab
initio,dicendũ eſt,ꝙ non,ut l.in hoc iudicio.ff.fa.erciſ.ſi ex poſt
n facto.i. utrũ ex poſt facto poſſit pro parte retractari, *n* pro parte
non,diſtingue.Aut infirmat̃ per uiam reſt͞onis in integrum,aut
alio mõ. Si per uiam reſt͞onis in integrum, quæ reponit eam in
priſtinum ſtatũ,& tunc non p̄t pro parte valere, vt d.l.ẽt, §.j.ff.
de min. Si alia uia,uel mõ,tunc põt, ut ff.de inoffi.teſt.l.nã. & ſi
parentib.§ fi.& facit inf.de appel.l.ampliorẽ.& extra, de teſt.ca.
Raynaldus,& c.Raynutius. Ex prædictis patet, utrum poſſit agi
o de nullitate partis ſnĩæ,ſicut põt appellari. Nam aut eſt pars *o* in
tegralis,aut eſt pars capitularis,ut ff.fam.erci.l.quædam mulier.
7 & ff.de iure patro.l. Cornelia Pia.† Extra q̃ro, *p* ſi in libello eſt
p error expreſſus,ut qa dico;ago ex nudo pacto.utrũ ſnĩa condẽ-
natoria ualet?& eſt ar.ꝯſic de inoffi.teſta.l.poſthumus, §.ſi quis
q ex his.Conſidera hoc, *q* quia ille §.ita fatue non debet intelligi,
r ꝙ ibi fuerit error expreſſus in libello, ſed tacitus, *r* v.g.naturalis
filius,vel ſpurius,quib.ñ datur querela,ut no. in l.1.§.1.de ꝯtabu.
nõ expreſſo,ꝙ eſſet naturalis, vel ſpurius,egit querela inofficioſi
teſtamenti,& obtinuit,non prodeſſet ſibi ſnĩa, ſed alijs qui ſunt
capaces,& h.d.ille §.Idem ſi frater vterinus agit,qui ſe fratre ꝯ-
ſ ſanguineũ aſſeruit ĩ libello,ſed ſi in libello fuiſſet error exp̄ſſus,*ſ*
cum

ADDITIONES.

a A.B.Expreſſo.n.errore.Vide tex.no.l.ſi pars,§.1.de inoff.teſta.
b A.B.Quæro,quid ſi.Error expreſſus verbis enunciatiuis in ſententia, non vitiat il lam,vide Bal.in l.1.alias in rũb.C.mand.vide plene Io.de Imo. in l.ſi is ad quem, ff.ad acq.hære.
c Expreſſus.Vide Bal.in l.1.ſup.de vindic.lib.Bar.in l.ſi is ad quem, ff.de acq.hær.& dixi in l.ex diuerſo,§.fi.ff.ſol.mat.
d Si iudex.Vide l.diem proferre,§.ſi plures, ff.de arbitr.
e Quid econtra.Vide Bal.in l.1.ſup.de ſent.quæ ſine cert. quant. profe.& l.prox.
A.B. Quid econtra . Si petuntur 10.& Iudex condemnat in quinque,an tunc talis ſententia valeat.vide Bal.in l.j.C.ſi aduer.rem iud.& Bar.in l.qui vas, ff.de furt.
f Sed in arbitro. Vide in l.apud Celſum, §.item quæritur,ff.de doli except.
g Quando dicatur.vide Barto.in l.Aurelius,§.idem quæſiit,ff.de lib.leg.& Bal.in l. proconſul.inf.de appel.
h Acceſſorie.No.Bar.& Bal.in l.terminato.ſup.de fru.& lit.expen.& tibi dixi,quod econtra,vide inf.prox.
i Extra opp.Contrarium videtur tenere Bal.in l.1.ſup.de ſen.quæ ſine cer. quantit. prof.& in l.1.§.ſi ſtipulanti,ff.de verbor.obl.
K A.B.Caue tibi.Not limitationem peregrinam ad §.ſi plures, quod procedit,quando arbiter condemnat in minus,& in alijs abſoluit,& vide quod not.per glo.in c. 1.de arbi.in 6.& Albe.Gallus in ſua Marga.in tit.de arbi.Mod.in l.1.§.ſi ſtipulanti,de verb.obl.vehementer dubitant,an hoc ſit verum,uide omnino.
l Sed ſi.Vide Bar.in l.1.ſi plu.vna ſen.condem.fuer.
m Et voco.vide Bal.inf.l.ea quæ ſup.de condi.inde.& in l.1.inf.de confeſ.
n Retractari.Vide Bar.in l.1.ſup.ſi aduer.rem iud.& in reſtitutione tenet contra id quod hic dicit.
o Aut eſt pars. Sententia poteſt dici pro parte, ſi habet plura capitula, facit quod no.Bal.in l.1.in uer.quæro,nunquid Iudex appellationis. i.quando prouo. non eſt neceſ.& in l.1.inf.ne lic.ter.prouocare.
p Extra quæro.vide per Bar.& Bal.in l.2.de erro.ad. & an error iuris, vel conſuetudinis faciat reijci libellum.vide Ang.in l.diuturna,ff.de legi.
q A.B.Conſidera hoc.Not.pro intellectu §.ſi quis ex his.Bald.in l.fi.C.de fideicom. lib.dixi.in c.examinata,de iur.
r Tacitus.vide Bal.in l.certa,inf.quando prouo.non eſt neceſ.
ſ Expreſſus.Adde ad l.poſthumus,§.ſi quis ex his,hic alleg.& ſequitur Rom.in l.ſi Titius,ff.de verbo.obl.

cum in ſnīa repilogetur libellus: ſnīa eſſet nulla ipſo iure,& tunc
8 intelligis illum §. valde ſing. † Extra oppo. nam ſi pupillus agit
ſine tutore, eſt error expreſſus.tn̄ lex dicit , ꝙ præceptum valet,
a vt ff.de min.l.ait prætor,§.permittitur.Sol.ibi ſpeciale, *a* ut ſupra
de procu.l.non iō minus.vel ibi fuit præceptum ui confeſſionis,
b nam confeſſus *b* non pōt opponere de ineptitudine libelli , nec
de alio iudiciario ordine non ſeruato.tex.eſt illius §.ſing. & hoc
determinat Papa de reſti.ſpō.c.Piſanis.Dic ergo, ſi tu incōgrue
agis,narratio tua ibi obſtat:ſed ſi reus hoc fatetur petitionis ine-
9 ptia,non curatur.† Quæro ergo dicit tex.in d.§.permittit̄ , quod
appellatur? Reſpon.hic dicebant quidam , ſed male ſm̄ Nic.de
Mat.quia non eſt iniuria,ex quo damnum non infert̄,& fundat̄
ſnīa ſuper certo.Vel ibi hr̄ a præpoſteritate ordinis,ꝙ reus pete-
bat conſtitui curatorem,cui competebat ius poſtulādi compel-
li minorem ad petendum curatorem , unde non poteſt dici , qđ
ei iniuria non fiat in procedendo,licet non in decidendo.

ADDITIONES.

a And.Bar.Ibi ſpeciale.No.ꝙ confeſſus non poteſt opponere de ineptitudine libelli. uide Bal.in l.edita.ſup.de eden.& in l.1.ff.de iuriſ.omn.iud.& quod not.c.delicti, de iudic.
b Nam confeſſus.uide Bal.in l.ſi confeſſus.ff.de cuſt.reo.

LEX III.

1 *Præcepta,& diffinitiua differunt.*
2 *Res, & pęna in eodem libello an cumulari poſſint.*

SI PECUNIAM. Poteſt quis ad rem,& pœnam eodem
libello conueniri,& ualet ſentētia.h.d.
Vel ſic,Eſt ſtandum præcepto iudicis,a quo non eſt apellatum.
a Quæro,† nunquid pręceptum, & diffinitiua ſint idem; Reſpon.
interdum ponunt̄ pro eodem, ut hic ; interdum præceptū ponit̄
pro interlocutoria, ut qn̄ cām non decidit.vt ff.de arb.l.qualem
§.fi.& l. quod iuſſit,de re iud.interdum ponitur pro interlocuto
ria,& decedit cām,ut not. ſup. de bon. quæ li.l.fin.§.neceſſitate.
1 †Quæro. an poſſit res,& pæna cumulari iu eodē libello? Reſpon.
ꝙ aut uenit vna & eadem actione,aut plurib. Primo caſu nō eſt
proprie cumulatio,vt cum agitur actione ui bonorum raptorū,
nam in quadruplo in eſt ſimplum.Secundo caſu eſt proprie cu-
mulatio,ut cum ago condictione furtiua , & actione furti, vt ff.
de cond.furt.l.ſi pro fure,§.condictio.tamē ſi a principio propo-
natur ſimul in eodem libello,audit̄ agens , ut hic,quia nō poteſt
aſſignari ratio , quare prius in una , quam in altera procedatur.
Sed ſi primo intentat una, & poſtea altera,diuerſis libellis poſſet
opponi exceptio cumulationem impediens , quod nota .

LEX IIII.

1 *Sententia non retractatur prætextu inſtrumentorum de nouo repertorum.*
2 *Sententia prætextu inſtrumentorum de nouo repertorum,qualiter retracta ri poſſit.*
3 *Sententia retractatur , ſi per noua inſtrumenta,actoris inſtrumenta redarguerētur de falſo .*
4 *Sententia lata contra reum ſi poſtea inſtrumentum de non petendo rèperiatur,qualiter ei conſulendum ſit.*

1 SUB SPECIE. Sententia lata non retractatur prætextu
Inſtrumentorum de nouo repertorū. h.d.
a Op.& vr̄ ꝙ imo retractatur,vt ff.eo.l.Imperatores , & j̄.de ſent.
aduer.fiſ.lat.lib.x.Solu.Speciale eſt iu cā publica,vel fiſcali: nam
retractatur per ſimplicem querelam, vſque ad triennium,quod
eſt no.dignum:& etiam poſtea, ſi præuaricatio poſtea aggraua-
tur.Idem dicit gl.in cā eccleſiæ.idem dicit in cā pupillari.Oppo.
ad idem,ff.de iureiu.l.admonendi Sol.ibi iudex fuit circumuen-
tus per falſo iurantem, quod per inſtrumenta de nouo reperta,
b vel per teſtes *b* neſcios per prius conuincitur ; vnde duob.con-
currentib. ſ.periurijs, & emergentib.probationibus merito ſnīa
2 retractat̄.† Mō quęro, quo iure ? *c* Dicunt cōiter Doctor.quod
c non per ſimplicem querelam, ſed in integ.reſt.petita , argu.ff.de
exc.l.qui agnitis,& l.diuus, ff.de iud . quod vernm eſt in alijs,ſed
in Republica,fiſco,eccleſia,pupillo, retractatur vſq; ad ttienniū
d continuum per ſimplicem querelā . Sed in quarto *d* anno opor-
tet peti reſtōnem in integrum. Op. quod pp nouum caſum de-
beat dari nouum remedium,vt l.j.ſup.eo. Sol. hic non eſt nouus
e caſus,*e* ſed detegitur antiquus qui primo vallatus erat pp inopiā
3 probationum,ut ff.de eden.l.argentarius , §.cum autē.† Intelli-
ge legem noſtram niſi per noua inſtrumenta redarguerentur in
f ſtrumenta actoris de falſo . Modo *f* ergo quæro , quid iuris , ſi
actor ſcienter petit debitum ſolutum , & quia reus probare nō
potuit extitit condemnatus? Reſp. ſi non ſoluit ex cōdemnatio-
ne,habet exceptionem compenſationis : ſi autē ſoluit,condicit,
quod primo ſoluit.ita dicit gloſſ.not.in l.Iulianus,in j.gloſſ.ff.de
4 cōd.indeb.† Sed pone,*g* creditor ſciens ſe feciſſe pactum de non
g petendo,egit & obtinuit poſtea compertum eſt inſtrumentum
pacti de non petendo, qualiter conſuletur reo ?& videtur quod
per reſtitutionem integrum ,quia ſententia eſt obreptitia,vt no.
ff.ad Treb.l.ſeruo inuito,§.cum pręor . Ego dico , quod actor
non obrepſit,quia non tenetur facere mentionem de exceptio-
ne rei,ut Inſt.de repli.in princi.& ff.de pact.l.ſi unus,§.pactus ne
peteret. Sed qn̄ petit debitum ſolutum,falso agit,& tenetur cri
mine ſtellionatus,ut ff.mand.l.fideiuſſor, §. in omnibus. & dixi
in l.1.ſupra de cond.ind.Item lex noſtra debet intelligi niſi in-
ſtrumentum de nouo repertum redargueret ſentētiam de nul-
litate,videlicet quando ſententia contra ſententiam eſſet lata ,
vt infra quando prouoc.non eſt neceſſ.

ADDITIONES.

a Opp.uide Bal.in l.1.ſup.de cond.inde.
b Teſtis uide Bar.in l.admonendi,in fi.ff.de iureiur.
c Quo iure uide Bal.in l.1.ſup.de cond.inde.
d Sed in quarto Dixi poſt Bar.in l.1.ff.eo.
e And.Bar.Nouus caſus Et dicit hic An.quod ſi condemnatus vult dilucide probare de innocentia ſua,poteſt petere ſententiam retractari per iudicis officiū,vt uoluit Inn.in c.tua nos,de cohab.cler.& muli.
f Modo ego quæro. Vide Bar.in l.1.§.& parui,ff.quod ui,aut clam.
g Sed pone.uide quæ dixi poſt Bal.in l.admonendi,ff.de iureiu.& per Imo. in l. imperatores,ff.eo.cum concor.

LEX V.

1 *Terminum acceptans uidetur ſateri debitum.*
2 *Factum appellationi oppoſitum,eam tollit.*
3 *Excommunicatus dilationem ad ſoluendum accipiens,de excommunicatione poſtea conqueri non poteſt.*

AD SOLUTIONEM. Qui petit dilationē ad ſoluēdū,
ſnīę conſentire uidetur:& iō ap-
pellare non pōt,& ſi appellauit,uidetur renunciare. h. d. facit ff.
de min.l.ſi filius.& ff.de pac.l.tale pactum, §. qui prouocauit. &
1 inf.de iure do.impe.l.2.† Et not.ꝙ qui acceptat *a* terminum , vi-
a detur fateri debitum,quod intellige , quando ex certa ſcientia,
non per errorem,ut l.ſed & ſi quis,§.fi.ff.ſi quis cau.& facit l. 2.
ſup.ut lit.pen.item ſi qualitercunque fidem debiti agnouit , ut
s̄.de non nu.pec.l.cum fidem.non ob.le. ſi certis annis, quia hic
præceſſit diſpō apta.agere , ibi non. Conſidera hanc reſponſio-
2 nem.† item not. ꝙ factum *b* appellationi ꝯrium , eam tollit , ut
b hic,ꝙ extra de re iud.c.quod ad conſultationem.item no.quod
ſolo facto amittit̄ beneficiū appellandi.Item not.ꝙ qui acceptat
vnum ꝯriorum,reliquum perdit,ff.de acq.hær.l.claudius Clo-
3 dianus & ff.de inoffi.teſta.l.mater decedens.† item no.quod ex
communicatus,qui dilationem ad ſoluendum acceptat, non p̄t
poſtea conqueri de excommunicatione,quod tene menti.

ADDITIONES.

a And.Barb.Qui acceptat.Not.qui acceptat terminum ex certa ſcientia, videtur fateri debitum & no.ꝙ do.Io.in l.4.§.ſi quis,ff.de re iud.dicit hanc l.debere intelligi,quando præceſſit appellatio,alias ſecus,quod dicit eſſe ſing .& no.Imo.in cap. quod ad conſultationem,ſecundum do.An.in c.gratum,de offi.deleg.& ſic videt̄ renunciare appellationi per illum actum , quod eſt verum , quando ille actus eſt contrarius appellationi in agendo,ſecus ſi in patiendo,vnde ſi quis appellaſſet,& iudex decidiſſet pro eo,licet taceat,non videtur renunciaſſe appellationi.& ſic in caſu iſtius legis , ſi pars petijſſet terminum ad ſoluendum intra tempus datum ad appellandum,& nondum appellauerit,poſſet poſtea appellare, quod bene no. Item pro illo ſecundo modo vide Innoc. in cap. olim,el 3.de reſt. ſpol.Hoſt. & do.Ant.in præalleg.cap. gratum vbi ſi tacet , non poteſt gratificare ſeutentiam per ſe. Adde & tertio,niſi per partem, vel iudicem talis appellatio, vel terminus non fuiſſet acceptatus , pro eo quod not. in cap. cum veniſſent,de eo, qui mit.in poſſ.do.Ant.in præalleg.cap.gratum.quæ omnia tene menti.& vide quod not.in cap.cum acceſſiſſent,de conſti.& ibi per Mod.& vide Io. And. poſt Hoſt.in ca.ſignificauerunt,de iud.vbi dicit,quod habet locum, quando appellatur a diffinitiua,ſecus ſi appellatur ab interlocutoria. exemplum, ſi iudex me grauat inter loquendo,& ego accipio terminum,quem mihi dat,poſſum appellare intra decem dies,qui dantur ad appellandum,quia non videor conſentire, licet ſim ſub iuriſdictione iudicis non inuitus,l.inter ſtipulantem,§.ſacram, de verb.obl. & eſt ſatis not.ſecundum do.Io.ibi pro limitatione huius legis,& aliorum & vide Dom. Anton.in cap.olim,el 3.de reſt.ſpol.& Domi.in cap.ſi.eo.ti. qui appellat , vel appellare poteſt.ergo reſponde,quod procedit in illo,qui ſponte petijt dilationem ſecus ſi coacte.ſed uide tex.in d.l.ad ſolutionem.ibi,quodlibet.modo quod intellige.ſ.agendo,& ita limitaretur in dicto quolibet uide do. Ant. in cap. fin. de ea. poſ.& quæ dixi in cap.cum ueniſſet,de teſt.uide Abb.& ibi dixi,in d. c. ſolicitudinem,de app.uide Bar.in l.j.inf.de rela.ubi allegauit iſtam l. ad ſolutionem. uide do.Car.in d.ca.ſignificauerunt.& uide Io.de Imo.in conſi. 142. ubi conſuluit, quod Hoſt. limitat hanc legem in d.c.ſignificauerunt.uide in præfato conſi. 150. & 155.uide Bart. conſi.8.inci.literas magnificentiæ ueſtræ pro le. ad ſolutionem uide Bar.conſi.135.inci.literas magnificentiæ ueſtræ.Lud.Ro.conſi.9.inci. quod pars condemnata ubi allegauit pro ſing.d.l. ad ſolutionem.
b And.Bar.item no. quod factum. Vide Bul.in l.2. ſup.de ing.manu.vbi dicit, quod licet quis recipiat abſolutionem,non tamen videtur ſe fateri excommunicatum.

LEX VI.

1 *Publicatio quædam eſt,quæ fit officio iudicis nobili,quædam quæ fit mercenario.*
2 *Publicatio in teſtamentis qualiter fiat.*
3 *Publicationis effectus quis dicatur.*
4 *Atteſtationes non publicatæ, an faciant fidem in alio iudicio,*
5 *Atteſtationes nondum publicatæ inſtantia perempta perire dicuntur.*
6 *Teſtes iterum interrogati deponentes vt alias depoſuerunt,an tale teſtimonium valeat.*
7 *Atteſtationum publicatio qualiter fieri debeat.*
8 *Teſtes quando publicantur,alij intereſſe non requiruntur.*
9 *Notarius,qui atteſtationes ſcripſit ſi eſt abſens,an alius de mandato iudicis in publicam formam redigere poſſit.*
10 *Atteſtationes ſcriptæ antequā ſint publicatę,an dicetur ſcriptura priuata*
11 *Acta per teſtes,an probari poſſint.*
12 *Epiſtalma quid ſit.*
13 *Appellatio in ſcriptis ex natura uerborum ſcripturam requirit.*

14 Inſtru-

14 *Inſtrumentorum productio.ſi in ſcriptis fuerit interpoſita per teſtes probari poteſt.*
15 *Teſtes ſententiam in ſcriptis latam probare volẽtes,qualiter deponere debeant.*
16 *Præſcriptio pro actis,an ſit facienda.*
17 *Præſumptionis interruptio in actis publicis,qualiter probari poteſt.*
18 *Inſtrumentum ſi eſt regiſtratum,& poſtea originale deperditum, ſtandum erit regiſtrato.*

Geſta, Pro euidentia circa leg.iſtam primo quęro , coram
quo publicatio fiat; ſecundo,qualiter fiat?tertio,qd
1 ſit publicationis effectus. Ad primum reſpon. quædam † eſt pu-
a blicatio,*a* quę fit officio iudicis nobili,vt quando publicat teſtm̃,
& tunc debet fieri corã iudice ordinario,vt no.ſ.de teſt. l. publi-
cati. Nam ex quo eſt offm̃ nobile, & reſpicit authoritatem , eſt
b mixti imperij,& iõ debet fieri corã ordinario,ſicut adoptio,*b* &
c emancipatio,& legitimatio *c* ſpuriorũ: vnde Comes Palatinus
nõ poſſet alteri publicationem delegare,ut ff.de probat. l. ab ea
parte,in glo. Quædam eſt publicatio,quæ fit officio iudicis mer-
cenaria,ut publicatio teſtium,uel ſcripturarum, ſi forte Nota-
d rius actorum ſcripſit,ſed non authenticauit,*d* ut qa receſſit, vel
qa deceſſit,& tũc iudex cãæ debet facere publicationem,ſiue ſit
ordinarius,ſiue delegatus,ne cãę ꝯtinentia diuidatur,&c. ut hic.
2 † Quo ad ſcđam qõnem , qualiter fiat publicatio? Reſpondeo.
ꝙ in teſtamẽtis fit qñq; uiuo teſtatore, & tũc dic ut ſup. de teſt.l.
oĩum. qñq; mortuo teſtatore,& tunc dic,ut no.in d. le. publica
ti. Si aũt loqueris de publicatione teſtiũ,illa fit corã iudice , cita-
e to aduerſario,*e* & alij nõ ſunt citãdi pro ualore iſtius publicatio
nis,qa non ſunt perſonæ iudicij,ut l.j.in fi.ff.de ventre inſpicien.
3 † Quo ad tertiũ,*f* quis ſit effectus publicationis: lex nr̃a reſpon-
f det,ꝙ effectus eſt,quia faciunt ꝑpetuam fidem,& idẽ dicit tex.in
d.l.publicati.& dic ut ibi,& pleniſſime in auth. ſi quis in aliquo
documento.ſup.de edẽ.& in l.ſi qs iniquũ.ſup. de fi. inſt. & h.d.
Geſta publicata ꝑpetuã fidem hñt in eadẽ inſtãtia.& in alia.pri-
mo ponit dictũ,ſcđo rõnẽ.Caſus.corã primo iudice fuerũt quę-
dam acta celebrata,demum iudex eſt mortuus,& alius ordina-
rius,vel delegatus eſt ſubrogatus.q̃ritur nũquid iſta acta pereãt?
Reſp.ꝙ geſta,quæ ſunt traſlata in publica monumenta, habent
perpetuã ſoliditatẽ,nec morte hoĩs perit fides publica , & iõ ex
talib.geſtis res iudicabit,& ita facit ad titulum;& no. qđ dixi in
ſummario. Quęro,de quib.actis hic loquatur? Reſp. de quibuſ-
4 cunq;,& maxime de ꝯfeſſionib. & atteſtationib.† Modo quęro
g nunquid atteſtationes *g* non publicatæ faciant fidem in alio iu-
dicio? Dicit But.ꝙ aut erãt receptę corã arbitro.& tunc fidẽ nõ
faciunt;& iõ in idẽ teſtes iterũ ꝓducunt,niſi aduerſarius atteſta
tionib.ſtare uelit,ut ſ.de teſti.l.fi.Aut corã iudice , & tunc corã
eo,& eius ſucceſſore valent.qđ intellige,ẽt ſi ꝑ uiã appellationis
ſuccedit,ſed coram alio nõ valẽt,niſi aduerſarius poſtulet,ꝙ ite-
rũ producant;aliter.n.non probarent.l.pe.ſ.de arbi. Si aũt atte-
ſtationes ſunt publicatę,indiſtincte ſunt validę, qa poſt apertas
atteſtationes iterũ ꝓducere nõ licet,ut in Auth.de teſti. §. qa ve-
ro.dr̃ia ergo inter teſtes receptos ab arbitro.& receptos a iudice
5 eſt,qa arbitro in inſtantia nemo ſuccedit, ſed iudici ſic. † Quæ-
h ro,nunqd *h* perẽpta inſtãtia pereãt atteſtationes nondũ publica-
tę? Gl.dicit ꝙ ſic,in l.3.ff.quę in fraud.credi.in glo. ſignata ſuper
verbo,mori patiatur,ad hoc facit lex nr̃a a ꝯ̃rio ſenſu. Tu.dic, ꝙ
aut ſunt publicatæ,& ualent,ut hic:aut nõ,& tunc aut teſtes ſunt
mortui,aut diutius abfuturi,& eorũ dicta valent.aut ſunt ꝑ̃ſen-
tes,& tũc aut aduerſarius petit eos iterũ examinari,& dẽnt ite-
rũ examinari. Aut nõ petit,& tũc eorũ dicta valẽt,ut ĩ d.l.fi.ſ. de
6 teſti.& c.ꝑ̃ſentata.ext.de teſtib.† Mõ pone, *i* ꝙ iſti teſtes iterum
i interrogati dñt ſe non recordari qualiter depoſuerũt, & ꝙ tunc
deponunt ut alias depoſuerunt,nunqd valeat tale teſtimonium
K Bar.dicit alibi.ꝙ ſic in leg.eos, ff. de falſis. Sed quid *k* ſi uariant,
Reſpon.primis atteſtationib.non ſtabit,quia lex dicit eis nõ ſtan
dum,ſed teſtes iterũ examinandos.item nec ſcđis , ut ff. de teſti.
l.qui falſo,vel varie.quæ lex intelligit , qñ in eadem depoſitione
ſunt uarij.itẽ qñ in diuerſis,ſi vtraq.depoſitio ſit ſolennis: ſecus
l ſi altera ſit perfunctoria,& ſine iuro,*l* quia tunc debet inſpici de
poſitio ſolennis, non attenta depoſitione perfunctoria , vt not.
7 Bar.extra,de teſti.c.cum cãm.† Quæro,qualiter fiet iſta publica
tio atteſtationum? Reſp.poſtquam via producendorũ teſtiũ eſt
ꝑcluſa,Iudex partib.ꝑ̃ſentib.interloquẽdo pronunciabit,& mã-
dabit Notario,ꝙ dicta teſtiũ redigat in publicã formã,& hoc fie
m ri debet ꝑ̃ſente Tabellione,*m* qui ſcripſit atteſtationes. Item prę
ſentib.partibus vel altera abſẽte.dicit gl.ſubaudi,tũc citata alias
non ꝑiudicaret,ſm̃ But.& alios; & hoc verũ in ciuili, ſed in cri-
minali,vr̃ ꝙ citatio non ſit neceſſaria:iudex.n. tunc ex officio ꝓ
cedit, vt ĩ. de adul.l. q̃uis indubitati, & ĩ.de aboli. l.2.quia iudi-
n ces faciunt hanc licentiã *n* ſibi dari tp̃e comparationis rei. Mihi
vr̃,ꝙ iſta ſit bona,& neceſſaria cautela,qa debẽt fieri citationes
in criminali, ſicut in ciuili,ut ff.de pub.iud. l. inter accuſatorem.
8 † Quæro,qñ teſtes *o* publicantur, utrum ſit neceſſe, ꝙ alij teſtes
o huic publicationi interſint? Reſp.non,vt ĩ.de donat. l. in dona-
9 tionib.† quæro, ſi Notarius *p* qui ſcripſit atteſtationes , eſt ab-
p ſens,nunqd alius Tabellio mãdato iudicis poterit eas redigere
in publicã formã? Rñ.ſic,ar.ff.de iud.l.lõgius. ſecus ſi Notarius,
10 qui ſcripſit eas,præſens eſſet , vt l.j.de ſport. † Quæro, nunquid
atteſtationes ſcriptæ,anteq̃ ſint publicatæ,dicant ſcriptura priua
ta? & vr̃ ꝙ ſic,quia non ſunt translatę in publica monumenta,&
quia non poſſunt publice legi. Sol.reſpectu Iudicis & tabellionis
ſunt publicatæ , ſed reſpectu partium nondum ſunt publicatæ:
tñ quia decretũ Iudicis interuenit,vt ſ.de teſt.l.nullum. Iudex ex
eis ſn̄ĩam ferre põt,ſi ambę partes,vel altera ꝓdicat , vt dixi ſ. de
ſenten.l.prolatam.facit quod no. Inn.extra,de teſt.c.cũ clamor.
Et no.quod lex nr̃a loquit̃ de publicatione ordinaria,quę fit ſm̃
ordinẽ iudiciorũ: ſed de extraordinaria dic,vt ſ.de uſu.pup.l.pu-
q pillus. & extra,de teſti.c.ſignificauit.&c. Albericus , Sed pone, *q*
ꝙ altera pars ſine hærede deceſſit,nunqd poſſint publicari teſtes
vr̃ ꝙ ſic,quia hic nõ eſt aduerſarius,qui citari poſſit,vt ff.de euic.
l.hr̃e licere & l. ſi dictum,ſ.pe. vel dic , ꝙ inſtantia eſt perempta,
ut l.ſi conſtante,§.fi.ff.ſol.mat. Illud aũt cõſtat,ꝙ vbi quis aduer
ſarium non habet,non eſt neceſſaria citatio,ut not.ff.de bo.poſſ.
11 l.iij. §.pen.† Quæro , nunquid *r* acta iudicij poſſint probari per
r teſtes: *ſ* vr̃ ꝙ ſic,ut ſup.de hæret.l.qm̃ quod verum eſt,ſi ſcriptu-
s ra ab initio interuenit:ſecus ſi non interuenit. Iac de Aret.& Ia.
But. quod verum eſt, ſi talia ſint acta , quæ ſcripturam exigunt.
Nam quædam ab initio poſſunt probari per teſtes,vt ff.de excu.
tut.l.ſcire oportet,§.oportet & ibi dixi. Adde , ꝙ mandarũ ꝓcu-
ratoris ẽt iudicialis,põt probari per teſtes,qa nõ eſt de actis foris
cum poſſit extra iudiciũ fieri. Idem in reuocatione mãdati,extra
de procu.c.ex inſinuatione; ſecus in tutela,& cura, & in alijs fo-
t ri inſtr̃is , videlicet in requirentibus ſolennitatem ſcripturę *t* ut
extra,de proc.c.j.per Inno.& ſ.de fide inſtrum.l.emancipatione
vide quod not. ff.de prob.l.Celſus.& extra,de offi. deleg. c.cum
in iure.& extra,de prob.c.qm̃ ꝯtra falſam,ꝑ Ber.& Inn. Dicas ꝙ
quædam ſunt,quæ in ipſo ſignificatu verborum, ſcripturam re-
quirunt,vt reſcriptum,vt l.j.ſup.de mand.Prin. Item priuilegiũ,
u quia omne priuilegiũ eſt reſcriptũ,*u* ſed non cõuertit, vt l.ꝓbato
12 rias, ĩ. de diuer.offi.lib.12.† Item epiſtalma.i.ſubſcriptio Princi-
pis.ſup.de quadr.ꝑ̃ſcr.l.bene a Zenone.vnde regula eſt,quod vbi
cunque exigitur ſubſcriptio,exigitur ſcriptura . Item inuẽtarius
vt l.tutor,qui repertorium.ff.de adminiſtrat.tutor . vnde regula
eſt,ꝙ omnes qui debent facere inuentarium, tenentur probare
mandatum per ſcripturam,vel teſtes examinatos,& redactos in
ſcriptura ad æternam rei memoriã : vnde tutor datiuus per ſcri
pturam probare debet , quia eſt inſtrumentum fori. Item cura-
tor,quia quilibet curator debet inuentariũ facere,vt inf.de capt.
l.poſtliminium.teſtamentaria tutela bene põt ꝓbari ꝑ nuncupa-
tiuum teſtm̃,& ſic per teſtes:& tñ niſi tranferantur atteſtationes
in publica monumenta, nunq̃ decerneret adminiſtratio,vt l.ue-
teris, ſupra arb.tutelæ. Item cum omnis orphanotrophus , ideſt
Prior hoſpitalis, ſit datiuus, ſuum mandatum non põt probari,
13 niſi per inſtrumentum , quia eſt inſtrumentum fori.† Item ap-
pellatione in ſcriptis,ex natura verborum ſcripturã requirit,ĩfra
de app.

ADDITIONES.

a And.Barb.Quędam eſt publicatio.Coram quo fit publicatio, uide in c.fin.de appe.lib.6.ſupra gl.in verb.appellatũ. ubi ſi iudex interlocutus eſt,& iniunxit quod producantur teſtes,& grauatus producit teſtes intra 10.dies,tamen poterit appellare.alleg.Inn.in c.ſolicitudinem,dę app.quia loquitur in appellatione interpoſita,non interponenda,ſed in contrarium allegauit glo.huius legis.
b Adoptio.Contrarium not.per gl.l.emancipati,ff.de adop.& Bar.in l.imperium ff. de iur.om.iud. Vbi bene loquitur.
c Legitimatio.Vide quod no.Bal.in l.2.ſup.de pęna iu.qui male iud.& in rub.extra, de offi.dele.alleg.no.per Inn.in c.cum P.extra,de fide inſt.& uide An.de But.in c. quod ſedem.& ibi Imo.extra.de off.ord.
d Authenticauit.Vide etiam Bar.hic.
e Aduerſario.Vide Bar.hic,& ibi poſt eum dixi.
f An.Barba.Quo ad tertiam.No.effectũ publicationis,uide quod not.in c.2.de cle. non reſid.& Bal.in c.1.§.item ſi vaſallus.ſi de feudo fuerit controuer.
g And.Barb.Atteſtationes.An atteſtationes non publicatæ faciant fidem in alio iudicio uide Bar.in l.2.iud.ſol.
h Nunquid.Iſtud etiam ſequitur hic Saly.
i Pone.Vide Bar.in l.eos.ff.de fal.
K Sed quid.Vide per Bar.in l.eos,ff.de fal.
l Iuramento.Vide in l.eos,de fal.
m Tabellione.Vide Bar.inf.ea.l.ver.quæro,nunquid.
n Licentiam.Vide Bal.in l.ſi accuſatoribus.inf.de accuſa.
o Quando teſtes.Vide Bar.hic.
p Si notarius.Vide in l.cum ſententiam ſupra de ſenten.& inter.om.iud. per Bar.& etiam de conſenſu partium ſecundum Bal.in rub.ſup.de teſt.
q Sed pone.Vide quod no.Bal. in l.ij.ver.7.ſup.de teſtib.
r And.Barb.Quæro,nunquid.Vide Ang.& alios in l.ſciendum , de verb.obl.Teſtamenti,quod ubicunq;proceditur contra aliquem,qui ſꝑ fuit contumax coram iudice,non præſumitur quod iudex habeat iuriſdictionem,& ei incumbit onus probandi,uide Ang.in l.ſi quis ex aliena,ff.de iud.ubi dicit, quod quando quis negat iuriſdictionẽ iudicis , apprehẽdetur territorium,& ſibi incumbet probatio ita ſingulariter dicit.Inn.in c.Romana,de app.lib.6.quem refert Ang.
s Per teſtes. Vt in l.emancipatione.ſup.de fide inſtr.Panor.in c.1.qui teſt.ſũt neceſ. ad proban. no.inue.per Bar.in conſi.incip.quia uertitur dubium,an acta.
t Scripturæ.Quæ requirunt ſcripturã, dixi poſt Bar.in l.contrahitur,ff.de pig.ubi uide.& uide Bal.in l.2.de eden.
u Reſcriptum.Vide Bar.in l.fi.ff.de conſt.princ.

de app.l.eos.ſimiliter libellus,vt in auth.offeratur,ſup. de lit.con
teſt.Quædam ſunt,quæ ſcripturam requirunt,quia aliter proba-
ri non poſſunt, vt atteſtationes: nam non poſſunt publicari, niſi
redactæ eſſent in notam,vt in lege noſtra. Quædam ſcripturam
requirunt,ꝓꝓ ſuam ſolennitatem,vt ſnĩa diffinitiua,vt ſ̃.de ſen.
14 l.prolatam.† Sed an productio inſtrorum,vel libelli,vel ꝙ appel
a latio fuerit interpoſita in ſcriptis,poſſit probari per teſtes? *a* Dico
ꝙ ſic. Item ꝓductio exceptionum. Item iudicis interlocutoria.
Item exceptionum repulſio. Item confeſſio facta apud acta,vt
15 ſ̃.de arb.l.ne in arbitris. † Quæro, qualiter debent deponere te-
ſtes,cum quis intendit probare per eos ſnĩam in ſcriptis latam?
Rñdeo,debent dicere, ꝙ præſentes fuerunt, qñ ſnĩa lata fuit,&
ꝙ eam legi audierunt.ita dicit Inno.ext.de re iud. c.ſicut nobis,
adde,&,viderunt:quia ſcriptura probatur per viſum,vt ff.de his,
quæ in teſta.del.l.1.vel dic,ꝙ ex quo Tabellio eam publice legit,
ſicut de more, non eſt neceſſe aliter dicere de viſu, quia ꝓꝓ pu-
blicam authoritatem legentis,præſumitur ita ſcriptum, ſicut le-
gitur,& recitatur,& iſta forte fuit mens Inn. tñ bene confiteor,
b ꝙ iudex p̃t interrogare quid audiuiſtis *b* legi,ſiue ſuper hoc obla
tum interrogatorium,ſiue non:nam interrogando iudex debet
ſupplere;& ſi iudex de neceſſarijs non quærit,repetendi ſunt te-
ſtes.Iudex.n.eſt in culpa,non pars, quia ipſe debet eos examina-
re,non pars,quia pars eos ſubornare non dẽt,ut no. Inno.ext.de
26 teſti.c.per tuas.† Quæro,nunquid pro actis præſumatur? *c* Rñd.
c quædam ſunt acta, quæ ſunt in mente hominum. i.teſtium tm̃,
& pro iſtis non præſumitur, niſi poſtq̃ teſtes depoſuerunt, quia
de eis non cõſtat, & hoc eſt maxime verum in his, quæ ſunt de
fundamentis iudicij,ſicut eſt iuriſdõ, ut de off. dele.c.cum in iu-
d re,& ibi per Bern. Inn.tñ vr̃ *d* dicere, ꝙ ſi tanq̃ coram iudice par
tes litigauerunt,& litem conteſtatæ ſunt, ꝙ pro iudice præſuma
tur,donec ↄ̃rium probetur. Si aũt eſt proceſſum ↄ̃ aliquem,tan-
e quam ↄ̃ contumacem, *e* & nunq̃ comparentem, iuriſdõ non p̃-
ſumitur, vt ipſe not.extra,de eo qui fur.ord.ſuſcepit. c.innotuit.
& ita teneas. Quædam ſunt acta,i.ſcripturæ,non tñ habentia pu-
blicam fidem,ſicut ſunt teſtamenta in ſcriptis, cum ſubſcriptio
nib.teſtium priuatorum, & ſi quidem per iudicis decretum sũt
publicata,habent perpetuam firmitatem, vt in lege noſtra, alias
ſecus,vt ff.quemad.teſt.aper.l.2,in prin. Quædã vero ſunt acta,
quæ fiunt publice apud acta, & de iſtis do talem regulam, ꝙ oĩa
intelligantur eſſe publica,eo ipſo ꝙ facta ſunt p̃ñte iudice,& Ta
bellione,ſecus ſi iudex abeſſet,ut not. in l.iubemus,ſupr.de libe.
f cau.vel Tabellio,quia ſoli iudici *f* non eſt credendum, vt ext.de
17 prob.c.qm̃ ↄ̃ falſam. † Quæro,cauetur, *g* in actis publicis, ꝙ Ti-
g tius fuit poſitus in banno, eo ꝙ citatus non ſoluit, nunquid per
hanc ſcripturam probetur interruptio præſcriptionis? Rñ.non,
quia citatio non probatur, ſed ſunt verba enunciatiua de pręte-
h rito,quod non p̃t cohęrere p̃ñti.Si ãt poſſit *h* cohęrere vt cũ Ta-
bellio dicit,talis teſtis iuratus depoſuit, tunc iur̃m bene probat,
quia potuit tunc iurare in eodem inſtanti, vt ff. de dot.præleg.l.
Theopompus,& hoc verum,niſi tp̃s, vel locus repugnaret huic
coniecturæ,vt quia examinatio facta eſt die ſeriato, vel nõ apud
acta:talis.n.examinatio p̃t fieri quolibet loco, & quolibet tp̃e,li-
cet iur̃m non:oportet.n.iurare die iuridica, & apud acta: & de-
i poſitio ſequens trahitur ad locum,& tp̃s iuramenti, *i* vt no.in c.
1.de off.dele.in Cle.Conclude, ꝙ verba enunciatiua actus remo
ti loco,& tp̃e apud Notarium, vel Iudicem emanata, actum il-
18 lum non probant,niſi quadam leui præſumptione.† Quæro,qd
K ſi inſtrumentum *K* eſt productum in iudicio, & regiſtratũ, ſed
poſtea principale,ſiue originale eſt perditum? Rñd.cum ex offõ
Notarius regiſtrat,talis ſcriptura dicitur authentica, & ideo di-
cunt,ꝙ recurratur ad regiſtrum, vt de reſcr. c. ad audientiam.

ADDITIONES.

a Teſtes. Vide tex.no.in c.ſicut nobis,extra, de re iud.& ibi Doct.
b Quid audiuiſtis. Facit quod no.Bar.in l.ſi duo,§.Iulianus,in fi.ff.de iureiu.& vide no.per Bal.in auth.qui ſemel,ſup.de probatio.& quod in iſtis iudex ſuppleat,vide Bar.in l.ampliorem,inf.de app.& Spec.in tit. de teſt. §.dicam de interrogatorijs, in princ.& ibi per Ioan.
c Præſumitur. Vide Ant.de But.in c.ſicut ext. de re iud. Bal.in l.1. in fi.inf.tit.1.
d Inno.tamen videtur: An præſumatur iuriſdõnem quis habere. vide Bal.in l.licet, ſupra de proc.& in l.ſi quis ex aliena,in prin.ff.de iu. & adde, ꝙ iſta non procedũt in iuriſdictione ordinata,ſecundum Bal.in l.ea quidem, inf.de accuſat.
e Contumacem. Vide quod no.Bar.in l.non videtur,la 1.in fi.ff.de iud. Ang.& Imo. in l.ſciendum,ff.de verbo.obl.
f Soli iudicii. Vide ſup. ea.l.verſ. quæro qualiter.
g Quæro, cauetur. Verba enunciatiua non probant citationem,contrarium tenet Hoſt.Io.And.Ant.de But.& Imo.in c. Albericus,ext.de teſt.vide tamen Inn.in ca. quoniam contra,extra,de prob.& Abb.Sic in d.c.Albericus, qui tenet, ꝙ per uerba enunciatiua non probetur citatio;quia cum iſta ſit ſolennitas, quæ non potuit interuenire tempore inſtrumenti, ideo non præſumitur talem citationem interueniſſe per talem narrationem,auth.ſi quis in aliquo,cum ibi not.ſup.de eden.& habetur in l.ſciendum,ff.de verbo. obl.reſpon.ad l.optimam, inf.de contrahen.& commit.ſtip.quia ibi loquitur,quando aliquid enunciatur inter partes, & in præiudicium partiũ probat. ſimile habetur in l.cum aliquis,ſup.de iur.deli.& vide qđ not.Bald.in d.auth.ſi quis in aliquo.
h Andr.Barb.Si autem poſſit. Not.ſi Notarius dicit,talis iuratus depoſuit, probatur ex hoc de iuramento. Vide Bald.in l.iuriſiurandi,C.de teſt.
i Iuramẽti Vide in l.1.enũciatio,de ope.no.nun.ff.& in l.teſtiũ,§.Sabino,ff.de teſt.
K Quæro,quid ſi inſtr̃m. Vide Bar.& Bald.in auth.ſi quis in aliquo.ſup. de eden.ubi Bal.tenet,ꝙ etiam ſi non probatur originale,regiſtro credatur,facit quod no.Inn. in c.quoniam contra.ext.de prob.contra Bal.hic videtur expreſſe Inn.in c.cum in iure ext.de off.deleg.& vide Bar.in l.chyrographus,ff.de admin.tut. & Bal.in l.fi. ſup.de fi.inſtr.& ibi Bar.& quod no.Bar.in l.eos,§.ſuper his,inf.de app.& quid ſi primum reperitur maculatum,regiſtrum non vide Bal.in l.ſi vnus,in fi.& in l.noſtram,de teſt.ſcripſi poſt Inn.in d.c.cum in iure.

De executione rei iudicatæ. *Rub.*

LEX PRIMA.

1 *Lex rationem naturalem habet.*
2 *Executio fit officio iudicis mercenario.*
3 *Exequibile aliquid non dicitur,niſi ad officium exequentis ſe extendat.*
4 *Legislatori inordinatum non placet.*
5 *Inordinate factum reuocari debet.*
6 *Præpoſterum eſt,prius cogere quam condemnare.*
7 *Libellus non valet,ſi quis petitur cogi,& non condemnari.*
8 *Pignora ante ſententiam pro menſura debiti,an capi poſſint.*
9 *Sententia executionem paratam ſemper habere præſumitur.*

1 NImis propere. †Not.hæc lex habet rõnem
naturalem. nã in ordinatis
per eſſẽtiam rõnis,poſterius pręſupponit prius,ut no.
Io.Mona.in ca. ſi confirmatio.ext.de ele.lib.6. Itẽ q̃a
executio,quæ non eſt nata ad actum ſuum,excitari non põt, ut
& quotæ,ff.de acq.poſſ.l. Luc. Sed ibi quo ad poſſidendum,hic
quo ad vtendum fit,Idem in vſu nemoris publici,proprietate,cu
iuslibet ruſtici partiali vtilitate, puta ad indigentiam comburen
c di,vel iumenta paſtorandi. Si aūt *c* eſſet vniuerſitatis proprietate
& vtilitate,ēt ſi quotquot ſunt,deberēt vt ſinguli,miſſio non fie-
ret,vt ff.de rer.diui.l.in tm̄,§.vtitati. Nec obſtat, quod gl.dicit in
l.ſicut,ff.quod cuiuſq; vniuer.nom.non ꝙ populus nō eſt aliud
q̄ hoīes,quia debet intelligi de hominib.collectiue aſſumptis.vñ
d hoīes ſeparari non faciunt populum. vnde populus *d* proprie nō
dr̄ homines,ſed hoīum collectio in vnum corpus myſticum,&
abſtractiue ſumptum, cuius ſignificatio eſt inuenta per intelle-
ctum.& dic incidenter,ꝙ homo pōt tripliciter conſiderari, uno
mō prout eſt per ſe quoddam indiuiduum ex aīa,& corpore na
turaliter cōſtitutum, vt ff.de euict.l.ſi dictum,§.in ſtiplone.ſecū
do modo pōt conſiderari,prout eſt quoddam corpus æconomi
cum.i.Princeps familiæ,vt ff.de ver.ſig.l.pronunciatio,§.familie
ſicut eſt paterfamilias,&c. Abbas monaſterij:tertio mō pōt conſi
derari,prout eſt quoddam corpus ciuile,ſeu politicum,ſicut eſt
Ep̄s ciuitatis & Ptās,ſi conſideret̄ in præeminētia. Sed ſi ꝯſidera
tur in congregatione,tunc homo naturalis efficeret̄ politicus,&
ex multis aggregatis fit populus, vt ff.de vſuc.l.rerū mixtura.iſte
populus,qñq; muris cingit̄, & incolit ciuitatem, & idē ꝓprie dr̄
politicus, a polis, qđ eſt ciuitas. Alius eſt populus ruſticanus, q
habitat in caſtris,vel villis,& ibi hēt ſuū domicilium, vt ſ.de teſt.
e l.fi. Mō ergo quæritur, qualiter ꝯ populum fit executio? *e* Dicen-
dum eſt, ꝙ aut loquimur de executione perſonali,& fit hoc mo
do, quia Conſules populi capiuntur qui quadam fictione ſunt
populus,arg.ff.de religioſis l.oſſa.in fin.capiuntur,non quia ſunt
perſonaliter debitores,ſed quia hñt facultatem ſoluendi,vel qa
populus rubore confuſus ſoluit,vel verius non debet perſonali-
f ter capi,niſi ſit in mora,ut j. de Decu.l. prouidendum. *f* li.x.qđ
12 nota. † Sed nunquid *g* Abbatiſſa poſſit perſonaliter capi per
g Ep̄m pro debito monaſterij; Vr̄ ꝙ ſic, nam ēt fœminæ poſſunt
capi pro debito,ut l.pen. j.qui bonis cedere poſſunt. Contrariū
dico per c.Odoardus. ext.de ſol.quia profeſſus non habet bona,
quib.cedere poſſit. nam ꝑꝑ bona venitur ad carcerem in ſubſi-
dium,non recta,uia,vt no.ff.de ſuſpe.tut.l.3.§.tutores. Aut loq-
mur in executione reali,& debet ſolutio fieri in bonis ipſius cō-
munitatis, puta ſi habet molēdinum,vel nemora,vt ff.de ꝯtrah.
h emp.l.Celſus. Muri *h* autem ciuitatis,vel caſtri, non poſſunt in
tenutam capi,quia ſunt ſancti,& non ſunt in commercio, vt ff.
de rer.diuiſi.l.ſanctū.quos uiolare capitale eſt,eo.tit.l.ſacra,§.fi.
Item non puto,quod ius imponendi collectam (cum ſit ius pu-
13 blicum authoritate,& vtilitate, & ſit meri imperij) poſſit alicui
priuato concedi,vel in tenutam dari,niſi forte commoditas:nā
ciuitates nemini poſſunt dare merum imperium, tñ poſſunt ſe
ſubmittere quantū ad perſonales præſtationes & ſuas gabellas
poſſunt uendere,donare,& locare, & ipſa tamē ciuitas imponit
& emptor vel conductor exigit. Item poſſunt facere ſuū procu-
ratorem aliquem ad iſta imponenda,quem poſſunt uocare Ca
pitaneum,vel conſeruatorem,vel alio noīe,prout uolunt in ſuū
præiudicium,non principis, & ſub hoc colore perdunt ciuitates
ſuas libertates, q̄ de directo vendi non poſſunt. eorum aūt quæ
ſunt in commercio populi,tenuta capi pōt, quia in commertio
ſunt,ut ff.ꝙ cu.uni.nom.l.ciuitates,de ꝯh.em.l.ſed Celſus,§.j. ff.
de ver.ſign.l.inter publica.quib. reb. deficientibus ipſa vniuerſi-
i tas *i* cogitur facere collectam,ut l.1.§.quib.in gl.l.Prætor,ff.ꝙ cu
24 iuſque vni.noīe. citata tamē prius ipſa vniuerſitate.† Sed quæro
qūo citabit̄? Rñ.ſi eſt congregata,perſonaliter citabitur,quia iſta
congregatio eſt quaſi quędem perſona politica, ut ff.de fidei.l.
mortuus.& ff.quod me.cau.l.metum,§.animaduertendum. Si
autem non eſt congregata, ponet̄ edctum in loco vbi cōſueuit
congregari,ut no.ff.de reg.iu.l.non poteſt uideri dolo. Quæro,
quid ſi ruſtici claudunt portas,ne nuntius ingrediat̄? Reſp.aſſigi
tur edictum in portis caſtri,& ſi non eſt ibi tutus acceſſus, cone-
tur edictum in loco viciniori,vel in eccleſia magis vicina,qa ec-
cleſia eſt locus publicus & oībus patens, ut cauſam, de elect.in

Cle. Non ob.c.decet.de immu.eccl.li.6.qa ibi loquit̄ de ſtrepitu
15 iudiciorum. Sed † affigere hmōi ſchedulam non eſt ſtrepitus
K iudiciorū: hinc eſt,ꝙ in eccl'a *k* pōt quis citari per tpalem magi-
ſtratum loci,qui nullam eccleſiaſticam iuriſdōnem hēt text. eſt
no.ſ.de his,qui ad eccl.confu.l.p̄ſenti. Non ob.ꝙ eccl'a ſit locus
exemptus,quia quo ad hunc articulū ſufficit,ꝙ ſit intra territo-
rium,nam pſona q̄ citat̄ non eſt exēpta.tñ citatio realis intra ec
cleſiam fieri non poſſet,videlicet ꝙ quis caperet̄,& deinde duce
retur,niſi fieret authoritate ep̄i. Sit ergo ꝯcl'o,ꝙ vniuerſitas poſ-
ſit citari perſonaliter,& ad domicilium,vt ff.de iniu.l.lex Corne
16 lia,§.domum.† Modo reſtat quęrendum,nūquid iumenta *l* ſin
l gularum perſonarum poſſint capi pro debito vniuerſitatis? Et di
cendū eſt,ꝙ aut cōſuetudo hoc dictat,& capi poſſunt:quia ꝯſue
tudo dat iuriſdōnem meram,mixtam,imperioſam,altā, & baſ-
m ſam, *m* put diſponit,vt dicit lex iſta,q̄ in executionibus eſt valde
no.ut j.de exac.trib.l.miſſi opinatores.lib.x. Aut cōſuetudo, vel
lex municipalis,hoc non diſponit,& tunc ſi quidē ꝯctus ciuium
hoc dictat,& idem qđ in ſtatuto.nā ꝯctus vniuerſorū pōt ligare
vniuerſaliter vniuerſos,& ſingulariter ſingulos,vt not.Bar. in l.
4.ff.de re iud.ſed pro quanta portione ligabunt̄ ſinguli cum tot
ſunt ciues,ꝙ non pōt apparere quantum tangat pro rata. Rur-
ſus,dicere ꝙ quilibet teneat̄ in ſolidū,eſt falſum.& iō ſi captus ꝓ
tali debito petit declarari ratā ſuā,& actor non pōt edere certam
quantitatem,ſequit̄ ꝙ debeat relaxari.facit qđ no.j.q̄ ſit lon.cō
ſue.l.3.niſi dicat̄,ꝙ loco pignoris res capiat̄,& non pſonæ: nam
natura pignoris eſt indiuidua,& reſpicit ſolidū,debitum,vt ff.de
ver.ſign.l.in ꝯuentionibus. Si aūt in ꝯctu nō cōtinet̄ obl'o ſin-
gulorum,eſt obligata ciuitas,non ſinguli ciues, quia qđ meum
eſt,cōitatis non eſt.in tali ēt obligatione laicorū nō veniunt bo-
n na,nec res clericorum:& iō clerici *n* non poſſunt capi pro repre
17 ſalijs,& clerici ſunt habentes primā tonſurā.† Modo vidēdum
eſt de collecta ſupradicta,qualiter ſit imponenda,vtrū patrimo-
nialiter,an pſonaliter,i.in capita,qđ eſt dictum in capita patrum
o familias,ſiue pro quolibet fumante,non.n.tot hoīes, *o* quot ca-
pita (pater.n.cum multis filijs hr̄ loco vnius capitis tm̄, ut not. in
l.2.inf.qui ætate.li.x.) ſed intelligitur de capite familiæ,vel fumā
tis,quia in vna domo non poſſunt eſſe plura onera,& liberi con
gruentius exonerant patrem,quam debeant aggrauare.dico er
go de collecta,quod aut eſt voluntaria,& ciues habent inter ſe
diſtribuere,prout ſunt in cōcordia,huic aūt liberalitati meta nō
imponitur,vt ſi volunt facere honorem alicui Cardinali,vel no
bili uenienti ad partes,nam in rebus voluntarijs nemo neceſſa-
rius exiſtit,ut ſup.de neg.geſt.l.tutor:aut collecta imponitur pro
utilitate publica,vt pro ſoluendis ſtipendijs armigerorum con-
ducendorum ad ſeruitia Communis,vel pro emendo Caſtrum
ipſi Ciuitati.ſicut faciunt illi de peruſio;vel imponitur collecta
pro

ADDITIONES.

a Dominum. Adde quod gl.1.& alij Docto.in §.ſi ſuper,hic alleg.dicunt idem ſi al
leget ſe dominum,& legitur,& no.in §.pen.ea.l.;vel dic, quod tex.& gl. in d.§. ſi
ſuper,loquuntur,quando non conſtabat tertium poſſidere:ſed hic loquitur quan-
do conſtabat,ut inf.ea.l.§.fi.& ibi Bar.in fi.vel dic,quod Bal.male dicit contra d.
§.ſic quoque,hic alleg.vbi omnino vult eſſe differentiam,inter nomina debitorū
& alia,quæ non eſſent,ſecundum Bal.

b Et no. Vide ad hoc,quod not.Bal.in l.ſuper longi,in fi. ſup. de præſcr. lon.temp.&
expreſſe Bar.in l.rem alienam,de pig.actio.

c Si autem. Eſt glo.in terminis in l.ſicut,§.j.ff.quod cuiuſque vniuer.no.

d Populus. Vide Io.An.in c.vt circa,de elect.in 6.

e Exequutio. Facit l.4.§.actor,ff.de re iu.& Bal.in ſe.co.& in l.1.§.1.ff.quod cuiuſq;
vni.no.

f L.prouidendum. Melius in l.miſſi opinatores,inf.de exact. trib.lib.10.

g Sed nunquid. Vide Bal.in l.conſentaneum,ſup. quomodo & quando,iudex. & in
l.1.inf.qui bonis cedere poſſ.

h Muri. Sed an Marchia,vel Comitatus poſſit capi in tenutam. Vide in authen.ei qui
inf.de bo.auth.iud.poſ.

i And.Barb. Vniuerſitas. Quomodo citabitur vniuerſitas, vide gl.in c.bonæ, el.1.de
ele.in c.fi.de conceſ.præb.lib.6.& in Cle cauſam.de ele.vide do.Ange.late,in l.1.
§.quibus,& ibi Bal.ff.quod ciuil.uni.no. Bar.in l.j.§.Pap.ff.de acc.& in ti.de pace
Conſtan.& in l. Polla.ſup.de his,quib.ut indi.& dixi late in d.Clem.cauſam, ui-
de ibi omnino.

K In eccleſia. Vide in l.2.ſup.de ſacr.eccle.& maxime per Bal.& quod dixi poſt Bar.
in l.præſenti,hic alleg.

l Iumenta. Vide in l.ſicut,ff.quod cuiuſque vniuer.no.& Bal.in l.1.§.1. eo.tit.

m Phil.Dec. Altam & baſſam. Quantum poſſit conſuetudo in conferenda iuriſdi-
ctione omnis generis,vide per iſtum in l.1.C.de emanc.lib.ver. no.iſta duo. & ꝙ
ordinariam & temporalem conferat, habes tex. ſingularem extra, in c.cum con-
tingat,de foro competenti.vbi per Pau.in ult. not.verſic.uenio ad primum. Item
& contentioſam,ut in c.3.de excep.lib.6.ubi gl.in uer.de conſuetudine 9.q.3.c.cō
queſtus & de offic.ord.c.Romana.quin etiam Principis poteſtatem habet.l.domi
ni prædiorum,C.de agri.& cenſi lib. 11. & Bald. in l.3.C.de nau.fœno. Item ha-
bet uim conſtitutionis,per Bar.in l.1.§.denique.lo.2.uerſic.no.quod conſuetudo,
ff.de aqua plu.arc.

n Ideo clerici. Vide c.1.ext.de iniur.& damno dato.

o Tot homines. Vide Io.And.in c.1.de immu.eccl.in 6.Bar.in l.4.§.actor,de re iudi.
ff.in 1.q.& qualiter collecta imponat̄,uide p Bar.in d.§.actor.& tex.& ibi Bal. in
l.propter honorem,inf.qui bon.ced.poſ.æſtimatum enim diminuitur propter de
pauperationē uide Bart. in l.forma.ff.de cenſi.ubi idem, ſi res ſint deterioratæ,&
uide hic Bald.in auth.defuncto.ſup.ad Tertul.

pro neceſſitate publica,vt cã ſoluendi æs alienum iam ↄ̃ctũ,vel
eſt ipſi ciuitati impoſita talia a ſuperiore,puta ꝙ ſoluant mille,
& tunc iuſta deſcriptio eſt per ęs & libram,nam quidã ſunt, qui
habent res immobiles æſtimatas in æſtimo cõis,vt no.in l. inco-
la,ff.ad mun.quidã ſunt qui hñt æs,& nõ ęſtimũ, vt fœneratores
quidã ſunt,qui vtrunq; hñt,vt Aſtenſes iuxta menſurã patrimo
nij æſtimati vel æſtimabilis,& vnuſquiſq; ſoluere dẽt: pauperes
enim quorũ manifeſta eſt paupertas,vt hi q dietim laborant pro
victu quærẽdo,nil ↄferre debẽt;idẽ in his,qui lapſi ſunt facultati
bus:vnde dicit gl.ꝙ pp depauperatos fit nouũ æſtimũ, & ꝙ exa
ctiones debẽt ſe hr̃e ꝑ patri n onialimẽ, vt no. j̃.de ann.& trib.
l.indictionib.li.10.facit eo.ti.l.j.j̃.de immu.nem.conce.l.per Bi-
thiniã.& j̃.quẽad.ciui.mu.indi.l.fin.& de quib.numeri.nemi. li
ceat ſe excuſa.l.1.ibi dum dicit,a ſummis ſarcina ad ĩſimos vſq;
a decurrat.& no.*a* ꝙ ſi fœnerator teneat tapetũ in diuerſis prouin
cijs,non collectat in loco originis ꝓ omnib.locis,ſed prout in lo
co negociatur,vt j̃.de mu.& in quo loco.l.j.ĩ fi.ſed tu dices,imo
nec in alio vt l.reſcripto,§.fi.ff.đ mu.& hon.ſed rñ.aliud eſt ſim
pl'r poſſidere,aliud ↄ̃here,& hr̃e ibi menſam,quia rõne ↄ̃ctuum
efficit ſubditus,vt ff.de iu.l.hæres abſens.præterea gñalis conſue
tudo ſeruat,ꝙ vbi quis poſſidet,ibi & collectã patiat: non p̃cise
b ſed cauſatiue:quia ſi non ſoluit,*b* non ponet in carcere:ſed aufe
retur ſibi res,ſeu rei fructus,vt ff.de leg.j.l.apud Iulianũ,§. hæres
ff.de vſufr.l.pendẽtes,§.ſi quid cloacarij.& l.ædiles,ff. de via pu-
bli.& arg.ff.de pub.l.ↄmiſſa.& Auth.de coll.§.ſi vero aliqñ. coll.
9.item habentes æſtimum poſſunt ẽt cõpelli p̃cise, quia ad hoc
c tendit æſtimum,vt d.l.incola.dictũ eſt.n.ꝙ hmõi talliæ *c* & colle
ctæ imponuntur ꝑ ęs & libram.Sed pone, aliqui ſunt exempti,
nunquid reliqui debent ſoluere totum. Diſtingue,aut ſunt exẽ-
pti ante obligationẽ ↄ̃ctam, & reliqui tenẽtur ſoluere totum, vt
ff.de leg.1.l.ab omnib.in prin. Aut poſt obl'onem ↄ̃ctam, & tunc
non tenent ſoluere partem cõtingentem exẽptis,quia ſatiſfactũ
intelligit æſtimanti,licet gratis remiſerit.Itẽ cum obligatio cer-
tam formam diſtributiuã aſſumpſerit,a ſtatu ipſius nõ eſt rece-
18 dendum,arg.ff.de verb.obl.l.inſula.† Or modo pone, Dñs Me
diolani mandauit Mediolanenſib.ꝙ mitterent mille armigeros
in exercitu ſuo,demũ cõpoſuit cum eis ꝓ certa quantitate,q̃ri-
tur qualiter ciuitas Mediolani debeat inter ſe illam quãtitatem
diſtribuere? Reſp.conſidera onera,nam aut a principio explican
tur corpora,aut pecunia. Item conſidera, ꝙ in exemplo p̃dicto
onus mittendorum armigerorum explicat pecunia.eos.n. ↄdu
ci oportet,quia nemo gratis ire tenet,argu.j̃.de naui.& nau.l.cũ
naturarũ.lib.11.& ideo eo a principio, & ex poſtfacto munus pa
trimonii,vt in Aut.vt iud.ſine quoquo ſuffragio,§.illud aũt ſciẽ
tes.ibi dum dicit,non poſſunt circa pecunias explicari:onus aũt
capitis eſſet,ſi dñs mandaret,ꝙ accederet vnus homo pro quoli-
bet fumãte,& pecunia qua redimitur hoc onus, debet diſtribui
d per fumantes,quia reſpicit origo,atq; cã,vnde aliquid deſcẽdit.
Item qa hæc pecunia loco oneris capitis ſubrogatur, ergo eãdẽ
metam,& nãm aſſumit,arg.ff.de do.inter vi.& vxo.l.ſi donatæ,
§.ſi ſponſus,iſta eſt opi.Bart.in d.l.4.ff.de re iudic. Sed tu diſtin-
gue,aut erat obligatio capitis iam ↄ̃cta,& tunc Bar.verum dicit·
aut non erat ↄ̃cta ſed Principem pœnituit,& tunc originem ſu-
mere non poſſumus ex eo quod nil eſt, vt ff.vſufru.quemad.ca-
ue.l.3.§.deſinere, & iõ hoc caſu Cõe debet ſoluere per æs, & li-
bram,& facit quod no.Inn.in c.grauem, extra,de ſen. excom.

ADDITIONES.

a Et no.Vide in l.munerum,§.patrimoniorum,& ibi Bar.ff.de mun.& hon.
Et no.Si vſurarius exercet vſuras in diuerſis prouincijs,non põt collectari in loco
originis pro omnib.prouincijs,& vide quod no.Nic.de Neap.in l.pupillo,ff.de tu.
& curat.datis ab his,& vide optimum tex.in l.forma,§.ſi quis, ff.de cen.& alleg.
gl.quam dicit non eſſe alibi,in præal.l.reſcripto,§.fi.de mu. & hon.in tex. præal-
le.l.pupillo,notaui verba ſua,quæ vide omnino.

b Si non ſoluit. Pro collecta quis non poteſt carcerari.vide Bar. in l.4.§. actor, ff.de
re iu.

c Huiuſmodi talliæ.Ant.de But.in c.peruenit.ext. de immu.eccl. indiſtincte tenet,
ꝙ cæteri non teneantur ſoluere totum,vt dixi poſt Bar.in l.4.§.actor,ff.de re iud.
vide Bar.in l.ſi vnus,§.ſe generaliter,ff.de pac.& in l.ab omnib.in prin. de leg.1.

d Origo.Facit quod no.Bal.in c.1.§.conuenticula.in vlt. q.de pace iura.firman.

LEX VI.

1 *Nuncius publicus,iudex eßepoteſt.*
2 *Appellatio ab executore,interponi non poteſt.*
3 *Iudices ordinarij ſuam ſententiam interpretari poſſunt.*

SI VT PROPONIS. Executio ſnĩæ nõ tenet, ſi ab ipſo e-
xecutore iudicis partes ſibi vẽdicatę
fiant. h. d. Quæro, qualiter intelligitur hæc lex? Reſpondeo,in
nuncio,& hæc prima lectura non habet dubitationem, cum nũ
cius eſt merus miniſter mittentis, qui ex proprio corde nil face-
1 re poteſt.†Sed nunquid nuncius publicus poteſt eſſe Iudex dele
gatus? Reſpon. non, niſi in vilibus cauſis, quia nuncij ſunt viles
perſonæ,ff.de iud.l.fi.Secundo modo ponitur exemplum in Iu-
dice delegato ad exequendum:nam iſte nõ p̃t reſcindere ſnĩam
mandatoris,nec ẽt interpretari, licet aliqñ procurator factũ do-
mini ad vtilitatem domini reſcindat,vt ff.man.l.ſi hominem,tñ
ſecus eſt in executore rei iudicatæ, vt infra eod. l. executorem.
Modo quæro,quæ eſt ratio huius legis? Dic ꝙ duplex.vna, quia
ſnĩa ↄ̃ ſnĩam non valet.Scđa,quia mandatum ad hoc non exten
2 debatur.†Sed ↄ̃*a* hoc oppo.lex.n.dicit, ꝙ ab executore non ap-
a pellat,ergo interim tenere vr̃,vt j̃.quo.app.non recip.l.ab execu
tore.Sol.dicit glo.ꝙ a ſnĩa eius non appellatur,quia nulla.Sed ſi
b excedit modum,*a* appellatur a grauamine.Tu dic,ꝙ glo.eſt ve-
ra,qñ quis exequeretur iure ordinario:ſecus ſi p̃textu mandati,
vnde tunc appellatio nõ eſt appellatio, ſed eſt quædã querela &
3 fatalia deputata non habet, † Mõ quæro vna cũ gloſ.vtrum ma-
gni iudices ordinarij poſſunt ſuam ſnĩam interpretari? & gl.dicit
ꝙ ſic,dummodo eorum interpretatio ſit laudabilis, quia in me-
lius qđ verbũ eſt no.dignũ,& hoc verũ,qñ de aĩo ſuo interpretã-
tur. De aĩo teſtium interpretari non pñt,vt no.extra,de proba.c.
c in præſentis.nec enim poſſunt interpretari *c* libellum, vel exce-
ptionem,vt ff.de rei ven.l.Pomp.ſcribit,ſi frumentum,§.fi.lex tñ
poteſt interpretari, & ideo pro libellis,& exceptionib.interpretã
dis bene recurritur ad iuris interpretationẽ,vt s̃.de ann.exce.l.fi.
& ff.de iud.l.ſi quis intentione,maxime in expoſitione vocabu-
lorum,quæ ſemper Iuriſta debet ponderare.& adde quod no.ff.
de app.l.ab executione in prin.extra,de offi.deleg.c.paſtoralis,§.
cum autem & extra,de offi.ord.c.inter cetera.

ADDITIONES.

a Sed contra.Vide gl.& Doc.in c.quod ad conſultationem,extra,de re iud.

b And.Bar.Excedit modum.No.an iudices ordinarij potuerint ſuas ſententias inter
pretari,ſi interpretatio ſit laudabilis. Vide quod not. in l.ea quæ, & ibi notaui ad
Bal.inf.com.vel epiſt.

c And.Bar.Nec enim poſſunt interpretari.Vide notabilem limitationem Barto.in l.
gerit,ff.de acqui.hære.

LE VII.

1 *Interius naturalis,& acceſſorius rei veniunt in mora iudicij.*
2 *Acceſſiones poſt ſentẽtiam venientes, an de iure nouo prõnũciari debeant.*

1 SI LONGIS. † Interitus,& naturalis acceſſio rei,veniunt in
mora iudicij,h.d.Nota, fruſtratorem a mora
non excuſar, vt hic,& ff.de vſur.l.tutor.facit.l.liberta,§.fin.ff.de
2 neg.geſt.& ff.de min.l.intra vtile, in principio.† Quæro, vtrum
a de accuſationib.*a* quæ veniunt poſt ſnĩam,ſit de nouo pronũciã
dum? Reſp.ſic interloquendo & declarãdo,aliter executio fieri
non poſſet, cum iſte tractus interitus ad primum Iudicem non
pertinuerit,cum res extaret,nec etiam actiones ciuiles ſumẽtes
originem poſt rem iudicatam,vt l.1.§.1.de re iud.

ADDITIO.

a De acceſſionibus Vide Bar.in l.fi.inf.tit.1.

LEX VIII.

1 *Executor ad vſuras reſtituendas petentibus tantum reſtituere debet.*
2 *Vſurarij ſuas poſſeſſiones alienare non poſſunt.*
3 *Executor ultimæ voluntatis, an proprie dicatur executor.*
4 *Teſtator non poteſt diſpoſitionem committere ſed executionem diſpoſiti.*
5 *Teſtator ſicut alteri ordinationem teſtamenti committere nõ poteſt,ita nec eius reſciſſionem.*
6 *Voluntatis ſubſtantia ſine forma ſubſtantiali eſſe non poteſt.*
7 *Teſtator mandans bona ſua pro anima diſtribui ſimpliciter,,quibus diſtribui velle præſumatur.*
8 *Epiſcopus formam a canonẽ traditam mutare non poteſt.*
9 *Excutor in donatione cauſa mortis dari poteſt.*
10 *Vſurans bona ſua promittendo & tradendo,an donare poſſit.*
11 *Vſurarius coram honeſtis cautionem præſtare non poteſt.*
12 *Mandatum uice gerentis apparere,non eſt neceſſe.*
13 *Vſurius Chriſtianus exiſtens apud Barbaros poteſt cautionẽ de reſtituendis vſuris præſtare coram bonis Chriſtianis.*
14 *Intellectus ad c.quamquam de vſur.li.6.*
15 *Libertus non poteſt ſtipulari domino, & ratio.*
16 *Vicegerens ſi Epiſcopus hoc patitur,non hẽt neceſſe oſtendere mandatũ: ſecus ſi ſit abſens.*
17 *Rector,cui teſtator de uſuris reſtituẽdis cauet,curatus parochię eſſe debet. Et an per eum utlis actio his quibus reſtitui debet quæratur.*
18 *Cautionis vtilitas in tabellione cãm nõ hẽt,licet habeat originem verborũ*
19 *Actio utilis acquiritur his, quibus extortæ ſunt vſuræ per Notarium ſtipulantem abſque conſenſu Epiſcopi.*
20 *Obligãs ſecũ vſurario principaliter,et inſolidũ, an dicatur correus đbẽdi.*
21 *Vſurarius,qui cautionem præſtitit de reſtituendis vſuris ſi poſtea fecit uſuram,teſtamentum efficitur nullum.*
22 *Teſtator faciens teſtamentum,ſi poſtea in articulo mortis cauet,an valeat teſtamentum.*
23 *Indiuiduum non ſurgit ex duobus diſtantibus.*
24 *Statutũ,ꝙ ſnĩa pupillorũ exequantur per Priores ſtante ſtatuto quod ſnĩæ a centum libris exequantur per Poteſtatem,exequitur per priores.*
25 *Indiuiduum eſt, quod eſt indeterminatę ſignificationis.*
26 *Executio fieri dẽt in reb.pronunciatis,& non in alijs ſine nouo proceſſu.*
27 *Executio contra nouum poſſeſſorem fieri poteſt.*
28 *Condemnatus ad locum delicti eſt mittendus.*
29 *Condemnatus non obſtãte condẽnatione,extra locum delicti forbanniri p̃t*
30 *Delinquens quot tribunalia ſortiatur.*
31 *Interdici quam varie iure facinoroſis poſſit.*
32 *Nobilis interdictus ne in ſuo caſtro moretur,in ciuitate morari poteſt.*
33 *Fœderis natura eſt alterius hoſtes proſequi,ut proprios.*

34 Sententia lata ſuper toto locali, ſi non valet in toto, valet vt valere poteſt.
35 Donatio cauſa mortis facta vxori mortuo marito confirmatur, & fiſcus excluditur.
36 Emancipatus non habet peculium.
37 Donatio facta filio ob patris delictum non confiſcatur.
38 Donatio rei corporalis facta filio abſque traditione non confirmatur.
39 Inueſtitura preſumitur corporalis, ſi vaſallus per annum domino ſciente & patiente feudum tenuerit.
40 Filius ſi deliquerit an patri poſſit auferri peculium.
41 Fiſcus non dicitur hæres confiſcati.
42 Robertus Rex, an amiſerit feuda ex cōdemnatione criminis læſe maieſt.
43 Impius fugit nemine proſequente ipſum.
44 Hoſtes de conſuetudine citari non ſolent.
45 Læſe maieſtatis crimen ita committant habentes domicilium, ſicut ſubiecti naturaliter.
46 Notorie delinquere plus eſt, quam confiteri reatum.
47 Naturale nil eſt tam, quam veritas.
48 Reatus excludit omnem honorem.
49 Iuriſdictio omnis ibi, vbi Imperator.
50 Delinquentis remiſſio ad locum delicti, tendit ad odium delinquentium.
51 Papa Imperio vacante poſſidet vtranque monarchiam.
52 Italia dicitur dulcis.
53 Inimicitia eſt quid indiuiſibilis.
54 Sententia Imperatoris an exequi poſſit coram iuſto Pontifice.

Executorē. Executor eſt, qui rē depoſitum mandat
effectui. h. d. Not. ꝙ oīs, q̄ facit aliq̄d ex
quocunq; offō, dr̄ executor, vt l. qui erat hæres, ff. fam. erc. Et no.
ḡnalem diffinitionem, ꝙ ſi res non eſſet diſpoſita, ſed diſponen-
da, nondum dr̄ executor, niſi prius diſponat. vbi cōſidera, ꝙ aut
quis eſt datus executor rei diſpoſitæ, & nō hēt cognoſcere, vt hic
aut rei non diſpoſitæ, & tunc hēt cognoſcere, & iudicare, & exeq
pōt, ſi condēnat: ſed ſi abſoluit, non eſt neceſſaria alia executio,
vñ executores nō dant ꝑꝑ abſolutiones, ſed ꝑꝑ cōdemnationes,
arg. ff. q̄d metus cau. l. metū, §. ſed licet. & l. j. §. ſi debitori, ff. ut in
poſ. leg. Vnde de negatiuis cautio non fit, q̄a ſufficit exceptio, vt
1 l. dedi in prin. ff. de ꝯd. ob cau. Modo hic extra q̄ro; Eps dedit
executorem ſuꝑ reſtōne vſurarum, vtrum debeat reſtituere oīb.
pro rata, an primo venientib. ad petendum, an illis qui vſuras pri
mo ſoluerunt; Quidam dn̄t pro rata, quid ergo ſi aliqui ſunt de
Anglia, aliqui de Peruſio, aliqui certi, aliqui incerti; Rn̄deo, petē
tibus tm̄ fit reſtō pro rata, arg. ſ. de iure delib. l. fi. §. & ſi præfatā
a Vel dic ꝙ pro vſuris ſunt bona tacite oblata, *a* & ideo prius pri-
mo ſatisfieri dēt, hoc no. in c. quamq̄; de vſur. li. 6. in hypothecis
hęc regula nunq̄ fallit, niſi in octo caſib. vt in Auth. vt exact. in-
ſtan. dotis, §. ſicut. nā hypotheca eſt firma ꝯctus acceſſio, vt l. re-
ſcriptū, ff. de pact. tenēdo hanc partē, ꝙ ſi bona ſunt tacite obli-
gata, intelligit̄ de bonis illis, quæ acquiſiuerunt tpe, quo cæperit
obligari ad reſtōnē, ſed in vltimo q̄ſito oēs ſunt pares, vt l. ſi is, q.
2 ff. de iure fiſc. † Ex illa ergo gl. no. quod vſurarij poſſeſſiones ſuas
alienare non poſſunt, quin ſal̄uū ſit ius hypotecarū ipſis deben-
tib. vſurā recipere, ſm Io. An. Et vr̄ ꝙ cautio, q̄ p̄ſtat̄ c. per. q̄q̄. de
vſur. li. 6. non ſit ſufficiens, quia non ſolum tenet vſurarius de ꝑ-
b ceptis, ſed ēt *b* ſi quid ex ipſis acquiſiuit, vt ext. de vſuc. c. cū tu.
Rn̄. hoc non eſt verum, quia obligatio ꝯhit̄ re, & nō vltra. Item
ꝯhit̄ in gn̄e, vñ eſt factus dn̄s pecuniæ, alias ſoluens nō eſſet libe-
ratus. Item in reſtōne indebiti non veniunt extrinſeca, vt l. j. ſup.
de cōd. inde. Itē recipiēs mutuū, vult gratis recepiſſe ſeruitiū: er
go verſa vice debet eſſe cōtentus ſimplici reſtōne, & iō pro re-
miſſione peccati nil iniūgit̄ niſi reſtō. Confiteor tn̄, quod ſi eſſet
in iudicio cōuētus, ēt ad intereſſe teneret̄, non tanq̄ vſurari⁹, ſed
3 tanquā quilibet debitor, vt ff. de in lit. iur. l. in nummis. † Ex hoc
apparet, ꝙ donec vſurarius poſſidet vſuras, non eſt in mora, quę
pertineat ad iudicij vigorem, quamuis perſeuerat in peccato; &
æquiparatio vſurarij ad furem eſt falſa, quia fur poſſidet rē alie
nā: vſurarius aūt ſuā. Item vſurarius non debet eſſe ꝓcurator ad-
uerſarij in negociando pro eo, vt ff. ad Treb. l. poſtulante. Alij ali
4 ter dn̄t. † Reſtat quærere de executore vltimæ voluntatis, an pro
priæ dicat̄ executor? & dic ꝙ aut teſtator nihil diſponit, & n̄ dr̄
executor, ſed dr̄ diſpō captatoria. quod duob. modis intelligi po
teſt. vno mō, quia dixit ſic, volo ꝙ Titius poſſit teſtari de bonis
meis, & illud ſit teſtm̄ meū. & hoc non valet, quia quis debet te
ſtari aīo ſuo, non alieno: & iō teſtator. factionem teſtī proprij al
teri committere non pōt, vt ff. de hær. inſt. l. illa inſtitutio. Secun-
do mō committendo, & ſubijciendo voluntatem ſuam volun-
tati alterius, vt inſtituo te hæredē. ſi Titius volet, vel ſi vxor mea
conſentiat, ut ſup. de teſt. mil. l. captatorias, vxor illa dr̄ executrix
quia eſt inſerta rei nullo modo diſpoſitæ. Non ob. ff. de hær. inſt.
l. ſi quis Sempronium. quia ille, qui Capitolium aſcendit, nil di-
ſponit, & ſic non eſt diſpō captatoria. declaratores vero ultima
rum uoluntatum bene poſſunt dici executores, ut l. j. ff. de leg. 2.
& ff. de dote ꝑle. l. Theopompus. & ff. de rebus dub. l. utrum. §. j.
5 † Sed nunquid poſſum alicui dare authoritatem *c* ſtatuēdi quis
c ſit executor teſtī mei, vel ſi moriat̄ executor meus. ſubrogādi a-
lium? & determinat ꝙ non: quia iſta eſt diſpō, non executio rei
diſpoſitæ, ut no. in c. j. de pe. li. 6. in Nouel. Item dubitatur, teſta-
tor iuſſit cōſtrui capellam, vel monumentum, dās executori po
teſtatem in aliū vſum cōuertēdi, an valeat iſta ptās? Dicit Ia. Bu.
ꝙ non, quia alterare vſum eſt diſpō noua, non executio, & iō nō
valet, tanq̄ captatoria, vt ipſe no. in d. l. captatorias. videas quod
6 ibi ſcripſi. nam † ſicut teſtōr non pōt alteri committere ordina-
tionem teſtamēti, ita nec eius reſciſſionem, vel derogationem.
vnde dicit apoſtolus, teſtm̄ morte confirmatū nemo ſuperordi-
nare pōt. & cum dictum apoſtoli ſit dictum diuinū, patet ꝙ ha-
d bet locum ēt ad pias cās. Non obſt. *d* extra, de teſt. c. cum tibi, vbi
dr̄, ꝙ quis pōt committere extremam diſpoſitionem ſuam in al
7 terius voluntatem. † No. enim primo, *e* ꝙ dicit ſuam voluntatē.
e & ſic habemus ſubſtantiam voluntatis, quæ non poteſt bene eē,
niſi ſit forma ſubſtantialis, & conſenſus. vnde quod ſequitur alte
rius diſpōnem, ſ. executoriam. & illud c. interpretat̄ hæc verba, ꝙ
ſapiant hæredis inſtōnem grauari de reſtituendo pauperib. & in
8 hoc illud cap. eſt valde not. † not. ꝙ qui mandat ſua bona diſtri
f bui, *f* nec dicit cui, vel quib. intelligit mandaſſe ꝙ pauperib. pro
anima ſua diſtribuantur, quod alibi non reperitur. Et ſi teſtator
verba dirigeret ad ſucceſſorem inteſtati, videlicet ad filium, vel
alium ab inteſtato ſuccedentem, vr̄ eum grauare de dādis bonis
ſecundum voluntatem teſtōris, ſecūdū Inn. quod ī ſuo hr̄de nō
puto verum, ff. de lib. & poſth. in l. in ſuis. & ſup. de fideic. le. cum
acutiſſimi. Et no. ꝙ dictum Apoſtoli eſt neceſſaria rōne munitū.
nam cum oporteat teſtm̄ ꝑ mortem cōfirmari, & non poſſit cō-
firmari per mortem id, q̄d tpe mortis diſpoſitū non erat, ſequit̄
de neceſſitate talem alterationē, vel derogationē, q̄ tpe mortis ī
rerum natura non erat, eius morte minime potuiſſe confirmari,
quia q̄d non eſt in facto, non p̄t ꝯfirmari in iure, vt ff. de li. leg. l.
9 Aurelius, §. teſtm̄. † Dubitat̄, *g* ſi lis facit teſtm̄, qui eſt vſurarius
g manifeſtus, idq; fecit de lr̄ia epī, executore deputato ad pias cās
tn̄ cautione non pręſtita, vtrum valeat? Puto ꝙ nō: eps enim for-
mam traditam a canone mutare non p̄t, vt ff. de tranſa. le. cū hi,
§. ſi prætor. ff. fa. erci. l. ſi filia, in prin. & ff. de admin. tut. l. quidam
10 decedens. † Quæro nunquid executor poſſit dari in donatio-
ne cā mortis: vt ſi quis cā mortis hęreditatē donet alicui ꝓ pau-
perib. recipienti, dato executore ad declarandum pauperes: puto
quod ſic, & ꝙ iſti executores poterūt iſtis pauperibus reſtituere
hęreditatem ex Treb. i. cum iurib. ſuis actiuis, & paſſiuis. Nec ui
deo, ꝙ repugnet cā, nam ſi donatione cauſa mortis detrahit̄ tre
bellianica, ergo ſtatim ſequitur ꝙ poſſit fieri reſtō ex Trebellia-
11 no. † Mō uidi dubitari, *h* vtrum vſurarius *i* manifeſtus poſſit do
h nare bona ſua, promittēdo, & tradēdo, vel quaſi cā mortis; &
i quia hoc nullo iure prohibetur, multi valentes viri venerabilis
collegij mediolani in hoc conſuluerunt pro parte affirmatiua.
Nam donatio cā mortis per uiam contractus, & maxime inter
ueniente traditione, non eſt teſtm̄, nec vltima volūtas, niſi quo
ad quoſdam articulos, qui no. Inſti. de don. §. j. & in l. 2. ff. de dote
præle. & ſubtiliter dixi in l. 2. ff. de leg. j. & ſup. qui teſt. face. poſ. le.
ſenium. & hoc eſt, quod dicimus, ꝙ magis accedit contractui ꝓ-
pter ſtipulationem, vel pactum, vt ff. de leg. 2. l. cum pater, §. Mæ-
uio. vbi dicitur ꝙ ex pacto nudo donationis cauſa mortis oritur
condictio ex l. ſi quis argentum. C. de dona. item ꝑꝑ traditionē,
quæ poteſt fieri in uita, dominium ſtatim transfertur. hinc eſt, ꝙ
ſi reuocatur, agitur condictione ob cauſam, quæ locum habet
in contractib. innominatis, vel ſimilibus eis, & non in teſtamen-
tis, vt ff. de don. cau. mor. l. Senatus, §. nec dubitauerunt. itē ver-
ba, quibus contraxerunt, nō pertinent ad teſtamentum: ergo nō
eſt teſtamētum, nec quaſi teſtm̄, ſicut ſunt codicilli, vt ff. de ver.
ſign.

ADDITIONES.

a Obligata. Vide Bald. in l. pen. ſup. de ſer. pign. da. ma. & in l. rem quam. ſup. de iure dotium. ſed quid ſi omnia conſumpſit vſurarius doloſe, an teneatur. uide Barto. & Doc. in leg. etiam. §. 1. ff. ſolu. matr. & de materia vide per Doct. in c. cum tu extra, de vſucap.
b Sed etiam. Vide Bal. ſup. de ſer. pig. da. ma.
c Authoritatem. Vide Bar. & ibi dixi, in l. quædam, ff. de rebus dub. & Bald. in l. captatorias, ſup. de teſt. mili.
d Non obſt. Vide Bal. in l. captatorias, ff. de teſta. mil. & no. Bald. in le. Centurio in q. ſed quid ſi teſtator dicit quandocunque, ff. de vulg. & pup. & latius per Bal. in l. & in epiſtola, ſup. de fideicom.
e A. B. No. enim primo. No. intellectum ad d. c. cum tibi. quod verba executoria relata in alteris diſpoſitionem, inducunt, vt illa bona reſtituantur pauperib. & de intellectu iſtius cap. vide Bald. in leg. captatorias, ſup. de teſt. mili. & ibi Mod. Bald. in leg. 1. ſup. de ſacroſ. eccl. & illa leg. illa inſtitutio, ff. de hære. inſt. & in d. l. captatorias, & ibi Mod.
f Diſtribui. Vide quod not. Bald. in l. priuilegia, ſup. de ſacroſan. eccl. & Inno. in cap. cum tibi, hic alle. & Bar. in l. 3. 5. q. prin. ſup. de ſacroſ. eccl. Imo. in d. l. captatorias, & in l. illa inſtitutio, ff. de hære. inſti. & Bal. in l. precibus, in ver. ſequens q. ſup. de impu. & ali. ſubſt.
g Dubitatur. Vide quæ no. Bar. & quæ ibi dixi, in l. 1. ſup. de ſacroſ. eccle. ſed an valeat ſtatutum ſuper hoc, Bal. tenet ꝙ non, in l. conſulta, ſup. de teſt.
h A. B. modo vidi dubitari. An vſurarius poterit donare cauſa mortis, uide Ioan. de Imo. in l. iam is, de do. cau. mor. ubi referunt Doc.
i Vtrum vſurarius. Facit tex. in l. cum hi, in prin. ff. de tranſ. & vide Ang. in diſp. ſua; in cap. Aſtenſis & quod no. Ioan. de Imo. in l. 1. & in leg. qui in poteſtate, ff. de teſt. & vide plene per Imo. & Ro. in l. tam is, in prin. & ibi Bar. ff. de do. cau. mor.

ſing.l.verba ꝯxerũt.In tali aũt donatione quis heredem inſtitue
re non põt,vt s̃.de pac.l.licet.& forte ſi vſurarius manifeſtus le-
garet,& traderet,dñium transferret,vt ff.de leg.1.l.Luc.& l.lega
tum eſt.& licet cauſa remota.i.legatũ,ſit irrita,tñ cã proxima.i.
ꝑtãtiua dñi voluntas eſt rata quo ad dñium trãſferendum,& ſic
penes legatarium remanebit,non quia legatarius,ſed quia domi
nus tradit ex certa ſcientia,& aĩo donandi:niſi quis dixerit hãc ĩ
terpretationem captioſam,& in fraudem canonum,vel ꝙ anni-
hilata cã,eſt annihilatus effectus,forte tñ non eſt ipſo iure, ſed ꝑ
ſñĩam,ex quo ventũ eſt traditionem iuxta illud, qđ in ſimili dr̃,
proceſſit titulus vt infirmus,ſed traditio eſt per ſñĩam infirman-
da,vt l.eleganter,in prin.ff.de dolo.dicit lex, ꝙ vbicunq; cogni-
tio eſt,ibi prætor deſiderat.ff.de reg.iu.l.vbicunq;, & s̃. de ſacro.
ſan. eccl. §. æconomus. Sed poſſet ad illud rñderi, ꝙ ibi dolus
in fraudem hoĩs,hic in fraudẽ canonis,vt ff.de iure patro. le. ſi li-
bertus *minorẽ* & hoc in legato.Sed in donatione cã mortis re-
ſtat quod ſuperius dictum eſt,quia ibi eſt lex iſta prohibens.da.n.
mihi caſum legis,aut authenticam ſcripturã,cui credere debeã:
& ſi dr̃ qđ vna via prohibet̃,alia via concedi non debet, iſtud ve
rum eſt qñ viæ ꝑ oĩa ſunt eiuſdem rõnis,ſed hic ſunt multę drię.
Nam donationis ꝯctus eſt priuati iuris,ſed factio teſtĩ eſt publi-
ci,vt ff.de don.l.tam is.Item pupillus ꝯhere põt:teſtari,aut codi-
cillari non põt,ẽt de conſenſu ſuccedentium ab inteſtato,vt l. j.
ff.de tut.& rat.diſtr.& l.fi.s̃.de teſ.mil.ergo non ſunt eiuſdem ra
tionis,quia vſurarius manifeſtus ſe obligare poteſt,quamuis nõ
poſſit teſtari,nec codicillari.idem in excõicato ſ'm quoſdam. &
facit.ff.de don.int.vir.& vxo.l.ſed ſi mors.& licet mihi videatur
hoc poſſe defendi:tñ vt tremulentus aſſero,iudicio Eccleſiæ me
12 ſupponens.† Vnum non omitto,ꝙ ſi per vſurarium non ſtaret:
ſed per Epm̃,ſacerdotem,vel Tabellionem,ꝙ vſurarius põt da-
re cautionem corã alijs perſonis honeſtis,vt in Auth. de hæred.
& falc.§.ſi vero abſunt.& s̃.de coll.aut.quod locũ.& optime fa-
cit s̃.qui teſt.face.poſ.l.hac conſultiſſima,§. fin. & ſup. quemad.
teſt.aper.l.ij.& per dictos honeſtos viros ipſo iure acquiret̃ actio
utilis creditorib.i.debentib.repetere reſtõnem vſurarum, licet ĩ
proprie dicantur creditores,quia nunquã ſecuti ſunt fidem vſu
rarij,vt l.j.ff.ſi cer.pet.qa iſtæ honeſtæ perſonæ loco publicę per
ſonæ ſubrogantur,& hoc dictat rõ tam naturalis,q̃ ciuilis. Idem
13 puto,† ꝙ ſi ipſe Chriſtianus eſſet apud Barbaros, vbi non ſunt
nec Epi,nec ſacerdotes,ꝙ ſufficeret pręſtare hãc cautionem co
ram bonis Chriſtianis,arg.ff.de teſt.l.quia latronib.§. fi. Vel me
lius,dicere debemus illud,qđ dicit lex,ꝙ inter æquitatem,& ius
ſcriptum ſoli Principi licet interpretari, vnde debemus ſtare ri-
gori illius decret,quamquam.& ſi dura ſit,eſt tñ ſeruanda, & de
bemus quærere rõnem canonis,vbi tex.habemus expreſſum,ff.
qui,& a quib.l.proſpexit.Igitur vbicunque dicti capituli forma
non eſt ſeruata,nullum teſtm̃,& nulla mera voluntas vltima va
a let.*Forma a* † aũt illius cap.eſt,primo a quib.vſurarijs,quia a ma
14 niſeſtis. *Scđo,quib.quia* habentib.recipere,ſi ſunt p̃ſentes,quod
intelligo ſtricte,*i.in eo loco,vbi* teſtm̃ ordinatur,Nam ſic in ſti-
pulationib.accipitur,quia vocem eius audire poſſit,ut l.j.in prin.
de verb.obl.hic.n.ſumus *in ſtipulatione* interponenda, vnde q̃-
tum ad hũc iuris articulum,non dr̃ *plenis*,qui eſt in hortis,ſed q
eſt p̃ſens ad hoc.Item præſentem *intelligo*,ſi ſit eius procurator,
Notarius,vel nuncius,cui promitti poſſit, vt ff.de conſti.pec.l.&
licet.Qui nuncius non ſtipulabit̃,ſed *fiet ei* conſtitutum nuncia
tiuo noĩe,cum debitum p̃cedat,quod quidem conſtitutum ope
ratur tm̃ iure p̃torio,quantum operatur iure *ciuili* ſtipulatio ſo-
lẽnis,vt Inſt.de act.§.de cõſtituta.item,ſi ibi eſſet recipere debẽs
& alius ſtipuletur ſibi,ſatis eſt,vt ff.de verb.obl.l.ſi procuratori p̃
ſentia.Si vero ñ eſt præſens ille,cui reſtõ fieri debet,tũc ſatiſdan-
dum eſt ei,qui poteſt acquirere abſentis directas actiones.Nam
ſolidiores ſunt actiones directæ quam utiles,vt no.in l. quoties,
15 in princ.de adminiſt. tut.uerſi. aut ſeruus. libertus † autem non
poſſet ſtipulari dño,quia ſtatus eius eſt contrarius acquiſitioni,
ut no.ff.de verb.obl.l.ſi ſtipulatus, §. Chryſogonus. item nec fi-
b lius *b* emancipatus,quia patria ptãs,quę eſt inuenta ad acquirẽ
dum,euanuit.item nec matri,nec lineę maternæ,nec alicui tran
c uerſali.*c* vt ff.ad Treb.l.debitor,& ff.de pac.do.l. inter ſocerum,
§.filiam item nec filius naturalis tm̃,quia non eſt in ptãte. Sed ꝯ
hoc oppo.vſurarius.n.condictione indebiti tenetur, quæ re ꝯhi-
tur,Inſt.quib.mod.re ꝯh.obli.§.is quoque.ſed per pactum,quod
re veſtitur,alteri per alterum quæritur,vt ff.ſi cer.pet.l. certi con
dictio,§. ſi nũmos.Sol.ibi loquitur in pacto nudo,qđ re veſtitur
vel verius,ibi non eſt pactum nudum,ſed ſpecificatio conſenſus
Hic aũt loquit̃ in ſtipulatioris cautione.vt d. §. Chryſognus. vel
dic,ꝙ in §.ſi numos,ipſo rei interuentu oblĩo ꝯhebatur,hic du-
dum poſt,nec erat res ſtipulantis,nec eius cui ſtipulabat̃,ſed erat
quædam oblĩo perſonalis in gñe ꝯcta,quę nunc deducit̃ in cau-
tionem.Si ergo talis perſona,quę directas quærere poſſit,abeſt,
16 tunc ſatiſdãdum eſt ordinario loci vel eius uices gerenti. † Sed
d nunquid *b* oportebit apparere de mandato ipſius uices gerentis
Reſpon.ſatis eſt ſi patiente Epõ ſe pro tali gerebat,vt l.j.§. magi
ſtratum,ff.de exerci.Si vero non eſt ibi p̃ſens Eps, vel eius locũ
tenens,debet ſatiſdari Rectori Parochiæ. i. curato & intitulato
ipſius rectoriæ.Sed quid ſi non apparet de inſtituto? Rñ.ſatis eſt
ſi publice erat in quaſi poſſeſſione, & fama de illo ꝙ erat uerus
rector,nam fama facit quem habilem,vt l.1.ſup.de teſt.Item ec-
cleſia dr̃ ſuũ rectorem poſſidere bona fide, ut ff.ſi cer. pet.l.eius,
qui in prouincia,§.ꝙ ſi ſtipulatus.ergo ea põt in acquirendo, &
ſolennizando actum,quæ põt bona fide poſſeſſus: ſecus in intru
17 ſo per uim,vel temeritatem,vt no. Inn.in c.nihil,de elec. † Item
iſte Rector debet eſſe Rector parochiæ, in qua teſtator habitat,
quod verbum,habitat,licet ſit p̃ſentis tꝑis, tñ non pro momẽto
temporis debet intelligi,ſed vbi habitare conſueuerit, & a larib.
non diſceſſit,vt ff.de his,qui deie.vel effu.l.j.§.habitare.teſtes au-
tem debent adeſſe fide digni.Certe hoc p̃ſumitur in quolibet te
ſte,qui in eſt a natura,ut no.ff.de prob.l.2.Item debent eſſe teſtes
de eadem parochia.h.d.Dy. & Bar.ꝙ hoc non eſt de ſubſtantia,
e dum mõ teſtes ſint noti.& ꝓbatæ fidei.Teſtes aũt peregrini *e* nõ
eſſent idonei,in Auth.de teſt. §.ſi vero ignoti.per hmõi ergo Re
ctorẽ actio utilis quærit̃,& hoc ſtatuit illud c.& antequã illud c.
eſſet in rerũ natura, hoc Legiſtæ tenebãt ꝑ §.publicũ, in l.j.ff.de
iuſt.& iur.Si vero nec ſacerdos eſt ibi p̃ſens,tũc ſatiſdatur Nota
rio publico,non cuilibet,ſed miſſo ab ordinario: nã iſta ſatiſda-
tio eſt redacta ad inſtar p̃toriæ, in qua Notarius dẽt ſtipulari de
mandato Prætoris,& nõ ꝓprio motu,ut ff.rẽ pup.ſal.fore,l.2. &
18 3.† Sed quid *f* ſi Notarius hoc facit ſine mãdato, tñ Eps ratum
f habuit? Vr̃ nõ ſufficere,qa nõ eſt ſeruata forma,vt ff.de acq.hęr.
l.ſi qs mihi bona,§.iuſſum.nã aliud eſt mandare,aliud ratificare
vt l.qd ergo,in prin.ff.de his,qui no.infa.& l.ſi vero non remune
randi,§.inter credita,ff.man.nã licet regulariter ratihabitio ęqui
g paret̃ mãdato,tñ fallit ubicunq;lex requirit mandatũ ꝓ forma.*g*
facit l.maritus,s̃.de procu.& l.Paul.in prin.ff.de acq.hære.in glo.
19 † Mõ ego quæro, nunquid ſi Tabellio eſt ſtipulatus ſine cõſen-
ſu Epi,tanquã publica ꝑſona, acquiratur utilis actio ſine ceſſio
ne? & br̃ dicendũ eſt ꝙ ſic alias ſequeret̃ ꝙ Notarius deberet ce
dere,quod eſt impoſſe:quia utilitas cautionis non hẽt in eo cãm
licet habeat originẽ verborũ.quã ꝑꝑ de neceſſitate ſequit̃,ꝙ uti
lis ſine ceſſione quærat̃ illis perſonis, quib.debent uſurę reſtitui
ut plene no.per Cy.& per me poſt eum,ff.de adop.l.his.verbis,&
ff.de vul.& pup.ſubſt.l.cã cognita.Concedo tñ, ꝙ non eſt ſatiſ-
factum canoni diſponẽti,ꝙ debeat fieri de ꝯſenſu.Epi,& ẽ ſimi
le,qđ not.s̃.de bono.poſſ.ſ'm tab.l.j. Item cautio debet eſſe ideo
h nea.*b* Sed qũo intelligi debet hęc? Reſp. cũ fideiuſſorib.idoneis
qui ſi poſtea labãtur facultatib.non nocet,vt l.ſi mulier, s̃.de iu.
i dot. Item ſi a principio non erant idonei, *i* ſed poſtea ſunt facti
locupletes,ſufficere puto:qa res ad caſum venit, a quo incipere
p̃t.Illud aũt non puto ſufficere,ꝙ obliget bona ſua ẽt cõſtitutio
ne precaria, niſi fideiuſſorem inuenire nõ poſſet, qđ ſufficit ab
eius hærede probari,ar.s̃.de teſta.mili.l.ſi Ruffinus.moueor tali
rõne,quia bona ſunt tacite obligata,& non ſufficit.ergo nec ex-
preſſio conualeſcere facit,cum ꝑ eam nõ augeat̃ effectus.dr̃ aũt
K idonea *K* cautio cum fideiuſſore,vt s̃.de ĩdi.uid.tol.auth.cui reli
l ctum.alibi dr̃ ꝯpetens cautela,*l* ff.de iud.l.ſi debitori.Si autem ſi
ne alia adiectione lex diceret,cautela, de ſimplici intelligeretur,
ut s̃.de fideiu.l.ſancimus.Si vero lex diceret,cum ſolẽni cautela
non exigitur fideiuſſor, ſed ſtipl'o ſolẽnis, vt ff.de leg.j.l.hmõi. in
m prin.ſi aũt diceret, cautela ad ſenſum ſapientis,*m* ſapiens inter-
pretari poſſet,ꝙ apponeret̃ conſuetudinaria pœna, & obl'o bo-
norũ,ut ff.man.l.ſi mãdato, §.fi.iõ.n.ſapiens apponit̃, ut ſignifi-
cetur ꝙ legitime fieri dẽt, vt no.ff.de hær.inſti.l.illa inſtit.ꝑſona
tñ extrinſecus nõ ſubintelligit̃,& iõ ſapiens declarare nõ poſſet,
ut daretur fideiuſſor,ut d.§.Chryſogonus,in fin.ꝙ aũt dixi.pęna
n intell'r, ſi hęc conſuetudo *n* dictat,alias non quia pœna eſt ſupra
rem

ADDITIONES.

a Forma.Vde inf.& no.ſin. ꝙ ſi vſurarius præſtit cautionem.& interpellatus non ſeruauit,per inde eſt.ac ſi non cauiſſet,ſecundum Bal.in auth.cui relictum,ſup.de iud.vidui.tollen.quod reputat no dignum.

b Item nec filius. Vide Bal.in l.quod dicitur,ff de uer.obl.& ibi per alios.

c Tranſuerſali.Fallit in feudis, ſecun.Bal.in l.fi.inf.res inter alios acta.& vide Imo. in l.ꝙ dicitur.& ibi dixi poſt Bar.ff.de ver. obl.

d Sed nunquid vide q.in ſimili not.per D.Ant.de But.in c.1.ext.de fide inſtr.& not. cum dictis.no.in c.nihil.ext.de elect.& vide no.per Bar.in l.Barbarius,& quæ ibi dixi poſt eum,ff.de off.Præto.& Bal.in l.1.ſup. de teſta.

e Peregrini.Vide not.in l.fi.in prin.ſup.de iure deli.

f Sed quid.Vide Bar.in l.ſi autem plures,ff.de aqua plu.arcen.& Barto.in l.ſi uxorẽ, ſup.de cond.inſer.& in l.ſi maritus,ſup.mand.

g Pro forma; Vide Bal.in l.1.ſup.qui admi.in ver.econtra quæritur.in contrarium facit,quod not.Bal.in l.filius,de acq.hær.& Bar.in §.iuſſum,hic alleg.

h Idonea. Vide gl.in c. quamquam,de vſu lib.6.

i Idonei.Vide Bal.in l.ſancimus. ſupra de uerbo.ſign.& quæ ibi dixi poſt Bar.& Bal. in l.prætoriæ, ff.de prætor.ſtip.

K A.B.Dicitur autem idonea.De idonea cautione vide quæ no.ad Bald.in l.ſanci-mus.ſup.de verb.ſign.

l Cautela.vide Bal. in l.ſancimus.ſup.de ver.ſign.

m Sapientis, Vide Bal.in l.ſancimus,ſup.de ver.ſig.& Barto.in l.illa inſtitutio, ff.de hæred.inſtit.

n Conſuetudo Arg.contra in l.pacto,ff.de tranſ.ſed plus placet opi.Barto.per not.in l.ſi mandato,§.fi.hic alleg.quicquid dixerit Imo.in l.ex ea,hic alleg.

rem in ſapientem compromiſſam,vt no.de verb.ob.ex ea parte,
§.1. & ideo egreditur manifeſtiſſimos terminos commiſſionis.
20 † Sed ſtatim quæro, *a* nunquid obligans ſe ſimul cum vſurario
a principaliter, & inſolidum dicatur correus debendi, ita ꝙ non
habeat beneficium de fideiuſſorib. & vr̃ ꝙ non, quia tunc ſunt
duo rei,qñ cã,& qualitas obligationis poteſt vtriq; ineſſe: ſed cã
vſurarij non ineſt,niſi ipſi fœneratori,arg. ad hoc, ff.de duob.re.
l.ſi id qđ. ego dico ꝯrium, quia iſte nouus ꝯctus, in quo pariter
obligant ſe,& non deficit obligationis ſubſtantia, vt s̃.ſi cer.pet.
l.ſi ex pretio.& l. ſi non ſinguli. Item requiritur in cautione, ꝙ
b certa q̃titas *b* exprimatur,ſi receptarum vſurarum ſit q̃titas ma-
nifeſta,alioquin moderatur arbitrio receptoris. Si igitur eſt q̃ti-
tas incerta,manifeſta,& perfunctoria cautio non valet, ſicut ille
qui cedit bonis,dẽt cõfiteri, alias ceſſio non opitulatur ei:dẽt.n.
agnoſcere debitũ,vt l.pe.ff.qui bo.ced.poſ. Quid ergo ſi male ar
bitratur? Rñ.cautio valet, & fideiuſſores tenentur vſq; ad quan
titatem taxatam,in qua fideiuſſerunt,& non vltra, vt ff.de fide-
iuſ.l.fideiuſſores magiſtratuum,§.pro Aurelio.abinde s̃.tenetur
iſte arbitrator,qui male arbitrando facit litẽ ſuam. tñ audi beni-
gnum verbum canonis,quia tunc tenet̃ qñ ſcienter,& ſic requi
ritur dolus:de culpa aũt non tenet̃,niſi de lata culpa, vt puto,vt
c s̃.de pac.l.pen.in fi.& s̃.de magiſtr.ꝯue.l.fi.Ex his apparet,*c* ꝙ de
ſolẽnitate huius cautionis eſt cui, & quid. Itẽ de ſubtilitate eſt a
quo, quib. ſeruatis Ep̃s poterit eſſe executor huius teſtĩ ad pias
cãs,ſed eis non ſeruatis, Ep̃s non eſt executor,& ſi exequi vellet,
poſſet opponi,per venientes ab inteſtato, ꝙ teſtm̃ eſſet irritum.
21 † Sed dubitat̃, *d* quid ſi p̃ſtitit cautionẽ noĩe vſurarũ exactarum
d factarum,& ſiẽdarum,& poſtea publice perſeueret in criẽ? Rñ.
teſtm̃ non valet,qa de receptis ex poſtea, quarũ eſt certa q̃titas,
e non eſt facta cautio ſpecificata. Sed quid ſi poſtea *e* ñ fecit fęnus
publice,ſed priuatim,& in occulto? Vr̃ nõ valere teſtm̃ pp̃ vetus
fermentum,nec vr̃ ſanatus,qui reciderit, ut ff.de ædil.edic.l.qui
tertianam,ſic demerita redeuntia elidunt medias pęnitentias,qa
22 beneficium perdidit,q ingratus extitit,4.ſñiarũ,diſt.24. † Quid
f ſi *f* fecit teſtm̃ *g* non p̃ſtita cautione, ſed in extremo mortis ca-
g uit,utrũ valeat teſtm̃? Rñ.Io. And.dicit in c.q̃q̃.ꝙ ſic,& ſm̃ eum
iſtud non eſt reconualeſcere, quia ab initio ipſo tacitã ꝯdõnem
habuit,ſi cauerit. Nec obſt.ꝙ lr̃a dicit, irrita ipſo iure, quia intel-
ligitur ſi nec tunc,nec poſtea cauerit:cum.n.illud ca.ſit factũ fa-
uore debentium recipere vſuras, non refert quo tp̃e fiat, dum-
mõ fiat,vt ff.de hære.inſti.l. qui ſoluendo non erat duos Apolo-
nios,& hæc eſt vtilis cautela ipſis fęneratorib. Nam ex cautione
poſſent viuentes ꝯueniri,& iõ conſiliũ eſt eis,ꝙ non caueant,ni
ſi in articulo mortis: ſed conſultum eſt eis ſi vtrumq; differant
in mortis articulo,caueant tñ ſibi, qa mors inopinata venit. Sed
ꝯ hoc arguo,aut vſurarius manifeſtus eſt inteſtabilis, & tunc nõ
p̃ōt conualeſcere,vt l.1.§.ſi filius,ff.de leg.3.aut eſt ſolemnitas:&
idem,vt l.Luc.ff.de mil. teſt. idem vbicunq; annihilatio p̃cedit,
licet poſtea ſequat̃ qualitas permiſſiua, talis qualitas nihil ope-
ratur,vt l.ſeruus, s̃.de leg. Itẽ oĩa requiſita teſtĩ debent interue-
nire ſimul,& eodẽ loco,qa teſtm̃ pendere non p̃t.l. ſi.cõia p̃d. &
23 † quia actus teſtandi eſt indiuiduus, vt ſup. qui teſta. face.poſſ.l.
hac conſultiſſima,§.ſi.& l.furioſum,& ex duob.diſtantibus non
ſurgit indiuiduum, ut ibi no. & ſi hodie fieret pars teſtamenti,
poſtea cras alia,ex his non reſultaret perfectum teſtm̃, ut ſup.de
teſt.l.cum antiquitas. Sol.nec eſt inteſtabilis, nec eſt proprie ſo-
lemnitas,ſed eſt quædam cautela, qua funditus omiſſa irritũ eſt
teſtm̃,ſed ea adhibita ſiue antea,ſiue tũc,ſiue poſtea, valet teſtm̃,
quia decretalis non dicit contrarium,ſecundum Nico. de Mat.
& ſic iſta cautela eſt tertium adiacens ſiue accidens, & tertium
membrum anomalum. Et hæc opi.eſt æqua, ſed de rigore iuris
Legiſtæ coiter tenent ꝯrium,ut plene dixi s̃.de ꝯta. l.poſthumo,
& no.ꝙ conſuetudo eſt,ꝙ certa quantitas exprimatur, reliquũ
ſubijciatur clauſulæ generali. alias oporteret totum codicem ra
tionum vſurarij in cautione deſcribi,quod eſt impoſſibile. Re-
h deo ad materiam propriam legis. Pone,duo ſunt ſtatuta, *h* vnũ,
24 † ꝙ ſententię pupillorum mandentur executioni per Priores ar
i tium tm̃:aliud eſt ꝙ ſententiæ *i* a centum libris ſup. mandẽtur
executioni tm̃ per poteſtatem: modo lata eſt ſententia pro pu-
pillo in ducentis,quæritur quis ex iſtis debeat exequi? Reſp.ſpe-
cialior Iudex,ſed qũo cognoſcam quis eſt ſpecialior? Reſp.per
hanc doctrinam,quia illa qualitas quæ poteſt pluribus ineſſe, il-
la generalior eſt;& illa quæ vni ſoli poteſt ineſſe,eſt ſpecialior, ut
no.ff.de pact.l.iuriſg.§. ſed ſi fraudandi. ita in propoſito qualitas
poteſt ineſſe cuilibet de genere,& cuicunque ætati, ætas autem
non poteſt ineſſe,niſi ſibiipſi, ergo inſpicitut Iudex datus ætati,
quod tene menti. Adde ꝙ paruum genus magno gñi derogat,&
indiuiduum deroget utrique,quod eſt uerum, quando deroga-
tiue,& incompatibiliter profertur;ſecus ſi conſecutiue, & illa-
25 tiue,ut l.2.§.creditam, ff. ſi cer. pet. † Porro indiuiduum eſt,qđ
eſt determinatæ ſignificationis, & quod non prædicatur niſi de
ſeſe,uel in ſubſtantia, ut Stichus, uel in qualitate, ut pupillus.
26 † Modo ego quæro, certum eſt,quod executio fit in rebus pro-
nunciatis, & in alijs non fit ſine nouo proceſſu, qui eſt de ap-
pendicijs primi proceſſus,pone ergo, quod tu es mihi condem-
natus in mille: dum autem mittor in poſſeſſionem prædij a te
detenti,tu opponis, quod tu detines tanquam colonus Martini,
& nominas Martinum in iudicio, nunquid poſſis oppone-
re de iure tertij,a quo habes colonariam cãm. Reſpon. ſic, quia
iſtud non,eſt proprie excipere,ſed nominare dñm in iudicio, vt
leg.2.ſup.ubi in rem act.non obſt.ff.de rei vend.l.officium, vt ibi
not.quia hoc eſt verum,ſi probatur ꝙ iſta negatio ſit vera,& nõ
ſimulata. Nam in dubio quælibet corporalis poſſeſſio præſumi-
K tur uera,*K* & non abuſiua,ut not.Inno.in c.cum olim, de priui.
Archi.6.q.1.c.Pontifices.& not.in cap.vlt.vt lite penden.lib.6.in
Nouella.pręſumitur autem ſimulata,ſi talis titulus eſt acquiſi-
tus lite mota,vel ſi eſt de bonis vniuerſis,ut not.in leg.2.ſupra de
27 repud.hęr.† pone,*l* ꝙ executio debeat fieri in meo prædio;alie-
naui ipſum,nunquid executio poſſit fieri contra nouum poſſeſ-
ſorem.& ſi quidem alienatio eſt ſimulata,ſine dubio poteſt,vt l.
emptor,de aqua plu.arcen.& ibi Barto.nam condemnatus ha-
bet poteſtatem rei reſtituendæ. Si autem eſt alienatio vera, ſed
in fraudem.diſtingue, aut eſt facta alienatio iudicio iam intro-
ducto,& idem,licet in perſonali res non ſit facta litigioſa argum
ff.de admi.tut.l.chirographis.§.1.& not.per Cy.ſup.de alie.iud.
l.1.vnde dicit Oldr.in l.a diuo Pio,§.ſi ſuper reb.ff. de re iudica-
ta.conditionem proprietatis nondum admittendam,nam pro-
prietas debitoris,qui poſſeſſionem tranſtulit dolo,& fauore cre
ditoris,talem captionem excludit,vt ſupra quando ex fac.tu.l.1.
ff.vt in poſſ.leg.l.is cui.§.qui in poſſeſſionem.& leg.ſi legatorum
& l.fi.ſecundum Old.ſi vero dudum ante litem motam debitor
diſtraxit in fraudem creditorum,tunc oportet agi reuocatoria,
confiteor.

ADDITIONES.

a Negat.dixi poſt Bar. in l.cum precum,ſup.de lib.cau.
b Sed nuncius. Vide Bar.in l.qui autem,§.conſtituere,ff.de conſt.pec.
c Pone. Vide Bar.in l.item,alias l.ſi pupilli,§.1.ff.de neg.geſt.
d Pone. Vide Bar.in l.cum filius,in prin.in uerſ.2.ff.de ver.obl.
e Agatur. Dixi poſt Bar.in l.cum filius,in prin.ff.de ver.obl.
f A.B. Vlterius quæro, an confeſſio. An confeſſio coram arbitro facta teneat, vide Bar.in l.pe.ſup.de arb.& quæ late dixi in c.præſentata,de teſtib.& ibi Doct.
g Arbitro. Vide Bar.hic, in fi.
h Arbitratore. Vide Bar.hic in fi.
i Coram arbitratore. No.ꝙ confeſſio facta corā arbitratore hr̄, ac ſi facta eſſet corā bonis uiris. vide q̄ plene notaui ad Io.And.in addi.Spec.in ti.de confeſſ.
K Si coram vide Bal.poſt alios,in l.cum falſa,ſup.de iur.& fac.ign.
A.B.Coram Iudice. Not.ſi confiteor aduerſarium meum poſſidere cum ego poſſideam,non vr̄ tranſlata in eum poſſeſſio.quod intellige, niſi negaret ſe poſſidere per tex.no.& ibi uide Ang.in l.fi.ff.de rei vend.

ꝯfiteor aduerſariū meū poſſidere,cum ego poſſideam,an poſſeſ
ſio mea ſtatim in aduerſarium metū transferat. Rn̄deo,non , ſe-
cus aūt ſi ꝯfiteor me poſſidere pro ipſo. utno.ff.de pact.l. ab em-
35 ptione , ubi eſt gl,ſing.† Quæro,nunꝗd *a* ꝯfeſſio facta coram iu-
a dice in loco non ſolito iudiciorum ualeat? Rn̄deo,aut tu q̄ris ad
fundādū iudiciū,& nō ualet,ut j̃.de cuſt.re.l.2.nō ob.ff.de inter.
act.l.voluit.§.1.ut ibi no. Aut q̄ris quantum ad extraordinariam
mulctā,& ſūmariā, & tunc valet,vt ff.de infa.l.ictus fuſtium.
36 † Quæro,debitor confeſſus fuit ſe eſſe ceſſionario obligatum in
decē. vtrum iſta ꝯfeſſio valeat? & vr̄ ꝙ non quia obl̄o radicalis
non inuenit,niſi inter originaliter ꝯ̃hentes,vt ff.fam.erc.l.plane.
Dic ꝙ de ſubtilitate iuris cōfeſſio eſt erronea de iure,ſed non in
effectu,vt ff.de iureiu.l.ſed & ſi poſſeſſori,§.ſi reum.Si aūt ceſſio
narius facere hāc poſitionem , ꝙ debitor eſſe obligatus , iſta po-
b ſitio iuris eſt,& ſibi rn̄deri non dēt. *b* Sed ſi creditor originarius
facere hāc poſitionem,dr̄et ei rn̄deri,quia poſitio iſta pōt eſſe ve
ra,& eſt probabilis,ergo & interrogabilis.Nam abl̄ones ſunt fi-
liæ factorum ſeu ꝯ̃ctuum,q̄b.eſt rn̄dendum.Iō ceſſionario non
acquiritur directe, q̄a nec ab initio ſtipulator alteri potuit ſtipu-
lari verbis directis,& duo ſunt extrema obl̄onis.& vtrūq.impri
37 mit ꝯtractus,ſicut ſigillum ceræ. † Demum in iſta materia talē
regulā trado,ꝙ ꝯfeſſio ſuper iure.aut eſt ſuperuacua,ut qn̄ q̄s cō
fitetur ꝙ lex ſcripta dicit. Aut irrita,vt qn̄ ꝯ̃rium cōfitetur.vt no.
ff.de au.& argen.leg.l.ornamentorum.Ideo dicunt Aduocati,ꝙ
poſitionib.iuris non eſt rn̄dendum. Et dicit Spe.ꝙ aduerbium
legitime, adiectum poſitioni facti, facit talem poſitionem facti
dici poſitionem iuris, & idem in alijs aduerbijs, quæ referuntur
ad ius ſcriptum conſtitutionis, vt in Spec.de pign.§.hæc rubri.
verſi.actor ergo ſic ponat,in prin.& in verſi.Item ꝙ eſt talis per-
ſona,& in ver.item ꝙ eſt talis,quæ.Si aūt ſit tale ius,quod ex fa-
cto naſcat̄,vt obl̄o,vel dn̄ium,iſta,non dr̄ poſitio iuris,q̄a nō eſt
poſitio de iure legis,ſed de iure ꝯuentionis , q̄ ſunt valde diuer-
c ſæ.Et nota *c* dr̄iam,vtrū aduerbiū,legitime,tacite intelligatur,&
tunc eſt poſitio facti,vt l.ſi vnus de teſta. An expreſſe,& tunc po
ſitio iuris,vel ſaltē mixta implicita eſt iuris & facti.Item & aliud
no.ꝙ antiq̄ dicebant poſitionem non dr̄e eſſe negatiuā:quod eſt
ita declarandum,q̄a negatiua eſt illa q̄ principia negat , vt n̄ ꝯ̃xi,
non deliq̄,non numeraui,nō ꝯ̃xi matrimonium, q̄a meræ nega-
d tiuæ *d* ſunt illæ,quæ in rerum natura nullam ſubſtantiam habēt.
Si autem ſubſtantiam habent,non dicuntur meræ negatiuę,q̄q̄
ex hoc ſurgat quoddam negatiuum, ſicut ex acceptilatione ſeq̄
tur obl̄onem non eſſe , & ſicut per mortem ſeq̄tur annihilatio
entis,& tamen ſuper acceptilatione & morte(q̄a continent ſcm̄
naturale)valet poſitio , & confeſſio recipitur . Hanc theoricam
ſequitur Ioan.Mon.in ca.2.de confeſſis,lib.6.quod no.Do.& ſe
e cundum *e* rl̄am,ꝙ in interrogatorijs actionibus(quæ ſunt,qua-
tuordecim) quæ erant olim actionis,hodie ſunt officia Iudicis
ꝯtumax hr̄ pro negante : quare ſi probatur eum mentiri,punit̄.
Sed in poſitionibus quæ fiunt poſt litis ꝯteſtationem , cōtumax
hr̄ pro ꝯfitente,vt c.2.de ꝯfeſſis,lib.6.Sed quæ eſt rō drīæ? Rn̄d.
quia poſitiones fiunt de iure actoris, non rei , ff.de rei vend.l.in
ſpeciali.& ideo expedit actori,ꝙ reus habeatur pro confeſſo. ex
hoc enim releuatur actor ab onere probandi.Sed interrogatio-
nes ante lit.cont.fiunt de iure rei,non actoris,puta an reus ſit hę
res:aut de facto rei:puta an poſſideat.nec multum intereſt acto-
ris,ꝙ habeatur pro confitente,ſed ſua magis intereſt , ꝙ habeat̄
pro negante,& mentiente,vt in Auth.de triente & ſemiſ.§.pē.
ad hoc vt ĩterrogatus actione puniatur olim,hodie officio iudi
cis,ut no.ff.de interro.act.ſuper rubrica.vnde patet,ꝙ ille, q pro
parte eſt hæres,pp ꝯtumaciam teneatur ex aſſe, & ad hanc pęnā
olim competebat actio in factum,q̄ vocatur interrogatoria , &
req̄rebat libellum . ſuper hoc non req̄ritur libellus , quod nota.
f Sed nunꝗd *f* in cōtumace (qui hr̄ pro confeſſo ipſo iure) req̄rat̄
ſententia? Dicit Ioan.Mon.in c.ſi poſt p̄ſtitum.de cōfeſſ.lib.6.ꝙ
p ſn̄iam.Idē dicit Bar.in l.eius, q delatorem , ff.de iure fiſci.Sed
in ꝯ̃rium vr̄,nam ꝯ̃riorū eadē eſt diſciplina;ſed ita eſt,ꝙ interlo-
cutoria non req̄ritur,vbi hr̄ pro negante , ergo nec vbi pro con-
fitente,& hoc verum vr̄,niſi aliqua iuſta cā allegetur,quare non
debeat hr̄i pro confeſſo,vel negante;tunc enim fatendum eſt in
terlocutoriam requiri,q̄a eſt q̄ō emergens,quæ in facto cōſiſtit.
Iac.de Are.tenet idem,quod Io.Mona.in l.fi.de iuram.cal. & iō
g anteq̄ cā committatur conſilio ſapientis, ſis cautus , *g* q̄a ex illa
ꝯ̃cta confeſſione, quæ non eſt pronunciata,ſed pronunciāda:ſa
piens conſulere non pōt. quod eſt verum,niſi articulus eſſet ge-
neralis,puta,quæ ſunt partes Iudicis,q̄a tunc debet cōſulere , ꝙ
iudex pronunciet per interlocutoriam ſe eum habere pro con-
39 feſſio,& ꝙ eum ſic primo habuit pro confeſſo. † Quęro , q̄ ſunt
exempla,in quibus ius reſpuat ꝯfeſſionē ? Rn̄deo , ſunt infinita.
Pone enim, ꝙ ꝯfiteretur tale,quid,pp quod ſpurius ſuccederet,
vt ff.de prob.l.ſi quis teſt.m̄.& ff.de leg.3.l.cum quis decedens,§.
Titius,vel ꝯfiteretur pupillum poſſe teſtari,quod eſt impoſſibile
h etiam ex Principis priuilegio , *h* vt l.fin.s̄.de teſtam.mili.Quæro,
quod eſt exemplum, ubi natura reſpuit confeſſionem? Reſpō.ſi
confitetur ſe hodie occidiſſe hominem , qui deceſſit iam eſt an
nus,vel ſi ꝯfitetur inſtr̄m celebratum hodie Romę, fuiſſe cele-
bratum Carthagine,vt j̃.de ꝯ̃hen.& commi.ſtipula.l. optimam.
in fi.vlteriora exempla ponere eſt puerile. Sed oppo. natura &
veritas idem ſunt: ſed ſi ꝯfiteor me ꝯ̃xiſſe,& non ꝯ̃xi,iſtud eſt fal
ſum, q̄a ꝯ̃ veritatem:ergo ꝯ̃ naturam . Rn̄deo,iſtud eſt accidens,
non natura,vel clarius.illa non dicuntur reſpui a natura,quæ ap
titudinem habent,q̄uis non actum?ſed illa,quæ aptitudinē non
habent in ſe dicuntur reſpui a natura,ff.de hæred.inſtitu.l. ſi Me
uia. Pone,fui confeſſus,ꝙ flumina inundauerunt poſſeſſionem ,
q̄ bona fide tenebam,& poſſidebam,an videar confeſſus interru
ptam præſcriptionem;& vr̄ ꝙ ſic,q̄a per inundationem interrū-
i pitur p̄ſcriptio,*i* vt l.ſi ager.ff.quib.modis vſusfru. ami. In ꝯ̃rium
vr̄,ꝙ ſi aqua receſſit intra decem annos,reſtituitur dn̄s ipſo iure
ſi vero poſt,eſt neceſſaria in inte.reſti.vt l.ſi locus,ff.quemad.ſer
ui.amit.& ff.de ſeru.ruſt.præd.l.& Attilicinus.Sol.dic,ꝙ aut iſta
cōfeſſio emanauit p̄ſcriptione completa,aut interim.primo ca-
K ſu non interrumpitur.Secūdo caſu refert,aut eſt inundatio *K* ſe
cundum vſum ſuæ regionis,vt in Aegypto,& idem a ſimili.Idē
dico in partibus exiſtentibus iuxta Ticinum,vel padū, quia pra-
ta indigent inundatione.Idem dico ſi aqua ducatur per hortos
gratia oleris & porrinæ , q̄ aqua ꝓdeſt ſitiētibus agris:ergo poſ-
ſeſſori non nocet,vt s̄.de alluuio.& palu.l.1.nā fatua eſſet lex di-
cere, ꝙ p vberiorem culturā q̄s interuerteret poſſeſſionem ſibi
ipſi in toto,vel in parte,vt ff.de leg.2. l. caius,§.1.& ff. finiū regū.
l.ſi irruptione. Si vero ſit impetus aquarum,& quaſi fortuitus,
occupans & vſurpans locum,&(vt ita dixerim)expellens poſſeſ
ſores vi fluminis de naturali poſſeſſione,tūc ĩterrumpit̄ pręſcri
39 ptio,vt ff.de vſuc.leg.ſequitur,§. Labeo. Sed nunquid poſſeſſio
aquæ perdatur per maiorem inundationem,ſicut poſſeſſio ter-
ritorij? Reſpon. non,quia nihil additum tali,facit deſinere iſtud
eſſe tale,vt leg.quominus,ff.de flumi. quia nec deſino poſſidere
terram,ſi ei cruſta applicetur ex fundo vicini,vt leg.ſi quis,§.fin.
ff.ſi cer.pe. Et iſtud eſt neceſſarium ſcire , maxime propter poſ-
ſeſſiones,quę ſunt circa padum,quæ infallibiliter inundāt intra
decennium inundatione non leui, nec tam cito tranſitura , ſed
vehementi,& agrorum cruſtam exportanti,ff.de acqui. poſ. le.
3.§.Labeo.Et ex hoc ſequitur,quod ſi præſcribam terram aridā
quæ facta eſt lacus, vel ſtagnum,per impetum aquarum,vel in-
duſtria mea , p̄ſcriptio ſit eatenus interrupta ; quatenus prima
vſus qualitas perempta eſt;&(vt ita dixerim)quę primo erat ter
ra,nunc eſt aqua,quaſi mutuato elemento.idem econtra,poſſeſ-
ſio ergo naturalibus conuenire debet,alias poſſeſſio non eſt.Vl-
l terius quæro confeſſus *l* fui rem fuiſſe patris tui,ſed tuā nego eſſe
vtrum iſta ſit negatio:& videtur quod ſic , par aptam materiam
verborum.In contrarium videtur pp neceſſariū trāſmiſſionis
influxū,vt s̄.de prob.l.ſiue poſſidetis.Solu.niſi diſcontinuatio ꝓ
betur,iſta eſt quædam ꝯfeſſio,ſecundum Dy.in l.certū,§.j. ff. de
confeſſ.ſed ibi gloſſ.dicit ꝯ̃rium:& ideo actor debet probare de
dn̄io pręſenti,ſecundum Cyn.& Pet.qui hoc tangit s̄. de eden.
40 leg.edita.nam † ille,qui confitetur,teſtificari vr̄·ſed teſtis depo-
nendo

ADDITIONES.

a Nunquid. Vide quod no.Bar.in l.4.§.hoc autem,in 6.& 7.oppoſitio,ff.de damna. infect.

b Reſponderi non debet. Vide Bar.in l.2.§.quod obſeruari.ſup.de iura.cal.

c Et no. Vide Bal.in l.2.§.quod obſeruari.ſup.de iur.cal.

d P.D.Negatiuæ. Adde hic ad materiam negatiuæ bonam theoricam Inn.in c.cum eccleſia,de cauſ.poſſ.& propr.ꝙ negatiua in triplici eſt differentia, nempe aut in plenam teſtis notitiam cadit,vt ea,quæ in facto ſtant.aut in eo verſatur,vt quia non ſum in ſubſellio,quoniam continenter ſubſellium vacuum videt teſtis.Deinde alia eſt,quæ præſumptiue duntaxat in teſtem agit, vt facti continui negatiua, ſi quidem negat teſtis Sempronium fundum Botrianum poſſediſſe, quoniam ſolum Meuium fundum ingredi uidit,& inde abire,fructuſque percipere,ſic que illi præſumptio eſt Sempronium non poſſeſſorem eſſe.Tertia eſt,quæ nec tempore, nec loco circumſcribitur,nec eorum concomitantiam habet, hæc eſt Innocentij doctrina , cui hoc tantum adde , quod ea vera eſt negatiua , quæ priuationem ſignificat , cuius contraria eſt affirmatiua , quæ poſitionem ſignificat , ſecundum Bartol.in l.de ætate, de minoribus , leg. nec condicillos, C.de codi. & in l.actor, C.de prob.

e Do.& ſecundum. Vide Bart.in l.de ætate,§.qui faciunt,ff. de inter.ac.alias differentias ponit Bald.in l.1.eod.titu.& vide no.per Bald.in l.2.§. quod obſeruari, ſupra de iur.calum.

f And.Barb.Sed nunquid. An contumax,qui habetur pro confeſſo, intelligatur ipſo iure, an per ſententiam & vide ſolennem limitationem ad cap.2.de cōfeſſ. libr.6. per Angelum,ff.de iureiu.l.ſi non fuerit,vide Bald.in l.1. ſupra ne ex delic. defun. ubi pulchre loquitur & Ang.in l.quandiu,ff.de acq.hæred.vide Bald.in c.1. vt lite non conteſt.ubi dicit illud,quod dicit hic.

g Sis cautus,uide Bald.in c.1.§.uaſallus,ſi feudum,ſi de feu.fue.contro.& in l.ſi conſtit.ſup.de pę.iud.qui male iud.

h Priuilegio. Vide quod no.Bal.in l.ſi frater,ſup.qui teſta.fa.poſ.Et dum Bal.hic alle. l.fi.de teſt.mi.ſupra Adde quod tex.facit in contrarium, dum dicit quod aliquib. legibus permittebatur pupillum teſtari poſſe,ſi erat doli capax iure naturali non impediebatur teſtari,vt ibi per Ang.& ibi uide quod no. Bar.in l.1.ſup. de ſacroſ. eccl.& Bar.& alij in l. ſi quæramus,ff.de teſta.ubi tractat, an ſtatuto fieri poſſit, quod pupillus teſtetur.

i Præſcriptio. Melius probatur in l.3.§.Labeo,ff.de acquir. poſſeſ. & vide Imo. in §. Labeo,el 3.

K Aut eſt inundatio. No.limitationem ad l.3. §.Labeo,ſup.de acquir. poſſeſſ. cum ſimilibus.

l Confeſſus. vide Bal.in l.fi.§.quod obſeruari.ſup.de iur.cal.

nendo eo mō,nō probaret patris dñium,neq;iudex dicto modo
pronunciando.op.Dy.verior eſt:nō tñ eſt ꝯfeſſio hominis,ſed di
ſpoſitio legis,vt extra de tranſa.c.præterea.& ff.ſi.regun.l.in fina
a libus.q̄ eſt multum no. ad hoc. Sed pone,*a* Iuriſperitus interro-
gatus ſuper poſſeſſione,teſtificatus eſt,ꝙ poſſidet naturaliter,ſed
non ciuil̃r,quęritur vtrum poſſeſſionem probet? Reſp. ſic, quia
naturalis poſſeſſio uiſibilis eſt:ciuilis aũt inuiſibilis, qa incorpo-
rea,ſicut mens hominis; vnde non pertinet ad teſtem ſuper ea ꝓ
bare directo,& immediate affirmatiuam,vel negatiuam,qđ no.
porro per ea,quæ videntur,pręſumuntur ea, quæ non vñr quia
viſibilibus huiuſmodi inuiſibilia ſunt annexa:& ideo formam,
& originem ducunt.vt poſſeſſio ciuilis in ſuo principio, naſcens
a poſſeſſione naturali,vt no. Archi.6. quæ. 1. pontefices. & idem
b dico in confeſſione.pone,*b* ego feci poſitionem,tu vero contra
riam facis:vtrum ſit inuicem reſpondendum? Dicit Ioā.Mona.
quod *non quia ille*, qui ponit, credit quod ponit.ergo contra-
rium non credit,ergo ſemel reſpondit.ita not.ipſe in c.1. de con-
feſſ.lib.6.Tu dic,quod ſi reus poſuit primo,quam actor ſuper a-
ctione,vel actor,priuſquam reus ſuper exceptione , non releua-
41 tur ab onere rñdendi:qa † ordo ſubuerti non dēt.Idem vr̃,ſi qs
abſq.interrogatione rñdet:nam prętori dēt obtemperari.Si aũt
ſecundum ordinem eſt proceſſum,tunc opinio Io. Mon.eſt ve-
ra,*videlicet* qñ poſitiones ſunt tam ꝯ̃riæ,ꝙ ſe perimũt: ſed ſi pñt
*ali*qua diſtinctione iuuari,tunc eſt omnino reſpondēdum,vt ex
tra de fide inſtru.c.cum Ioannes Heremita.Illud eſt notandum,
ꝙ quando iudex mandat poſitionib.rñderi,dēt mādare ſub hac
forma,mando tibi,ꝙ reſpōdeas id:quod credis,per verbum,cre
dit,vel non credit.iſte eſt tex.vnicus in iure,in ca.pręſentium,de
c teſtib.lib.*6*.Nunquid *c* autem pones poſſit ponere per verbum,
credo, qñ de facto alieno ponit? Gloſ. magna in fine legis noſtrę
42 vr̃ dicere ꝙ ſic. Tene menti. † Item quęro, duo ſunt *d* procu-
d ratores conſtituti ad agendum,iſti ſic conſtituti ad agendum,v-
nus poſitiones confitetur,alter negat eas.& idem ī duobus tuto
ribus,quia duo ſunt tutores,vnus ꝯfitetur poſitionem,cui rñſio
ni ſtabimus? Dicunt quidam,ꝙ confeſſioni, q̄ eſt pro dño cōtra
actorem,arg.ff.de actio.& obli.l. Arrianus. *Alij* dicunt confeſſio
e ni,*e quæ* eſt ꝯ̃ dominum,non pro,argu.ff.de interrog.act.l.de ęta
te,§.1.*Solut.*dicit Odof.in d.l.certum.ꝙ iudex nō dēt admittere
f plus procuratores *f* ad agendum, qa pro vno ꝯ̃ctu non dēmus
hr̃e plures aduerſarios,vt ff.de exer.l.ne in plures,& l.decreto, ff.
de admi.tu.vnde vnus erit eligendus,vt l.ſi plures,ff.de pop. act.
& l.ſi plures,ff.de accu. Sed quid ſi admiſſi ſunt? Dicit,ꝙ ſtabitur
confeſſioni,quæ magis congruit veritati.quia intuebuntur acta,
arg.ff.de teſtib.l.ob carmen,in ſi.Si autem nō appareat,q̃ magis
congruat veritati,tunc potius ſtabitur ei,quæ eſt pro reo, q̃ pro
actore,vt d.l. Arrianus,de reg.iu.l.fauorabiliores.Odof.Nec ob.
ff.de cura.fur.l.conſilia,§.ſi.aut enim tractatur de noua obliga-
tione, *vel deliberatione* inducenda de nouo. & tunc melior eſt
conditio diſſentientis.Aut de probatione veritatis circa factum
pręcedens,& tunc *loquitur* diſtinctio prędicta. quod nota. Ex
hoc ſequitur,ꝙ per talem confeſſionē factam in dr̃ia,ſeu ꝯ̃dictio
ne,non quaſi ꝯſitur.alij dicunt,aut eſt numerus impar,& ſtatur
numero maiori,vt in l.3.in ſi.ff.de admi.tu.& no.Inno.extra, de
procu.c.in noſtra.Si vero numerus par eſſet,tunc pp perplexita
tem non intelligitur reſponſum:& ideo debent reputari ꝯtuma
ces,& confeſſi,vt in c.2.de confeſſ.lib.6.Dy. Iac. de Are. dicunt,
ꝙ ſtatur neganti, quia præſumitur pro negatiua, vt ff.de prob. l.
g verius.item ſi vnus *g* cōfitetur de maiori ſumma,& alter de mi-
nori:vr̃ ſtandum illi,qui de minori confitetur, vt ff. de arb. lege
diem,§.ſi plures.adde quod not.in Spe.de confeſſ.§. 1. verſi. ſed
pone,feci.& in cap.ſi duo,de procu.lib.6 & in ca.præſentium,de
teſti.eod.lib.vbi dicitur,quod pręlatus poteſt dicere vnum in aīa
ſua,& aliud in anima capituli:ſed ibi agitur de præiudicio,quod
recipit diuiſionem inter prælatum & capitulum. Nam ſunt ſi-
cut conſortes eiuſdem litis,& vnus poteſt defendere, alter non
defendere.Syndicus etiam interrogatur non ad authoritatem,
ſed ad fidem,quia facit adminiculum. Adde quod quando plu-
res procur.ſunt litem inſolidum conteſtati,tunc habet locum ꝙ
h dixi ſuperius.Si vero *h* ſimpliciter ſunt litem conteſtati,tunc cō
curſu faciunt ſibi partes iudicii,& officij,vt leg.1.de off.Conſ. &
l.1.ſup.ſi plu.una ſent.& iō oportet, ꝙ oēs tunc ſint concordes :
aliter neutrius rñſio valet, vt ff.de proc.l.paulus.Item q̄ro de qua
i dam qōne.Scholaris *i* egit ꝯ̃ ſcriptorem,dicens ꝙ mutuauit ſibi
decem:Scriptor vero dicit,ꝙ mutuauit ſibi ad hoc , vt ſcriberet
apoſtillas Dyn.nunqd Scriptor dēt condemnari? Vel pone Do-
ctor mutuauit ſcholari: ſcholaris dicit , tu mutuaſti vt intrarem
tecum. Rñ.hęc non eſt exceptio,nec aliqd operat̄, quin mutuũ
reddi dēat,vt l.2.& 3.de calum.niſi pactum vltra proceſſiſſet,qđ
dr̃et cōputari de pretio ſcripturæ:vel ſcholari,quod donec ſub-
eo intraret,non repeteret:tñ hoc probandum incumberet exci-
pienti,qa iſtud eſt extrinſecũ,qđ non eſt de natura mutui,ꝙ non
pręſumitur,niſi ꝓbetur,iuxta no.in l.2.ſ̃.de don.ante nu.ubi etiā
43 no.an † ſufficiat probare meam intentionem,ſi ſpecies non pro
betur:puta ꝯfiteris me numeraſſe ex nulla cā, quod idē eſt dcm̃
quod non animo obligandi.ego certe dicor habere meam intē-
tionem fundatam,ſaltem per certi condōnem gñalem.Adde,ꝙ
interdum cōditio apponitur reſpũ ꝯctus.& tũc rñſio nō dr̃ qua
lificata:qa valde diuerſum eſt condō,& qualitas,eo ꝙ condō cō
cernit eſſentialia,ſed qualitas accidentalias,vt l.hæc vēditio,ff.đ
ꝯ̃hen.emp.Interdum vero apponitur reſpũ ipſius rñſionis,vt qñ
dixit,confiteor me ꝯ̃xiſſe,ſed dolo inductum fuiſſe?vel qñ dixit,
confiteor ſic,& non aliter.q̄ tñ verba iuris diſpōnē non tollunt,
vt no.ĩ.de excep.l.ſi quidem.Or q̃ta & qualia dicta ſint, ꝑ te re-
44 ſpice,qa ſunt notabilia. † Extra q̄ro circa q̇dam dicta Inno.ſ.ꝙ
ſi qs confitetur fcm̃ non valent obligare, non oritur actio : vt ſi
confiteor te expendiſſe in agro meo a me poſſeſſo.vel ſi cōfiteor
te feciſſe expenſas fructum induſtrialium , quæ impenſa re ipſa
probatur,vt no.Bar.in l.cum ſeruus,ff.de verb.ob.finis enim ma
nifeſtat ea,q̄ fiunt ad finem ,vt l.ſi.ſ̃.de alimen.pup.præſt.& l.lex
quæ tutores,§.1.de admi.tut.tunc ergo cōfeſſio inducit obl'onē
qñ fcm̃ eſt obligare valens,vt no.Inn.in c.fin.extra,qđ me cā.Itē
K dicit Inno. ꝙ non cogitur qs ſtare ſuæ ꝯfeſſioni,ſi confeſſio *K* ſit
ſentential̃r reprobata,vt no.ipſe extra,de iureiur.ca.mulieri,nec
aliqua macula ingeritur ex tali confeſſione. quod eſt not. Itē đt
l Inn.ꝙ confeſſio facta coram iudice incompetenti, *l* valet ad tor
turā.ita no.Inn.in c.per inqſitionem,ext.de elec.quod ſane ītel-
ligitur , uidelicet ſi non reuocet confeſſionem? ſecus ſi reuocat.
extra de iud.c.at ſi clerici.Et iō torquēdus ſit cautus,vt dicat ex
preſſe ſe dictam confeſſionem reuocare , nec hēt probare erro-
rem,qa non tenuit quo ad aliqđ p̄iudicium iudicij,ſed ſolū quo
m ad p̄iudicium facti.Item dicit Inno.*m* ꝙ ꝯfeſſio *n* facta in libello
n vel in alia ſcriptura iudicij producta aduerſario abſente,perīde,
valet,ac ſi eo p̄ſente,vt ext.de exc.c.cum venerabilis.facit ſup.de
o li.cau.l.cum precum.& ſ̃.de pact.l.poſtq̃ liti.Item dicit,ꝙ *o* ordo
p iudicij non reqritur in cōfeſſione *p* expreſſe,vt ext.de reſti. ſpo.
c.Piſanis.ſecus in tacita,vt in c.2.ext.de confeſſ.li.*6*.in ver.ſi poſt
q p̄ſtitum.Item vtrum *q* condemnatus ex contumacia fictam cō
feſſionem inducente ex forma ſtatuti, dicatur ex crimine, an ex
contumacia condemnatus? Dic ꝙ pęna, q̄ incipit a crimine , eſt
pœna criminis,& pęna,quæ incipit a contumacia; eſt pœna cō
tumacię,vt eleganter no.Ber.ext.de iud.c.cum non ab homine,
& iō in caſu noſtro iſte eſt condemnatus de crimine,ſed ficte ꝑ
contumaciam.Si autem contumacia alteraret pœnam,ſed non
delictum,tunc eſſet pœna contumacię,vt ff.de in lit.iur.l.1.Ad-
de tamen,ꝙ pœnæ actuales reqrunt præſentiam condemnandi,
non pęnę uerbales,quæ etiam in abſentem cadunt,vt in c.degra
datio,de pęn.lib.6.& ideo qñ debet imponi pęna actualis , nun-
quam admittitur procu.argum.in c.ſi clericus,de ſent. exc.li.6.
45 † vltimo ſcias, ꝙ de confeſſione interpretatiua habemus ſupra
de interd. matrimon.l.ſi tutor, ff.de infam.l.quoniam.extra , de
præſcript.ca.nullus.de iu.fiſ.l.eius,qui delatorem,& l.2.vbi uide.
r Dicit Inn.*r* ꝙ qui ponit, credit ſed non aſſerit. vt ipſe not.extra,
de confeſſ.c.ſtatuimus.quod eſt intelligendum,quādo dicit po
no ſub iuramento calumniæ.ſed ſi dicit,pone ꝙ eſt ita: tunc eſt
aſſertio,vt l.cum p̄cum,de lib.cau.Item dicit Inno.ꝙ non dēm⁹
ponere verba iuris,ſed facti,vt ipſe no.in c.qa pp.extra,de elect.
quod intellige niſi ſi tale ius , quod non indigeat probatione , vt
ſ in c.2.de conſue.lib.6.dicit Inno.quod quis non debet ponere *ſ*
de non

ADDITIONES.

a Sed pone. Vide Bal.in l.ſolam,ſu.de teſti.& quod no.in l.ſtipulatio iſta,§.hi quo-
que,de ver.ob.ubi Ro.tranſit cum Bal.
b Pone. Vide Bal.in d.l.2.§.quod obſeruari,ſup.de iure cal.
c Nunquid. Vide Bal.in l.ſtatuimus,de confeſſ.in 6.
d Duo ſunt. Iſtam q.forma. Bar.in l.plurib.ff.de proc.
e A.B.Confeſſioni.Si ſunt duo procuratores,quorum unus confitetur:alter negat,cu
ius dicto ſtabitur, uide quod no.per gl.c.ſi quis iuſto,de elect.in 6.
f Procuratores. Vide in l.3.§ ſi plures.ff.iud.ſol. & per Inn.in c noſtra,extra,de pro-
curat.
g Item ſi vnus. Vide omnino Inn.in c.noſtra,ext.de proc.& gl.in c.præſentium, hic
alle. Intellige,niſi quilibet eſſet inſolidum.
h Si vero. In contrarium,quod no.Bal.in l.2.ſu.ſi plu.una ſent.
i Scholaris. vide Cy.hic,& in l.2.& ibi Bar.ſup.de do.ante nup.
K Si confeſſio. vide Bal. in l.ſi quis in hoc,ſup.de epiſ.& cle.& Bar.in auth.nouo iu
re,in ſi.& ibi dixi,ſup.de pę.iud.qui ma.iud.
l Incompetenti. vide Bal.in l.clarum,ſup.de auth. p̄ſt.dixi poſt Bar.in l.diuus , ff.de
cuſt.reo.& hic.Idem in confeſſione extra iudicium,ſecūdum Bal.in d.clarum.
m A.B.Dicit Inn. ꝙ confeſſio facta in libello ualet,ac ſi facta eſſet parte pręſente. vi
de Bal.in l.cum precum,ſup.de lib.cau.
n Confeſſio. vide Bar.in l.certum,§.ſi quis abſente,ff.de conf.
o A.B.Item dicit ꝙ.No.ꝙ confeſſio expreſſa non uitiatur propter ordinem iudicii;
& ſic ualet,licet libellus ſit ineptus. vide Inn.in c.qualiter,& quando, de acc.Bal.
l.edita,ſup.de eden.& in l.1.ſup.de in ius uo.ſecus in tacita, quod no.pro ītellectu
illius c.2.de conf.pro cuius intellectu uide Bald.in l.2.§.quod ſi actor ſup.de iur.
cal.
p Confeſſione. vnde Bal.in l.2.§.quod ſi actor,ſup.de iu.cal.
q Iem utrum. Facit ad no.per Bart.in l.ſi de eo,ff.de euict.
r Dicit Inn. vide Sed.in ti.de poſit.§.8.in prin.& §.ſi.ver.quid ſi acta.Limita ut per
Bal.in l.ſicut,ſup.de rep.hęr.
ſ Pone. vide per Bal.in l.cogi,in prin.ff.de pet.hęr.& Inn.in c.cum Bertoldus extra
de re iud.in fine.

de non iure aduerſarij,niſi & ex hoc reſultet ius ipſi ponenti, qđ
no.Item dicit Arch.ꝙ qñq; totius proceſſus irritatur,& tñ con-
feſſio ipſa firma remanet,ut no,30.q.5.c.iudicantem. Item dicit
Inn. ꝙ vnus iudex pōt exequi confeſſionē corā altero factā per
actionē in fcm̄,vt no.in c.2.de dila. Item dicit Accur.ꝙ actio nō
orit̄ ex confeſſione teſtium,ff.de iureiu.l.ſed & ſi poſſeſſori,§.pe.
a Quæro;nunquid *a* ille,qui heri dixit ſe credere,ſi dicat hodie di-
ſcredere,ſit periurus,vel eꝯ? Dic ꝙ non,ff.de dam. infec.l.q bo-
na.§.ſi ſtipulatus,& l.2.quis ordo in bon.poſ.ſer.Dicit Inno.ꝙ ſi
b poſt confeſſionem *b* & ꝯdemnationem,de innocentia liquet, ñ
dēt fieri executio corporalis,vt ipſe no.ext.de pur.vul.ca.ſignifi-
cantib.Item dicit Accur. ꝙ non valet confeſſio coram Notario
facta abſq; iudicis pñtia,vel ꝯmiſſione,vt l,inſtar, j̃.de iu.fiſ.lib,
10.& l.iubemus,de li.cau.Dicit Inn.ꝙ ille, qui negat acta, nō p̄t
ſe iuuare ex ipſis,ut ipſe no.in c.G.perpetuus, ext.de fide inſtru.
46 † Remanet *c* vnum dubium circa prædicta, aliquis cōfitetur in
iudicio ſe eſſe vſurarium , non ſpecificando vlterius, nunquid
eius teſtm̄ valeat non præſtita cautione? Dicit Fede.de Senis in
ſuis conſilijs ꝙ ſic,quia iſta confeſſio non obligat, neque probat
ꝑꝑ omnimodam incertitudinem.ff.de confeſ.l certum, in prin.
47 ff.de leg.1.l.turpia.† Dicit hic Petr.ꝙ confeſſio *d* facta in iudicio
d per alium iudicem non poteſt executioni mandari. dicit Bart.ꝙ
hoc eſt verum officio iudicis, ſed actione in factum ſic : vt ff. de
c re iud.l.a diuo Pio,§.qui Romæ.per Bar.Scias vnum, *e* ꝙ ſi exe-
cutio non ſumeret vim de iure cōi, ſed per formam ſtatuti mu-
nicipalis,ꝙ executio talis per iudicem diuerſi territorij fieri non
poſſet,ēt per litteras remiſſas ad illum , eo ꝙ exequendo : ſuam
non alterius iuriſdictionem ſequi debet, ut l. miſſi opinatores ,
j̃.de exact.tribu.lib.10.quod tene menti.

ADDITIONES.

a Nunquid, Vide Bal.in l.tutela,ſup.de in integ.reſti.
b Poſt confeſſionem. Vide Bar.in l.1.in fi.ff.de quæſt.& Bald. in l.addictos,ſupra de epiſco.audien.
c Remanet. Contra tenet Bald.in l.1.§. ſimilique modo,el 1.ſup. de Lat. lib.tol.dixi plene poſt Bar.in l.1.ff.de fur.& uide Bal. in l.1. ſup. de fal. cauſa adie.leg.
d Confeſſio. Vide ſup.prox.uerſ.item dicit Inno,quod unus,& Pau.de Leaza. in cō-mento.c.ex parte,ext.de confeſſ.
e Scias vnum. No.pro inſtrumentis, quæ ex forma ſtatuti habent executionem paratam,& ſic limita no.per Bar.in l.a diuo Pio, §.1.in fi.ff.de re iur.& hic uide not. per Bal.in l.1.in 4.& 5.q.ſup.ne fil.pro pat. Contrarium uidetur ſentire Anton.de But.in c.1.extra,eo.

Res inter alios acta,vel iudic.alijs,&c. *Rubr.*

1 *Res inter alios acta mihi præiudicare non poteſt.*
2 *Caſus,in quo quandoque contrahitur cum mortuo.*
3 *Factum meum, interdum mihi præiudicare non poteſt.*
4 *Res inter alios acta , ex conſuetudine mihi poteſt prodeſſe.*
5 *Factum meum, alieno facto quandoque confirmatur.*
6 *Factum meum,quandoque hæredem non includit.*
7 *Affirmationes magis tranſeunt ad hæredes, quam negationes.*
8 *Renunciatio cum vno facta , alteri non præiudicat .*

1 ¶ † No.ꝙ res inter duos alios acta mihi non præiudicat, ēt ſi
de facto meo diſputetur,ut ff.de infa.l.Lucius, ff.de adul.l.denū-
ciaſſe,§.quæritur. Et no.ꝙ res mecum acta,mihi non pręiudicat
mutato aduerſario,vt ff.de interrog.act.l.fi. Nec ob.ꝙ adeundo
hæreditatem,vel tranſigendo quis omnib.obligetur,vt ff.de act.
& ob.l.ex maleficijs,§.hæres, & de tranſa.l.controuerſia , ꝗa ibi
loquitur in actu,qui iuris diſpoſitione, & intellectu cum omni-
bus geritur,& eſt actus effectiuus:ſed l.fin. ff.de interro.act.non
loquitur in actu effectiuo,ſed in actu enunciationis. Not.ꝙ res
mecū geſta qñq; nocet alijs, vt qñ ſuper re mea , duraturā mea,
2 pactum appono,ne alienet̄,ut l.ſi creditor.§.fi.de diſtr.pig. † No.
a caſum mirabilem,*a* in quo licet cum nullo hoīe , i.cum eo , qui
iam mortuus eſt,gerat̄,tñ obligatio naſcitur. v.g. Teſtator duos
hr̄des inſtituit,& vni mandauit , ꝙ ꝯſtrueret in eccleſia capellā ,
nā adeundo hæreditatē vr̄ cum defuncto ꝯ̃hi , & inde orit̄ actio
b ꝑſcriptis verbis,ut ff.fam,erciſ.l.his *b* ꝯñr, §.2. Et no. ꝙ qñ teſtōr
fieri mandat,ſꝑ fideicommittere vr̄ , & iō qñ relinquitur liber-
tas per fideicommiſſum, manumiſſor fit patronus : hoc.n.factū
non poteſt nāliter euenire,ſed facto hoīs , & iō ſi eſt fideicōmiſ-
ſum,& in eccleſia nō collegiata,vterq; eſſet patronus, licet vnus
3 tm̄ ſuis expenſis ædificaret,tex.eſt ibi notabilis. † Not.quod qñ-
que factum meum mihi non præiudicat , ut qñ ſum minor , &
mecum ꝯ̃hens eſt maior ; nam licet ꝯ̃hentibus inuicem ſe deci-
pere licitum ſit, hoc tñ non eſt licitum cum minore, quia fauo-
re minoris in circumueniente pręſumitur dolus , qñ ꝯ̃hens ſci-
uit ueritatem. Dubitatur tñ,ſi minor iurauit,quid iuris ? Reſp.
vt alibi dixi,ꝙ hoc iur̄m operatur quo ad ſolennitatem, ſed non
quo ad minoris damnoſitatem , quæ per actionem ex eo ꝯ̃ctu
purgatur:nec dr̄ venire ꝯ̃ ꝯ̃ctum,qui vtitur beneficio ꝯ̃ctus,arg.
ff.rem ratam hab.l.cum minor.in prin. de hoc dixi in l.2.s̃.de re
ſcin.vend. Nota,ꝙ illud,quod mecum eſt geſtum , quandoque
4 reſcinditur per alium etiam ad meum ꝯmodum,vt ff.de tranſa.
c l.& poſt rem,§.fina.† Not. *c* ꝙ ex conſuetudine res inter alios a-
c cta mihi prodeſſe pōt,vt qñ eſt conſuetudo,ꝙ extraneus emptor
conſorti reuendere teneatur,vt ext.de reſt.in integ.ca.conſtitu-
d tus.Item no.*d* ꝙ per conſuetudinem & ſtatutum poteſt obeſſe;
vt ſi ſtatutum eſt,ꝙ conſortes teneantur ſoluere pœnas pecunia
rias bannitorum, vt no.j̃.de decre.Decu.in rub.lib. x. quod qui-
dem ſtatutum eſt tolerabile,ſed non laudabile,vt no.in Auth.vt
nulli iud.§.qm̄ vero.vbi dicit gloſſ.no.ꝯ̃ poteſtates,qui puniunt
vnam ꝯ̃tam pro aliquo delinquēte.ſed illa gl.dēt intelligi,qñ fa-
ciunt ex arbitrio ſuo,non ex arbitrio legis,vt le. ne quid,ff.de in-
e cen.rui.naufra.pœnas *e* vero corporales,aut infamias,ſtatutū in
nocentibus imponere non pōt pro delictis alienis,quia eſt ꝯ̃ ius
diuinum,cum nec ꝯſenſu fieri poſſit,vt not.24.q.5.cum homo.
5 & l.nec ex prætorio,ff.de reg.iur.† Not. ꝙ interdum factū meū
alterius facto confirmatur,vt ff.de pig.l.ſi fundus,§.1.& eꝯ̃ qñq;
infirmatur,vt ff.de pig.l.lex vectigali.& in c.1.§.rurſus,qui.mod.
feu.amit.colla.x.& interdū alterat,vt ff.de ac.emp.le. Iulia.§.idē
Celſus.Sed rr̄ ꝯ̃trium obtinet,vt ff.de vſuf.leg.l.is qui.& ff.de pa.
l.fi.& s̃.loc.l.cum Hærmes.& l.ſi cum vnus,§.ante omnia.de pa.
6 & ff.de prob.l.fi.† Item no.ꝙ interdum factum meum , hr̄dem
meum nō includit,& hoc tripl'r eſſe poteſt.primo ex natura ar-
ctationis verborum,vt ff.fam.erc.l.ſi filia.in prin.Secūdo, ex na
tura rei in ꝯ̃ctum deductę,vt vſusfructus,ꝗa ēt ad filios nō tran-
ſit,vt Inſt.de vſufruc.§.finitur.Tertio,quia eſt talis ꝯ̃ctus.ex quo
ius ad hęredem non deſcendit,vt no.in l.quæſitum,§.fi. ff. de p̄.
ca. Quarto , quando actus hærede explicari nonꝰ poteſt, vt ff. de
7 verb.ob.leg.qui Romæ,§.Augerius.† Illud no.*f* ꝙ affirmationes
f magis tranſeunt ad hr̄des,ꝗ̃ negationes,eo ꝙ affirmatiua sūt ma
gis,ꝗ̃ negatiua,vt ff.de pact.l.auus.Pone , coram vicinis agnoui
patris mei voluntatem non ſolennem,pollicendo me ſeruaturū
eam,nunqd ea legatarijs abſentib.prodeſt? Reſp. non: primo per
rl̃am huius tit.ſecundo,ꝗa non ſufficit pręſentia teſtium tm̄,vbi
requiritur præſentia,& conſenſus ꝯ̃hentium.h.d.not.s̃.de teſt.l.
non dubium,§.fin.Si autem eſt actus,ꝗ perficitur ſola voluntate
vnius,vt ratificatio,non reqritur præſentia alterius partis,vt no.
g ff.de neg.ge.l.pomponius ſcribit.& dicit gl.*g* quod liberatio pōt
fieri abſenti ope exceptionis doli,vt ff.de liber.leg.l. non ſolum ,
§.ſi liberationis.& s̃.de pact.l. poſtquam lit. quod eſt verum re-
nuuciando in iudicio odio litium.& ita debet intelligi gloſ. pre-
alleg.l.poſtquam liti.ꝗ̃ allegat,non paciſcendo,vt no.ff.de pac. l.
h idem in duobus.Sed quid *h* ſi vſus eſt hoc ſermone , in veritate
confiteor? Rñd.iſtud iuramentum,in veritate,eſt iuramētum in
verbo veritatis,& ideo non uidetur poſſe contra iri, licet altera
pars fuerit abſens,vt not.1.queſtio.3.cap.quoties cordis oculus.
8 † Modo circa materiam huius tituli ſubijcio duo notabilia.
Primo,

ADDITIONES.

a A.B.No.caſum mirabilem. No. quod quandoque contrahitur cum mortuo, puta hæres videtur quaſi contrahere cum teſtatore,vide ibi gl.ſing. ſecundum Ray.de Forli.
b L.his.Bar.ibi aliter intelligit,licet gl. ibi ſit cum opi.Bar.
c No Idem Bal.in l.1.ſup.commu.diui.
And.Barb.No.quod conſuetudo poteſt facere quod res inter alios acta proſit, vel noceat,& ſic poteſt facere ſtatutum,quod ſocius teneatur ſoluere pœnas pecuniarias bannitorum,vide Bal.& ibi no.in l.neque,ſup.ne fi.pro pat.& ſequitur Sal.& vide Bal.in l.is,cui.ff.de leg.3.& quæ notaui ad Bal.in l.generaliter,ſup.de inſt.& ſub.& procedit in pœna pecuniaria,non in pœna corporali. vide Bald in l.2.C. de conſt.pec.ſed aduerte,quia Bal.conſuluit contra in ciuitate Florentiæ,cum quidam de magna domo occidiſſent ambaſciatores Florentiæ in Aretio, factum fuit ſtatutum,quod conſanguinei eius haberentur pro rebellibus,& expellerentur, & bona eſſent confiſcata, niſi intra annum præſentarent illos occiſores viuos, vel mortuos,tenuit quod tale ſtatutum valet, ſi ita Florentiæ eſt ſtatutum in ſimilibus,propter pacificam quietem populi, & incipit conſilium , In nomine Domini amen.videtur quod de rigore dicti arbitrij,&c.ad cuius confirmationem plura vide exempla.1.q.4.c.eccleſia.cum ſeq.aliter narrat factum in eius conſilio : ſed vt poſui,contingit,cum eſſem Florentiæ,& fuit ſecutus effectus,quod illi de magna domo fecerunt illos occidi,& ita dicit Dom.Pet.de Anch.in cap.canonum. in re-pe.de conſt.& ibi quærit,an valeat ſtatutum, quod filius etiam non hæres teneatur pro debito contracto a patre,vt eſt Bononiæ.Bald.concludit quod ſic, in l.dotis meæ,ſup.de iure dot.& vide tex.c. cum ex inſinuatione, de ſenten.excommu. & ibi glo.quod culpa aliena nocet tertio,vide quod ibi dixi in c.ex literis, de pig. & Bald.in c.2.de conſt.
d Item no. Vide Bald.in l.1.ſup. ne fil.pro pa. & quod tenet Sal.hic, & per Alber. in 1.parte ſtatu.q.6.& 68.
e Pœnas. Facit l.iſti quidem,ad fi.ff.quod met.cau.& l. iuſta, in prin.ff. de ma.uin. In contrarium eſt tex.in l.quiſquis,infr.ad leg.Iul.maie.no.in c.grauamen.in fi.extra,de ſen.excom.
f And.Barb.Illud no.Tu pondera,quia iſtud confunditur per Glo.in Auth.de hær.& Falc.§.ſed neque concedimus,in ver.receptioni,quæ gl.limitat ipſum titulum,uide ibi Ang.& Bart.ergo conſului Parmæ,& dicebam quod illa gl. eſt contra tex. in l.1.infra eo.& dictum Bal.probatur in d.l.1.uide in illo conſ.
g And.Barb.dicit gl. An liberatio poterit fieri abſenti.uide D. Ant.in c.fin. de confeſſ.& Bald.in l.1.ſup.de confeſſ.& in l.1.ſup.de Lati.lib.tol.& in cap.1.de eo qui fi.fe.agn.de feu.pa.in uſi.feu.& do.Io.in c.ueniens,de renun.& Salic.pleniſſime, in l.poſtquam liti.ſup.de pact.
h Sed quid. Vide quæ dixi poſt Bar.in l.ſtipulatio iſta,§.ſi ſtipuler, de uerbor. ob.& Bar.in auth.ſacramenta.in fi.ſup.ſi aduer.uend.& in l.generaliter,in 10.q. ſup.de non nume.pecun.l.pactum,in 8.q.ſup.de coll.& hic adde Ant. de But. & alios in c.ſi cautio,ext.de fi.inſtr.& uide per Abb.in c p.querelam,ext.de iureiu.& in Specu.tit.de iureiu.§.1.

primo,quia renunciatio facta cum vno,non præiudicat alteri,ēt
in iudicio:dico in renunciatione iuris,aut priuilegij q̄ſiti;vt not.
Bar.ext.de renun.c.cum inter priorem,in fine magnę gl. & ꝓba
tur s̄.ad Velleian.l.iubemus,qa res inter alios acta,&c.Secundo
ꝙ qn̄ qs p̄t facere talem actum cum vna perſona,vel aliqbus, ꝙ
reddit ſe inhabilem cum omnibus, puta notarius ſciēs conficit
a vſurarium iſtr̄m,& iō caueāt *a* vbi Tabelliones ſ̄m Hoſ.hoc no.
Archi.46.diſt.ſicut nec ſuo,nec mirum,qa ꝯficere illicita inſtr̄a,
eſt qn̄q; ſpēs falſitatis,vt s̄.de teſt.l.iubemus,in fi.qn̄q; vero ab of
ficio remouetur,vt s̄.de ſacr.eccl.l.iubemus,§.his Tabellionib.
& in Auth.de nō alienan.§.qa vero veriſil̄e.& idem dico de Ad
b uocatis hmōi inſtr̄a dictantib.*b* in fauorem vſurariorum,qa illi-
cite dictans dēt puniri.& facit de prohi.feu.alie.ꝑ Fed.c.imperia-
lem,§.ſcriba vero.vbi eſt vnus caſus ſingularis,in quo Notarius
ſcribēs inſtr̄m ſimulatum, punitur pœna manus,& eſt perpetuo
c ī famis.*mirabile eſt*,qūo ꝯ r̄łam huius tituli per inſtr̄a *c* inter alios
facta probatur titulus,& traditio,ſi res erat p̄ſens, vt ff. de acqu.
poſſ.l.prædia.& Inſt.de act.§.alię.Sol.vt not.Cy.s̄.depo.l.deſide-
rium,quia per hoc non probo rem cum alio peractam , ſed ſolū
modo cum illo,cum quo eſt celebratus contractus.

ADDITIONES.

a A.B.Ideo caueant.No.de Notario conficiente vſurarium inſtrumentum,vide quę plene notaui ad Bal.in l.iubemus,§.his Tabellionib.præall.
b Dictantib.Vide Bald.in l.iubemus,§.ſane,in fi.ſup.de ſacr.eccl.
c Per inſtrumenta.Vide Bal.in l.is.apud de eden.& in l.deſiderium,hic alle.

LEX PRIMA.

1 *Debiti ſolutio per vnum de hæredibus facta, cohæredibus negantibus non nocet.*

1 INter. † Agnitio,ſeu ſolutio debiti ꝑ vnum ex hęredibus
facta,cohr̄dib.negantib.non præiudicat.h.d.Gloſ.
in hac lege opponit,& ſoluit ꝑ r̄łam,& exceptiones. dic vt ī
gloſ.& adde ff.de neg.geſt.l.q aliena,§.fi.ff.de ſer.ruſt.p̄d.l. ꝑ
fundum.Extra oppo.de l.ſi actor malit,ff.de proc. Solu.ibi non
ſunt omnino diuerſę perſonæ,& propterea ad inſtructionem iu
dicij ſunt ambæ neceſſariæ.& facit ad hanc leg.ff.mand.l. credi-
tor,in princ.cum gl.ſua.

LEX II.

Inter alios Qui rem mihi donatam cum alio partitur,
nihil agit in meum præiudiciū.& facit ſup.
de don.ante nupt.l.ſi ante.& s̄.de teſt.l.verba.

LEX III.

1 *Frater fratri paciſcendo non præiudicat.*
2 *Fratri acquiritur ex contractu quod procedit in feudo beneficio domini.*

1 Si cum fratre. Frater † fratri non p̄iudicat paciſcen
do,vel agendo ſine mandato.h. d. fa-
2 cit s̄.de ꝯh.emp.l.dudum.& s̄.qui teſt.fa.poſſ.l.j † Qn̄q.tn̄ *a* fratri
a acqr̄it ex ſuo ꝯctu,vt in feudis,non tam ex r̄ła ꝯctuum, q̄ benefi
cio dn̄i, ſ̄m Odoſ.vt in c.1.§.ſin aūt vnus,de his,q feu.da.poſ.col.
x.*Hæc ponit* Odoff.in ſua laudabili ſumma feudorū.nec expe-
dit apponere *illa verba* inflexa,videlicet talis dn̄s conceſſit mihi
recipienti nomine meo,& agenti proprio noīe fratris mei abſen
b *tis.b* quæ verba ſonant quendam circuitū, ſed valet, ſi dicat ita,
concedo Baldo tale caſtrum in feudum,ita ꝙ habeat ipſe,& fra
ter in feudum,ſecundum Odoff.quod eſt no.

ADDITIONES.

a Quandoq; tamen.Sed Bar. videtur expreſſe tenere contrarium in l.ſi mihi & Titio,ff.de verb.obl.
b A.B.Fratris mei abſentis.No quod in contractu feudali frater acquirit abſenti.vide quæ notaui in c.1.de bene.fra.& c.1.de duo.fra.a capit.inueſt.

De Relationibus. *Rubrica.*

¶ No.ꝙ relatio quandoq; eſt neceſſaria, vt quando eſt commiſ
ſa diſcuſſio ſola.Quandoque probabilis,vt quando dubium eſt
a ſuper intellectu alicuius puncti difficilis.Quādoque temeraria,*a*
vt quando refert cauſa ſe exonerandi,vt ff.de iud.c.l.eum quē te
mere,§.iudicibus.& in Auth.de iud.§.fi.& in Auth. in medio li-
tis non fieri ſacras iuſ.§.1.j̃.de fal.l.vbi.ff.de off.Procon.l.ſi quis
erit.extra,de reſcrip.c.auditor,in Clem.extra,d offic.ordin. cap.
ordinarij.lib.6.ff.de reg.iur.l.Neratius.Adde,dicit Inno.quod li-
bellus ſupplicatorius referendarijs porrigitur.extra , de reſtit. in
integrum,c.ex litteris Et de materia relationis not.extra, de ap-
pellat.c.intimari.de offi.deleg.c.licet.extra,de fideiuſſ.ca.conſti-
tutus.per Innoc.

ADDITIO.

a Quandoque temararia.Vide in l.prox.& Bal.in l.quæ ex relationib.ſup.de leg.

LEX PRIMA.

1 *Appellatio fingitur recepta,cum per appellantem non ſtat, quominus offeratur.*
2 *Relationum obſeruantia,quæ,& quanta ſit.*
3 *Conſilio ſapientis cauſa non debet committi quando articulus eſt certus.*
4 *Reſcriptum,per quod petitur committi cauſam alij iudici, debet facere mētionem de proceſſu habito coram primo iudice.*

SI quis. Habens referre,pronunciare non poteſt.Item
ſi primo pronunciauit,relatio ſua appłonē no
impedit. Item debet referre factum inſtructum, non in-
ſtruendum.Item copia relationis partibus edi debet:& ſi diſpli-
1 ceat alicui, contradicat in continenti.hoc dicit.† No.quod fingi
tur appellatio recepta,cum non ſtat per appellantem, quomin⁹
offerat appellationē.hoc dicit, gl.quę incipit,fingitur enim, &c.
Item no.quod qui non contradicit,conſentire uidetur. Itē not.
quod hęc lex inſtruit iudicem,& partes in ſimilibus,videlicet ꝙ
quando cauſa committitur conſilio ſapientis, cuius conſilio o-
portet ſtare ex forma ſtatuti,quę commiſſio non debet fieri,ni-
ſi datis ſuſpectis,& confidatis utriuſq.partis,& idem eſt,quando
a Tabelliones eliguntur *a* in cauſa, ut no.in Authen.de trien.& ſe
mis.§. & quod ſępe,ſuper verſi.artificis.qui Tabellio debet eligi
vtriuſque partis expenſis,ut ff.fi.regun.l.4.§.quod ſi menſor, &
1 ff.fam.erciſ.ex parte.† Deinde *b* conclude, quod plura deno-
b tat lex.obſeruanda in relatione.Primum,ut non pronunciet,q
referre voluerit. fallit in caſu,vt in gl.Secundum,vt relatio ple-
ne fiat. Tertium , ut ipſa relatio edatur partibus apud acta.eſt &
quartum, ꝙ non fiat per ambages,& verbo, ſed in ſcriptis.& ſo-
la neceſſaria conſcribantur,vt j̃.titu.1.l.ampliorem,§.in refuta-
torijs.& s̄.de preci.Impe.offe.l.fin.Item exigitur & quintum, ꝙ
c non fiat animo exonerandi , *c* ideſt ad hoc vt remittatur ei onus
iud. candi, vt Auth.vt Iud.non expec.ſacras iuſſ.§.iubemus.dū
tamen ſit talis , qui pronunciare poſſit:alioquin ſi iudicare non
poſſet,recte fiet relatio,vt ff.de offi.Proconſ.l.ſolet,in princ.& l.
ſi quid.& j̃. de fal.l.vbi,& vide quod no.ff.de procurat.l.qui ꝓ-
curatorem dat.Item & ſextum neceſſarium eſt,ut q refert, aut
conſuluit ſuperiorem,dubitet in iure,non in facto,vt ff.de iud.l.
cum,quem temere,§.Iudicibus,& in Auth.de iud. coll.6.quod
d no.Ex hoc *d* vltimo not.† ꝙ ſi iuris articulus eſt certus,cauſa nō
3 debet committi conſilio ſapientis,quia qui hoc petit,calumnio
ſe petit.Eſt & ſeptimum, ꝙ non fiat cauſa vitandi odij partium.
Eſt & octauum,quod non fiat aliqua humana gratia,vel ſorde.
4 † Extra dubitatur:*e* quidam petit cauſam alij iudici committi,
e nunquid de proceſſu habito coram primo iudice debeat facere
mentionē? Hic eſt arg.ꝙ ſic, videlicet de ſtatu cāæ. pro hoc ff.de
app.recip.l.pe.& exp̄ſſum vr̄ extra,de re iud.ca.inter monaſteriū
& in c.in p̄ſentia, extra de proc. Audio,ꝙ curia Romana ſeruat
ꝙ debeat fieri mentio,ſi lis erat conteſtata:al̄s non,ꝙ eſt rōnabi
le,quia ante litem cont.cauſa non eſt in aliquo ſtatu.

ADDITIONES.

a Eliguntur.Vide in l.prox.& Bal.in l.apertiſſimi,in prin.ſup.de iud.
b Deinde.Vide Bal.in l.quæ ex relationib. de leg. & quod no. in l.iudices,ſu.de iud.& per Can.in c.intimaſti.ext.de app.
c Exonerandi.Vide ſup.in rub.
d Ex hoc.Vide Bart.in l.ille,aut ille,§.cum in verbis,ff.de *lega.3.& in l.quæ ex relationib.ad fi.ſup.de le.3.*
A.B.Ex hoc Not.ſi articulus iuris eſt certus, non debet committi conſilio ſapientis Bald.in l.ancilla.ſupra de fur.l.2.ſup.de leg.Barto.in l.ille , aut ille,§. cum in verbis,de leg.
e A.B.Extra dubitatur. Tene hoc menti,& no.quod debet fieri mentio quod lis ſit conte. alias reſcriptum non tenet.& tu no.quod quo ad nullitatem priuilegij,dicitur lis pendere a tempore commiſſionis cauſæ.facit quod not.in c.fin.de reſcript. ſed ad perpetuandum iuriſdictionem dr̄ lis pendere a tempore citationis,c.gratū, de offic.dele.ſed quo ad alios effectus, litigioſe dicit̄ pendere , quando emanauit citatio ſecundum formam Clem.2. vt lite pend. vide quod not.in c.cauſam,quæ de teſtib.& uide do.Pet. conſi.16. vbi impetratio *facta* l.1.*pend. eſt nulla*,ſi non fiat mentio de lite penden. & limita hoc , niſi fieret gratia , quia tunc li.penden. valeret , ſecundum do.Anto.in c.2.de in integ.reſt. & ibi alleg. Io.And. & Inno. in c.dudum,el 2.de lect.& hodie fuit illud dictum alleg.in facto . vide quod nota Bald.in l.præſcr.ſupra ſi contra ius,vel vtilit.pub.vide cap.fi. vt lite pend.non facta mentione lit.penden.quod eſt contra Inno.nemo tangit uide Inno.& Bald.& alios in c.fin.de proba.& do.Abb.in c.1.de reſcr. & quæ ibi dixi: ubi priuilegium contra reſcriptum non valet , niſi fiat mentio lit.conteſt. vide Goff. & Docto. in c.dilecti,de excep.vbi non debet fieri mentio de actitatis poſt app.interpoſitam. vide quæ ibi dixi,& limita,niſi proceſſus eſſet nullus,c.tenor,de iu.& quæ ibi dixi.vide quæ dixi in d.capit.inter monaſterium Sali.in l.2.C.vt li.penden.vbi pulchre loquitur gloſſ.in c.ſuper literis,de reſc.Bald.in c.cum dilecti, de reſcr.vbi dicit,quod ſi per ſecundas literas adiuit iudicem primarum literarum,non eſt opus facere mentionem de ſtatu cauſæ,quia datur continuatio, c.coram , de of.deleg. vide quod pulchre not. Inno.& alij,in cap.dilectus filius Abbas S.Stephani de reſc.vide Bald.in l.tutor,ff.de exc.tut.ubi pubchræ loquitur. vide eundem in l.Deo nobis.C.de epi.& cle.vbi dicit,quod litis pendentia in cauſam matrimoniali, nō facit cauſam matrimonialem litigioſam.uide dom.Pe.in cap.nonnulli ,§.1.de reſcr.vbi alleg.rationem , quare debeat fieri mentio litis.vide Lap.alle. 89. vbi dicit quod valet reſcriptum impetratum in cauſam matrimoniali , licet non fiat mentio de proceſſu,vel de ſententia,uide text.& glo.in c.ex litteris,de offi.de lega.gl. in c.prudentiam,§.ſexta,de offic.de l. vbi ſi lis eſt inchoata coram ordinario , & impetratur iudex delegatus,debet fieri mentio de lite in cæpta coram ordinario. uide gloſſ.in capi. vt debitus,de appel.Gof.in c. dilecti,de exc.& dom.Abb.pulchre loquitur.vide c.bonæ,de confir.vti.vel inuti.in c.dilecti,de excep.ubi dicit,ꝙ non debet fieri mentio,ſi actus eſt nullus.

LEX II.

1 *Strepitus iudiciorum conquieſcit poſt lapſum omnium dilationum.*

Super delictis. Relatio dicitur , quādo plena ueri-
tas in ea continetur, & in cā eſt cō-
cluſum lapſu omnium terminorum,vel partium conſenſu.h.d

2 † No.hic.in gl.l.partes,ꝙ poſt lapſum omnium dilationum iudi
ciorum ſtrepitus ↄquieſcit:mimirum, qm̃ iſte ſtrepitus non dẽt
eſſe mortalis,ſed dẽt accipere finem.& iſte rõ mouet. Legislato
rem ad præfigendos terminos peremptorios, qui hñt claudere
a voces,& organa litigatorum, ita ꝙ nec amodo *a* de iure, vel de
facto poſſit allegari, quod de neceſſitate ſit regiſtrandum, vel
tranſmittendum cum actis.& hæc eſt intentio Inn. in c. paſtora
lis.extra,de cau.poſ.& propriet.

ADDITIO.

a Quod nec amodo.poteſt tamen iudex condemnare ad fructus perceptos poſt cõ-
cluſionem in cã,vt no.Bald.in l.cum propria,in fi.ſu.ſi quis alie.vel ſibi.& inquã-
tum hic dicit Bal.ꝙ poſt concluſionem in cauſa nihil,&c.uide eundẽ Bal. ĩ auth.
iubemus,ſup.de iud.& in l.cum a nobis,ſup.de dila.uide tamen not.Do.Bal.in l.j.
ad fi.ſent.reſcin.non poſ.& quod ipſe no.in authen.qui ſemel,in fi.ſu.de prob.&
omnino in l.nec cauſas,inf.titu.1.

LEX III.

1 *Pręſes ſi Principem conſuluit, & Princeps moritur,an reſpõſa ſucceſſoris expectari debeant.*
2 *Grauatus per relationem,an appellare poſſit.*

Si quando. Pendente relatione,iudicis offm̃ cõquie
a ſcit. h.d.& ẽ arg.*a* ꝙ iudex, q ↄmiſit cãm
conſulendam,ſnĩam ferre non poſſit, donec receperit cõſilium
Conſultoris,vel Conſultori labatur terminus ad ↄſulendum.&
b eſt rõ,*b* qa iſta ↄmiſſio eſt p̃iudicialis,argu.ff.de excu.tut.l.dixi-
mus,& in c.q̃diu,de app.in Cle.& qa app.pendente nihil ẽ inno
uandum, vt s̃.de dilat.l.ſiue pars. niſi innouaretur de voluntate
vtriuſq.partis,vt l.j.in fi.ff.de Præto.ſtip.Nam applõ, relatio, &
excuſatio ↄueniunt,& paria ſunt in iuriſdõne iudicis ſuſpenden
da,vt no.Io.And.in rub.ext.de app.li.6.in Nouel.& in c.ltĩma,đ
1 ap.eo.lib. & đt, ꝙ hoc eſt not.ibi vide.† Quæro, ſi Præſes conſu-
luit Principẽ,& Princeps moritur,an dẽat expectari rñſum ſuc
ceſſoris? Rñd.ſic, qa ↄſultatio ↄcernit principalr̃ dignitatẽ, quæ
non morit̃, ut l.quod principi,de leg. 2. licet pſona ſit organum
ipſius dignitatis, ſine quo dignitas nil facit.Idem eq̃, ſi moritur
Præſes.Nam ſucceſſor dẽt expectare rñſum, vt ff.de mi.l. verũ
§.ex facto.Non ob.ff.de cura.fur.l.cuius bonis & s̃.de cadu.toll.
l.j.§.ne aũt,qa fides & induſtria ibi fuit electa.& br̃ ↄſideratur ad
uerbiũ,tanq̃,nam aut tanq̃ dignitas non expirat,aut tanq̃ perſo-
na in dignitate,& tunc aut illa dignitas imprimit in actu,q geri-
tur,aut demõſtrat cũ quo geratur.primo caſu ↄmiſſio eſt realis:
ſcđo eſt pſonalis;qa primo pſona ẽ ĩmediata cã ↄmiſſionis, vt ĩ
c.ſtatutum,in prin.extra,de reſcr.lib.6.in dubio,aut qd iuris? Rñ.
aut fides ſumit̃ rõne officij, vt qñ teſtõr relinqt executorẽ Prio
rem p̃dicatorũ, & tranſit ad ſucceſſorem:ei.n.committit̃ tãquã
perſonæ pfectę in Chriſto,vt in epiſtola inter clares,in fin.ſup.de
ſum.Trin.aut dignitas actuis nihil confert,& tunc expirat,vt in
compromiſſo:qa compromittere eſt qd pſonale,vt ff.de arb.l.in
compromiſſo.Adde qđ no.Bar.ff.de vul.& pup.l.q liberis,§.hęc
verba. & Ioa.And.in ca.fi.de teſt.lib.6.& not.ꝙ qñ ponunt̃ talia
verba,talem priorem q pro tpe erit,fit indiſtincte translatio of-
ficij in ſucceſſorem,vt s̃.de teſt.l.conſulta diualia. Vnum ſcias,ꝙ
duplex eſt qualitas,ſ.ſub̃alis rõne ſui,& demõſtratiua.Prima ceſ
ſante finitur officium,qa ſine ea durare non poteſt,vt ff.de capi.
dimi.l.tutelas.Secũda ceſſante tñ diſpõ durat,vt l.qd ergo,ĩ prin.
ff.de his,q no.infa.l.ſi cogatis,ff.de reb.dub. & in c.ſtatutum, de
reſcrip. lib.6. & in c.1.ſi teſtes pares eſſe deſierint.colla.decima.
2 Quæro,an grauatus p rĩonem, poſſit appellare? & vr̃ ꝙ ſic, vt l.
c 2.ſup.eo.& ff.de app.l.1.§.quæſitũ.In ↄ̃rium vr̃,qa aut qs vult ap
pellare a relatione,ſiue conſulatione, q̃ iudex Principi facit, &
ualet,vt d.§.quæſitum.verſ.hic conſequenter. & qa eſt ĩterlocu
toria,a qua appellare non licet,vt l.ante.ff.quorum app.non rec.
aut vult appellare poſt reſcriptum.& tunc aut ab ipſo reſcripto,
& non poteſt,vt ff.a quib.appe.non lic.l.1.aut vult a ſententia, &
tunc aut eſt lata ↄ̃ formam reſcripti,& non appellatur,qa ſentẽ-
d tia non valet;aut ſm̃ formam *d* reſcripti, & non poteſt appella-
ri,ſicut nec poſſet a Principe,vt ff.qñ appel.ſit.l.j.Sol.dic,ꝙ a sẽ-
tentia lata ſm̃ reſcriptum Principis non errantis appellari nõ p̃t:
ſed ſi Principis conſcientia fuit circunuenta,bene poſſet appella
ri,licet ſi Princeps ferret ſententiam pro ſe,non appellaret̃. Vel
dic apertius,ꝙ tres ſunt actus.Primus eſt actus ipſius ĩterlocuto
riæ ſententię, qua pronunciat Principem conſulendum : & ab
iſto non appellatur,qa nullum eſt grauamen, ſi vult hr̃e ↄſilium
de iure.Secundus eſt actus,qñ reſcribit,& tũc ſi fuerunt aſſerta
aliqua falſa,vel ſimulata,vel tacita veritas eo abſente,vel ↄ̃dicẽ-
te,poteſt appellari,qa ab interlocutoria, quæ ingerit difficultatẽ
circa cãæ deciſionem,p̃ot appellari,vt ff.de mi.l.intra vtile. Ter-
tius actus eſt ſententiæ per iudicem latę ſm̃ formam relationis.
& ab iſta p̃ot appellari pp mẽdacia in reſcriptio inſerta, cũ pars
non conſenſerit relationi.& dicit Cy.ꝙ contradictio poteſt fieri
in eadem charta. Et ſic intelligitur, ꝙ ſi fiat alicui proteſtatio p̃-
pter inſtrumentum, ꝙ reſpõſio debeat. & poſſit poni in eodem
ſi,non autem debet agere de nullitate,vt no.in l.j.§.1.ff de inof.
teſt.ſicut dicimus, illud eſt pronunciare quem liberandũ, aliud
quem liberatum,vt ff.de iud.l.qui ſe dicit. Conſidera, quod aut
f lex *f* dat formam g actui fiendo: & illa eſt talis forma, quæ con-
g tinet ſolennitatem actus, & tunc forma non ſeruata actus ſta-
tim eſt nullus, quia forma dat eſſe rei, & ubi deficit forma,defi
cit eſſentia rei. Aut lex dat formam actui facto,quę forma habet
conſeruare rem in eſſe, tunc aut lex vltra procedit annullando,
ſed dando modum annullandi, & tunc niſi petatur caſſari, vel
annullari, bene valet: & iſta eſt theorica Domini Dyn. Modo
ex hoc venio ad quæſtionem propoſitam. Nam ſtatutum de in-
ſinuando loquens annullat:ſed aliud ſtatutum diſponens de caſ
ſando, diſponit de modo annullandi, ſcilicet, ꝙ petatur caſſa-
tio, & vult vires teſtamenti interim eſſe in potentia ſua,donec
petita fuerit caſſatio.ergo verbis ſtatuti inhærere debemus, quia
quando agitur condictione ex lege, debemus in libello vti ver-
bis legis,alias non intentamus condictionem ex lege. Ex hoc vr̃,
ꝙ ſtatutum prædictum,quod annullat trahatur ad aliud ſtatutũ,
quod ponit modum annullandi;quia promptum eſt ſtatuta ſta-
tutis concordare,vt l.1.s̃.de inoffic.donat. Teneas quod plus pla
8 cet. † Ex prædictis apparet,etiam dictus libellus *b* procedit, peto
h caſſari,quia nullum: & tunc caſſari refertur ad factũ cuiuſdam
executionis. Item procedit iſte libellus, peto caſſari, quia caſſari
debet,qñ iſta caſſatio requirit ſententiam, quæ ad ius refertur. e-
xecutiua ergo libelli,non eſt neceſſe petere, & exprimere in li-
bello,ſed eſſentialia ſic.& facit quod no.Innoc. extra de priui.c.
ex parte Abbatiſſæ.& ff.de arb.l.quid tñ,§.ſi arbiter, & quod no.
s̃.de ſenten.& interlo.l.Præſes.& s̃.eod.l.eos,in prin.Item eſt re-
gula vera in libellis,ꝙ qui petit aliquid,vr̃ petere omnia,per quę
peruenitur ad illud. Item omne, quod ſequitur ex ipſo,quod pe
tit. Nam ita eſt in libello conuentionali, cauſa enim idem eſt,ꝙ
9 radix libelli,& qui non intelligit radicem, nihil nouit. † Quæro,
nunquid appellatio a muneribus & honoribus dicatur interpo-
ni in iudicio,an extra iudicium: nam ipſa nominatio fit ſine ſtre
pitu iudicij,nec requirẽdus eſt nominatus, vt patet ex forma tra
dita inf.de Decur.l.nominationum forma, & in Authen. de de-
fen.ciui.§.interim? Reſpondeo,appellatur ab actu iuriſdictiona-
li,non tamen iudiciali;ſed iudicium incipit ab ipſa appellatione,
ſecuta citatione,vt j̃.de temp.appel.l. fina. ſed principium ſumit
10 a iuriſdictione voluntaria.† Item quæro,an a grauamine extra-
iudiciali poſſit appellari? Dixit Bar. ꝙ a ſnĩa arbitramẽtali poteſt
appellari,ex iuſta cã; & habet effectum, vt interim innouata re-
uocentur, & debebunt obſeruari tempora appellationum: ſi tñ
nolit appellare,ſed petere reduci ad arbitrium boni viri,non de-
bent obſeruari dicta tempora.ita no.ipſe, ff.de app.reci.l. fi. Ego
ↄtrium dico, tum quia ex iſta ſententia non oritur actio in factũ,
vt no.s̃.de arb.l.1.tum quia ſi poſſet appellare,ergo eſſent ſtatuti
decem dies ad appellandum,ſed natura iſtorum decem dierum
hæc eſt,quod ille, qui non appellat, ſuo facto iudicatum confir-
mat,& conſentit, vt s̃. quomodo & quando Iudex l. ab eo. & s̃.
de ſent.quę ſine cer.quan.l.fi.Item ꝙ poſt decem dies ſtatim trã-
ſit in rem iudicatam,ita quod deinceps non valeret ſententia ↄ-
tra ſententiam,vt in c.ſi appellationem,de app.in Cle.Non obſt.
ff.de app.l fi.§.item reſcripſerunt, vt ibi no. quia ibi non eſt pro-
prie appellatio,ſed officij Iudicis imploratio.

ADDITIONES.

a Vtrum appellatus. Vide Bar.hic idem tenentem.
b And.Barb.Quærit Inno.Vide Bart.in l. is apud quem ſup. de eden.& ibi plene ad Bar.remiſi,quia Fed.de Sen.tenet contra,licet iſti non allegent.Vide Bar.in l.2. ſupra,vt lit.pen.& in l.fi.ſup.de eden.dixi in d.c.perpetuus.
c Aliquis petit.vide Bar.in l.1.§.edenda,cum ſi.ff.de eden.
d Silentium.Vide Bar.in l.fi.in fi.ſup.de eden.
e Si autem ſtatutum.Vide Bar.in l.vniuerſa,ſup.de preci.imper.offer.
f And.Bar.Conſidera ꝙ aut lex.vide qđ no.Bar.in l.vniuerſa,ſup.de prec.imp. off.
g Lex dat formã. Vide in l.cum lex,ff.de fidei.Bar.in l.vniuerſa,ſu.de prec.imp. off.
h Libellus.Vide Bar.in l.quæ.ſub conditione,§.fi.ff.de cond.indeb.

LEX VIII.

1 *Negatiua per eum,qui ſententiam exequi petit,eſt probanda.*
2 *Executor non poteſt aliquem citare,quomodo intelligatur.*
3 *Negatiua,quod appellatio non fuit proſecuta,productis actis,probari põt.*

Si contra. Si conſtat appellationem nõ ꝓſecutam, ela-
pſis tẽpibus proſequendi,ſnĩa mandatur inte-
1 rim executioni,niſi interim ſit tranſactum.h.d.† Quæro, vtrum
a iſta negatiua ſit probanda per eum,qui petit ſnĩam exequi? Rñ.
tex.eſt hic no.ꝙ ſic,dum dicit, Rector ꝓuinciæ animaduerterit,
& in iſta probatione debet citari aduerſarius, cũ requirat̃ cauſæ
cognitio.& de hoc eſt tex.magis exp̃ſſus,qui ſit in iure,inf.de tẽ-
2 po.appe.l.2.in fine.vbi videas.Sed ↄ hoc vr̃,nam † executor non
põt aliquem citare,ut no.Inn.extra,de app.c.ex ratione. Sol.illud
eſt verum,qñ executio eſt liquida:ſed hic non liquet, an debeat
fieri necne.vñ oportet,ꝙ pars citet,argu.ff. de re milit.l.3.§. ſi ad
diẽ.& no.s̃.de iud.l.j.de iur.& fac.igno.l.j.& ibi per Cy. vbi vide
b Vnde conſuluit *b* Bar.per hanc leg.ꝙ licet applo ſit deſerta, tñ ñ
põt ſnĩa executioni mandari, niſi parte citata. hoc ipſe ponit in
3 l.j.nil nouã.app.interp.quod dic vt dixi s̃.eo.l. eos in princ. † Sed
c qualiter *c* probabitur iſta negatiua? Rñd.aliquid non eſſe actum
probatur productis actis:nam quod ibi non reperitur,præſumit̃
non eſſe,vt l.fi.s̃.de iur.& fac.ign.& facit quod no. j̃.tit.1.l.j. Quę
ro,de quo Rectore loquitur hęc lex? Reſpondeo, de eo, qui tu-
lit diffinitiuam,ad quem executio decurrit, ſi habet iuriſdictio-
nẽ executiuam:alias Iudex ad quem exequitur, licet appellatio
ſit deſerta, vt ff.de pac.l.tale pactum,§.qui prouocauit, & ibi no.
Item no.in cauſa appellationis tranſigi poſſe,& hanc exceptionẽ
poſſe opponi in executione ſententiæ, ſic ff.de cond.indeb.l.ele-
ganter,§.ſi poſt.

ADDITIONES.

a Vtrum iſta.Vide inf.prox.& in l.ſeq.per Doct.
b Conſuluit.Vide Bal.per illum tex.in l.2.in fi.inf.tit.1.
c Sed qualiter.Bar.contra,inf.l.prox.

LEX

LEX IX.

1 *Cauſæ propriæ defenſio denegari non debet domino.*
2 *Negotiorum geſtor per litem conteſtatam dominus litis efficitur.*
DOMINUS. Dn̄s cauſæ pōt appellationem interpoſitā a
ſuo procuratore tractare,& exercere,tam p̄
1 ſente q̄ abſente procuratore.h.d.† No.ꝙ non dēt negari defen-
ſio propriæ,cauſę dn̄o,ſm Iac.But.quia non dēt dn̄s propria lite
carere , vt ff.de proc.l.q̄ oīa.& l.ſeq.No.ꝙ iſtud nomen,dn̄s,qn̄-
que ponitur pro eo,ad quem ſpectat ꝯmodum,& incommodū,
qn̄que ponitur pro eo, qui conſtituit procuratorem , & qn̄que
ponitur pro procuratore,qui litem eſt conteſtatus,vt ff.de appe.
l.ab executore.§.fin.hic aūt ponitur primo modo pro eo, qui eſt
2 dn̄s cauſæ,& cauſati. † Item negotiorum geſtor efficitur dn̄s li-
a tis per litis conteſtationem,ſicut verus *a* procurator, ff.qn̄ appel.
ſit.l.j.§.defenſori.in gl. Quæro nunquid procurator appellando,
b fiat dn̄s *b* litis appellationis? Rn̄deo,aut habet mandatum ad ap-
pellandum,& proſequendum : aut non . primo caſu licet poſſit
proſequi,tn̄ ſola appellatio non facit eum dn̄m litis,ſed litis con-
teſtatio,vel quaſi in cauſa appellationis, niſi de conſenſu procu-
ratoris,& aduerſarij,vt ff.de proc.l.quæ omnia.poſſet tamen ad-
hęrere pro ſuo intereſſe, vt ff.de proc.l. Paulus.ſecundo caſu nō
extendit ſe mandatum, niſi ad appellandum tm̄, non ad proſe-
c quendum, *c* quia proſecutio mutat forum. Adde quod no.ff.de
procu.l.qui proprio, §. ideo quæritur . Item adde quod not. in l.
proxima.

ADDITIONES.

a P.D.Verus.Et id adeo eſt uerum,ut etiam in ciuilib.appellare poſſit,licet mandatū
non habeat,vt l. liberto,§.fi.ff.de neg.geſt.ſi modo dominus intra app.tpa ratum
habeat,l.2.in prin.de app.recip.iuxta doct.huius in c.Nicolao militi. ult. q.de ap-
pel.& per Archi.in c.ſolet,2.q.6.quin etiam & appellationem proſequi debet , a-
lioquin de neglectis tenetur,ſecundum Car.in clę.1.6.no.de proc.
b Dominus.Vide D.de Ro.concl.227.
c Proſequendum.Vide l.inuitus.ſup.de procu.

LEX X.

1 *Actor a Præſide conſtituitur curatore poſtulante.*
2 *Lite finita,officium ipſius litis finitur ipſo facto.*
a SI ACTOR. Actor ordinatus *a* ad cām , deſinit eſſe actor per
appellationem,& iō cām appellationis proſequi
non poteſt.h.d.But.Vel ſic,Expletis finibus mandati, ceſſat mā-
datum.h.d.& eſt rō, quia decretū Iudicis non extendit ſe ad fu-
turam cām,vt l.item eorum,§.qđ actor,ff.quod cuiuſque vniu.
Item qa p appellationem incipit eſſe alia cā , & nouū litis exor-
dium,quia tractatur de facto ēt nouæ perſonę, ideſt de facto iu-
dicis. Iō noua lis eſt,vt l.pen.ff.iud.ſol.Quid de procuratore? Rn̄.
& ad futura pōt conſtitui procurator:& iō conſtitutus ſimplici-
ter,ꝯſtitutus vr̄ in omnem cām,arg.ff.de fideiuſ.l. ſi quis pro eo,
§.ſi nummos.Item cā principalis eſt mater, cauſa vero appella-
1 tionis eſt filia. † Quæro, vtrum actor conſtituatur a curatore,an
a Pręſide? *gl.dicit*, quod a Præſide, curatore poſtulante , & hoc
patet,quia *conſtituitur* per decretum,vt inſti.de cura.§.fi. Item
curator dēt corā iudice probare cauſam,vel cauere de rato,vt ff.
rem ratam hab.l.actor.cum *igitur* Iudex cognoſcat, ergo & de-
cernit.Item hoc cōſtituere eſt mixti Imperij,ſed curator, qui eſt
priuata perſona,non habet mixtum Imperium. Non obſtat lite
ra,q̄ dicit,ordinatus,quia verum eſt,ꝙ curator ordinat eligēdo :
vel verius ſuo periculo nominando . Ideoque perfunctoria cāæ
cognitio ſufficit,quia cum curator ſit idoneus,& probatus, ſuo
periculo nominat , & de cauſa creditur ipſi : ſed Iudex efficitur
decernendo. Alij dicunt,ꝙ ipſe procurator pōt ꝯſtituere dicen-
do,ꝯſtituo;tn̄ Iudex habet ꝯfirmare,& quælibet forma bona eſt
2 ſm Bar.ſed prima melior. † Vltimo nota, ꝙ finita lite finitur ip-
ſius litis officium ipſo facto,p̄terq̄ ad appellandum, quia appella
tio reſcindit pronunciatum.quod dic,vt ff.de procur. l. inuitus.
& l.neque tutores,& adde quod no.s̄.quomodo,& qn̄ iudex.l.ſi
præſes. Pone, ꝯſtitutus eſt Syndicus duraturus per annum , qui
fecit in cauſa multa acta,alius eſt creatus , vtrum ſi primus eſt le
galior:teneatur proſequi cauſam? Reſp.ſic:ſm Dy. & Bar. quia
non poteſt aduerſarius meus mihi iniuriam facere , vt ff. de ap-
pel.l.fi.§.fi.quod nota.

ADDITIO.

a And.Bar.Actor ordinatus.Vide Do.Ant.in c.pen.de procu. ubi tenet contra Bart.
in eo,quod dicit in hac lege.

LEX XI.

1 *Notorium habet vim ſententię.*
2 *Priuilegium non tollit priuilegium.*
3 *Notorium non indiget probatione.*
4 *Ciues dicuntur proprie originarij,& non qui de foris veniunt.*
5 *Appellari poteſt a grauamine notorio,cauſa in appellatione non expreſſa.*
6 *Notorium facti ſine viſu & ſcriptura authentica probari non poteſt.*
7 *Notorium eſſe non pōt factum in villa, vbi non habitant niſi quinq; hoīes .*

CIUES,& INCOLE. Manifeſta excuſatio non ꝓdeſt
ei, qui non appellat : & eſt ratio
quia vr̄ ei tacite renunciare. Item poſt ſnīam non poteſt quis ꝓ-
bare de veteri iure ſuo,quod per ſnīam eſt ſopitum.Item mani-
a feſta non indigēt probatione:ad hoc allegatur. Per hoc patet,*a* ꝙ
ille , q dicit aliquem vſurariū manifeſtum dēt hoc probare per
actus apertos,& indubitatos;non p coniecturas:quia vbi conie-
ctura,ibi veritas non eſt per ſe nota, niſi lex ſtatuat talem conie-
cturam vim probationis habere,ff.de in integ.reſt.l.diuus , ff. de
leg.j.l.licet Imperator.de per.tut.l.ſi tutor.ff.de verb.obl.l.conti
nuus,§.cum ita.ff.de prob.l.cū probatio.ff.de ædil.edic.l.quæro,
§.fi.extra,de pig.c.illo vos,extra,de emp.& vend. c. ad noſtram.
2 †No.quod notarium hēt vim ſnīę,niſi in his,in quib. per ſnīam
augetur effectus.qui p ſolam veritatem non naſcitur,vt in priuā
do aliquē ſuo beneficio.Item no.ꝙ priuilegium non tollit priui-
uilegium,vt no.ff.de teſta.mil.l.dotalem.& uide l.non tm̄,§.ſi e-
mancipatus,ff.de ꝯtab.per Bart. Item no.ꝙ priuilegium dēat al-
legari,ff.de iud.l.ſi quis ex aliena.Circa quem articulū ſic diſtin
guo:ꝙ aut eſt prohibitoriū,cui renunciari non poteſt,& illud al-
legari non oportet extra,de fo.ꝯpe.c.ſi diligenti.aut permiſſoriū,
& oportet allegari,vt d.l.ſi quis,aut impugnatoriū,& dic vt l.vir
bonus,ff.de iud.ſol.aut iuriſdictionis ipſo iure ſuſpenſoriū,vt pri
marum feriarum , & dic , vt l.j.ff. de fer.& ſupra de Iudæis.l.die
3 Sabbathi.†Quæro,nunquid notorium indigeat probatione? Rn̄-
det gl.ꝙ non:& eſt rō,qa notorium proprie eſt illud , quod ante
oculos ſitum eſt: vel eſt veritas in mentibus hoīum ita radicata,
ꝙ euelli,vel ocultari non poteſt, & in reliquis ꝑmanet , vt plene
dixi s̄.qūo,& qn̄ iud.auth.q ſemel.item notoriū eſt,cuius termi
3 ni conſcientiam Iudicis non fallunt,nec fallere pn̄t.† Quęrit gl.
b *b* qui proprie dicantur Ciues? & đt ꝙ originarij,nō q de foris ve-
niunt.qa illi vocantur incolæ. Et facit ad repſalias conceſſas ꝯ ci
ues Peruſinos ut alios q̄ originarios non ꝯprehendant , p̄ſertim
cū repſaliæ ſint odioſiſſimæ , & ſtrictus interp̄tandæ. Nam ſicut
noīe filiorum,non continentur niſi natiui, non adoptiui : ita hic
non continentur niſi ciues nati, & non ciues per priuilegiū ado-
d ptati , quod tene menti. *Alij* aliter dicut,*d* vt no.j̃.de incol.l.ci-
ues.& illa p̄t eſſe vera, vbi agitur de fauore,non vbi de odio, arg.
5 in l.cum quidam,de lib.& poſth.†Quæro nunqd poſſit appellari
c *c* a notorio grauamine cā non expreſſa in appłone? Rn̄deo ſic,qa
notorium intentat ſe ipſum , nam ſeipſum exhibet , & demon-
ſtrat,nec oportet declarari,imo ſic,vt in Auth.vt cum de app.co
gn.§.cauſas.l.his conſequenter,§. 1.ff.fam.erciſc.facit extra, de
app.c.ex parte.extra,ut lite non ꝯteſt.accedens. & facit , qa ſicut
oportet munitum ope exceptionis agere , & munitū ope exce-
ptionis excipere,licet notoriū ſit.ſic oportet munitum ope appel
lationis appellare in forma ſolenni,licet grauatus ſit exp̄ſſe.Illud
f tn̄ no.*f* ꝙ ualet ſnīa *g* ꝯ notoriū, vt hic:ſed n̄ valet ſnīa appłonis ꝯ
g notorium,ut in ca.Romana,§.ſi aūt,de app.lib.6.†Vltimo circa
6 notorium ſic dicas.ꝙ notoriū facti non pōt probari ſine uiſu,vel
ſine authentica ſcriptura : & ideo ſi non haberemus ſcripturas,
non poſſet probari notorium de morte Cæſaris. Ita dicit Specu.
de notorio crim.§.iam de notorio.verſ.notoria facti tranſeunt.
vnde memoria abſtracta , & a uiſu amota , non facit notoriam
rem,ſm Spec.Oportet ergo,ꝙ probetur per teſtes uiuentes, qui
uiderint.Item dicit Spe,ꝙ in notorio tria requiruntur,loci qua-
7 litas,aſtantiū multitudo,& tp̄is qualitas. † Ex quib.infert, quod
factum in uilla,vbi non habitant,niſi quinque homines, non po
teſt eſſe notorium:eadē ratione nec factū in ſylua , vt ff. ad leg.
Aquil.l.ſi putator.Item nec factum de nocte , quia homines nō
poſſunt bene videre,vbi lumen deeſt.eod.§.& ver. & hæc eſt gl.
ordin.in l.ſi cum exceptione.§.in hac actione,ff.quod met. cau.
Ex prædictis apparet , ꝙ ſi eccleſia dicit aliquam terram eſſe de
ſuo diſtrictu,cū tn̄ non ſit in poſſeſſione , ꝙ per opiniones uete-
rum,qui non ſunt in rerum natura,nec pn̄t teſtificari de ali quo
vſu,talis iuriſdictio nō probatur.Nec ob.ꝙ eccleſia hoc ſemper
aſſeruerit,quia hoc non creditur ſibi pro ſe, vt ſupra de proba. l.
rōnes. Alij ꝯdicunt,arg.eo.quę no.in ca.literas,de ꝓba.in Clem.

ADDITIONES.

a Per hoc patet.Vide quod no.in l.interpoſita,ſupra de tranſa.& contrarium tenet
Bal.in l.cum proponebatur,de leg.2.
b A.B.Quærit gl.No.qđ proprie ciues appellantur originarij,uide gl.quæ all.pro ſin
gulari in c.ſtatutum,§.cum autem,de reg.iur.lib.6.idem dic,de ſubdito, quod in-
telligitur ratione ordinis,gl.eſt ſing.in c.1.de fo.comp.in uer.ſubditus , in Clem.
ſecundum Doc.in c.ſi.de fo.comp.de iſtis ciuib.vide Bal.in l.pignus, ſupra de pig.
ac.& plene vide ad Bal.in l.ſi Ruffinus.C.de teſt.mil.
c Ciues.Vide in contrarium,Bal.in l.ſiue poſſidetis,ſup. de prob. & in l. ſi non ſpe-
ciali,infra de teſta.& quæ ſcripſi poſt Bar.in l.ſi prouinciales,ff.de uerborum ſign.
& uide Doct.in c.ſtatutum,§.cum vero,de reſcrip.in 6.
d And.Barb.Alij aliter dicunt. No. quod non continentur ex *priuilegio* de repreſa-
lijs bene facit quod not.Bar.in l.3.§.ſi emancipatus,ff.de contratab.
e Appellari.De probatione notorij,uide not.per Bal.in auth.qui ſemel,ſup. quomo-
do,& quando iud.
f And.Barb.Illud tamen not.Bal.in c.inter cęteras,de re iud.alleg.iſtam l.quod ſnīa
notoria contra ius partis non eſt ipſo iure nulla. Vide dominum Abba. in capitu.
ſi.quando,de offi.deleg.
g Valet ſententia.Vide Bal.in l.1.ſupra.ne *filius pro patre.*

L E X XII.

1 *Modus detinendi,quis dicatur.*
2 *Appellatione pendente Iudex a quo detinet reum in carcere,donec ſit tempus mittendi ad iudicem ad quem.*
3 *Dictio,abſque ponit.*

Minime.In cã appellationis nihil eſt interim alterandũ,
h.d.Vel ſic,interpoſita appellatione,non debet
appellans cruciatibus torqueri,vel in carcere macerari,nec de-
tineri ſub fida cuſtodia, niſi ſit in cauſa criminali, & non inue-
1 niat fideiuſſorem idoneum.h.d.no.† Quærit gl. quis eſt detinen-
di modus? Rñdet notabiliter, quod debet conſiderari qualitas
perſonarum,& quantitas delictorum. Et no.ex hac gl.ꝙ pro ma
iori maleficio qs dꝫ cautius cuſtodiri,facit c.ſi clericus,de ſent.
2 excom.li.6.† Quæro, qs iudex *a* detinebit in carcere, utrũ iudex
a a quo,uel iudex ad quẽ? Rñdeo iudex a quo, donec ſit tps mittẽ
di ad iudicẽ ad quem,qa interim cũ incertũ ſit,ad quem dꝫat ꝑ-
tinere executio, nihil eſt circa carcerem innouandũ, niſi forte
trãſmittat eũ pſonał ad peragendũ actus,q nõ pñt exerceri ꝑ ꝓ
curatorem,tunc.n.ſub fida cuſtodia mittere dꝫt,& expedito il-
lo actu neceſſario,facit eũ ad ſe reduci, & non dimittet eũ apud
iudicem ad quem, ne ſibi ſua iuriſdictio ſubtrahat, ꝗ hꝛe pt ap-
płone deſerta.Vel dic,ꝙ in hoc obediẽdũ eſt iudici appłonis,tãꝗ
ſuperiori. Alij vero dñt,& hoc ẽt pt defendi de æqtate, ꝙ ꝓcu
ratorem ẽt cã capitalis agitabit,vt dixi ſ.eo.l.eos,§.ſup his.& fa-
cit,ff.de acc.l.ſi cui,§.cũ ſacrilegiũ. nã pp neceſſitatẽ caſus. ẽt in
capitali cã,ꝓcurator interuenit,arg.ꝟ.de re mil.l.tã collatores,li.
11.licet rła ſit in ꝯriũ qa ꝓcurator dꝫt conſtitui a dño.Sed nemo
eſt dñs membrorũ ſuorũ.item vbi pſentia,ibi eſt maior indaga-
tio.item ibi tormenta,& cętera cohærentia corpori,ut ſ.de cad.
toll.l.1.§.ne aũt.& quia fiſcus eſt magis dñs capitalis, ꝗ ipſi liti-
3 gatores,& qa lex iſta ſtatuit ad terrorem malefactorũ.† in text.
b ibi,abſꝗ;*b* no.de dictione,abſꝗ; ꝙ ponit; & facit ad poſitiones,
quas Aduocati in iudicib.faciunt,& tene menti.

ADDITIONES.

a Iudex.Vide Bar.in l.eos,§.ſuper his,ſup.eod.
b Abſque.De iſta dictione uide per Bar.in l.2.§.quod obſeruari,ſupra de iur.calum.

L E X XIII.

1 *Dictio,ex,denotat tempus immediatum.*
2 *Sententia cõmiſſione pendente,antequam commiſſarius conſulat,ferri põt.*
3 *Appellari an poſſit a ſententia eius,quem partes elegerunt.*

Ex illo tempore.Cauſa relata,uel referri ꝓmiſſa,
ideſt pronunciata referẽda , vel
appłone pendẽte, nõ ualent reſcripta in alterius partis fauorem
emanata,h.d.Vel dic,ꝙ ſuſpẽſa iuriſdõne,interim innouata non
1 tenent,h.d. Ibi,ex illo,no.ꝙ dictio.ex,appoſita ſup tpe ſignificat
immediatũ curſum. Fallit vbi fit tranſpoſitio tẽporum , vt cum
a dicimus,ex nunc *a* ,put ex tunc,vel ex tunc ꝓut ex nunc, aliqñ il-
2 la verba nihil importat,extra,de app.c.pterea reqſiſti.† Quæro,
b *b* vtrũ ꝯmiſſione pendente , anꝗ ꝯmiſſarius cõſulat, poſſit ferri
c ſnia? Dic ꝙ ſic,ſi reuocat *c* ꝯmiſſionem, ꝗ reuocare pt ẽt partib.
inuitis,vt ff.eo.l.Imperatores, per Bar. niſi ꝯmiſſio eſſet neceſſa-
ria ex forma ſtatuti, qa tunc cũ ſit de forma ꝓcedendi ad ſniam
3 debet expectari ꝯſilium.ut extra de elect. c.cũ ueteri.† Sed an a
d ſententia lata *d* per ſapientem electum de uoluntate partiũ,poſ-
ſit appellari? Dic ꝙ ſic,ff.eo.l.1.§.quæſitum.per Bar. & l. ex con-
ſenſu.eo.tit.per Barto.

ADDITIONES.

a Ex nunc.Vide gl.in l.2.ſup.de cod.
b Quæro.Vide Bar.in l.fi.ſup.de relationib.
c An.Bar.Quæro vtrũ.no.quod commiſſione pendente,põt ferri ſentẽtia,uide quæ dixi in c.licet,de offi.deleg.vbi probatur contra Bar.& omnes.
d And.Barb.Lata. Sed an a ſententia lata per ſapientem electum a partibus poteſt appellari,uide Bar.in l.ſi conuenerit,ff.de app.

L E X XIV.

1 *Incontinenti quando dicatur.*
2 *Scriptura ubi eſt,ibi maior ſolennitas.*
3 *Appellatio an poſſit probari per teſtes.*

Litigatoribus.Si appello incontinenti , poſſum ap-
pellare viua voce ſine libello.h.d.Ca
a ue tñ,*a* q. melius eſt appellare in decima die inſcriptis, ꝗ ſtatim
pp tps proſequendæ appellationis, quod incipit currere ab ap-
1 pellatione interpoſita.Iaco. Butrig.† Quæro,qñ dr incontinenti?
b Reſpondeo finito verbo Iudicis pronũciantis anteꝗ appellator
procedat ad actum extraneum,vt ſ.de teſt.l.cum antiquitas.Vel
dic,ideſt eadem hora cauſarum,donec iudex ius dicet,quod ve-
rius credo,qa appellatio non eſt actus continuus, nec informis,
& ita ẽt intelligo l.diuus,ff.de in integ.reſt.& no.ſ.eo.l.eos,§.ſin
autẽ. Alij dicunt illa die cenſeri factũ illico,vt l. Paulus,de re iud.
ſed hic loquitur in his, ꝗ veniunt in conſequentiam. Forte ali-
quis diceret,ꝙ appellatio ſit de appendicijs,vt ff.de procu. l. qui
ꝓprio,§.itẽ qritur.Cõiter obſeruatꝰ,ꝙ incontinenti dr,Iudice ad
huc ſedẽte pro tribunali,ff.eo.l. 1.§.libelli. ꝑ Bar.Et no. ꝙ vox ſi-
gnificat vocẽ expſſam,vel pſumptam; vbicunꝗ; lex dicit, ꝙ eſt
minus ſcriptum,& plus dictum:ſed interdum ſignificat mẽtem
ſine verbo,vt ſ.qui teſt.fa.poſ.l.diſcretis.Item in teſtõ ĩ ſcriptis.
Itẽ in appellatione in ſcriptis,ꝗ nõ eſt neceſſe verbo proferri, vel
2 legi,vbi † aũt ſcriptura,ibi maior ſolemnitas,ad ꝗ interdum cõ-
fugiunt ꝯhentes,aliter non ꝯcturi.& ille vocatur ꝯctus in ſcriptis
quamquam & ibi verba interueniant, tñ quia plus poteſt oratio
ſcripta,quam vox viua,iõ in ſcriptis appellatur,vt ſ.de fi.inſtru.l.
ꝯctus,qui ꝯctus in ſcriptis iure veteri erat cognitus,vt ff.loca.l. item
quæritur.§.fin.Oppo.*c* dicitur,ꝙ poteſt appellari viua voce & ſic
3 † appellatio põt ꝓbari per teſtes:ſed certe acta iudicij per ſcriptu
ram probanda ſunt,vt no.ſ.de iud.l.properandum,§.cum autẽ,
in verbo,terribiles ſcripturę,& extra de probat.c. quoniam con
tra falſam.originem enim a ſcriptura debet ſumere, vel in publi
cam ſcripturam redigi. Solut. imo & per teſtes poſſunt probari,
niſi expreſſe ab initio ſcripturam fieri requirant,vt in libello , at-
teſtationibus,ſententia,& appellatione interpoſita ex interuallo
vt ſup.de hære.l.quoniam.

ADDITIONES.

a Caue tamen.Vide in l.cum procurator,§.ſi dominus,ff.de no.op.nunc.
b Incontinenti.Vide per Bar.hic,& no.Moder.poſt Bar.in l.1.§.libelli,ff.eo.
And.Bar.Incontinenti.Quando dicatur incontinenti appellare, vide etiam Bal. in l.eos,§. ſin autem,& ibi Sali.ſup.eo.
c Opp.Vide in l.emancipatione,ſup.de fide inſtr.& Sal.hic,idem dicentem.

L E X XV.

1 *Relatio quando fieri debet ad ſuperiorem,non eſt concluſione vtendum.*
2 *Irreuocabilia cum magna deliberatione fieri debent.*
3 *Sententia Imperatoris,parte non citata,an valeat .*
4 *Iudex pœnam infamiæ ſuſtinere debet, ſi Principi pronunciatur,cuncta acta non inſinuat.*

Nec cauſas.Vbi Imperator ex plena relatione co-
gnoſcit,nulla eſt danda amplius dilatio
appellandi h.d.Et eſt rõ,quia nõ debet cã remitti ad Principem
a niſi ſit ꝯcluſum in cã,quod eſt,qñ *a* vtraque pars renunciauit no
uis probationib.& allegationib.& hoc ponit Archid. in c. vlt. de
reſt.ĩ integ. li.6.Et Inn.dicit,ꝙ nulla ſcriptura,ius, vel factum cõ
tinens,põt produci,ꝑoſtquã eſt ꝯcluſum in cã, vt ipſe no. extra,
1 de cã poſ.& prop.c.paſtoralis.† Et no.ꝙ de iure ciuili nõ vtimur
concłone in cã , qñ relatio fieri dꝫt ad ſuperiorem, vt hic . Alio
mõ ſummatur hæc lex,& hoc modo,videlicet ꝙ vbi Imperator
delegat cãm appellationis ſententiam ſibi reſeruata, non eſt locus
appellationi ab eius ſnia.h.d.No.ꝙ Princeps dicit ſe non pronũ-
ciaturum,qñ de cã non liquet, quia ſi pronũciaret, appellari nõ
2 poſſet.† Et hoc *b* gl.elegans notabile ſumit,ꝙ ea, ꝗ irreuocabilia
b ſunt debent fieri cum magna deliberatione,ſm But.† Fuit anti-
3 quitus *c* quæſtio diſputata, vtrum valeat Imperatoris ſententia
c parte non citata? & iſta litera videtur probare quod ſic,quia lata
cã non cognita valet,ſicut valet eius priuilegium vt no. in l.ſi, ꝗ
Reipublicæ cauſa abeſſe,ff.ex qui.cau.ma. vbi glo.dicit.quod ſi
eſt iuſta cauſa,valet factum Principis etiam ſine citatione. Non
obſt.c.paſtoralis,de re iud.in clem. quia ibi proceſſit Imperator
4 ꝯ non ſubditum ſibi principaliter,ſed eccleſiæ Romanæ.† Item
not. quod Iudex debet pœnam infamiæ ſuſtinere, ſi cuncta acta
non inſinuat Principi pronunciaturo,& cum infamia non con
trahuntur niſi rõne doli,ut no. Inſti.de ſuſp.tut.§.ſuſpectus. eui-
denter patet,quod acta ſupprimere eſt dolus.Item no.quod qua
tuor denotantur ad Principem dirigenda.ſ.exemplum ſententiæ,
acta, libellus appellatorius, & literæ Iudicis qualiter res proceſ-
d ſit.Sed cum exceptiones poſſint viua uoce *d* opponi, vt l.ſcire o-
portet,§.oportet.ff.de excu.tut.quõ has exceptiones per apoſto-
los inſinuabit? Dicunt quidam , ꝙ exceptiones debent dari in
ſcriptis,ſicut actio: & bene dicunt,quando cauſa eſt referẽda ad
Principem,quia iſte non habet teſtes examinare,alias autem re
mittet dando apoſtolos hoc modo,videlicet damus pro apoſto-
lis

ADDITIONES.

a Quod eſt,quando.Vide Bar.no.in l.accuſationib.inf.de accu.in fi.& in l.pen. ſup. de rela.& l.quamuis,in fi.inf.de adul.
b A.B.Ex hoc.An valeat ſententia Imperatoris ſine partis citatione,vide tex.& ibi Doc.in c.1.de cau.poſ.vide tex.l.fi.ſup.de leg.& l.executorem,ſup,de exec.rei iu. vide Bar.in l.2.C.quom.& quan.iud.& Moder.in l.ſi quis arbitratu, ff.de ver.obl. tenent,quod non valet.& gl.l.is,qui.reſpondet,quod loquitur in priuilegiatis , & vide Bal.in c.1.qui feu.da.poſ.alias in rub.vbi valet ſententia Papæ contra notorium tyrranum,qui detinet terras eccleſiæ.vide quæ dixi iu d. c.1. de cau. poſ. & propt.an ſtatutum poſſit facere,quod abſens damnetur non citatus, vide Bald.in l.1.C.quo.& quan.iu.& quæ ibi no.ad Bal.& pondera,quia tex.c.cauſam, quæ de reſcr.dicit,quod ſententia poteſt declarari nulla parte abſente non citata vide ibi mod.vide Bal.de ſententia Imperatoris,in l.fi.C.qui res iud.non noc.& in l. fi. C. de fruc.& lit.expen.& in l.2.C.quo.& quan.iu.vide Bar.in l.2.C.de temp. appel. Doc.in c.noſtra,de procur.
c Fuit antiquitus.Vide Bal.in l.2.in prin.ſup.quo.& quan.iud.contra.videtur velle, in l.fi.ſup.de leg.& ibi dixi poſt Bar.
d Viua voce.Vide Bal.in auth.hanc autem querelam.ſup.de non nu.pec. Bar.in l.1. ff.de except.

lis omnia acta & actitata cauſæ, tam in ſcriptis redacta q̃ ea quę
probantur per teſtes. Alij dicunt, ꝙ licet ſcriptura nõ ſit de ſub-
ſtantia exceptionis, tamen exceptio poſſit probari per teſtes, &
habet vetuſtiorẽ cãm, puta pacti, tñ eſt de ſubſtantia modi pro-
ponendi; exceptio enim non eſt de actis, ſed exceptionis propo-
ſitio, ſicut dicit Inno. quod inſtrumentum emptionis non eſt de
actis, ſed eius productio, quæ debet probari per ſcripturam acto
rum, vt in c. quoniam contra falſam, de probat.

LEX XVI.

a **Eos etiam.** Delegatus Principis gerit imaginem Prin-
cipis, tñ ab eo appellari *a* poteſt ad Principẽ.
h.d. No. ꝙ aliud eſt imago, aliud id, cuius eſt imago. facit ff. de iu-
reiur. l. 2. & legitimatus eſt ſimilis ei, q accepit vſum togæ, ff. de
iu. fiſ. l. ſed ſi accepto. & ex lõgo vſu quia in officijs ſic fuit tracta-
tus, pſumitur legitimatus, & idem in Doctore & Clerico. qđ no.

ADDITIO.

a Appellari, Limita ſecundum Bal. in l. 1. ſup. eo.

LEX XVII.

1 *Procuratores conſtituti per dictionem, vterque, quilibet intelligitur per ſe conſtitutus.*

1 **Si apud.** A Prætoribus appellatur ad pfectum. † Et not.
a hic, ꝙ dictio, vterque, *a* diuiſim accipit. Et ſic eſt
arg. ad qõnem de eo qui conſtituit duos procuratores per dictio
nem, vterque quod non ſit neceſſe quod cõicent inter ſe actum
officij, ſed quilibet cõſtitutus per ſe, vt ff. mand. l. creditor, §. duo-
bus. in ver. ab vtroque. & no. in l. ſi pluribus, ff. de leg. 2.

ADDITIO.

a Vterque. Vide Bar. in l. hoc articulo, in fi. ff. de hære. inſtit.

LEX XVIII.

1 *Appellans non debet differre, quia præſumitur hoc malitioſe facere.*
2 *Mox dictio ſignificat ſtatim.*
3 *Debitor fiſcalis conuictus non appellat.*

Quoniam. Contra debitores fiſci iubendo proceditur
& ſi appellent, applõne deſerta confeſtim
fit executio ꝯ eos. h.d. In tex. ibi, iuſſi fuerint. ſ. per diffinitiuam.
a Vel dic, ſpãle *a* in fiſco, ſi debitum eſt liquidum, quod non req-
ritur diffinitiua, nec ſolẽnis ordo iudiciorũ; tñ glo. innuit ꝯriũ, ꝙ
ſi debitum eſt ex priuata cã, puta venditionis, vel legati, ꝙ requi
ritur ordo iuris. ſed ſi eſt ex publica, puta ob tributa, vel munera,
1 proceditur executiue. vt l. j. de exac. trib. † In tex. ibi, eludant. No.
rõnẽ quare appellans non dẽt differre, quia pſumitur hoc mali-
2 tioſe facere, vt vim executionis ſententiæ eludat. † In text. ibi,
b moxque no. tex. *b* expreſſum, ꝙ deſerta applõne fit ſtatim execu
tio, nec datur tps quadrimeſtre ad ſoluẽdum. adde l. 2. de vſu. rei
3 iud. † No. gl. hic poſitam, quæ dicit, ꝙ debitor fiſcalis manifeſte
conuictus, appellare non poteſt. Et no. ꝙ hæc lex loquitur de q-
buſdam fatalibus, tamen metam temporum non declarat. Bur.
dic, vt ſup. eo. l. Preſes.

ADDITIONES.

a Speciale. Vide Doct. in l. 1. ſup. quando fiſcus, vel priua.
b No. tex. Vide quæ ſcripſi in l. 1. §. 1. de verb. obl.

LEX XIX.

1 *Appellatio a Vicario ad ſuum ordinarium, interponi poteſt.*
2 *Acta interpellantem & appellatum, trahuntur ad Iudicis fauorem vel pręiudicium.*

A Proconſulibus. A maioribus & minorib. Iu-
dicib. licet appellare; excipitur
Pręfectus prętorio; & ſi iudex a quo non defert appellationi, ſu-
perior eã recipere debet, & ſuper ea procedere: & ſi in appellatio
ne ſuccumbit, perdit cauſam. & famam. Si autem vincit, punit
1 Iudex, qui appellationi non detulit. In tex. ibi, pfectis. ideſt quo-
a rum Vicarij pronunciauerunt. & ſic no. *a* quod a Vicario appel-
latur ad ſuũ ordinariũ, de iure ciuili: ſecus de iure canonico, niſi
2 iſta vicaria ſit delegata. † In tex. ibi, iudice. Not. ꝙ acta facta inter
appellantem & appellatum, ſi appellatus vincit, probant iudicis
ęquitatem: ſi vero ſuccumbit, probant Iudicis iniqtatẽ, & ſic tra
hunt ad iudicis fauorẽ, vel piudiciũ, qđ eſt no. dignum. niſi dicas,
ꝙ in hac lege eſt ſpãle odio iudicis, q noluit appellationi deferre.

ADDITIO.

a Sic no. Vide Bar. in l. præcipimus, inf. eo. & omnino Io. And. in addi. Spe. ſuper rub. de offic. vic. decidit, quod debet conſiderari cauſa, ſuper qua pronunciat quo iure ſpectet ad eum.

LEX XX.

1 *Appellatio non datur pro modica ſumma à ſententia arbitri, & ratio.*
2 *Arbiter poteſt multum lædere, ſi habet poteſtatem iudicandi alte & baſſe.*

Et in maioribus. Etiã in paruis damnis & graua-
minib. pcedit appellatio. h d. ſe-
1 cus in reſtitutionib. in integrum, ff. de in inte. reſt. l. ſcio. † Item ſe
cus in reductione ad arbitrium boni viri, quia tacite ur data licẽ-
a tia arbitratori, ꝙ poſſit modicum lædere *a* pp bonũ pacis, vt ff. đ
arbit. l. ſed ſi in ſeruum, §. ſi in plures. & l. idem Pomponius, §. re
2 cepiſſe. † Item poſſet, *b* etiam multum *c* lędere; non ex animo,
b ſed ex re ipſa, ſi haberet poteſtatem iudicãdi alte & baſſe, vt no.
c in cap. humilis, de maior. & obedien. in nouel. Et adde, quod ſi
cauſæ ſunt breuiores, poſſunt ſine ſcriptura appellare, vt ſupra
de ſentent. ex breui. teci. auth. niſi breuiores.

ADDITIONES.

a Lædere. Vide Bar. in l. ſocietatem, §. arbitratorum, ff. pro ſocio.
b And. Barb. Item poſſet. No. de verbo, alte & baſſe. vide Bald. in c. 1. §. ſi autem inter pares, de leg. Conradi.
c Multum. Vide Bal. in §. 1. eo. ſi autem inter pares. de leg. Con. & Ant. de Butr. in c. Quintauallis, in ver. venio ad quintum. extra, de iureiur.

LEX XXI.

1 *Poteſtas quando iniuſtitiam facit, aſſeſſores & aſiſtentes puniri debent, niſi proteſtetur.*
2 *Subditi prælatis reſiſtere poſſunt, quãdo Prælati aliquid faciũt contra legẽ.*
3 *Iudex non põt cogere appellantem ã diffinitiua, dicere cauſam grauaminis.*

Quoniam iudices. Qui nõ recipit appellationẽ,
punitur in 20. lib. auri, & om
nes eius officiales in tantundem, niſi pertinaciter cõtradicendo
1 reſiſterent cauſis apud acta inſertis. h.d. † Not. ꝙ *a* qñ ptãs facit
a iniuſtitiam, aſſeſſores & aſſiſtentes debent puniri, niſi proteſten-
2 tur: & ei ꝯdicat apud acta, quod tene menti. † No. ꝙ ſubditi de-
bent reſiſtere Prælatis, quando Prælati faciunt aliquid ꝯ legẽ. Et
b nota *b* arg. ꝙ ſi Papa condemnauit Abbatem & capitulum in
centum, ꝙ dimidiam pęnam debet ſoluere Abbas, & dimidiã
totum capitulum. Itẽ no. hic de pertinacia in bona parte. Quæro,
3 † Iudex dicit appellanti a diffinitiua, dic cauſam, vt ſciam an de-
ferã appellationi, an cogatur hoc caſu dicere? Vr̃ ꝙ ſic, arg. no.
c in l. j. de no. oper. nunc. dic contra, *c* quia iudex debet eſſe infor-
matus, arg. extra de reſcrip. c. ab excommunicato.

ADDITIONES.

a No. quod. Vide Archi. 2. quæſt. 1. c. de cætero. ſuper gloſ. fi. & Docto. in c. de priore extra, eod. & in l. iudicibus. inf. eo.
b Et no. Vide Bal. in auth. cauſa, quæ cum monacho, ſupra de epiſ. & cler.
c And. Bar. Dic contra. No. ꝙ ſubditi debent reſiſtere Prælato, quando facit aliquid contra legem: vide quod dixi in c. per inquiſitionem, de elect. & in c. fi. de ſtat. reg. & in c. qualiter, el 2. de accuſ. & ibi per D. Abb. vide quæ notaui ad Bald. in l. ſi quis prouocatione, infra quo. app. non rec.

LEX XXII.

1 *Articulus de indignis, qualiter diſtingui debeat.*
2 *Damnatus in metallum, qualiter legata recuperat.*

Lata ſententia. Siue fiſcus petat bona tanquam va
cantia, ſiue tanquam ab indignis li-
citum eſt a ſentẽtia appellare. h.d. Nota hic tangit duas radica-
1 les cauſas confiſcationis, vna eſt vacatio, alia eſt indignitas. † Cir
a ca hũc articulum de indignis, *a* ſic diſtingue: aut indignitas pro-
uenit ſine delicto, & tunc bona non ꝯfiſcant, vt ſ. de hær. inſt. l. ſi
pater. & ſ. de fideicom. l. eam q̃. aut indignitas prouenit ex deli-
cto poſſeſſoris: & tunc refert, aut teſtator ſciebat eum indignum
& applicatur fiſco, vt no. in l. j. ſup. de hęre. inſti. Fallit, ſi adeo eſt
indignus, ꝙ in eo non cadat titulus coloratus, quia in hoc cẽſe-
tur ꝓ non ſcripto, vt ff. de his, quib. vt indig. l. ſi in metallũ, aut te-
ſtator ignorauit, tunc aut uiuo teſtatore capere non poterat, &
tunc nõ applicat fiſco, ſed uenietib. ab inteſtato: quia teſtator ſi
ſciuiſſet, non erat relicturus, aut poſt mortẽ teſtõris ſe fecit indi-
gnũ. & tũc applicat fiſco, vt l. ex facto, §. fi. ff. de vulg. & ſubſt. & ff.
de inof. teſt. l. Papinianus, §. meminiſſe. Quidã tñ non dñr indi-
gni, ſed pmortui añ teſtatorẽ, & illi nulla iura ꝯſequunt, q̃ tranſ-
mittere poſſint ad fiſcũ, vt ff. de lib. & poſth. l. Gallꝰ. §. & qd ſi tm̃.
b Nã gñalr deportatus non ſolũ dr̃ mortuus *b* gñalr, ſed dr̃ dfun-
ctus, vt ſ. de inſt. & ſub. l. ſi mr̃, & iõ ſuccedit ſequẽs in gradu, ut
l. j. §. pe. ff. de ꝯtab. Non obſt. ff. de leg. 3. l. ſi deportati ſeruo, qa ibi
loqtur in acqſitione, ꝯſecutione ꝯſecutiua iuriſgentiũ, id eſt dñij
2 & iõ fiſcus aufert. ſecus ſi nõ ꝯſecutiua iuriſgentiũ. † Sed qd *c* ſi
c dãnatus in metallum reſtituat? Rñdeo aut reſtituit ad ciuitatẽ,
i. ad habilitatem ciuium viuo, vel mortuo teſtõre: & non recu-
perat legatũ, vt ff. de cond. & demon. l. intercidit. aut reſtituit ple
narie ad oĩa, & tunc ſi quidẽ uiuo teſtatore, recuperat. ff. de ma-
num. teſt. l. Ariſt. qa quaſi verus homo ſurrexit a mortuis. Aut
mortuo teſtatore, & non recuperat, quia per mortem non fuit
confirmatus, vt no. in d. §. & quid ſi tantum.

ADDITIONES.

a Sic diſtingue. Vide in l. fi. ff. de his, quib. vt indig.
b Mortuus. Vide Bar. in l. 3. de priuil. fiſ.
c Sed quid. Vide Bal. in l. 1. ſup. de his, qui ad lib. perue. non poſſ. & Bal. in l. ſi cognatis, ff. de re. dub. & in §. & quid ſi tantum, hic alleg.

LEX XXIII.

1 *Conſuetudo vnius patriæ, non trahitur ad aliam.*

Cum appellatio. Hæc lex nihil valet. Nota tamẽ
ꝙ localis ſanctio, localiter ope-
1 ratur. † Et eſt arg. ꝙ conſuetudo vnius patriæ ad aliam patriam
non trahatur, nec actiue, nec paſſiue. item not. ꝙ prouinciæ non
eligunt ſibi Iudices appellationum, ſed ſolus Imperator. facit ex-
tra, de iureiur. c. venientes.

LEX XXIV.

1 *Appellatio debet recipi a Iudice a quo, & quando.*
2 *Appellari quando poſſit a ſtatuto.*

3 *Dies dati ad concedendum apoſtolos, quando incipiant.*
4 *Apoſtoli in eadem ſcriptura poſſunt multoties peti.*
5 *Apoſtoli cum inſtantia non petiti, videntur neglecti.*

a **Iudicibus.** Iudices debent ſuſcipere *a* appellationes, &
dare apoſtolos intra 30. dies, ex die ſententię la
te numerandos, alias mulctantur: dic vt dixi ſ. eod. §. apoſtolos.
1 † No. ergo ꝙ iudex a quo debet recipere appellationem. Sed po-
ne, ꝙ certum eſt, ꝙ appellatio non debet recipi. Rn. non habet
locum hæc lex, puta ſi appelletur contra notorium vel in alijs
cauſis a iure prohibitis, vt ff. qui. appel. non licet. l. 1. & not. in Au-
2 then. de iud. §. noſtros. & in Auth. vt nulli iud. §. illas. † Sed nun-
quid *b* a ſtututo iniuſto poteſt appellari? Reſpon. aut ſtatutũ eſt
b generale, & appellari non poteſt: aut eſt ſtatutũ ad certum homi
nẽ, & tunc ſic, vt ff. de app. re. l. fi. l. 1. ff. de doli exce. & ff. qui, & a
quib. l. ſi priuatus. Illud autem eſt generale, quod poteſt omnib.
adaptari, puta ꝙ filia dotata non ſuccedat. Illud autem eſt ſpãle,
quod non poteſt adaptari cuilibet de genere, vt ꝙ filia Petri do-
tata patri non ſuccedat: nam de natura legis eſt plura cõprehen-
dere: alias non eſt lex, ſed quoddam beneficium, vt l. 1. ff. de con-
3 ſtit. prin. † Quæro, quando iſti 30. dies *c* ſumant initium ſui cur-
c ſus? Tex. dicit, ex die ſententiæ, & ita gl. intelligit hunc text. pro-
ut iacet in l. 1. ff. de libel. dimiſſ. Alij dicunt, ꝙ debet ſubaudiri ex
die ſentẽtiæ, ſupple & appellationis interpoſitę: quomodo enim
poſſunt currere tempora ante, nam propter vnumquodq; illud
debet antecedere. Sed apoſtoli dantur propter appellationẽ: er-
go debet appellatio præcedere, ne videatur prius incipere priua-
tio, q̃ habitus, qđ eſt verum, ſi loquimur quo ad Iudicis ſolicitu-
dinem, ſed ſi quo ad ſolicitudinẽ appellantis, a litera tua non di-
4 ſcedas. † Sed nunquid *d* ſufficit apoſtolos in eadem ſcriptura
d multoties petere? Reſpodeo ſic: quia hæc verba cum maiori in-
5 ſtantia peti oſtendunt, vt arg. ff. de vſur. l. mora. † Vnum tñ notã-
e dum eſt, ꝙ ſi iudex *e* dat terminum certũ ad recipiendũ apoſto-
los pars in termino cõparens dẽt iterũ cum inſtantia poſtulare:
alias videretur negligere, & deſerere inſtantiã poſtulandi, & iſta
eſt practica noua, quam inducit tex. in c. 1. de appel. in Clemen.

ADDITIONES.

a Suſcipere. Quis ſit effectus huius denegationis, vide Bar. in l. eos, §. apoſtolos, ſ. eo.
b Sed nunquid. Vide Bar. no. tenentem, in l. fi. ff. de app. reci.
And. Barb. Sed nunquid. An in ſtatuto iniquo ſit appellandum, vide Bald. & ibi remiſi, in l. quiſquis, infra quo app. non recip.
c Quæro, quando iſti 30. dies. Vide Bar. in l. eos, §. apoſtolos, ſupra eo. & quid ſi iudex primo apoſtolos denegauit, poſt vult concedere; vide Paul. de Leaza. in q. incip. Iudex appel.
And. Barb. Quæro, quando ſit 30. dies, A quo tempore currunt 30. vide Do. de Ro. in deciſ. 29.
d Sed nunquid. Vide Bar. in l. eos, §. apoſtolos, ſupra eod.
e Si iudex. Vide Bar. in l. 1. de libe. leg. & Bal. in l. eos, §. apoſtolos, in prin. ſupra eod.

LEX XXV.

1 *Contumax verus non auditur appellans.*
2 *Sententia legis propter aliquem rigorem modum excedere poteſt.*
3 *Iudex in totius litis amiſſione aliquem mulctare non poteſt.*
4 *Contumacia, an ſit qualitas delicti.*

Et in mulctis. Si iudex mulctat aliquem iniuſte, po
1 teſt appellari. † Oppo. verus ɔtumax
non appellat, ſed mulcta non põt imponi niſi rõne verę contu-
macię: ergo non appellatur. Solu. hic venit Iudice ſedente ꝓ tri-
bunali. vel dic, ꝙ verus contumax non appellat a diffinitiua, ſed
ab interlocutoria ſic, ſm Ray. de Forli. & male. Tu dic, ꝙ verus
contumax non appellat a ſententia ſuper his, quæ veniũt ex in-
trinſeca ipſius iudicij nã, vt ɔdẽnatio, & abſolo in cã principali,
ſecus in his, q̃ veniunt ex accidenti pp mora, ſicut eſt mulcta. vel
dic, vt no. ff. de verb. ſig. l. qua pœna. & l. & aliud, §. inter mulctã.
a Vel dic, ꝙ non dẽt *a* imponi niſi pp merã ɔtumaciã: tñ ẽt pp fi-
ctam impoſita tenet, quia pp authoritatem ſñiarũ mulcta fieri
non dẽt; facta tamen tenet, & ideo neceſſe eſt, vt appelletur. vt in
l. j. §. biduum, ff. quando appellan. ſit. & hæc vera. Item poteſt eſ-
ſe, quod Iudex mentitur, quia dicit eum eſſe verum contuma-
2 cem, qui non eſt: & ideo a mentiente appellatur. † Illud ẽt no. ꝙ
ſñia legis põt excedere modum pp aliquẽ rigorẽ. & eõ mitigare
pęnam, vt ꝙ offendentes eos, q declinauerunt iuriſdictionẽ ma-
giſtratus, non puniantur, niſi in aliqua parua pęna: nec appellari
põt, quia ſententia legis eſt idem, ꝙ res iudicata iudicis, ff. de app.
reci. l. fi. hęc tñ eſt nã leg. ꝙ requirit factum eſſe verum, ꝙ non eſt
b in ſentẽtia iudicis, quia poteſt errare in facto. Et ideo *b* dicit Spe
cu. ꝙ poſitio excõicationis canonis eſt criminoſa, ſecus in poſi-
3 tione excõicationis hominis. † Sed quæro, nunquid *c* iudex po-
c teſt aliquem mulctare in totius litis amiſſione? Reſpondeo non,
vt no. in l. j. §. fi. ff. ſi quis ius dicen. non obtem. etiam ratione pe-
d riurij *d* vt j. de bo. autho. iu. poſſ. auth. ei, qui iurat. † Quæro, nun-
4 quid contumacia ſit qualitas delicti? Reſpondeo non, quia non
concurrit cum maleficio in loco, & tempore, ſed eſt quid ſepara
tum, arg. in l. j. ff. de in lit. iur. qualitas autẽ eſt illa, quæ delicto co-
hęret ab originali principio delicti, vt l. j. ff. de pœn.

ADDITIONES.

a Quod non debet. Vide Bar. in l. 2. §. fi. ff. ſi quis ius dicenti non obtemp.
b Et ideo. An poſitio de ſententia, non de crimine ſit criminoſa, vide Bald. in l. 2. §. quod obſeruari, ſup. de iura. calum.
c Nunquid. Vide quæ dixi poſt. Bar. in l. fi. hic alleg.
d Nunquid. Vide in l. omne delictum §. contumacia, ff. de re milit. & no. per Bar. in l. 4. de publi. iud. cum ſi. an autem a comminatione iudicis poſſit appellari. vide Bal. in l. ſi quis prouocatione, inf. eo.

LEX XXVI.

1 *Caſus, in quo iudicis æquitas per viam delegationis procedere debet.*

Cum poſt. Rõne mediocritatis negotij, & pp diſtan-
tiam loci, fit ɔmiſſio ad partes. h. d. no. & ab
hoc non põt appellari, quia vtrique parti fauorabile eſt, vt ff. de
1 ſol. l. cum Stichus. † No. ergo caſum, *a* in quo dẽt æquitas iudi-
a dicis procedere per viam delegationis, licet ex appellatione co-
gnoſcatur, quod eſt no. dignum, & rõ dubitandi eſt, quia cauſa
b appellationis *b* eſt mixti imperij, vt ſup. de iud. auth. ad hęc.

ADDITIONES.

a No. ergo caſum. Nota pro intellectu c. litigantes, & c. cum tempus, de offic. or. lib. 6. & facit feſtum de iſto tex. Pet. de Anch. in c. finem litibus, de do. & contu. in c. cum cauſam, de teſti. & ibi Dy. & in c. cum te, de offi. dele. no. quod Bar. ſummat iſtam legem, quod cogitur delegare.
b Appellationis. Vide Bar. in l. 1. ff. quando appel. ſit.

LEX XXVII.

1 *Locus & ordo in appellationibus eſt ſeruandus.*
2 *Appellare non eſt neceſſe ab eo, quod eſt nullum.*
3 *Libertas opprimitur per eum, qui impedit ea, quæ ſunt libertatis.*

Nominationes. Ea, quæ fieri debent in ɔcilio pu-
blico, alibi fieri non poſſunt. h. d.
1 no. † No. ꝙ in electionib. ſeruandus eſt locus, & ordo. dicit Ioan.
Mon. ꝙ electio eſt ipſo iure nulla, ſi electus eſt ineligibilis. Sed ſi
eſt idoneus, licet ſolemnitas dicatur prætermiſſa, non eſt nulla,
ſed dẽt caſſari, quia primo caſu deficit fundamentũ, in ſcđo nõ,
vt in c. quanq̃, de elect. lib. 6. Sed lex noſtra dicit, ꝙ eſt ipſo iure
nullũ, qđ rite factum non eſt, ſed lex noſtra loquit in actu onero
2 ſo, decretalis aũt loquit in actu gratioſo. † Item not. ꝙ ab eo, qđ
eſt nullum, non eſt neceſſe appellare, vt ff. eo. l. ſi ɔſtat per quam
a leg. conſtat, ꝙ etiã ſi ſuperior *a* ɔfirmat, nõ valet ɔfirmatio. Et ſic
patet, ꝙ cõfirmatio ſuperioris non purgat vitiũ electionis, ꝓue-
niens ex iure poſitiuo, qđ eſt notandum; cõfirmatio enim ꝑſup-
b ponit aliqđ eſſe, licet minus ꝑfectũ; & ideo qđ *b* nullum eſt, extra
iudiciũ ɔfirmari non põt. Fallit vbi de mente legis, vel Principis
eſt pp ſuperuenientẽ ęquitatẽ, vel de plenitudine ptãtis ɔfirma-
re id, quod nullũ eſt de iure, l. diuus, ff. de rit. nup. Inn. tñ ſup hoc
diſtinguit, vt ipſe no. extra, de elec. c. nihil eſt. Tu dic, ꝙ vbicun-
que a iure data ſunt aliqua principia pro forma ſubſtantialia, ibi
ceſſantib. illis principijs confirmatio ſecuta ipſo iure nõ tenet, q̃a
ɔfirmatio eſt acceſſoria. & nõ valet ſine principali, vt extra de ele.
c. auditis. & hoc de principijs datis a iure poſitiuo, quia idẽ eſt di
cere, principium & fundamentum. totus enim ordo deſtruitur,
ſi principium legitimum non ſeruatur: quia vbi deficit cã, defi-
cit cauſatum, & vbi deficit ordo, deficit ordinatum: multo for-
tius ſi deficiunt nãlia principia, ſicut eſt conſenſus, & libertas.
c Nam electio dẽt eſſe libera exiſtenter & apparenter, *c* exiſtenter
dico pp ſubſtantiam, apparenter pp figuram exteriorem, quæ
multum ɔmendatur. Omnis tñ virtus intrinſeca. i. ſubſtantialis,
in voluntate, & libertate ſita eſt, ſ. in his, quæ ſunt de ſubſtantia
ɔſenſus ſunt. tñ & alia, q̃ ſunt de ſubſtantia formę, ext. de elec. c.
quia pp infirmata igitur, & vulnerata radice electionis, cõfirma
tio eſt abuſiua: quia nil eſt tantæ potentiæ, quod poſſit eradica-
re morbum perpetuũ electionis. & iõ ſtãte radice infectionis, &
cauſa morbi, impoſſibilis eſt cõualeſcentia, ſicut in naturalibus
apparet, vnde de iure executor. i. confirmator non poteſt de ni-
hilo aliquid facere, quia de nihilo nihil ſurgit. Et electio, quæ nõ
habet voluntatẽ, eſt corpus ſine ſpiritu. & quia electio morbo-
ſa, eſt contagioſa, & iõ cõicat confirmationi proprium morbũ,
& inteſtinam paſſionem: & actus non põt operari, niſi illud, qđ
ſtatutum eſt a iure, ꝙ operetur, ut l. ſi idem, de codi. Item illa vox
Prętoris, quod metus cauſa factum erit, ratum non habebo; eſt
vox Dei prolata per hoĩem, vt dicit Rayn. de pœna furti. Porro
liberum arbitrium requirit pluralitatem inclinationis ſine pon-
dere, vel preſſura mentis; quod enim extrinſecus flexum eſt, id
liberum non eſt. 2. ſentent. diſt. 34. Omnis enim libertas in iure
3 & facto actiuo, non paſſiuo fundatur. & ille † opprimit liberta-
tem, q impedit ea, q̃ ſunt libertatis. i. agere. ff. de ſer. urb. pręd. l. 1.
& com-

ADDITIONES.

a Si ſuperior. Vide in c. auditis, extra, de in integ. reſt.
b Et ideo quod. Circa limitationem, vide no. in c. 2. extra, de confir. vti. vel inut. & quod no. Bar. & Inn. in l. ſi conſtat, ff. eo. & Bal. inf. eo.
c Phil. Dec. Apparenter. Nam ſi coacta, aut meticuloſa, per Papam confirmari non poteſt, prout tradit Alex. in l. ſi conſtat, de app. & per iſtum in l. 1. de his, qui pp met. iud. Si autem libera eſt, & ſpontanea, per meticuloſum non vitiat confirmationem, ſecundum iſtum in l. cum te de pign.

& compulſus principaliter non vult ſecundario, ff. de fur.l. qui
ſaccum. Item, cętera pōt homo nolens, credere nō pōt, niſi vo-
lens. 2. Sent. diſt. 26. paſſiones aūt animæ quædam ſunt nobis in-
natæ vt amor; & odium: quędam illatę ab extrinſeco, & tunc
aut ſunt uiolentæ. & uitiant actus liberos, aut non ſunt violēte,
ſed leues, & non uitiant, vt in l. 1. & iij. ff. quod metus cau. Con-
clude ergo, ꝙ vbi non eſt confirmabile, ibi non valet ꝯfirmatio,
niſi ille, qui ꝯfirmat, poſſit & velit per ſe dare, & interueniat for
ma debita ex certa ſcientia. de virtute enim confirmationis di-
ſtingue, aut eſt confirmatio conſecutiua alterius actus, aut dat
actui eſſe, aut ſimpliciter approbat actum. primo caſu, ſi non va-
let principale, non valet ꝯfirmatio, vt ff. ad Treb. l. apud Iulianū,
§. idem Iulianus. ibi, hoc. n. facto, confirmatiſque, &c. Scd̃o caſu
valeat confirmatio, qa ſuis virib. nititur. arg. ſupra de inoffi. teſt.
l. 2. & no. ff. de pac. l. legitima. & ff. de iuriſ. om. iud. & l. & quia. p
Cy, Tertio caſu, ſi fundamentum, quod requirit, nō interuenit,
confirmatio nihil operatur, vt ff. de act. & ob. l. obligationes, quę
proprijs virib. non ſubſiſtunt. Illud ēt certum eſt, ꝙ cōfirmatio
non extenditur vltra quam actus confirmabilis, vt ff. de lib. leg. l.
Aurelius, §. teſtamento. & hominum actus extra ſuam naturā
& metam trahi non debent. Item not. ꝙ conualeſcentia dicitur
confirmatio, vt l. fi. de his, qui a non dom. man. quod not.

L E X XXVIII.

1 *Variatio citra Iudicij electionem, locum non habet.*
2 *Aſſenſus iuſte petenti, non eſt denegandus.*
3 *Silentium, quod ſibijpſi imponatur, quis petere poteſt.*

Si quis libellos. Donec durat tp̄s appellandi, poteſt
appellans variare: quia decem dies
dant ad deliberandum. Item & in totum recedere ab appellatio
ne, & ſuos libellos recuperare. h. d. hanc leg. declarat Io. Mon. in
c. quāuis, de elect. lib. vj. Et no. ꝙ pęnitenti debet reſtitui libellus
1 quod alibi ita expreſſe non reperit. † Quæro, ſi ſunt *a* plures Iu-
a dices appellationum, quilibet inſolidum, vtrū qui appellauit ad
vnum poſſit pęnitere, & appellare ad alterū? Gl. ſentit hic, ꝙ non
niſi appellauerit per errorem, quia iam deuoluit iuriſd. vñ non
pōt circa electionem iudicum variare: ſed dic, ꝙ non nocet er-
ror aſſenſiuus, ſed nocet error diſſenſiuus, vt no. j. eo. l. in offerē
dis. in gl. magna, in fin. & eſt rō, qa maius tribunal participat ſuū
b poſitiuum, non eꝯ, vt ff. eo. l. 1. §. ſi quis. Item nota. ꝙ l. edita, *b* vr̄
habere locum in cā appellationis. ſ. quo ad nouum libellum ap
pellatorium, nō dico de veteri. dicit Inn. hoc verum eſſe, niſi ad-
uerſarij interſit extra de accu. c. licet & Cy. j. tit. j. l. p hāc. & Spe.
2 in tit. de lib. conce. §. nunc oſtendimus ver. porro. † Itē no. quod
iuſte petenti non eſt denegandus aſſenſus. ſic ff. de in ius voc. l. q̃
uis. Itē not. ꝙ appellatio oblata in ſcriptis, dr̄ libellus, vt not. Spe.
de lib. concep. §. quod aūt. Et iō dicit Inno. ꝙ ſi ſcriptura produ-
cta coram Iudice a quo, producatur corā Iudice ad quem, & pe
tatur ſuper ea procedi, ꝙ non requirit alius libellus. de offi. dele.
c And. Barb. Contrarium tenet Spec. Et de materia, an poſt didicita teſtificata poſſint produci teſtes, vide Bal.in c.1.§.ſi autem,in titu. quid ſit inueſt.in vſi.feud. & melius loquitur in c.1.§.item ſi vaſallus de contro.inueſt. & plenius in auth. atqui.ſemel,de prob.& l.eos,§.1.ſup.de app. Ang.in Authen.de teſt.§.quia vero,vide Bar.in l.1.§.nunciatio.de ope.noui nunc. Dom.de Rot.in no. deci.in 5.deciſio. quæ incip. Item per eadem motiua,vide tex.ſing.in c.ſeries,de teſt. ſecundum dominum Anto.quod quando producitur teſtis cum inſtrumento,poſt didicita admittitur,vide Ang.in præalleg.§.quia vero. Dicendum eſt, quod poſt didicita teſtificata admittitur probatio per inſtrumenta. Item in cauſa mutuali, vt in c.ſeries.præalleg.vide Innoc.in c.auditis,de in integ.reſtitu.vbi no.dicit quod ſi produxi teſtes excommunicatos,admittor poſt didicita teſtificatata. Item vide Bal. in l.ſi quis teſtibus,ſup.de teſtibus,ꝙ ſi contra appellationem per euidentiam facti admittor.& in l.ampliorem,ſup.de app.vbi ponit nouam,& inauditam cautelam,quam limita,& ibi notaui. Item niſi poſt didicita teſtificata fuiſſet obligatus.ita dicit Ang.in præalleg.§.quia vero,poſt vnam ſolutionem, & vide Bald.& Ang.in l.fi.alias pen.ff. quemadmo. teſt. ape.vbi ſi quis habuit extenſionem, & non originale, non prohibetur poſt producere teſtes quod limita,vt ibi per dom. Ioan. & vide Bal.in auth.ſed cum teſtator.ſup.ad leg.Falc.vbi no.dicit,quod ſi teſtes fuerunt examinati, non in figura iudicij, nec de veritate interrogati,ſed de conſcientia,poſſunt poſt didicita teſtificata alij teſtes produci. quod eſt not. dignum,an autem ſuper capitulis nouis, pendentibus tamen ex primis, poterunt noui teſtes produci in eadem inſtantia,vel in cauſa appellationis;dic quod non, ſed antiqui poſſunt repeti iſta fuit ſingular.theor.Inno.in c.fraternitatis, & c.per tuas,de teſtibus,ita refert Ang.in auth.at qui ſemel.ſup.de prob.quod bene not.tamen bene facit gloſ.fin.in auth.de teſti.§.quouiam vero.vbi poſt didicita teſtificata. Iudex ex officio poſt concluſum in cauſa, poterit repetere teſtes, an autem poſt concluſum in cauſa poterit pars petere deferri iuramentum, Angel. tenet, ꝙ non,ſupra de iureiur.l.generaliter,vide gloſ.ſing.& tex. l.officium,ff. de rei vend. & in præalleg.authen. at qui ſemel. an autem admittatur confeſſio partis. Dic, quod ſic ſuper nota. per Ioan. And. & Dom. Anton. in rub.de probat. Item dic, quod admittuntur teſtes reprobantes per aduerſarios, ad verificandum dicta eorum,ſecundum Inno.in cap.cum clamor,de teſtibus,& Ang.in præalleg. auth.at qui ſemel. Vide ibi Ang.& Bald.in locis in hoc principio alleg. vbi no.dicit, adde quod ſcribunt Mod. in rubrica de arbit. & quæ ibi addidi. uide Bald. in authen.ſi quis in aliquo ſupra de eden.quod ſi partes conſenſerunt publicationi, ſi non fuerunt rite recepti,poſſunt iterum produci.allegat Inno.in cap.ſignificauit,de teſtibus vide Bald.in l.peremptorias,ſup.ſenten.reſcin.non poſſe,vbi præſumitur ſcire publicatis atteſtationibus,& quod ad euidentiam facti poſt didicita teſtificata additur probatio,vide Salyc.in l.produci ff. de teſtibus, Et adde, niſi conſuetudo diſponeret,quod publicatis atteſtationibus,poſſent teſtes produci.ita dicit Ioan. And.in ti.de executio.ſenten.§.dicto,uerſic.ſed nunquid publicatio. & c.fraternitatis,de teſtibus,& Dom.And.in cap.ſeries,& ibi Dom. meus de Imo. de teſtibus Item fallit in cauſa matrimoniali,ſecundum vnā lect.c.ſeries,præalleg. vide Bal. in l.fi.ff.de ſeru.vbi dixit,quod ſi pars inſtruxit teſtes, nihilominus poteſt poſtea producere alios teſtes,allegat Odoffred.de Senatuſconſ.Libon. Et dicit id notan. uide Ludo.Rom.in nu.322.ubi dicit, quod ualet conſuetudo ut recipiantur teſtes poſt publica atteſtatio.uide quæ dixi in cap.fraternitatis,& Bar.conſ.232. ubi loquitur,ſi Iudex poteſt repetere teſtes poſt publicatum proceſſum. Item ſi poteſt teſtes producere ex officio ſuo, uide Bart.conſ.254.incipiente, ſuper inquiſitione, ubi pulchre loquitur.

d Ab interlocutoria, Vide per Bar.in l.3.ff.de appellat. recipien. & uide infra.

e Sed allegationes, Vide Bal.in l.minoribus,ſup.de his,qui.ut indig.

f Vnum ſcias. Vide Bar.in l.3.ff.de appel.recip.

g Item non puto, Vide quæ no.Bal.in l.generaliter,§.1.ſup. de rebus,cred.& in l.hi, qui ad ciuilia,ſupra tit.1.

h Extra quærit,uide Bart.in authen.& conſequenter,& ibi dixi,ſup.de ſen.& interlo.omn iud.

i Tamen,uide Bald.in l.fi.ſup.de fideicommiſſ.liber.& in l.1.ſup.de fur.

K Excommunicatus,uide c.cum inter,& c.ſignificauerunt,extra de excep.

l Andrea.Barbat.Quærit Cyn.Pro clemen.appellanti,uide Ludo.in ſuis no.notabili 200.

m Nunquid,uide Bart.in l.ſi quis,hic alleg.

LEX V.

1 *Actus dantur quatuor ad petendos apoſtolos.*
2 *Appellationis exercendæ tempus qualiter ſit conſiderandum.*
3 *Dies fatales quare dicuntur.*
4 *Caſus fortuiti enumerari non poſſunt.*
5 *Caſus euentus dicitur ſine intentione.*
6 *Fortuna dicitur bellum inuiſibile, & ictus, qui prius ſentitur quam ſciatur.*

Cum anterioribus. Ad euidētiam nota, quod
in l.2.ſ.e.pro varietate iudi-
cum varia tempora ſtatuuntur ad appellationem inchoandam:
ſed hodie per hanc legem ſtatuuntur varia tempora pro varieta
te locorum,ex qbus appellatur ad principis auditorum. hoc di-
cit vſque ad §.in his. Diuiditur in tres partes, in prima loqui-
tur de tempore appellationis incohandæ,ideſt initiandæ, vſque
ad §.in his,& ibi loquitur de tempore appellationis introducen-
dæ vſque ad §.ſi tamen.ibi.de tempore appel. exercendæ. vſque
in fi.& cum iſta vltima parte iunguntur omnes auth.h.d.ſm Ia-
cob.Butrig. Cuius verba. ſup. titul. 1. l. in offerendis. hæc ſunt.
1 † Nota quatuor actus, primus petendorum apoſtolorum, &
ad eos petendos dantur 30.dies, vt l.iudicibus.& ſi non petit, li-
tem deſerere videtur, vt l.quoniam. Secundus,quādo habet A-
poſtolos.conſidera tres actus,vnum ſcilicet deferendorum apo
ſtolorum iudici appellat. & iſtud tempus eſt in arbitrio iudicis,
vt l.præſes.& ſi infra hoc tempus ſibi datum non præſentauit,
non videtur ſibi pęna ſtatuta. Sed poſſes dicere, quod videtur litē
deſerere.

deſerere, vt d.l.qm̄ poſtq̄ autem apoſtolos præſentauit, debet ne
gotium iudici intimare,& debet ipſum informare, vt videat an
velit recipere appellationem, an non; & quando velit inchoare,
& de hoc tempore loquitur l.in offerendis,& l.nemo.poſtquam
autem Iudex deliberauit eam recipere, eſt inchoandum tempus
appellat.& de hoc loquitur l.tempora, ſm But.quod not. conſi-
a dera, *a* ꝙ appellatio habet plures partes: ſicut per ſimilitudinem,
via longa habet principium, medium,& finem vt ſ.eod.l. nemo.
prima igitur pars eſt fundamenti, ſcilicet ꝙ appellatur intra 10.
dies vt in auth.hodie, ſ.tit.1.l.iudicib. Secunda pars eſt, ꝙ Apoſto
b li petuntur intra 30.dies, ſ.tit.1.l.iudicib. Tertia *b* pars eſt, ꝙ ītra
terminum a Iudice ſtatutum, appellans compareat cum apoſto
lis,& appellationem ſuam proſequatur intra tempus moderan-
dum per iudicem a quo.ſ.tit.1.l.præſes. & iſtud tempus non eſt
a lege diffinitum, nec etiam in iure eſt expreſſa pœna. Doct. ta-
men communiter tenent,& intelligunt, ꝙ pęna contumacis ſit,
quia vr̃ appellationi renunciare.facit qđ no.ff.de inoff.teſta.l. Pa-
pin.§.ſi quis.ſicut.n.tp̄s iuris eſt fatale, ita tēpus a iudice ſupplet,
vbi deficit lex: quia iudicis authoritas eſt viua vox legis, vt ff. de
iuſt.& iu.l.nā & ipſum. Et qa, ꝙ expreſſa,& ſpecifica legis autho-
ritate fit, ab ipſa lege fieri videtur, vt ſup.de veteri iu.enucle.l.j. §.
omnino. *vnde cum* lex det iudici ſpecialiter,& expreſſe hanc po
teſtatem, verbum iudicis eſt verbum legis arg.ff.de dam.infe.l.
4.§.*duas*. Quarta pars appel.eſt offerre libellum coram iudice ad
quem.& facere aduerſarium citari ſi compareat, fundat cauſam
ſuam per libellum,& litis conteſt.ſi vero non compareat, faciat
ad cautelam eum pronunciari contumacem,& litem haberi ꝓ
cont.iſte.n.eſt ingreſſus appellatorij iudicij.q̄ aūt pręceſſerunt, p̄
ludia ſunt, licet neceſſaria, vt j.ea.l.§.illud,& no.in Auth.in me-
dio litis non fieri ſacras formas.§.fi. Quinta pars eſt ipſa proſecu
tio, ponendo articulos, probando.& cætera faciendo, quæ meri-
ta talium cauſarum requirunt vſque ad concluſionem cauſę in
cluſiue,& vſque ad ſententiam excluſiue. Vltima pars eſt ipſa
ſentētia diffinitiua, quę eſt ipſius cauſæ terminus, vt l.eos.in prin,
2 ſ. tit. 1. † Sed dubitatur omiſſis perplexitatibus legum Codicis.
quid eſt hodie ſentiendum de toto tempore exercendæ appel-
lationis: & hoc poteſt conſiderari tripliciter, vno modo quo ad
eius *initium*, quando incipit currere, ſecundo quantum ad eius
ſpatium, quantum ſit? tertio, quātum ad eius terminum. Redeo
c ad *c* primum,& dicunt quidam, ꝙ tempus appellationis exercē-
dæ incipit curſum ſuum ex tempore, quo ipſa appellatio eſt re-
cepta per Iudicem ad quem. Alij, quod a tempore appellationis
incohatæ per citationem aduerſarij; alij quod a tempore appel-
lationis factæ ſeu interpoſitæ,& hæc vera; hoc addito, quod vbi
dicunt, quod a tempore, debent dicere a die, alias a tempore ap-
pellationis interpoſitæ, & ſic non fit computatio de momento
ad momentum: nam Papa ita declarat in c.ſicut appellatione, de
appel.in *Clement*. Alij dicunt, quod poſt appellationem inter-
poſitam dantur *duo menſes* ad intimandum & introducēdum
eam, inter quos duos menſes pars debet introduxiſſe, & poſt il-
los duos menſes incipit tempus proſequendæ appellationis, &
non ante, vt in auth.de iudicibus. §. appellationes. colla. 6. & ibi
d glo.tenent hanc opinio.& videtur opin.ſatis ęqua, quod *d* dan-
tur iſti duo menſes ad deliberandum ſuper appellatione intro-
ducenda,& diſputanda quo ad ipſius radices: licet enim tempo-
ra dilationum ſint arctanda tamen tempora dilationum nō ſūt
eneruanda, arg.in l.1.ff.de iure deliberand. & hanc opinio.tenēt
Pe.& Gui. Alij dicunt, quod in d.l.§.appellationes.ponitur caſus
ſpecialis, quādo appellatur a pedaneis iudicibus delegatis a prin-
cipe.ratio tamen ſpecialitatis nō poteſt aſſignari: quia eſt ius me
re poſitiuum, vt ff.de leg.l.non omnium,& l.proſpexit, ff. qui &
a quibus. Tu dic, quod ſtandum eſt prædictæ decretali.ratio,
quia Papa poteſt iuris ciuilis dubia determinara in vtroque fo-
ro, cum poſſit vices Imperatoris ſupplere, vt in c.paſtoralis, de re
iud. in Clemen. Nec obſtat, quod dictum eſt tempore delibe-
randi.quia non inuenitur lege cautum, quod ad deliberandum
detur terminus niſi decem dierum, qui dantur ad appellādum.
Vnum aduerte & pondera, quod glo.dictæ Clement. dicit tem-
pus proſequendę appellationis non confundi cum alio tempo-
re, licet ſecus ſit in tempore petendorum apoſtolorum. ſed intē
tio gl.eſt, quod tempus proſequendæ, appellationis non confun
datur cum tempore interponendę, ſed bene confunditur cum
tēpore apoſtolorum, ſaltem cum xx.diebus ex ipſis, ſicut patet,
quia currit ex tempore appellationis interpoſitæ,& ita firmiter
teneas.ſed illud non eſt obliuioni tradendum, quod licet quan-
docunque incipiat actus, incipiat aurora illius actus, vt ſup.de te
e ſtib.l.cum antiquitas.tamen vbi ponitur dictio ſeparatiua, *e* ex, a,
vel, ab, ſpatium quoddam cedit eius lucro, cui adijciet. ita lauda
biliter dicit glo.in dicta clemen.in princip.glo.magnæ, quod no.
f Ex quo determinatur, *f* quod ſi ſtatutum dicit, quod concordia
debeat fieri infra octo dies a die inchoati ꝓceſſus; vtrum valeat
facta tali die? & dico quod ſic: quia cedit lucro eius, cui fit, per il-
lam ſingularem glo.de alijs autem temporibus ſucceſſiuis vſq;
ad vltimū vite ſpiritum ipſius appellationis, dictum eſt in auth.
3 ei qui.& ideo non repeto.† Modo reſtat quærere, quare dicun-
tur dies fatales? & conſidera, ꝙ quædam ex tempore habent cau
ſam eſſentiæ, vt vſucapio: quædam reſolutionem, & interitum,
vt appellatio.ideo autem dicuntur fatales, quia ex negligētia ſu
peruenit mors.tempora autem idem eſt dictum, quod ſpatia tē-
porum, vt l.ſi cum in annos.§.pen.ff.quib.modis vſusfr.amit.in
glo.metam,& formam habentia quæ & ſi ſemper fluendo cor-
ruant, tamen eorum vltima vitæ ſors dicitur fatum per ſimilitu-
dinem: ſicut enim ſuperi (qui fata dicuntur) rebus naturalib⁹ di
ſtribuunt tempus durationis,& interitus, ſic leges faciunt, quod
enim dat primum eſſe, dat durationem eſſe, de modo autē iſto
rum fatalium non eſt amplius diſputandum. Et eſt ſciendum, ꝙ
antiqui de vnoquoque fatali accipiebant vltimam diem, quam
appellabant fatalem diem: & erant quinque dies fatales, in qui-
bus diebus oportebat appellatores ſuam appellationem, exerce
re, ſecundum quoſdam,& iſti dies non poterant coniungi. Sed
hodie coniungi poſſunt, vt hic. Per iſtam literam fundatur vna
practica Spec. in Spe. de dila.§.fi. verſi.pen.qui vtitur his verbis.
hoc autem tu Iudex ſemper obſerua, vt adueniente die termini
aſſignati facias legi termini aſſignationem, vt ſcias ſuper quo,
& ad quid fuerit procedendum. multos enim errores ex hoc
contingere vidi,& bene dicit, quia caſus eſt hic, licet non alle.
4 † Not.text.ibi, nec dici, nec enumerari quod caſus fortuiti enu-
merari non poſſunt, & forte dęmones interdum ſunt factores
infœlicium dierum, qui hunc inferiorem aerem quaſi carcerē
acceperunt; qui quantum ad cœlum dicitur infernus, ſicut dicit
epiſtola Iacobi.& vide, quod no.in l.pen.ff.de regu.iuris. Et not.
g ꝙ *g* caſus prolatus cum adiectiue, fortuitus, ſignificat quicquid
5 imprudentib.accidit.l.cum duobus,§.damna.ff.pro ſoc.† ſed ſe-
cundum Ariſto.fortuna conſiſtit ex intentione, vt ſi quis vadat
ad bellum,& vincat, vel ſuccumbat. Sed caſus eſt euentus ſine ī
tentione; vt ſi quis fodiat hortum,& inueniat theſaurum 2.Phy
ſicorum. In text.ibi, errore calculi.not.ꝙ impedimentum erro-
ris dierum nocet erranti. facit ſupra.de teſt.l.ambiguitatem.per
Cyn.& ideo regiſttandi, ſi non ſunt legitime regiſtrati, imputent
ſibi, ſi volunt ex regiſtratione conſequi commodum; & econ-
h uerſo banniti *h* non ſentiunt incommoda; ſi bannum non eſt le
gitime regiſtratum, vel non debito tempore. Item no.ꝙ ille, qui
errat in calculo dierum, ſibi imputet. Et ſic no.ꝙ banniti, quib.
certus terminus eſt aſſignatus, debent habere diligentiam, ne ter
6 minus labatur, quia poſtea fruſtra remediū intentaretur.† No-
ta, ibi, inſidias fortunę, i.fortuito homini inſidiari, fortuna eſt in-
uiſibile bellum, & ictus, qui prius ſentitur, quā ſciatur, de verb.
oblig. l. inter ſtipulantem,§.ſacram, cum ſimi. Vnde alibi dicit
lex, ꝙ eſt difficile iugiter,& in pace poſſidere, l.corruptionem, de
i vſufr.eſt autem fortuna paſſiua *i* idem quod caſus, aut infęlicitas
ab incerto nominis authore procedens, & rerum humanarum
infœlix mutatio, & tranſmutatio tacita rerum caducarū; & vo-
catus vis diuina actiue, vt l.fluminum,§.Seruius, ff.de dam.infe
cto. & ideo humana cęcitas, & imprudentia, de ea lachrimoſe
cōqueritur, ſed perperam; quia querulas voces ī exorabilis cau
ſa non audit. Nota text. ibi.in ſuo robore, per hunc text.dicunt
K Aduocati, *K* quod quando lex vtitur his verbis, nullum robur
dat, ſed admittit id, quod erat. Iacob.But.

ADDITIONES.

a Conſidera. Vide Bar.in l.2.ff.de furt.
b Tertio. Vide Bal.in l.Præſes, hic alleg.
c Redeo ad. vide Bal.in auth.ſi tamen, ſup.eod.
d Aequa quod. Facit ad no.in l.appellatione.ſup.tit.1.& vide quod inf.
e Dictio ſeparatiua. Vide Bal.in l.a caligato.ſup.de nup.& in l.eos.§.ſinautem, ti.1.
f A.B. Ex quo determinatur. No.ſing.gl. quod ſi concordia debet.fieri ītra octo dies a tempore inchoati proceſſus: ſi fit illa die, valet.
P.D. Et hoc ſiue, propria, ſiue procura.ad appellationis proſecutionem conſtituit vt per Spe.in tit.de appe.§.nunc videtur. ver. quid ſi pars. Et ibidem an aduerſus procuratoris negligentiam, aut non proſequendo dolum reſtituatur dominus ipſe, aut excuſetur. Et adde Philip. Fran.in capitu.ex ratione, de app.vbi per Abb. qui dicunt non excuſari, nec reſtitui, niſi in ſubſidium ob procuratoris inopiam. quam limitationem tradit etiam Card.in Cle.ſicut, eo.ti.
g Et no.quod. Vide Bal.in l.quæ fortuitis, ſup.de pign.actio.
h Banniti. Vide Bal.in l.ambiguitatem, hic alleg.
i Paſſiua. Vide per Bal.in l.ſi is, qui in aliena.§.1.vbi eſt tex.ff.de acq.rer.do.
K Aduocati. Vide Ang.in l.omnes, ſup.de præſc.30.anno.

1 *Teſtamentum inſinuari non poteſt niſi ſit petita caſſatio.*
2 *Priuilegium Iudicis ad quem quare dicatur.*
3 *Cauſa cognita aliquid ferri poteſt, altera parte petente, & altera per contumaciam abſente.*
4 *Pactum, quod a ſtatuto inter ciues appellari non poſſit, quare non valet.*

a **§. Illud.** *a* Hic dicitur, quod exordium imponitur cauſæ
ap. vna tantum parte pręſente. dummodo īterue
1 niat citatio. † Et not. valde iſtud verbum gloſſ. ad quæſtio. ſtatuti

ADDITIO.

a A.B. illud Et vide gl.ſing.l.ſciendum,§.qui fundum, ff.qui ſatiſd.co.ſecundū Ang. qui limitat hunc.§.j.

a tuti a dicentis teſtamentum inſinuari non poſſe, niſi ſit petita
caſſatio: quæ non dicitur poſtulata, nec exordium accepiſſe, niſi
b interueniat partis citatio, quod tene menti. Secundo no. b ꝙ ſpe
ciale eſt priuilegium Iudicis, ad quem poſſe diffinire cauſam ap
2 pellationis, lite non conteſtata. † Sed quæro, quare hic dicitur
priuilegium Iudicis ad quem: nam imo debuit dicere priuile-
gium cauſæ, vel litigatorum? Reſp. ideo dicitur priuilegium Iu-
dicis, propter hanc exuberantem authoritatem, quam habet iu-
c dex in cauſa appell. Sed ſtatim c quæro, quid in cauſa nullitatis?
Reſpon. aut mouetur ſeorſum, aut incidenter, & coniunctim cū
appellatione. primo caſu non poteſt ferri diffinitiua, lite non cō
teſt. quia nullo iure hoc cauetur, ſecundo caſu indubitanter di-
co procedi poſſe. Sed dic, quod aut actor dicit ſententiam nullā,
aut reus. primo caſu, aut abeſt actor, & poteſt ferri diffinitiua li-
te non conteſt. vt in auth. qui ſemel, abbreuiatis dilationibus il-
lius auth. propter naturam cauſæ, aut reus abeſt, & idem ſecun-
d dum Iacob. Butr. quia aliter non poteſt eſſe conſultum actori, d
cum cauſa nullitatis non ſit de debito cauſæ, ſed ſit de proceſſi-
bus, ſecundo caſu idem per omnia poteſt dici: & ſic concluden-
do propter naturam cauſæ, & æquitatem officij Iudicis intenta-
ti, dici poteſt, ꝙ quamuis parte abſente, poſſit tamen ferri diffini
tiua lite non conteſtata, ſicut fertur ſuper reſtitutione in integr.
de cuius iuſtitia Iudicis appareat, vt ff. de auth. tu. l. defendente.
3 † No. tamen aliquid ferri cauſa cognita, altera parte petente, al-
tera tamen per contumaciam abſente, ff. de fideic. lib. l. cum ve-
ro, §. ſubuentum. ſecundo caſu indubitanter dico procedi poſſe
altera parte abſente, & lite non conteſta. quia incidentia ſapiunt
eandem naturam, ut l. 1. ſup. qui, & aduer. quos. No. literam ibi,
e dum dicit, & tarditatem e Iudicis in querelam deducere, ꝙ a tar
f ditate f Iudicis appellari non poteſt, ſed debet adiri ſuperior per
ſimplicem querelam, quia differre proprie non eſt grauare, ſed
arg. contra de l. quoniam in prioribus ſupra, de inoffi. teſtam. &
in cap. 1. de milite vaſallo, qui contum. eſt coll. 10. Sed nunquid
iſta tarditas coram ordinario poteſt in querelam deduci? dic vt
in auth. qua in prouincia, in fi. & ibi per Cyn. ſup. vbi de crim. agi
4 opor. vbi omnino vide quod nota. † Quæro, cum ſtatutum inter
ciues habeat vim pacti, quare valet pactum, quod appellari non
poſſit, & ſtatutum non valet? dicit Innocentius, ꝙ per pactū non
derogatur iuriſdictioni ſuperioris, cum in ſe habeat cognoſcere
de pacto, extra, de iureiur. c. venientes, per Innocentium. quid er
go ſi ciues facerent pactum ſingulariter vniuerſi de non appel-
lando, an hoc modo poſſit fieri per ſyndicum vniuerſorum no-
tario recipienti pro omnibus, & ſingulis, quorum pro tempore
intererit. cogita.

ADDITIONES.

a Statuti. Vide Bal. in l. 1. in prin. de lit. conteſt. ſup. & in l. 1. in fi. quando libel. prin. da. & facit ad no. per Bar. in l. in hac, de don. infra.

b A. B. Secundo no. Et facit ad q. cauetur quod intra 10. dies appelletur, & intra 20. mittatur nuncius, qui proſequatur appel. alias non audiatur modo appellans intra 10. dies, mittit nuncium intra 10. & offert libellum, non tamen fecit citari partem an amplius audiatur? Ang. per hanc glo. in Auth. de iud. §. appellatio. de facto determinauit, quod non: quia licet libellus ſit de actis, ut ca. quoniam contra falſam, de prob. non tamen eſt de proceſ. ante citationem partis, tu uide gl. ſing. ſecūdum Bal. l. 1. ff. de in ius voc.

c Sed ſtatim. Vide quæ dixi in l. 1. in 20. q. ſup. de lit. conteſta. & Bald. in l. ab eo ſup. quomodo, & quando iud.

a Sed ſtatim. An in appel. requiratur lit. conteſt. vide Arch. in c. 1. de iur. cal. lib. 6. Spe. in tit. de lit. conte. §. nunc dicendum, ver. nunquid in cauſa appe. vbi refert ita prenunciaſſe, & vide elegantem deciſionem apud do. de Rota, in 4. dec. in deciſ. nouis. & an quando petitur reſtitutio in integrum requiratur lit. conteſt. uide Do. de Rota, in dec. no. in 8. deciſ. vide c. per tuas, de appel. declaratur iſte text. & vide ibi Bal. Pondera quis hic dicitur priuilegium iudicis, ergo ille tex. ſeruatur in ſuo foro. pondera bene, quia nemo aduertit.

d Actori. Bar. in auth. ſi omnes, ſup. ſi mi. ſe ab hæred. abſtin.

e An. B. Et tarditatem. Nota, ꝙ a tarditate Iud. non poteſt appellari, vide tex. de iſta tarditate in c. cauſam quæ, de reſcrip. & in c. ex conqueſtione, de reſtit. ſpolia. uer. ob hoc, vt a neglecta iuſtitia: quia Epiſcopus reſtituere negligebat. dicit D. Cardi. quod appellauit. alleg. Auth. vt differ. Iudic. per totum, & Bar. in l. quamuis, de dona. inter vir. & uxor. vbi dicit, quod de hoc miſit nuncium ad Papam. Et ſic notab. dicit, quod appellauit, uide Bal. in l. ſed & ſi per prætorem, §. ait prætor, ff. ex quib. cauſ. maio. vbi dicit, quod remittitur ad ſuperiorem, vide tex. & Bal. in c. per tuas, de teſtib. uide c. qualiter, de iudi. ubi do. Petr. colligit, quod propter negligentiam iudicis recurritur ad ſuperiorem, nec appellatur. alleg. l. properandum. C. de iud. & c. fi. de tranſact. vide gl. in c. 1. de mut. pet. quæ dicit, quod a negligentia Iudicis appellatur. Pondera tex. in d. c. ex conquæſtione, quia ille dicit, ob hoc miſit nunciū, quod ſi non appellauit, illud ideo fuit, quia peruertebant ordinem iuris, ut ibi. & etiam pondera, quia in caſu d. c. ex conquæſtione, grauamen inducebatur ſibi. vide Do. Card. in c. cum ſit, de foro comp. ubi dicit, quod appellauit, uide quæ ibi dixi, & Hoſt. in c. dilecto, de appel. ubi dicit, quando proponitur exceptio coram Iudice, quod illa oppoſitio non procedit ad vlteriora: nec expreſſe nec tacite eā admittit, ſed citat ad audiendum ſuam uoluntatem. poſtea etiam alium terminum dat, &c. vt ibi deciditur, quod appellabitur, & ſic negligentia appellabitur, vide c. 1. de excep.

f A tarditate. Qualiter ſuccurratur contra tarditatem Iudicis. vide Bal. in l. fin. ſup. de ſenten. & interlocut. omnium Iudicum, & in l. ſed & ſi per prætorem, §. ait, ff. quib. ex cau. maior. limita, niſi ter fuerit requiſitus, ut pronunciet, ſecundum Ioannem And. in cap. dilecto extra, de appellat. & Abb. in cap. ex parte, lo vltimo, eod. titu.

1 *Pactum, quod in cauſa appellationis procedatur abſque libello, an valeat.*
2 *Pactum valet ne vllo tempore præſcribatur.*
3 *Appellationi renuncians ſimpliciter, an a grauamine renunciare videatur.*
4 *Procurator an poſſit renunciare appellationi.*
5 *Appellatio per ſtatutum ciuitatis, an remoueri poſſit.*

§. Si autem partes. Iſte tex. valde not. Not. er-
go, ꝙ valet pactū cum ſcri-
ptura, vel ſine, quod neutri parti ſit licitum appellare, vel fatalia
tempora obſeruare. Ex hoc apparet, ꝙ iuri appellandi poteſt de-
a rogari per pactum. Quid in ſimplici renunciatione? a Quidam di
cunt non valere. Alij dicunt, quod valet. verius eſt, ſi fiat in iudi-
cio, vt ſ. de pact. l. poſtquam liti, gl. de rep. hæred. l. ſicut. dicit, ꝙ
renunciatio, quę valet in iudicio, valet extra iudicium: pactū au-
tem valet, ſiue fiat in iudicio, ſiue extra. & hoc eſt valde nota.
1 † Per iſtum b §. videtur dicendum, quod valet pactum, quod in
b cauſa appellationis procedatur abſque libello, & abſque li. cont.
& etiam vtraque parte præſente hoc tangitur in Specul. de libel.
2 concep. §. vtrum, verſ. arg. tamen contra. † Item allegatur c per
c Roffred. ꝙ valet pactum ne vllo tempore pręſcribatur. ad idem
de ædil. edicto. l. quod ſi nolit, §. ſi quid. ſed Dom. Cyn. reſpōdet
quod ibi loquitur in præſcriptione deducta in defectum promiſ
ſionis hominis: ſecus in præſcriptione 30. ann. quia præſcribatur
contractui informato a pacto, ergo & ipſi pacto. de hoc per Cy.
ſup. eo. in auth. ei qui, in fi. per Dyn. in leg. nemo poteſt, ff. de leg. j.
d Item non valet pactum, ne præſcribatur inſtantię d lapſu trien-
nij, vt ſup. de iud. l. properandum, in prin. etiam in cauſa appella-
tionis, vt ſit litium finis; ſed vſque ad triennium bene valet pa-
ctum, & ita debet intelligi §. iſte. pone, ꝙ accepi a te mutuum,
pacto appoſito, ꝙ ſi contingat me condemnari, appellare non
poſſim: an valeat hoc pactum? Reſpon. ſic, vt hic: niſi tu dicas, ꝙ
iſte caſus non continetur in litera, quia iſtud pactum claudicat.
litera enim dicit, nemini parti, nō autem dicit alteri parti. primū
verius, qa ita allegatur iſte tex. vbiq; vt ff. de pac. l. inter. ſ. de pact.
l. ſi quis in conſcribendo, ff. de poſtul. l. quos prohibet & hoc ex-
preſſe dicit litera ſequēs, dum ſubdit, legum enim auſteritatem
&c. ideſt rigorem volumus per pactum litigātium mitigari. per
e iſtam etiam e notabilem literam dico, ꝙ tempus exercendę ap-
pellationis poteſt augeri, & minui per pactum. Opponitur, quod
f non poſſit renunciari f appellationi, vt ff. de appellat. non tan-
tum. Solut. ibi in criminali, hic in ciuili, vt not. ff. de pact. leg. pa-
ctum inter. & l. ius publicum. Idem ī cauſa ſtatus, quod in crimi
nali: quia quis inuitus defendi poteſt, & appellationi renunciare
non poteſt, vt l. 2. & 3. ff. de liber. cau. niſi tacite patiendo labi tem
pus appellandi: nam tacitum pactum curſu temporis roboratū
plus operatur quam expreſſum, argum. ff. ad Trebellianum l. fa-
cta, §. ſi quis bonorum. & hoc propter authoritatem pręſcriptio
nis quam a lege aſſumit. Extra opponitur, ſi renūciatur appel-
lationi, ergo datur iudici a quo materia delinquendi. Solutio. ne
g go hoc. g Nam hoc factum nō prodeſt iudici, quin faciat litem
5 ſuam. † Modo quęro, nunquid ille, qui renunciat appellationi
ſimpliciter, ſub hoc videatur includere appellationē a grauami
ne. Dicunt quidam, ꝙ non videtur cogitatum, niſi de deciſione
cauſę.

ADDITIONES.

a Renunciatione. Vide gl. Bart. & Doct. in l. 1. §. ſi quis ante. alias in gl. & pro intelligentia & limitatione, vide Anto. de Butr. in cap. paſtoralis, in princ. extra, de appellat.

b And. Barb. Renunciatione. Nota quod renunciatio, quæ valet in iudicio, valet extra iudicium: ſed multum obſtat, quia in iudicio valet ſine cauſa, vt eſt glo. ſing. in rub. de interrog. act. & textus ſecundum Baldum, in l. ſi eum, §. fina. ff. ſi quis cau. & l. ſicut ſupra de rep. tamen extraiudicialis non tenet l. 2. §. circa cum ſimilibus. de do. excep. & vide bo. tex. l. quidam in iure. ff. de donat. l. voluit, §. quod ait. de interr. a

c And. Barb. Per iſtum, Nota, quod pactum, quod procedatur abſque libello in appellatione vtraque parte præſente. vide remiſſiones, quas dedi in auth. offeratur, de lit. conteſt. ad Bar.

d And. Barb. Item allegatur. An valeat pactum, quod nullo tēpore præſcribatur vide Bar. in l. nemo poteſt. de leg. 1. Nota non valere pactum ne præſcribatur inſtantię per triennium. ſi tamen apponitur iuramentum, tenet, ita ſingulariter dicit Bart. in l. ſi quis pro eo. ff. de fideiuſſor. Dominus meus tenet contra. in ca. cum contingat, de iureiur. per iuramentum & alijs modis, vide Bar. in l. properandum, vbi dedi remiſſiones, ſup. de iud.

e Inſtantiæ. Bart. hic contra, vide per Doct. in auth. ſi tamen, ſup. eo. & quod dicit Bal. quid in tempore appellandi, vide in Auth. hodie. ſup. tit. 1.

f And. Barb. Per iſtam etiam. No. tempus exercendæ appellationis poſſe alterari, vide Bar. in l. 2. ff. de iud. & ibi dedi remiſſiones ad Bald.

g Renunciari. Vide Bal. in l. fi. ſupra de neg. geſt. & Bart. in l. addictos, ſup. de appel. & in l. qui vltimo, ff. de poen. & Moder. in d. l. 1. §. 1. in prin. ff. a quibus appel. non licet.

And. Barb. Nego hoc Pondera bene iſtud dictum Bal. dicentis, quod licet quis renunciet appell. tamen hoc pacto non prodeſt Iudici, quin faciat litem ſuam. vide Bald. in c. ſæpe, de appell. idem tenet Ange. in l. 1. ff. de appel. in lect. noua. alleg. Bald. ſed vide Bal. qui tenet contrarium, in cap. 1. §. iudices, de pa. iuram. firm. per Do Abb. in c. paſtoralis, §. quia vero, de off. dele. vide Bald. in ti. de appellat. & per Inn. vbi ſing. loquitur, & alleg. l. cum antea. C. de arb. & ita conſului. & alleg. Ang. in conſ. 30. vbi ſing. vide in conſil. apud Lucam.

cauſæ. Tu dic, quod generalis renunciatio in omnibus nocet, ff.
4 a quib. appel. non licet. leg. 1. §. ſi quis. † Sed nunquid *a* procura-
a tor poſſit renunciare appellationi? Reſpon. non, quia iſtud renũ-
ciare eſt donare, quia procurator non debet facere contra man-
datum vt ff. de pact. l. ſed & ſi tantum. idem in prælatis eccleſiarũ
qui tenent medium inter ſimplicem procuratorem, & dominũ,
& vide quod not. in l. ſi quis dolo, ff. ſi quis omiſ. cau. teſta. Ex-
5 tra † quæro, *b* nũquid per ſtatutum ciuitatis poſſit remoueri ap-
b pellatio? Tex. videtur, quod non, extra de iureiur. cap. venientes.
Contrarium determinat hic Rayn. quia in præiudicium ipſorũ
ſtatuentium tale ſtatutum valet, ſicut valeret pactum, vt ff. de le-
gi. l. ſed ad ea. & ff. de oper. noui nunciat. l. j. §. inde quæritur. verſi.
quid enim. item ſtatutum poteſt aggrauare ſuos ſubditos, & a
grauamine ſtatuti non poteſt appellari, vt. l. fin. ff. de appella. reci.
item qa nos ſumus in re familiari, ſuper qua eſt vniuerſis, & ſin-
gulis licitum paciſci. & videtur expreſſum ff. de decret. ab ord. fa.
l. fi. *in fi.* quia non intereſt ſuperioris, ex quo illi quorum principa
liter intereſt, lites hoc modo ſopire volunt: & hoc verum, niſi
fuerit expreſſe in derogationem ſuperioris. Nam ſi ciues face-
rent tale ſtatutum, quod appellaretur ad quoſdam municipales
magiſtratus, & non ad Principem, iſtud ſtatutum tanquam am-
bitioſum, & ſapiens iniuriam Principis, ipſo iure non valeret, vt
d. c. venientes, & arg. extra, de conſt. c. eccleſia ſanctæ Mariæ. Bar.
c *autem c* tenet indiſtincte tale ſtatutum nõ valere, quia princeps
denegat hanc iuriſdictionem ſtatuendi populis, vel vniuerſitati
bus, & ratio eſt, quam dixi in princ. huius §. poteſt & aſſignari a-
lia ratio: quia iſtæ cauſæ appelationis ſunt mixti Imperij, ſuper
quo de iure communi non poſſunt populi ſtatuere; quia non ha
bent mixtum Imperium, quinimo in capitalibus cauſæ appella-
tionum ſunt meri Imperij, quod ſolum eſt apud ipſum fontem
ideſt, apud ipſum Prĩcipem, & eius membra: ſicut ſunt præſides
prouinciarum, & ſimiles, vnde Papa in d. c. venientes, nihil diſpo
nit iuri contrarium, licet practica communis illud c. non obſer-
uet in foro Iuſtiniani, ſaltem in ciuitatibus, quæ ex pace Conſtã
tiæ conſuetudine, vel priuilegio, mero & mixto Imperio potiũt,
d vt no. in auth de defenſ. ciui. §. nulli certe. & ſi ſtatutum *d* valeret
non tamẽ eſſet præcluſa via alterius recurſus ſiue ſupplicationis
adde quod dixi ſup. tit. 1. l. ſi appellationem, & ibi de hoc Cy. ibi
omnino vide Bart.

ADDITIONES.

a Sed nunquid vide Ang. & Do. in l. 1. §. 1. ff. a qui. appellat. non licet, & in l. ab execu tore, §. fi. ff. de appel.
And. Barb. Sed *nunquid* procurator poterit renunciare appel. Vide Bar. in l. 1. §. ſi proc. ff. ſi quis ius dicen. non ob. vbi videtur tenere, quod ſic. tu vide ibi Do. Bald. qui contradicit.

b Extra quæro. vide Bal. in l. pen. ſup. com. vel epiſt. & ibi, an valeat ſtatutum abbre- *uians tempus* appella. & adde, quod ciuitas poteſt facere ſtatutum, quod in cauſis *ſuis, ſcilicet reipub.* procedatur appel. remota, ſecundum Bald. in l. fi. inf. quo ap- pell. non reci. & *adde etiam,* ꝙ non valeat conſuetudo tollens appell. in l. 2. infra quæ ſit longa conſuet.
Extra quæro. An ſtatuto ciuitatis *poterit* tolli appell. vide Io. And. in tit. de appel. §. videndum reſtat, verſ. tunc *tractemus,* Bar. in l. omnes *populi,* de iuſtit. & iud. & ibi no. & dato, ꝙ valeat, tamen non *præiudicat* tertio, quin tertius poſſit appella- re, vt tex. no. & ibi hoc tene Do. Ant. cap. *ſuper* eo, de off. deleg. quod eſt no. & ibi *eſt* caſus ſing. ſecundum Do. Ant. ꝙ in *caſibus in iure* non expreſſis, poteſta tertius *pro* ſuo intereſſe appellare, & loquitur ibi in delega. & ſic habes ibi caſum no. ꝙ legatus poteſt cognoſcere inter partes non *expreſſas* in reſcrip. quod eſt nota, di- gnum, & vide Bal. in l. ſi appellationem, ſup. de appellat. an poterit tolli appell. in l. cum filius, alias, ſi filius, ff. de teſta. mil. & vide gl. ſing. *l. fi.* de ſent. & interlo. om. iud. vbi ſolus Princeps poteſt tollere appellat. a diffinitiua, ſecus ſi ab interloc. quia tunc iudex poſſet illam tollere, & ſequitur ibi Bar. ſed in l. 1. a quibus appell. non licet illam reſtringit ad appellationem fruſtratoriam, & ſequuntur Moder. in c. pa- ſtoralis, de appell. Item limita, niſi eſſet aliquis, qui de facto non recognoſceret ſu periorem, *vt no.* Bart. in d. l. j. quia poſſet remouere appellat. Item *limita,* quod vbi cunque ſtatutum *tollit* appell. in caſu, in quo poteſt, ſemper intelligitur de diffini tiua, arg. cap. cum *olim, ubi* gl. de teſt. & l. 1. §. biduum, ff. quando app. ſit. ſecus ſi diceretur, quod a ſententia Poteſtatis non ſit licitum app. quia tunc intelligitur de diffinitiua, & interloc. vtrum autem commune poſſit facere ſyndicum ad renun- ciandum appellationi Bal. in l. cum de conſuetudine, ff. de legibus relinquit cogi- tandum, vide ibi omnino.

c Bar. autem. Scilicet in l. fi. ff. de aqua. plu. arcen.

d Si autem ſtatutum, vide Bar. in l. 1. inf. ſi de mo. poſſ. fuerit appell. Ro. in rub. ff. de arbit. & quod no. Ant. de But. in c. paſtoralis, extra, de appell. & Abb. in c. quere- lam. extra, de proc. & Io. de Imo. in l. 1. §. fi. ff. a quib. appell. non lic. & in l. ex con- ſenſu, §. fi. ff. de appell. Bal. in l. nemo. ſup. de iuriſd. om. iud. Pau. de Leaza. in clem. 1. de ſequeſtra. poſſ. & fruct.

Quando prouocare non eſt neceſſ. *Rub.*

LEX PRIMA.

1 *Sententia dicitur eſſe minoris authoritatis, quam lex.*
2 *Sententia prima quæ fuit nulla, ſi denuo agatur, an valeat contraria.*
3 *Sententia contraria alicuius remedij a iure permiſſi, an valeat.*
4 *Sententia ſecunda valet, quæ eſt ſimilis primæ.*
5 *Ratificatio deciſorum per rem iudicatam non venit in generali compromiſ ſo ſimplicis arbitratoris.*
6 *Sententiæ contrariæ ſi appareant latæ vna die, & vna hora, an valeant.*
7 *Sententia contra conſuetudinem lata val.t.*
8 *Iudex ſi pronunciat appellationem non tenere non inſerta cauſa, ſententiæ prima videtur confirmari.*
9 *Appello uerbum, omnem iniuſtitiam continet.*
10 *Appellatio an ſit proprie appellatio, ſi ſententia non valuit.*
11 *Appellatio an det firmitatem cauſæ.*
12 *Iudex ad quem, ſententiam nullam confirmare non poteſt.*
12 *Libellus, dico ſententiam nullam, & ſi qua eſt, appello, an ſit æqualiter duplem.* 14.
15 *Appellante aliquo a ſententia ſimpliciter, & poſtea producente inſtrumẽtum excommunicationis iudicis, iudex ad quem, an poterit declarare ſententiam nullum.*
16 *Sentia ſecunda lata ex noua inſtantia, an intentari poſſit.*
17 *Procnrator in rem ſuam per primam ſententiam, contradicentem excludi non poteſt.*
18 *Soluens eſt abſolutus.*
19 *Victor ſi petit confirmari ſententiam a qua non eſt appellatum, victus in re conueniendo petere poteſt nullam pronunciari.*

a Latam ſententiam. Contra ſententiam, *a* quæ
trãſiuit in rem iudicatam
pronunciari non poteſt, & eſt huius legis ratio violenta: nam cũ
ſentẽtia diffinitiua nihil aliud ſit, quam vltimus finis, neceſſario
ſequitur, quod omnem alium finem intercidit, & annihilat: qa
quod eſt vltimum, poſt ſe nihil habere poteſt. Item eſt ratio ſpe-
cialis, rigor iudiciorum, vt ſit litium finis, vt in prima ꝯſtitu. hu-
ius voluminis. Oppo. quod non fuit error expreſſus, ergo ſen-
tentia tenet. vt ff. de re iud. l. cum prolatis. Solu. illa diſtinctio ha-
bet locum, quando Iudex habet poteſtatem pronunciãdi: ſecus
1 ſi non habet poteſtatem, vt hic. † Sed contra hoc oppon. ſi ha-
bet poteſtatem pronunciandi contra legem tacito dolo, vel taci
to errore: ergo multo fortius habet poteſtatem pronunciandi ꝯ
ſententiam, quæ eſt minoris authoritatis, quem lex ſcripta. Sol.
hoc ſpeciale, vt ſit litium finis, & hoc verum vi ſententiæ, ſed be-
ne poteſt valere vi moræ, vel culpæ non opponentis, extra de re
iudic. capitu. inter monaſterium. Tertio opp. contra iſtam ratio
nem de l. nam poſtea, §. ſi damnetur, ff. de iureiur. Solutio, aliud
in iuramento, aliud in ſententia propter authoritatem ſenten-
tiæ. Quarto opp. quod idem in ſententia, ꝙ valeat, ff. de cond. in-
deb. l. eleganter. §. ſi poſt. Sol. ibi erat dubium an eſſet iudicatum
hic erat certum, nam ſuper certo ſufficit, quod ſemel ſit pronun
ciatum, quia ſententia tranſiuit in perpetuum vigorem. Oppo.
quod indiſtincte non valeat ſecunda ſententia, vt ſup. ſenten. re
ſcindi non poſſe. l. 2. Solu. ibi loquitur quando in eadem inſtan-
tia, quæ conſumpta erat: ſed quando ex noua inſtantia, tunc ha-
b bet locum ſuperior diſtinctio. & eſt ratio *b* differẽtiæ, quia aliud
eſt pronnnciare ex mero officio, quod non poteſt fieri, quia ſo-
pitum: aliud iure actionis ſuper libello pendenti. Oppoſitio.
c quod etiam in eadem *c* inſtantia valet, vt ſup. de ſentent. & intet
loc. omnium iudic. l. 1. Solu. ibi prima ſententia fuit nulla ipſo iu
2 re, & ſic non tranſiuit in rem iudicatam. † Extra oppo. *d* ꝙ imo
ſi denuo agatur, valeat ſententia cõtraria, vt ff. de excep. rei iud.
l. duobus. Solut. ibi prima ſententia fuit condemnatoria, ſecun-
e da abſolutoria. hic econtra, ſecundum Guil. *e* & eſt ratio duplex
prima per l. fauorabiliores, ſecunda, quia actor eſt in culpa. Item
eſt tertia ratio, quia actor videtur tacite renunciaſſe victoriæ, q̃
renunciatio tenet, ſecundum Iac. Butr. arg. ff. de min. l. minor 25
ann. cui fideicommiſ. licet forte reus non poſſet expreſſe renun-
f ciare *f* authoritati rei iud. vt no. ſup. de tranſac. l. ſi diuerſa. vel ibi
ex eadem inſtantia, ſecus ſi per nouum iudicium ſponte ſuſce-
3 ptum, & hæc eſt tutior, arg. l. acta, ff. de re iud. † Oppo. ſupra tit.
2. l. eos. Solu. ibi ſuffragio appellationis, vel alterius remedij a iu-
re permiſſi: hic citra iuris remedia. Et diſtingue, aut prima ſentẽ
tia tranſiuit in rem iud. exiſtenter. & apparenter, & non valet cõ
traria ſententia, niſi ptopter culpam actoris; vt d. l. duobus, aut
tranſiuit apparenter, non exiſtenter, quia nullã; tunc valet ſen-
tẽtia ſecunda, quia aliqua, aut tranſiuit exiſtenter, ſed non appa-
renter, quia erat dubium, vel quia in iudicio ſecundo non fuit
de prima ſententia probatum, & tunc valet ſecundo ſententia,
vt d. §. poſt. & extra, de re iud. cap. inter monaſteriũ. aut nec exi-
ſtenter, nec apparentur, & tunc valet ſecunda ſententia ſine
dubio; quia loquendo ad intellectum iuris, ſecunda non eſt
ſecunda ſed vnica, vt l. 2. ff. de pœn. & ff. de re iudic. l. 3. §. con-
demnatum

ADDITIONES.

a Contra ſententiam. De materia vide Do. Ant. in c. cum dilecta, de reſcrip. & an ſen tentia contra ſententiam valeat, vide eũdem, & alios in c. inter monaſterium, de re iud. Inno. & alios, & vtrobique gloſſ. fin. in l. ſi diuerſa. ſupra de tranſac. quæ dicit, quod etiam de conſenſu partium non valeat. Fallit in interlocutoria, vt l. fin. ff. de præt. ſtipul. Vide Do. Pet. in cap. 1. de tranſac. & Bar. in l. duobus, ff. de excep. rei iud.

b Ratio. vide latius hic per Bar.

c In eadem. vide Bar. in l. poſt ſententiam. ſup. de ſent. & interl. om. iud.

d Extra opp. uide Bal. in l. poſt ſententiam. ſup. de ſent. & interl. omn. iud.

e ſecundum Guil. Hanc non tenet Bar. hic.

f Renunciare. Vide Io. de Imo. in c. paſtoralis, de reſcrip. extra.

demnatum. Ex his apparet, ꝙ ſententia, ſeu victoria, habet perpe
tuam cauſam, & effectum ſententię incommutabilem: & quod
ille, qui vincit in perpetuum non poteſt perdere: niſi mutatis ter
minis, vel ſponte repetito duello, vbi victorem a victo ſæpe, ſupe
4 rari videmus, vt dixi ſuperius. † Modo quæro vna cum glo. nun
a quid *a* ſimilis ſententia valeret? vide hic. l. qui erat, ff. fam. erciſc.
Reſpond. eam valere, licet non augeatur effectus, niſi reſpectu
præſcriptionis, arg. ff. de verb. obl. l. qui bis idem, & l. ſi dari ſtipu-
let. Opp. nam ſecundum hoc poteſtas Iudicis claudicat: ita ꝙ v-
na pars poteſt vincere, & non perdere, & alia poteſt perdere, &
non vincere contra l. qualem, ff. de arb. Sol. iſtud eſt propter vir-
tutem actionis, non ex qualitate iuriſdictionis, quicquid dicat.
b hic Iac. But. Ex prædictis *b* pone talem concluſionem. Sententia
lata contra exceptionem rei iudicatæ omiſſam, vel non proba-
tam valet, ſed contra oppoſitam, vel probatam ipſo iure non te-
net, vt in hac lege, quæ alibi non reperitur. Modo ego quæro exẽ
c plum de alijs ſententijs *c* contrarijs. Reſpondet glo. valde caute,
ꝙ primus Iudex abſoluit reum a rei vendi. in certa cauſa, q̃a res
non erat actoris. Secundus condemnauit, quia res erat actoris.
Iac. de Aret. dicit, ꝙ iſtæ ſententiæ non ſunt contrariæ, quia po-
teſt dominium ſuperueniſſe, ſed tu dic defendi gl. quando eſt ꝓ-
nunciatum ſuper eodem, & vnico dominio, & ſuper eadẽ cau-
ſa dominij, vt ff. de excep. rei iud. l. ſi a te. ff. de iureiur. l. qui iuraſ-
ſe, §. ſi pater. Porro vnicum pręſumitur dominium, & non plu-
ra, ad inſtar contractus, vt extra de fide inſtrum. cap. cum Ioan-
nes Heremita. Item non pręſumitur dominium ſuperueniſſe:
quia cum per prius res fuerit alterius, & non iſtius, non pręſumi-
tur ab illo veteri domino (quanquam ignoto) dominium receſ-
ſiſſe, & ad hunc conuolaſſe, quia dominia nõ volant: alias in rea-
li nunquam obſtaret exceptio rei iudicatæ, quod falſum eſt, vt ff.
de exceptio. rei iudicat. l. ſi quis ad exhiben. & l. ſi rem, & l. ſi quis
cum totum, & l. ſi mater, §. eandem. Et not. per hanc l. 1. dicit Ia-
d co. de Are. ꝙ arbiter *d* non poteſt corrigere ſententiam ſuam dif
finitiuam ex data ſuper hoc ſibi expreſſa poteſtate a partibus, cũ
nec Iudici dari poſſit. Conſidera, ſi de pœna loqueris, male lo-
quitur. idem de emologatione, dummodo arbiter intra x. dies
5 corrigat ſe, ita ꝙ ſententia non fuerit confirmata. † Quęro, an in
e compromiſſo *e* generali arbitratoris ſimplicis veniat ratificatio
deciſorum per rem iudicatam a Iudice. Reſp. non, quia tranſigi
non poteſt ſuper ſententia liquida, de tranſact. l. poſt rem hoc ꝓ-
bat exordium ſcripturę, Dum litis, &c. Item tex. ſcripturę ſequi-
tur, *compromiſerunt de omnibus litibus*, quę eſſent, & eſſe poſ-
ſent, &c. cum lis nõ poſſit eſſe vlterius poſt rem iudi. dicas quod
f ſi de voluntate partium iterum, & de nouo cognoſcitur, *f* bene
valet ſententia contra ſententiam, ſic ff. de except. rei iud. l. duo-
bus, & ſi de voluntate vnius partis, tantum, valet ↄ̃ illam partem
6 tex. eſt *ibi* notabilis. † Quęro, quid ſi duæ ſententiæ contrariæ ap
g parent latæ *vna* die, & eadem hora? Reſp. neutra valet, *g* ſecus ſi
ſint ſimiles: hoc probo exemplo duorum teſtamentorum incõ-
patibilium, vt no. ſup. de edicto diui Adri. tollen. l. edicto, & licet
Doctores ibi dicant, ꝙ potior eſt poſſeſſor, illa potioritas eſt in ab
ſoluendo, non autem in poſſeſſione titulanda. vnde poſſeſſori nõ
prodeſſet pręſcriptio pro hęrede: quia vt ibi eleganter dixit gloſ-
ſa, neutrum valet; & idem dicerem in materia electionum, quia
neutra valet, ſi propter conflictum, & contrarietatem probatio-
7 num neutra pręualet. † Item quęro pone, *h* ꝙ conſuetudo indu-
h cta eſt ex ſententijs Iudicum, tandem fertur ſententia in contra-
rium, nunquid ſit ipſo iure nulla faciendo mentionem de diſpo
ſito, & non de conſuetudine diſponente? & vr̃ ꝙ ſic, quia ſnĩa ↄ̃
ſnĩam nedum vnam, ſed multiplices, non valet, contrarium di-
co, quia non tendit ad eas reſcindendum; vnde non eſt contra
ſententias, ſed ↄ̃ tacitum populi conſenſum, ſiue ↄ̃ quoddam ta-
citum pactum vulgi. Quia tacitus conſenſus eſt immediata cau
ſa conſuetudinis, & non ipſa ſententia, alioquin ſequeretur, qđ
iſta conſuetudo ex ſententijs inducta, haberet executionem pa-
ratam, quod *falſum* eſt, cum oporteat agi condictione ex tacita
lege municipali, vt ff. de legib. l. de quib. §. fin. de condict. ex lege.
l. 1. ſup. de arbit. l. ne in arbitris, & l. fi. §. & ſi pręfatam. ſup. de iure
delib. Modo quęro vna cum gl. Pone; appellatum eſt a ſnĩa, quę
ipſo iure non valet, qualiter lex pronunciabit? Reſp. gl. quod pro-
i nunciabit *i* appellationem iniuſtam: tamen debebit inſerere cau
ſam hanc, quia nihil valuit appellatio. *Alij* exponunt, quia nil va
luit, ſcilicet ſententia, ſed loquendo ad intentionem, gl. prima ve
rior. Sed ſtatim quęro. Lata iſta ſententia ſecunda, quid erit de
cauſa? Reſpondet gloſ. quod denuo tractabitur. Sed immediate
K quęritur, nunquid K per appellationem ſententia confirmetur?
Reſpondet gloſſa, quod non, ut ff. de appel. l. ſi expreſſim, nec ob
8 ſtat. ff. rem ratam habe. l. 3. §. ſi quia ſpeciale eſt in illo caſu. † Sed
ſtatim quæro vna cum gloſſa, quid ſi Iudex pronunciat appella-
tionem non tenere, non inſerta cauſa, quare non teneat? Re-
ſpondet gloſ. quod videtur confirmari ſententia prima. Ex hoc
nota, quod ſi iudex abſoluit appellatum a libello appellantis,
quod intelligitur abſoluere tam ſuper abſolutione, quam ſu-
per nullitate; quia in dubio videtur ſuper toto iudicatũ, & hoc
dicit iſta ſingularis glo. quod eſt verum, ſi de nullitate erat facta
expreſſa proſecutio. alias non videtur de ea pronũciatum, quia
verba ſententię debent ſtricte intelligi ſecundum Bar. qui ita no
tat, ff. de appel. l. ſi expreſſim. Sed immediate quæritur, vtrum
procedat iſta appellatio; Dico ſententiam nullam ipſo iure, vel
ſi qua eſt, appello. Reſpondet gl. ꝙ ſic; quæ gloſſa in iſto paſſu nõ
eſt alibi. Sed contra hoc opponitur, quia iſte libellus videtur cõ-
tinere duo remedia contraria: ergo nõ procedit, vt l. j. ſup. de fur.
Timore huius contrarij, gloſſa reſpondet, quod vnum remediũ
intẽtatur principaliter, ſcilicet remedium appellationis; nullitas
l autem non videtur intentata ꝑ modum libelli, ſed incidenter, *l*
quod dictum ſimiliter non reperitur alibi. Expeditis igitur gloſ.
vſque ad verſiculum, item pone. redeo ſuperius, & per ordinem
examinabo dicta gloſſæ. Et primo quæro, nunquid ſi quis di-
m xit, *m* appello, & coram iudice appellationis proſequendo iniq-
tatem, docuit de nullitate, nunquid debeat pronunciari appella-
tionem nihil valere, quaſi inepte appellauerit, nam ſuper hoc de
9 beret condemnari in *expenſis*? & gl. dicit, quod ſic. † Tu dic con
trarium, quia hoc communi vocabulo, appello, includitur iniu-
ſtitia non ſolum iuris, ſed intentionis, & ideo iſte appellans obti
net, quia debet pronunciari ſententiam nullam, vt inf. de accuſ.
l. abſentem, & appellatus condemnabitur in expẽſis, quia nõ re-
fert ex quo capite quis obtineat, dummodo obtineat, nec poteſt
dicere aduerſarius ſe temere non litigaſſe; quia ſatis eſt temeri-
tas ipſa contradictio, & facere ſe aduerſarium *ius* habentis. Sed
contra prædicta opp. quia text. ff. de appel. l. ſi conſtat. dicit, ꝙ eſt
ſuperuacue appellatum. Reſpon. illud, ſuperuacue, *nõ excludit*
potentiam appellandi, ſed neceſſitatem; quaſi dicat *ex abundãti*,
ſiue ad cautelam, alias iudex ad quem non poſſet iudicare de iſta
10 ſuperuacuitate, ſi appellatio ad hoc eum non defert. † Secundo
quæro, nunquid ſententia lata, qua iudicatur appellationem in-
iuſtam, quia non valuit ſententia, & per conſequens nec appel-
latio, an eſt proprie appellatio, an demum tractabitur cauſa nul
litatis? gloſſ. dicit, quod ſic. Tu dic quod cauſa nullitatis non tra
ctatur denuo; quia licet per modum cauſæ, tamen declaratum
eſt ſententiam nullam. ſed de cauſis cauſę cognoſcet ipſe Iudex
ad quem, vt dicta l. abſentem, & argumen. ff. de iud. l. de qua re.
ſemel enim ad eum iuriſdictio tranſlata, non *redit ad Iudicem*
a quo. Nec obſt. ff. de minor. l. intra vtile, quia interlocutoria. Itẽ
ibi in ſententia confirmata, hic in *infirma* declarata. Apparet ex
prædictis, quod quando iudex fecit iniuſtitiam de facto, a tali in
iuſtitia poteſt apellari. facit ſup. tit. 2. leg. ſi quis prouocatione.
Ex his apparet quod ſuſcitata cauſa nullitatis, & iudicialiter
diſcuſſa, valet ſentẽtia contra ſententiam primam; quia cum ſit
in dubium iudicialiter reuocata, de qua re iudex cognoſcit, de
ea pronunciare oportet? valeat ergo, alias ad quid pronuncia-
ret. item fruſtra eſſet inuẽtum remedium nullitatis, quod eſt fal
ſum dicere, & hoc ſeruato ordine iudiciorum, & non de facto.
11 † Tertio quæro, nunquid appellatio det ſententiæ firmita-
tem; Iſta quæſtio poteſt intelligi duobus modis, vno modo,
vtrum det firmitatem eo ipſo quod appelletur, & dic quod non
quia nemo contradicendo conſentit. non obſtat leg. 3. §. final.
ff. rem

ADDITIONES.

a Nunquid. Bar. hic tenet contra.
b Ex prædictis. Vide Bal. in l. poſt ſententiam ſup. de ſententia, & interlo. omn. Iud. & ſup. eo. l. 1. in prin. in 1. opp. & in verſ. opp. ſup. tit. 2.
c De alijs ſententijs. Vide hic Bar. in prin.
d Arbiter. Vide Bar. in l. quid tamen, ff. de arbi. & Bald. in diuerſa. ſup. de tranſa.
e An in compromiſſo. Vide Bal. in l. ſi diuerſa. ſup. de tranſact.
f Cognoſcitur, Contrarium tenet Bal. poſt gl. in l. ſi diuerſa, ſup. de tranſact. & intelligitur, quando ſuper noua inſtantia ſecundo fuit pronunciandum.
g P. D. Valet. Hoc verum, ſi ſuper eadem re: quoniam tunc nullo modo ferri poſſunt iuxta doctrinam Doct. in hanc legem, & gl. per Bar. & alleg. in l. duobus, ff. de excep. rei iud. niſi in diuerſa feratur inſtantia, ſecundum Bart. in d. l. duobus, quem in hoc non ſequitur Io. de Imo. in c. paſtoral. ad princ. de reſcr. & ibidem per Ant. de But. & vide Alex. in hoc, in d. l. duobus. Et adde, quod ſi appareat de ordine temporis, ſecunda per eundem Iudic. lata priori contraria nulla eſt; adeo vt ne partium quidem conſenſu validari, aut confirmari poſſit, iuxta gloſ. optimam theoricam in l. ſi diuerſa, in verbo, agi, ſup. de tranſact. licet in vim pacti valere poſſit, vt l. 2. C. communia vtriuſque iud. vbi per iſtum, & in d. l. ſi diuerſa, ſed econtra opp. & per Alex. in l. admonendi, de iureiur. & per gloſ. in cap. fi. de re iud. & per Rom. in rub. de arbit.
h Pone. vide gl. Bar. & Doct. in l. nemo. ſup. de ſent. & interloc. omn. Iudic. & Bal. in l. 2. inf. eod.
i Pronunciabit. Vide Bal. in l. ſi expreſſim, ff. de appel. & Bar. infra.
K And. Barb. Quæritur, nunquid. No. iſtam gloſ. ſing. dico ſententiam nullam, & ſi qua eſt, appello, allegauit eam Ang. in l. qui de inoffi. ff. de inoff. teſt. contra glo. ibi vide eum, quia reſpondet, & etiam eam alleg. Lud. Rom. in l. 2. §. item ſi in facto, de verb. obl.
l Sed incidenter. Vide Bal. in l. eos, §. ne temere, ſup. de app. & Doc. in l. ſi expreſſim, ff. de appel.
m Si quis dixit. Vide ſupra, proxim. & an appellatus iſto caſu condemnetur in expenſis, vide per Io. de Imo. in l. ſi expreſſim, ff. de appell. & in l. ex conſenſu, §. 1. eod. tit. de appel.

ff.rem ra.hab.quia ibi ſententia erat nulla ex defectu mādati. do
minus autem proſequendo procuratoris factum, ratificare vide
tur,id eſt fingitur retro mandaſſe:per hoc tamen non ratificat fa
ctum Iudicis. Secundo modo poteſt intelligi, vtrum det firmita-
a tem,ſi deſeratur appellatio.*a* & dic quod iſta deſertio non opera
tur illud,niſi quia fingitur non appellaſſe.deſerta igitur appella-
tione,ſi ſententia erat aliqua,omnis controuerſia eſt ſopita:ſi au
tem erat nulla,perit inſtantia nullitas,ſed non nullitas, vnde ite-
rato tractabitur de nullitate,argum.huius glo.de hoc no.per In-
no.extra,de appellat.cap.ſæpe.& c.dilecto.& ff.de appe.leg. ſi ex
12 præſſim.† Quarto quero, vtrum Iudex *b* ad quem poſſit con-
b firmare ſententiam nullam?& videtur quod non;quia quod eſt
ipſo iure nullum,non poteſt conualeſcere. In contrarium ſen-
tit glo.hic poſita.dic quod non eſt proprie conualeſcere, ſed eſt
ęquipollens propter authoritatem ſecundæ ſentētię,in qua non
reperitur error expreſſus;nam expreſſa nocent,non expreſſa nō
nocent,quia figura multum operatur, & dicas, quod ſententia
mutatur de nulla in aliquam,ſicut poſſeſſio.de acq.poſſeſſ.le.cū
nemo.dum tamen interueniat noua ſolennis cognitio, alias ſe-
13 cus.ita intelligitur quod nota.de tranſact.leg. ſi diuerſa. † Quin-
to quæro, vtrum iſte libellus, dico ſententiam nulla, & ſi qua
eſt,appello,ſit æque principaliter duplex, an vero incidenter? &
videtur quo æque principaliter,quia extrema alternata ſunt pa-
ria,ſimile extra de reſtitut.in integr.c.conſtitutus.& in cap.Ab-
bate.de re iudi.lib.6.& quia diuerſitas libellorum apparet ex cō-
cluſione,vt no.Io.Mo.in cap.1.de elect.lib.6.& dicimus cauſam
in libello propoſitam reſpectu vnius actionis,non poſſe ad aliam
actionem prorrigi,quamuis & illa competat,ff.de aqua quot.&
ęſtiua.l.j.§.item quæſitum.niſi cum ambæ ſint intentatæ.contra
rium determinat gloſ. & ratio eſt, quia ſeorſum cognoſcere de
nullitate,videtur pertinere ad iudicem,qui tulit ſententiam,non
ad alium,vt l.cum quęrebatur,ff.de re iud.niſi allegaretur dolus
ipſius, quia de ſua iniquitate non debet eſſe cognitor, vt no. Iac.
de Are.ſup.de appel.l.eos & dixi in l.ſi vt proponis, ſup. quomo
do & quando Iud.do.Dyn.dicit,quod aut appellat actor,& non
procedit iſte libellus;quia actor debet eligere,& agere ſimplici-
ter,non alternatiue,vt ff.ad Senat.Trebellia.l.quod in hærede,§.
eligere.aut appellat reus & tunc procedit libellus, quia tūc reus
poteſt ſub diſiunctione proponere contraria, vt ff. de reg. iur.l.
nemo ex his.ita not.do.Dyn.de leg.2.l.cum filius,§.varijs.Oldr.
dicit,quod non eſt differentia,quis appellet,nam libellus diſiun
ctiuus bene procedit,quando agitur ad reſcindēdum,vt ext. de
reſtitut.in integr. cap. conſtitutus. item vtrobique proponitur
officium iudicis, quod latius patet. item effectus libelli eſt vni-
cus,ſcilicet quod emendetur ſententia. Item ratione dubij,quia
nondum conſtat vtrum ſit nulla,vel aliqua.& Iudex debet habe
re iuriſdictionem ſuper vtroque,& poteſt pronunciare de inci-
denti antequam de principali.Item illa verba,& ſi qua,&c.non
faciunt conditionem,ſed quandam modificationem libelli. itē
vbi procedit cauſa alternatiua,ibi procedit libellus alternatiuus
Item in diſiunctiua,vt no.ff.de verb.oblig.l.2.§.idem ſi in facto,
cauſa autē alternatiua eſt ipſa materia,videlicet ipſum iudicium
Item totus proceſſus debet diſcuti ex viua natura appellationis;
ſed in iſta diſcuſſione iudex tanquam iudex ſcit, an ſententia ſit
nulla.natura in auditorium & poteſtatem eius ingreſſa eſt noti-
tia veritatis:ergo ſecundum acta,& probata pronunciari opor-
tet.non minus enim naturam iudicij,quam formam libelli con
ſiderare debemus,vt ff.de auro.& argen.leg.l. Titiæ amitę.Item
de qua re iudex cognoſcit, de ea pronunciare debet ſecundum
merita & qualitatem negotij.Item quæ libellis tacitę inſunt,pro
expreſſis habentur.vt l.cum quid,ff ſi certum petat.ſed tacite in
eſt omne id per q̄d iudicium tendit ad ſuum finem,argumen.
ff.de iuriſd.omn.iudic.l.2.item licet appellanti quocunque mo-
do defendere ſuam appellationem, vt ff. de appell. l. ſcio. item a
ſententia,quæ nulla eſt,appellare licet, vt ff.de appell. l. ſi expreſ-
13 ſim.† Modo quæro,nunquid iſte libellus recipiat diuiſionem:
verbi gratia,pro parte valeat,pro parte non valeat ſententia la-
ta? Reſpondeo ſic. Vnde iſta verba, ſi qua eſt, intelliguntur,
quatenus aliqua eſt, vt ff.fam.erciſ.l. quędam mulier.& de iure
patr.leg.Carmelia pia. Ex hoc videtur, quod procedit iſte libel-
lus dicendo per copulam,dico ſententiam nullam, & ſi qua eſt
appello: quia quolibet modo venitur contra. Sed quando vno
modo agendi venitur pro ſcriptura,& alio modo contra, tunc
eſt appellāda petitio contraria ex eadem ſcriptura, vt l.fi. ſupra,
de codicil.& ibi not.Item quia dictio,&,ponitur diſiunctiue, ſi
dicamus,quod poneretur inter incompatibilia, vt l.fi.ſup. de co
c dicil.item quæro, an is, *c* cui eſt delegata cauſa appellationis,
poſſit cognoſcere de cauſa nullitatis intentatę ſub duplici libel-
lo,formato ſecundum gl.huius l.necne? Dicit archidiaconus ꝙ
poteſt,quia implicita videtur commiſſio ad vtrumque,per glo.
ordinariam legis noſtræ,& hoc eſt bene notandum, quia iſtud
non eſt excedere fines mandati,cum mandatum iſtud non de-
beat diuidi.de hoc not. in cap.1.de appel. lib. 6. in nouel. Denuo
quæro,nunquid prędictus libellus procedat, quando appellat
ab interlocutoria? Reſp. ſic, ſi non ſperat poſt ſed deffinitiuam;
nam appellatio ab alia interlocutoria, non differt nullitatē quan
do cauſa, quæ non eſt expreſſa in ipſa appellatione, non poteſt
ipſam iuſtificare. Porro nemo appellat ab interlocutoria inſerta
cauſa,quia nulla: & ideo ſuperior non cognoſcit de nullitate, vt
notat Inno.extra,de appel.c.dilecto. & ſi eſt talis interlocutoria,
d quæ *d* totum negotium determinet,iſta redigitur ad inſtar diffi-
e nitiuæ;totum dico, idem ſi partem, *e* ut ff.de minoribus.leg.in-
15 tra vtile tempus.† Iuxta prædicta *f* formo tale dubium;appella-
f ui a ſententia ſimpliciter, poſtea vero produco inſtrumentum
excommunicationis Iudicis, vel inſtrumentum deportationis,
vel ſeruitutis, quæro nunquid Iudex ad quem poterit declarare
ex iſta cauſa ſententiam nullam? & videtur quod ſic; quia quod
ſimpliciter dico, ex omni cauſa dico, ſed tacite ſimpliciter dico
nullam,ergo omnem cauſam nullitatis intento. In contrarium
videtur;quia iſta nullitas dependet ex cauſa extrinſeca ipſius or-
dinis iudiciarij, vel alicuius ſolennitatis omiſſæ, ſicut igitur om-
nia iſta extrinſeca non veniunt in appellatione, vt ſupra de tem-
poribus appellat. l. per hanc. ita nec in nullitate, quod verus, &
ſubtilius dici credo. Sed quid ſi libellus formetur econtra, dico
ſententiam aliquam,ſed iniuſtam;& ſi non eſt aliqua, dico eam
nullam;nunquid procedit iſte libellus? Reſpon. ſic,quia in ordi-
ne verborum non eſt ponendus intellectus,ff.de pecu.lega.l.qui
g dam. Quæro, quid ſi *g* iudex inueuit ſententiam iuſte latam
pro appellante, tamen appellans credebat eam non valere, vel
non eſſe iuſtam, nunquid ſuperior poteſt dictam ſententiā con-
firmare. Reſpon. ſic;caſus eſt vnicus,ff.de aur.& arg.leg.l. Titiæ
16 amitæ.† Sequitur in gl. in verſ. Item pone, & quæro *h* vna cum
h gl.pone,egi contra Titium,& ſuccubui,poſtea vero procurator
meus egit contra procuratorem Titij ad idem, & obtinuit,nun
quid poſſum intentare ſententiam procuratoris mei? & vide-
tur ꝙ ſic,quia ſententia ſecunda eſt lata ex noua inſtantia. Item
non fuit obiectum de prima. Item de prima dubium erat. Item
ſumunt natiuitatem in perſonis diuerſorum. Item interdum qs
poteſt experiri directa,non utili; & non econtra, ut no.in l.quo-
ties,in prin.ff.de admin.tut.vbi gl.ſingularis. Item aliquando ha
beo mediate,quod non habeo immediate, vt ff.de tranſact.l. &
poſt rem.Gloſ.determinat contrarium,quod pręualet ſententia
prima.Sed quomodo ad illam rationem reſpondet de dubio ſe-
cundo non obiecto? Reſpondeo, hic propter facti ignorantiam
non potuit opponi; ſecus ſi potuit imputari mora opponendi.
17 † Quæro,quid ſi *i* eſſet procurator in rem ſuam, nunquid exclu
i deretur per primam ſententiam latam contra cedentem? Re-
ſpon.non,niſi ſciebat illam cauſam agi: ex quo enim habebat v-
tiles actiones ex perſona ſua,ſimilis eſt habenti vtile dominium,
cui per dominium proprietatis non præiudicatur,arg.ff.de min.
l.ſi ſuperatus.& ff.de except.rei iudic.l. ſi a te, §.fi.ff.de tranſact.l.
vltim. Nec obſt.infra de nouat.l.3. vbi cedens eſt potior,niſi in
tribus caſibus: quia ibi eſt ſpeciale fauore liberationis, ſeu debi-
toris bona fide ſoluentis.vt ff.ſi cer.pet.l.eius,qui in prouincia.§.
1.vel propter negligentiam ceſſionarij non petentis, vel quia ce
dens,& ceſſionarius æquiparantur duobus correis credendi, nō
tamen per omnia,quia conſiderato realitatis effectu, ceſſiona-
rius,eſt potior, cum ad eum pertineat commodum, & incom-
modum,vt l.1.§.in propria,ff.quando appel. ſit quicquid not. ff.
de pact.l.ſi cum emptore. Immo dic,quod dicta l.3.loquitur in
ſuo caſu, ſcilicet quando ceſſio fit creditori credentis, ſecus ſi
fieret emptori, vel donatario, & eſt ratio differentiæ, quia iſta
ceſſio, quæ fit creditori, ſuccedit loco pignoris, & cum in iuri-
bus non interueniat vera traditio, remanet quaſi poſſeſſio illius
iuris penes cedentem: vel verius, ceſſio, quæ fit creditori, fit
K gratia vtriuſque *K* ſed ſi fit emptori,ſeu donatario,fit gratia em-
ptoris

ADDITIONES.

a Appellatio.Idem tenet Bald.in l.tale pactum, §.qui prouocauit,ff.de pact.in 18.q.

b Vtrum iudex.Vide Bar.hic,in fin.

c An is.Vide per Mod.in l.ſi expreſſum,ff.de app.facit quod no. Bal.in l.fi.ſup.ubi, & apud quem,& ibi Bar.& per iſtum tex.expreſſe Bal. in l. præſcriptione,ſupra ſi contra ius,vel vtil.publ.

d Interlocutoria.Vide Bal.in l.minorib.ſup.de his,qui.ut indign.

e Idem ſi partem.Vide gl.2.in cle.fin.de appel.

f Iuxta prædicta.Vide quod no.Bal.in l.per hanc.ver.item, pone exemplum,ſtatur, &c.ſup.tit.1.ſed Saiycet.hic tenet contra Bal. quia in cauſa appellationis veniunt etiam extrinſeca, dummodo veniant ad coadiuuandam intentionem appellantis iuxta no.in d.l.per hanc.Præterea iſta allegatio videtur dependere ex cauſa intrin ſeca iudicij quod conſiſtit ex tribus perſonis,cap.forus extra, de uerb.ſign.& uide contra Bal.hic Ant.de But.in c.dilecto,de app.dum alleg.Arch. in c.iudicib.

g Quid ſi.Vide Bald in l.præſes,ſup.de ſent.& interl.omn.iud.

h Quæro.Vide Bart.hic.

i Quid ſi.Vide l.facta,§.ſi hæres,cum ibi no.ad Treb.& quod no.Bal.in l.1.ſupra de inoff.teſtam.

K Vtriuſque Bar.etiam in l.ſi cum emptore,ff.de pac cum ſim.tenet quod illa l.3.nō habet locum,quando ceſſio fit ad commodum ceſſionarij, & eius periculo, ut in emptore,& donatario,per l.fi.cum gl.a contrario ſenſu,de tranſact.

ptoris,vel donatarij tantum:& ideo lex ęquiparat emptorem ei,
cui,facta eſt reſtituto ex Trebelliano.tex.eſt vulgaris, tamen vni
cus in iure,ff.de tranſact.l.fi.ergo debitor,ſi cedens agat,poteſt ei
obijcere de iuris incompetentia,ſecundum Iaco.de Are.qui ita
no.in l.1.ff.ad Treb. Extra opp. nam dominus ſuſcipiendo iudi-
cium,videtur reuocaſſe mandatum.ergo eſt factus procurator.
igitur ſecunda ſententia eſt nulla:non quia ſecunda, ſed quia la-
ta cum falſo procur.Sol.hic non peruenit ad notitiam, vt l.eius,
18 qui ff.ſi cer.pet.† Quæro una cum Iaco.But. Pone ſententia pri-
ma fuit condemnatoria reus ſoluit,deinde vero iterato conuen
tus,& denuo condemnatus, nunquid valet ſecunda ſententia?
dicit Iac.But.quod non:quia qui ſoluit, videtur abſolutus, & iō
lex concedit ei exceptionem rei iudicatæ, ff. de excep.rei iud.l.ſi
quis cum totum, §.plane. Sed tu dic,quod iſta proprie non eſt
exceptio rei iudicatæ,ſed potius rei executę:& ideo ſecunda ſen
tentia valet,ſed reperitur ſolutum ex prima, vt ſubtiliter not.ff.
de cond.inde.l.Iulia.in prima gl.magna. Extra opponitur,quod
valeat ſententia contra ſententiam,vt ſup.de ſent.& interlocut.
om.iud.l.poſt ſententiam.Solu.vt ibi dixi. Sed iuxta hoc quærit,
nunquid iſta lex locum habeat in poſſeſſorio iudicio:v.g. egi poſ
ſidetis,& ſuccubui:tandem egi vti poſſidetis, & obtinui:& vide-
tur ꝙ valeat ſecunda ſententia, primo quia ſententia in poſſeſſo
rio videtur interlocutoria,vel ſaltem redacta ad inſtar interlocu
toriæ.Item ſecunda ſententia poteſt reputari aduerſa primæ, qa
poſſeſſio,& turbatio non habent perpetuam cauſam, vt no.ſup.
de prob.l.ſiue poſſidetis,& per diſtinctionem temporum vtraq;
poteſt eſſe vera,vt ff.rem rat.hab.l.procurator ad exhibendum.
Quęro,quid ſi de prima ſententia fuit facta fides ſemiplena,vtrū
valeat ſecunda ſententia in contrarium lata? Reſp. ſic:quia exce
ptio rei iudicatæ requirit promptam, & claram probationem;
alias enim non obſtat,tex.eſt vinculis legis noſtræ. Ex his autē,
quæ dixi,tu qui habes iſtam legem repetere, potes formare tibi
quamplures ſubtiles concluſiones,& auditoribus gratas, & uti-
19 les.† No.vltimo, quod ſi victor petit ſententiam, a qua non eſt
appellatum,confirmari, forte vt reddatur certior de executione
victus poteſt reconueniendo petere nullam pronunciari, & va-
lebit ſententia contra ſententiam ſecundum Innoc. de quo per
Bar.ff.de appel.l.ſi expreſſim, non tamen poſſet reſcindi tanquā
aliqua per leg.noſtram,

LEX II.

1 *Error expreſſus in cauſa, uidetur expreſſus in cauſato.*
2 *Sententia contra tenorem ſtatutorum lata, eſt nulla.*
3 *Curator dari poteſt ultima die pubertatis.*
4 *Curatoris datio per iudicem facta maiori, qui minorem ſe aſſerebat, an ua-
leat.*
5 *Lex quando habet plures intellectus, ſententia ualet propter dubium iuris.*
6 *Papa mādauit conferri beneficium clerico, ſi inuentus fuerit ſufficens, exe-
cutor eum non examinauit, an ualeat collatio, cum non eſſet ſufficiens.*
7 *Tale prȩſumitur ſemper tale.*

Si cum inter. Sententia lata contra legis tenorem, ip
ſo iure non tenet; ſecus ſi per facti erro
1 rem,h.d.† No.tex.ibi,ac per hoc,quod error expreſſus in cauſa,
videtur expreſſus in cauſato; & quod error antecedens parit de-
ſtructionem conſequentis.Oppo.ff.de re iudi.l.cum prolatis. So
lu.ibi non fuit error expreſſus; vel ibi erat dubium, an conſtitu-
2 tio eſſet conſtitutio necne,quia erat extrauagans. † Ex quo dili-
a genter *a* not. quod ſententia lata contra tenorem ſtatutorum re
dactorum in volumine,non valet.Sed ſi feratur contra reforma
riones extrauagantes,quæ non erant notæ pronuncianti, bene
valet,licet non eſſet alias laturus ſi ſciuiſſet. Oppo.ſententia lata
abſque Iudicis conſenſu non valet, ſed errans non conſentit,qa
nec ſentit,vt l.ſi per errorem,ff.de iuriſd. omnium Iudic. Solut.
verum eſt,quod non ſentit;quia ſi bene ſentiret, ſententia tran-
ſiens in rem iudicatam,transfetret id,quod eſſet iudicatum,vn-
de ſicut dominium tranſit,ff.de condict. ob cau. l.3.§.ſubtilius,
ita ſententia, quæ in hoc æquiparatur dominio traditione ſubni
xo,quod eſt notandum.Immo dico, quod in caſibus, in quibus
ex ſententia tranſit dominium ſine traditione, tranſit etiam ſi
ſit erratum, vt in fiſco, & eccleſia,vt no.ff.pro ſoc.l.cum duob.
§.idem reſpondit. Tertio oppo.quod licet error non ſit expreſ-
ſus,tamen non valet ſententia, vt ff.de tut. & curator. da.ab his.
l.tutor,ſi petitur.ff.ad Carbon.l.3.§.puberi.Sol.ibi ius, & natura
reſpicit illud decretum,& ideo non ualet,argumen.ff.de interr.
actio.l.confeſſionibus.Quarto oppoſ.ad idem de eo, quod no.ff.
de bon.poſſeſ.l.3.§.ſi cauſa cognita.Sol.refert inter ea, quæ fiunt
cum ſtrepitu,& ſolennitate iudiciorum, & ſic loquitur hic; aut
inter ea,quæ fiunt de plano,& ſic loquitur contrarium,ff.de trā
b ſac.l.cum hi,§,ſi prætor,Oppo. *b* ad idem,ff.de tuto.& cur.da.ab
his,l. Seiæ egreſſæ. Solut. ibi ætas reddit ſententiam impoſſibi-
3 lem;nam & ſi valeret,eodem modo finiretur. † Modo quæro,
c nunquid poſſit dari curator *c* ultima die pubertatis? & uidetur,
quod nō, quia eſſet curator momentaneus,imo dic quod ſic,ſi
expedit aliquid agi ea die cum curatore;imo etiā vltima die vi-
tæ minoris,ſi expediat:nam aliquid expedit,licet cito deſinat,vt
Inſtit.de Attil.tut.& ff.de infam.leg. genero. Opp.ad idem, ff.de
excuſat.tut.l.qui teſtamento.Solu. ibi non valet propter vitium
4 pronunciationis.† Quæro,aliquis petebat *d* curatorem tāquam
d minor,vt perinde conſequeretur beneficium reſtitutionis in in
tegrum,cui aduerſarius reſiſtebat,& dicebat ipſum eſſe maio-
rem;Iudex pronunciauit eum minorem,& dedit ei curatorem
cum re vera eſſet maior,q̄ro an valet datio iſtius curatoris? Re-
ſpon.ſic,vt no.ſup.de iura.calum.l.2.§.quod obſeruari.in glo.&
hoc dicunt:alias fruſtra iudex cognoſceret de ętate. quod eſt ab
ſurdum,arg.ff.de minor.l.de ætate.& ff.de fer.l.2.& ff.de prob.l.
cum de ętate.nam ratione dubij ſententia valet, vt ſup. de petit.
hæred.l.ſi putas.Non obſtat dicta l.Seiæ,quia ibi non fuit venti-
e latum.*e* Modo ego quæro, quid ſi Iudex *f* dedit alicui curato-
rem tanquam prodigo,cum non eſſet prodigus;Reſpon.gl.ſunt
contrariæ,vt hic per Cyn.tamen tu dicas,ꝙ non valet,niſi fuerit
datus cum ſolenni cauſę cognitione.Alij vero diſtinguunt inter
ætatem reſiſtentem,& prodigalitatem non aſſiſtentem; ętas. n.
de neceſſitate labitur,ſed prodigalitas & non prodigalitas decla
randa,requirit Iudicis miniſterium.ita ſubtiliter tangit gl.in l. 1.
ſup.de curat. fur. prima opinio verior eſt; ergo contractus facti
cum iſto non prodigo valent,non obſtante Iudicis temerario in
terdicto,& curatoris impoſſibili datione.Itē valet eius teſtamen
tum,& alij legitimi actus;ſed ſi eſſet factum cum ſolenni cauſæ
cognitione,tunc valeret interdictum,& datio curatoris,& trāſi
5 ret in rem iudica.quod no.† Vltimo no. *g* ꝙ quando lex habet
g plures intellectus propter diſſenſionem glo.valet ſententia pro-
pter dubium iuris.Item valet ſententia lata contra conſuetudi-
h nem *h* propter dubium facti. ſecus ſi conſuetudo eſſet notoria
tam in populo,quam in iudicio,vt extra de cōſtit.c.1.lib.6.& ff.
de legibus.l.de q̄bus.§.fi.& ita debet intelligi,quod no.hic Cyn.
i Adde,ꝙ licet non valeat *i* ſententia contra legem; tamē valet,
K ſi eſt lata contra ſimile *K* legit,ſecundum Iac.de Are. & Cy.idē
l ait,ſtatim *l* quod prodigus deſinit eſſe prodigus; vel furioſus deſi
nit eſſe furioſus,ipſo iure finita eſt cura,vt ſup.de impub.& alijs
ſubſtit.l.humanitatis.quod eſt verum,ſi eſt notorium,nam ī du
6 bio Iudicis declaratio requiritur.† Extra quæro, *m* Papa manda
m uit in forma pauperum hoc modo, conferas P. clerico non ha-
benti aliud beneficium tale beneficium,quod non excedit tan-
tam quantitatem annuam,ſi eum reperieris ſufficientem in le-
ctura,& conſtructionem clauſularum,qui executor eum non
examinauit,& putans eum eſſe idoneum.cum non eſſet, benefi
cium ei aſſignauit:nunquid valet colatio;& videtur quod non,
per dictam l.Seiæ egreſſe,& l.cum vero,§.ſubuētum, ff. de fidei
com.liber.Dic contrarium,vt inſtit.quibus ex cau.ma. non lic.
§.ſemel.nam ſiue verba iſta faciant monitionem,vt quidam di
cunt,ſiue conditionem;tamen eſt purificata condictio per ob-
ſeruantiam

ADDITIONES.

a And.Barb.Ex qua diligenter.Iſtud idem voluit Bal.in c.1.de re iud.
b Oppo.Vide inf.prox.in verſ.quæro no.per gl.& Bal.in l.1.ſup.de cura.furi.
c Curator.Faciunt no.in l.qua ætate,ff.de teſta.
d Aliquis petebat.Facit quod no.Bal.in ver.quæro.
e Ventilatum.Vide Bal.in l.ſi putas,hic all.
f Quid ſi iudex.Vide gl.& Bar.in l.is,cui bonis,ff.de verb.obl.
And.Barb.Quid ſi iudex.An interdictio non prodigo facta,vt prodigo,ſit ipſo iure nulla.vide in l.1.ſup.de cur.& ff.eo.in l.1.Bar.in l.is cui, de verb. obl. Ang.ibi tenet contra opi.Bart.vide Raph.& Io.de Imo.& Lud.contra Bart.facit l. cum vero is,§.ſubuentum,ff.de fideic.lib.l.iuſta,ff.de man.vin.& l.magis puto,§.manet,ff. de reb.eo.l.1.ff.de na.reſ.l.1.§.hæc verba,ne vis fi.l.3.§.puberi, ff.de Carb. edi facit doctrina Bar.in l.iuſte.de acq.poſſ.iuncta doctrina Bald.
g Vltimo no.vide quæ dixi hic poſt Bart.& vide l.cum prolatis, & ibi Bart. ff.de re iud.
h And.Barb.Vltimo no. Quando lex habet plures intellectus, valet ſententia, vide tex.ſing.l.cum prolatis,de re iud.
i Conſuetudinem vide Bal.in l.1.verſ.item quæro, ſup.eo.& intellige,quando eſt expreſſus error in ſententia,vt hic:& vide Bald.de pace Conſtan.in ver.& in certi quo ad commoditatem, & plene per Abb. in c. 1.extra,de re iud.Cyn.hic, in l. diuturna,ff.de leg.ubi quærit an error conſuetudinis expreſſus in libello faciat reijci libellum,ſicut error iuris.
K And.Barb.Licet nō valeat. vide Inn.in c.cum ſpeciali,in ver.ſuſpectus,de app.& per Mod.in l.cum prolatis,ff.de re iud.
l Contra ſimile.Vide Cy.in l.1.ſup.de err.cal.& Inn.in c.cum ſpeciali, extra de ap. Statim.vide Bar.& Bald.in l.is,cui bonis,ff.de verb.obl.
m Exrra quæro.Facit quod no.Bal.ſup.ea.l.verſ.quæro,aliquis,& Bart.in l.eum,qui §.filius,ff.de acq.her.& quod no.Bal.& quæ ibi dixi,in l.fi.ſup.vnde legi.& de hac q.per Abb.in c.1.de re iud.
And.Barb.Extra quæro.Vide Do.Abb.in c.1.de re iu.vbi all.Bal.hic pondera,quia in §.ſemel,eſt ſpeciale fauore libertatis,ita dicit gl.uide Bal.in l.neq; natales, ſup. de prob.vbi aliter loquitur vide Do.Abb.in c. fi. de præſcr.pondera, quia beneficia debent dari dignis,in c.innotuit,de elec.ſi concurrit diſpoſitio hominis, ſequitur quod multo fortius debet adhiberi cognitio.facit ſimile de c.ſolet, de alie.eccle.quæ prohibetur alienari quia non requiritur cauſa in prohibitione facta a teſtatore,vt habetur per Doct.in l.filiusf.§.diui,de leg.1.Pondera etiam,quia ſi non eſt inſtitutus,nō præſumitur in futurum,quia præteriti ratio ſcire futura facit c. ex ſtudijs de præſum.& ſic non bene loquitur Bald.hic vide Dom. Abb. in c.1.de re iud.ubi allegauit iſtud dictum Bal.& diſtinguit,& vide ibi.

ſeruantiam ſolius formæ: & quamuis materia in perſona non
ſit ſufficiens, tamen non eſt rebellis actui, cum addiſcere poſſit
quis quamdiu uiuit, & plerunque in aptitudine recipiunt funda
mentum, vt ff. de fideic. liber. l. apud Iul. & ff. de leg. 3. l. Seius. Idē
ſi Papa dixerit, ſi inueneris eum uitæ laudabilis. ac honeſtæ con-
uerſationis. ſufficit enim, quod fuerit taliter, qualiter inquiſitū
eſt: quia executio ad nullam formam arctatur, niſi ad formam
a mādati, *a* vt no. Inn. in c. j. de off. deleg. in Clem. & per Inn. extra,
de app. c. ex rōne. Et ſcias, ꝙ illa eſt forma, quæ tendit ad eſſe rei,
& aduenit rei exiſtenti in potētia, & dat primū, & principale eſſe
rei: accidentales aūt formæ, ſeu quædam obſeruantiæ poſtea ſu-
perueniunt; & lex appellat eas interdum monitiones, vt ff. de tu.
l. muto, §. j. Quædā enim ſolennitas reqritur ante fcm̄, vel in ipſo
facto, & iſta eſt de forma, & niſi interueniat, ipſo iure non valet,
dummodo iſta ſolennitas ſit verbalis: ſecus autem ſi monito-
ria, & iō magna eſt dr̄ia inter formas ſubſtātiales, & monitorias.
ſed quædam eſt forma, quæ reqritur poſt factum, & iſta nō dat
ſubſtantiam, quia iam eſt, ſed requiritur circa executiua, vt s̄. de
7 prec. impe. offe. l. vniuerſa. † Quæro nunquid illud, ꝙ fuit ſemel
b tale, ſp̄ p̄ſumatur *b* tale? Rn̄. ſic, ſi ſit inuariabile, ſecus ſi ſit varia-
bile, vel de neceſſitate naturę, vt ętas. vel de poſſibilitate contin-
gētiæ, vt mors. hoc in factis, ſed in iurib. p̄ſumitur duratio, niſi ſu
perueniat interitus, vel translatio, vt s̄. de prob. l. ſiue poſſidetis.
& interdum p̄ſcriptionem iura perimentem, ſatisfactio ęquipa-
rat, vt ff. de admin. tut. l. ſi pupillus. cum autem perimūtur tp̄e, ſi
in p̄ſona radicata fuerint ex immobilib. principijs, vt oblōnes.
Radix. n. oīum oblōnum oritur ex facto, ꝙ non pōt hr̄i pro infe
cto, & ideo ſi quidem oblō tollitur ſua natura (puta ſolōne com
penſatione, vel nouatione. cum hoc ex ɔ̄ctu naſcatur) tollitur ip
ſo iure, ſecus ſi præter nām. i. p̄ præſcriptionem perpetuæ oblō-
nis. nam ex vi naturæ cum ſint perpetuæ, non tollitur ipſo iure:
non enim perimunt ipſo iure. ſed ope exceptionis, ea autē iura, q̄
non ſunt quæſita. ſed agitur de acquirendo, bene p̄nt tolli ipſo
iure, ut ius adeundi, quaſi tacita repudiatione: non. n. poteſt dici,
ꝙ ſit exceptio, cum enim hoc ius non ſit actio, ergo eius ɔ̄rium
nō eſt exceptio, & ſententia lata contra executionem rei finitæ
præſcriptione valet, quia non eſt contra legem, ſed præter legē.
Vltimo no. in hac lege, ꝙ propoſita petitione hæreditatis, ſenten
tia lata ſuper uirib. teſtamenti tantum, trahitur ad petitionem hę
reditatis. & uide l. cum alicui. ff. de neg. geſt.

ADDITIONES.

a Mandati. Vide Bal. in l. certum. ſup. unde cog.
b Præſumatur. vide late Bal. in l. ex perſona, ſup. de prob.

LEX IV.

1 *Sententia unius ex pluribus delegatis non ualet ſine alijs lata.*
2 *Executor vnus ſine alio, diſtribuere non poteſt.*
3 *Animi ſui motum, an vnus alteri committere poſſit.*
4 *Iudices ſi diſcordent, quæ ſententia ſit iuſtior.*
5 *Contumax in ſententia interlocutoria, per vnum ex collegijs mulctari non poteſt.*
6 *Sentenetia unius ſi ualeat, ualent atteſtationes per eum receptæ.*

1 Cum magiſtratus. † Si ex pluribus delegatis p̄-
nunciauit vnus, ſnīa eius ip-
ſo iure non valet. & eſt rō, quia non ut recipit mandatum, dixit
ſnīam, arg. ff. de arb. l. Pedius, §. fi. vnde gl. iſta dicit, no. arg. pro iu
dicib. delegatis, vt non debeant diſcedere a uerbis reſcr. & eo. ti.
l. item ſi vnus, §. item ſi plures. dicit gl. ꝙ in duob. Iudicib. aut plu
rib. ad inuicē diſcordātib. licet ſint in numero impari, quilibet
dēt ferre ſnīam, alias non valet, vt in auth. ut iudic. non expe. ſa-
a cras iuſſiones, §. 1. & ſi vnus eorum ſit mortuus, *a* ſuperior dēt
ſubſtituere vnum alium in eo ſtatu. in quo cā erat, vt s̄. de ped. iu
di. l. pen. ſm̄ Hug. ſecus in arbitris. vbi ſubſtitutio non fit, ſm̄ gl.
niſi forte ſint arbitri iuris, vt l. fi. ſup. de iud. idem in arbitratorib.
iuris, quia ſubrogantur loco iudicis, & poſſunt abſoluere, & con
demnare, & acta coram eis facta valent, licet ſint iudices de pla-
2 no, rōne prædicta. † Sed quid *b* erit in executoribus teſtamētis?
b Dic ꝙ aut eſt dictum, *c* ꝙ non poſſit vnus ſine alio, & tunc vno
c mortuo conſumptum eſt mandatum, ut no. in ca. vltim. de teſta.
lib. 6. pro hoc. ff. de arb. l. nō diſtinguemus, §. cum plures. aut ſunt
ſimpliciter dati, & tunc vr̄, ꝙ ep̄s aſſocietur ſuperuenienti. Tu di
cas, ꝙ mandatum expirat, niſi ad pias cauſas, fauore animarum,
vt in d. c. fi. Sed quid in plurib. tutoribus? Reſpond. ꝙ aut eſt di-
ctum, ꝙ non poſſit vnus ſine altero, & tunc morte vnius finitur
mandatum omnium. aut non eſt dictum, & tunc loco mortui
debet alius ſubrogari, ut de teſt. tu. l. ſi quis ſub condōne, & ſi qd
eſt, quod viuo contutore non poterat ſine eodem iure explicari
oportet, ꝙ iſte viuens expectet, donec contutor alios ſubroget,
vt l. fi. s̄. de auth. præſtan. alioquin bene valet ꝙ agitur, quia tuto
res habent p̄tātem, & vſum poteſtatis quilibet inſolidum, vt ff.
d de admin. tut. l. decreto, niſi ſint præſentes, & diſcordes *d* in actu
ff. de cur. fu. l. conſilio, §. fi. Ex p̄dictis apparet, ꝙ cum a plurib. eſt
3 aliquid faciendum, oēs facere debent. † Modo quæritur, vtrum
e poſſit *e* vnus alteri committere animi ſui motum? qō eſt glo. de
arb. l. ſicut in arbitris. Dicimus ꝙ non, q̄a arbiter non delegat, ne
propagentur arbitria. ff. de arb. l. non diſtinguemus, §. quæſitum,
in tutorib. autem, & executorib. idem puto, quorum induſtria
eſt electa, quia vi naturæ, quod perſonale, vel induſtriale eſt, alte-
ri cōmitti non pōt, vt s̄. de cad. toll. in l. 1. §. ne aūt. In delegatis iu-
dicibus conſidera, an ſit talis, qui poſſit delegare, & tunc pōt cō-
mittere animi ſui motum alteri per modum ſubdelegandi, alias
non. in ordinarijs autem iudicibus diſtingue, aut eſt iuriſdictio
voluntaria, & volūtarie exercetur, & non poteſt delegari, vt no.
ff. de p̄b. l. ab ea parte. aut eſt contentioſa, & pōt delegari, niſi cā
ſit mixti, vel meri Imperij; & adde quod dixi, ff. de officio Conſ.
4 l. j. † Quæro ſi iudices *f* diſcordant, *g* quæ ſententia præualet? di-
f ſtingue, aut inuenitur maior pars, & præualet ſnīa maioris par-
g tis, aut non, & gl. diſtinguit inter ordinarios, & delegatos, & be-
ne. Nam in delegatis illa eſt potior, quam approbat delegans, pe
nes quem eſt fons iuriſdictionis. Sed in ordinarijs ſi vna eſt ex-
h preſſe iuſta & alia iniuſta, præualet iuſta. Si autem dubitatur, *h* q̄
ſit iuſtior, tunc præualet abſolutoria. Fallit fauore libertatis, & te
ſtamenti, vt ff. de inof. teſtam. l. ſi pars. Sed cur non recurritur ad
ſuperiorem? Reſpon. quia iuriſdictio ordinaria ab eo non depē-
i det, ſed a lege. Quid dices *i* de pluribus executoribus *K* teſtamen-
K ti ſimul datis, ſi contrarias faciant diſtributiones? Reſpond. iſti
æquiparantur delegatis, quia controuerſia eorum dependet ab
Epiſcopo, cui tenetur reddere rationem, etiam ex mero officio,
ex mera enim authoritate Pontificali debet procedere ɔ̄ perpe-
ram exequentem, & ſic ab eius officio pendet approbatio, & im
probatio propter diſcordiam eorum in numero æquali, alias ſta
retur maiori parti, niſi dolus argueretur, ff. mand. l. creditor, in
5 fin. ſup. de epiſco. & cler. l. nulli. † Quæro, lex noſtra loquitur in
l diffinitiua, quid ī interlocutoria, *l* an vnus ex collegis poſſit mul-
ctare contumacem ſine alio? & videtur quod ſic, per gl. quæ eſt
m in l. ſi vni, de re iud. hic contrarium, quia non patitur forma mā
dati, quæ ſumitur ex copula, ſiue ex pluralitate, vt extra de offic.
deleg. c. prudentiam. Nam copula poſita inter iudices, cum po-
natur in forma, & reſpectu vnius indiuiſibilis inſtantię, non re-
ſoluitur in ſuas ſingularitates, quia vim habet coniunctiuę con-
iunctioni, ſeu modi coniunctiui, & non diſtributiui, vt ff. de con
dit. inſt. l. ſi hr̄di plures, & ff. de proc. l. plurib. in gl. Præterea man-
datum iuriſdōnis ſil̄e eſt mādato procuratoris. ergo idem vtro-
bique, vt ff. de iuriſd. om. iu. l. & q̄a ſiue interlocutoria ſit magni
præiudicij, ſiue parui: q̄a vbi forma mandati non diſtinguit, nec
nos diſtinguimus. & gl. ɔ̄ria pōt intelligi ī duob. ordinarijs ſil̄ ad
ditis. Nam excepta litis ɔ̄teſtatione, & atteſtationibus, & ſnīa, cę
6 tera p̄nt explicari p̄ vnum, altero abſente. † Quæro, vtrum ſi va-
leat ſnīa vnius, ſil̄r valeant atteſtationes p̄ eum receptę? Dico ꝙ
n ſic. illud ēt *n* eſt notorium, ꝙ idem fauor *o* debetur atteſtationi-
bus, q̄ debet rei iudicate, & iō fauorabiliores atteſtationes alijs p̄
ferūt, & nō eliduntē ab eis tex. eſt no. ff. de manumi. l. lege Iulia, &
Papia. &

ADDITIONES.

a Mortuus. Vide Bar. in l. duo ex tribus, ff. de iudic. & gloſſ. in l. item ſi vnus, §. item ſi plures, ff. de arb. & tex. in cap. vno, extra de offic. deleg. & glo. in capit. fin. extra de arbitr.
b Sed quid. vide Bal. in l. nulli, in fin. ſupra de Epiſcopis, & clericis. ſed an trāſeat ad hæredes, vide Bar. in l. a filio, ff. de alim. & cib. leg. quid ſi vnus tantum priuatur, vide Bal. in Auth. hoc amplius, ſup. de fideic.
c A. B. Dictum. An vnus executor poterit diſtribuere ſine alio, vide plene Bar. in l. in venditione, §. fi. ff. de bon. auth. iud. poſ.
d Diſcordes. Vide Bal. in l. 1. inf. ſi vnus ex plurib. quid de executoribus, vide inf. eo. ver. quid dices.
e Vtrum poſſit. vide per Bar. in l. ſi vni, in fine, ff. de re iud. & in l. duo. in ſi eo. titu. & de executorib. per Bar. in l. in venditione, ff. de bo. auth. iud. poſſ.
f A. B. Quæro, ſi Iudices. Quando Iudices diſcordes ſunt, quæ ſententia præualet, vide tex. ſing. ſecundum unam lect. l. duo iudices, ff. de re iud. & quando vnus iudex tulit ſententiam corruptus pecunia, alter non, vide Io. And. in tit. de ſent. §. iuxta. ver. & ratione iudicis ſi ſunt pares valet ſententia Iudicis non corrupti. Diſcordant. vide no. in l. inter partes. & in l. duo, ff. de re iud.
g A. B. Si autem dubitatur. No. ſi dubitatur, quæ ſententia ſit iuſtior, præualet ſententia abſolutoria. quod fallit fauore libertatis, vel teſtamenti, ut in c. fin. de re iudic. quod limita, niſi aperte inique iudicatum uideretur, quia tunc etiam non præualet. pro teſtamento caſus eſt ſing. ſecundum Ange. in l. ſi pars, §. 1. uer. humanius erit, ff. de inoff. teſt.
h A. B. Quid dices. Tene menti: quod ſi Epiſcopus accuſatur criminaliter, ad hoc ut ſententia valeat contra eum, requiritur ſententia omnium, ut no. in c. fi. de re iud. Idem quando dubitatur, an primæ litteræ ſint per ſecundas reuocatæ in c. paſtoralis, de reſcr.
i Executoribus. Vide Bal. in l. id quod pauperib. ſup. de epiſco. & cler. in l. viduæ, ſup. de nup. & in l. iuriſgentium, §. ult. ff. de pact. & Bal. in add. Spec. in tit. de inſtr. edi.
K Quid in interlocutoria. uide glo. & Bar. in l. ſi uni. hic alleg.
l A. B. Dic contrarium. An unus delegatus poterit ferre interlocutoriam abſq; collega uide Bal. in l. fi. ſup. de aut. præſtan. ubi eleganter diſtinguit.
m A. B. Illud etiam. Pro quo tex. uide Bal. in c. domino guerram, in uer. protectores.
n Fauor. uide Bal. in l. 1. ſup. de uſur.

Papia.quem tex.tene menti.& idem dicit q̃dam decretalis inde
a ſumpta. Itē illud *a* eſt no.dig.ꝙ q̃n teſtes *b* ſunt pares , iudex pōt
b per aĩ ſui motum alteris teſtib.adhærere,& alteris nō adhærere.
dummodo in actis exprimi faciat interim cām ſuæ adheſionis.
ita, intelligitur ꝙ eleganter no.ff.de re iud.l.duo Iudices dati. Itē
no.ꝙ in duobus delegatis tm̃ ualet uox infamis , quantum boni
viri,quia non attenditur uitæ meritum,ſed forma mandati,vt l.
predijs,§.fi.de leg.3.& uide in Spec.de ſen.§.ſequitur.

ADDITIONES.

a A.B.Item illud.Tene menti,quãdo teſtes ſunt pares,iudex per aĩ ſui motũ pōt adhærere alteris,& per hoc intelligis dictum Bar.in l.Lucius,ff.de his,qui no.infam.
b Teſtes.Vide Bar.in l.fi.ſup.com.uel epiſt.& quod no.Bar.in l.Lucius,ff.de infa.

LEX III.

1 *Decurionatus erat principium onerum,& munerum municipalium.*
2 *Quæſtione pendente an quis ſit ciuis,vel comitatiuus,ad officia aſtringi non poteſt.*

SI VT PROPONIS. Suſpendo gn̄re,ſuſpēditur quælibet eius ſpēs,& indiuiduum. Vel ſic. Suſpenſo principali ; ſuſpenditur ſecundarium . Vel ſic . Dum ap-
1 pellatio pendet a fonte, riuuli ꝯquieſcunt. † Premitte ad euiden
tiã,ꝙ Decurionatus erat principiũ, & fundm̃ onerum,& mune
rum municipalium.ſi igitur uocatus ad Decurionatum appella
uit,& interim ad Duumuiratum tanq̃ Decurio uocatus eſt, nō
2 tenet,tanq̃ innouatum appłone pendēte.† Ex hac lege patet, ꝙ
pendēte q̄ōne,an qs ſit ciuis,uel comitatiuus, non pōt ad officia
Comitatus conſtringi, ſed dēt expectari deciſio ſuper cã ſtatus,
nimirum qa interim pro libero hr̃,ut ff.de lib.cau.l.ordinata, &
facit ff.de excu.tut.l.diximus.Non obſt.ſup.de iure delib. l. cum
aliquis.& ibi no.conclude ex hac lege,quod preiudicialis cauſas
dat excuſationem nominato ad munus. But.

LEX V.

1 *Libellus vbi excedit iuriſdictionem,non valet,nec ſententia.*
2 *Peccatum in tanto circa idem capitulum,totum habet uitiare.*
3 *Lex vbi procedit annullando factum,& non tradit modum annullandi, ſtatim eſt nullum.*
4 *Denegati,& conceſſi natura eſt,quod vni aſſignatur,alteri denegatur.*
5 *Actio furti eſt triplex.*
6 *Pœna,& mulcta differunt.*
7 *Diſpenſatio fieri poteſt cum aliquo ſuper mulcta pecuniaria propter paupertatem.*

CERTA RATIONE. Vbi iudex excedit terminos,& fines ſuæ iuriſdōnis , ſnĩa eſt ipſo iure nul
la, & iō n̄ eſt opus appellare.But. & eſt rō huius leg. qa iudex nō
ꝑcedit in figura iuriſdōnis.Itē qa ꝯtinentia iudicij diuidi nō dēt,
de iud.l.nulli.vel ſic.Exceſſus in tãto vitiat in toto.Vel ſic, iudex
q iuriſdōnem ſupioris aſſumit,reddit actum ſuũ totał̃r nullũ. &
1 eſt notabilis lex.† Et no.*a* ꝙ vbi ꝑ libellum adit iudex,& certum
a eſt qđ libellus excedit iuriſdōnem eius,hmōi libellus non tenet,
nec ſnĩa, quæ debet eſſe conformis libello. idem ſi iudex ꝑcedit
2 ex offō:qa vbi falſa eſt iuriſdō,ibi,& offm̃,vt hic,† No. ꝙ peccatũ
in tanto circa idem capitulum,totum hēt vitiare.Et no.ꝯ banna
q̃ dantur ꝯ formam ſtatuti.corrigi tn̄ pn̄t, qa interlocutoria sũt.
b Vel dic,ꝙ bannum non eſt ſnĩa, ſed quedã comminatio. *b* & iō
vtile ꝑ inutile non vitiatur.hæc vera.Extra opp. ꝙ exceſſus iuriſ-
dictionis non vitiet totum,ſed id tm̃ , ꝙ eſt ultra modũ,qa utile
c ꝑ inutile non vitiatur,*c* vt l.placuit,ff.de vſur.Sol.illa rła fallit,q̃n
vtile non poteſt ab inutili ſeparari,vel naturaliter, vel per legis di
ſpoſitionem,& ita eſt hic , quia ꝑ legis diſpoſitionē ſeparari non
pōt.idem eſt,q̃n non poteſt ſeparari , niſi ſeparando recedatur a
forma mandati,vt ff.de arb. l. Pedius. & hoc modo ſoluitur hoc
brocardũ per Dy.& But.† Et no. ꝙ ubi lex procedit annullando
3 factum,& non tradendo modum annullandi,ſtatim eſt nullum
ſed ſi tradit annullandi modum,tunc non eſt ſtatim nullum,ſed
debet pati,ꝙ annulletur ſiue caſſetur.iſtud eſt no. dictum , & fa-
d cit ad ſtatuta,quod no.Op. *d* ꝙ immo ſnĩa ualet. ſed neceſſe eſt;
ꝙ appelletur,vt s̃.de app.l.& in multis.Sol.ibi iudex ſtetit in fini-
bus iuriſdōnis,ſed mulctauit vltra debitum rationis quo ad par-
tem ex iniuſta cauſa.& ideo eſt appellandum , ſed in lege noſtra
4 exceſſit fines iuriſdōnis,ff.de iuriſd.omn. iudi.l. fin.† Et per hanc
e leg.terminatur qō ſtatuti.pone,*e* ſtatutum dicit, ꝙ iudices uilla-
rum non habeant iuriſdōnem,niſi a viginti ſolidis , & ab inde s̃.
ſit cognitio Poteſtatis,quia talis iuriſdō prorogari non poteſt,&
eſt rō denegati,& conceſſi:quod enim vni aſſignatur,alteri dene
gatur,vt ff.de le.1.l.quod interum, §.ſi quis.ex quo enim lex ad
plura procedit ſtatutendo,& diſtinguendo potentias, & per con
ſequens actum,qcqd vltra fit fieri videtur lege prohibente , ar.l.
qui aliena,§.liberos,ff.de neg.geſtis, & hoc ex natura , & virtute
limitationis,vt ff.de vſufruct.l.dominus,§.1.& l.ex facto,§. item
quæro,ff.de vulg.& pup. Vlterius op. quia lege cauetur,ꝙ ſnĩa ꝯ
ſnĩam latã,nō valet.vnde ſi iudex in quadruplũ ꝯdēnauit ex fur-
to non manifeſto,ſnĩa tenet , vt ff.de infa.l.qd ergo, §.pœna gra-
uior.Sol.dicit gl.aliud in pœna,vt ibi:aliud in mulcta,vt hic. Tu
dic, ibi vtraque via claudebatur ſuper iuriſdictione:hic altera tã
5 tum.† Conſidera, ꝙ triplex eſt actio furti:quædam in genere, q̃
habet originem a lege 12. tabularum , quæ non diſtinguebat in-
ter manifeſtum,& non manifeſtum:cum iſtæ duæ actiones lege
12.tab.eſſent incognitæ, & adhuc hodie poſſit quis agere ad du-
f plũ pro furto manifeſto,quia leg.12.tabu. non eſt correcta, *f* ſed
ſuppleta.Quædam actio eſt forti in ſpecie,& hæc duplex:vna re-
manens in finibus pœnę legis 12. tab.ſ.in duplum pro furto ma-
nifeſto : alia per prætorem.ſ.in quadruplum pro furto manife-
ſto,vnde caſus in dict.§.pœna grauior,ſic figuratur.Egi actione
g furti,petens furem condemnari pœna *g* iuris,nec aliter declara-
ui libellum meum:in proceſſu cauſæ non probaui manifeſtum,
iudex tamen condemnauit eum de manifeſto in quadruplum ;
& male fecit, quia ille qui non proſequitur qualitatē, vr̄ proſeq
ſimplicitatem delicti, & quia non probatum: tn̄ libellus nō fuit
h ineptus. Præterea,*h* q̃n libellus *i* eſt ineptus tacite,non expreſſe ,
i valet ſnĩa,vt ff.de inoffi.teſt.l.poſthumus, §.ſi quis ex his. vt ſi fi-
K lius inſtitutus in vno nummo *K* agat hodie querela : vel baſtar-
dus,vel ſpurius non expreſſo ſuo vitio: ecōtra autem ſi cum de-
beret condemnare in quadruplnm, condemnauit in duplo. Di-
co ꝙ valet ſnĩa, non quia de parte,ſed quia de toto,inſpecta lege
12.tab.quæ Pretoris edicto non eſt abolita,ſed eſt quedam adie
6 ctio,vt ff.de act.& oblig.l.quoties.† Modo quero,quę dr̄ia ſit in-
ter pœnam & mulctam? Reſpon.pœna proprie reſpicit delictũ:
& ea impoſita ac ſoluta aſt quis abſolutus a delicto, ff. de iure
pat.l.diuus . Sed mulcta proprie concernit contumacem , & per
eam non purgatur delictum, & iō pęna excōmunicationis non
eſt propria pęna,ſed mulcta, quia per eam non purgatur furtũ:
vt in c.2.de conſt.lib.6.Item per pœnam irrogatur perpetua in-
famia, ſi cã eſt famoſa: & ſi ſeruatus eſt ordo iuris ciuilis in pro-
cedendo, & ſolēnitas in pronunciando : interlocutoria.n.infa-
miam non irrogat, vt ff.de infa.l.quid ergo,§.quæſitum.Et ideo
l quęrit *l* Spe. in ti. de ſen.§.ſpecies.verſic.quid de iſtis.vtrum ſint
infames illi,qui extra ordinem condemnantur per formã ſtatu-
torum : & nititur ibi oſtendere,ꝙ non :ſed tu conſidera,ꝙ q̃nq;
irrogat infamiã pęna,q̃nq cã,q̃nq.vtraq.ſił iũcta, & non per ſe,
vt ff.de infa.l.ictus,& ibi plene no.De extraordinario autem pro
m ceſſu *m* nō facio vim , dummodo ſm formam ſtatuti proceſſus
ſit ſolennis. Item non facio vim,vtrum Poteſtas ſtet,vel ſedeat:
nec vtrum legat ſnĩam per alium,an ꝑ ſe:qa in his ſtatutũ & con
ſuetudo preualet iuri cōi , quicquid dicat Spec. Quid de condē-
natis per inquiſitionem? Reſpon.non ſunt infames cum condē-
natio ſumit vim ex contumacia, ſecundum Dy.& oēs,quia cō-
tumacia

ADDITIONES.

a Et no.Vide Bal.in l.1.ſup.de hær.inſt.& in l.fi.ſup.ſi a non compe.iud.
b P.D.Comminatio. Vnde ſi differt a ſententia,non meretur executionem,ſed ſententia ipſa,ſecundum eundē Bal.in l.1.C.de hær.inſt.verſic.& ſi appellaret. Quid autem erit iudici faciendum , cum bannum a ſententia diuerſum reperiatur , ne pro eodem delicto bannitus duplicem ſuſtineat pœnam , vide ibidē ꝑ ipſummet Bal.Et adde ad id, quod dicit, banna data contra ſtatuti formam poſſe corrigi , ꝙ contra ſtatuti formam lata non valeant ſimpliciter : & ideo cum ſit huiuſmodi bannum ſententia interlocu. vt hic,recte dicit, aut corrigi debet,aut reuocari qđ poteſt,vt in l.quod iuſſit,in prin.ff.de re iud.per Iaſ.Et quod ſit interlocutoria,habes plene per Fel.in rub. de re iud.extra. Adde tamen vnum,quod quando bannũ datur ex forma ſtatuti, tunc efficitur ſtricti iuris.de quo vide quæ ſcripſi in l.ſi is qui, C.de his,qui teſt.fac.poſſ.
c Vitiatur. Vide Sali.in l.2.in prin.ff.ſi quis ius dicen.non obtemp. & Io.An.in titu. de ſen.§.ſpecies.
d A.B.Op. Vide Bal.in l.hi, qui ad ciuilia,ſup.de app.& Bar. in l.vniuerſa,ſupra de prec.impe.offer.
e Pone. Vide Bal.in l.ſi qui ex conſenſu,ſup.de epiſ.aud.
f Correcta. Vide gl.ord.Inſt.de iniu.§.pœna.
g Pœna. Vide per Bal.in l.edita,in 10 opp.ſu.de eden.
h A.B.Præterea. No.intellectum ad §.ſi quis ex his vide Bal. in l.ſecunda, ſup.de re iudic.
i Libellus. Vide Bal.in l.2.in fi.de re iud.
K Nummo.Intellige non expreſſa inſtitutione in libello .
l A.B. Et ideo quærit. An illi,qui condemnantur extra ordinem ſecundum formam ſtatutorum , ſint infames. Vide optimam gloſſ.in l.2.§.præterea,ff.de ſuſp.tut.& quod ibi no.Nic.de Neap. & gl l.3.§.tutores,eo.tit.& gl.in l.fi.C.eod.& gloſ.l.1. ſup.de mo.mul.& gl.l.1.C.ſi tu.vel cur.non geſſ.licet And.de Piſis. in §.præterea, præalleg. dicat illam gl.ſecundum Dyn.non reperiri alibi , vt ibi refert Nicol. de Neap.And. de Piſ.ibi dicit,quod immo eſt infamis,quia debet conſiderari cauſa , quare condemnatur . l.ictus fuſtium.ff.de his,qui no.infa.& l.3.§.ad diem , & §. ad tempus . Nec ob.ꝙ ſit ſublata ſolennitas,quia durat effectus,vt l.1.alias 2.ſup. de formul.or.opi.Dyn.videtur melior,quia ex ſtatuto oritur cōdictio ex lege, quæ non infamat , l.ceſſat,ff.de act.& obl.& quod interlocutoria non infamet , vide tex.licet Bal.illum non alleget , in c.ſi quis filio , §.eius,in ver.interlocutus, ff.de iniu.teſt. & vide Bald.in l.eos,ſup.de exc.rei iud.& in l.etiam,ſup.de Fur. Or vide gl. in l.2.inf.de requi.re. quæ dicit , quod ſint infames de facto, & non de iure.& ibi vide Bal. & ſic poſſunt reduci opi.ad concordiam . no.iſta , quia forte ita cumulate non reperies de facili. vide Pet.de Anch.in c.ſuper his, de pœn.& quæ ibi dixi,& in rub.de iu.in 6.
m Proceſſu . vide de iſtis in l.infamem,ff.de p.iu.

tumacia non infamat; ſed ſi ſint ↄdẽnati ex ↄfeſſione, ſunt infa-
mes. Sed ſi ex teſtib. cũ tñ nunꝗ̃ voluerint ↄfiteri nullo iure caue
tur, ꝙ ſint infames, ꝗa nulla lex đt, ꝙ merũ offm̃ iudicis ĩfamet;
imo de iure cõi talis ꝓceſſus eſt ꝓhibitus, vt ff. de mu. & ho. l. re-
ſcripto, §. ſi ꝗs accuſatorẽ. niſi aĩs ſint famoſi, vt ff. de off. p̃ſi. l. cõ-
7 gruit. † Illud ẽt nõ ẽ omittẽdũ, ꝙ ꝑꝑ paupertatẽ p̃t cũ aliquo di-
ſpẽſari ſuꝑ aliqua mulcta pecuniaria. & h. d. Spec. & bñ, ꝑ l. illici-
tas, §. & ne tenuis. ff. de off. p̃ſi. & iõ mulctæ sũt moderatę in aſcẽ
ſu, & non in mitigatione, & deſcẽſu, vt s̃. de mo mulct. l. eos. Mõ
a ego q̃ro: nos videmus *a* tota die, ꝙ iudices dñt, Bannimus talem
ĩcẽtum plus, & minus, ſm formã ſtatuti: an valeat iſtud bannũ?
& vr̃ ꝙ non, ꝗa incertum. Sed ĩ ↄ̃riũ ſeruat cõis vſus, quia iſtud
bannum eſt potius q̃dam obſeruatio, quam obl'o, & ſatis eſt ſe
ſupponere iuri, vt extra de ſumma Trin. c. damnamus, §. fi.

ADDITIO.

a Not. uidemus. uide in *l. iudex, ff. de re iud.*

LEX VI.

1 *Sententia extra tempus citationis lata, an ualeat.*
2 *Proteſtatio non pertinet ad officium iudicis.*
3 *Iudex aſſignans horam pro termino, an in diem ſequẽtem prorogare poſſit.*
4 *Iudex ſi propter aduerſarij dolum, crimen expedire non potuit, an prorogetur ſibi tempus.*

a **Cum non eo die.** Non ualet ſñia *a* lata per iudi-
cẽ delegatũ extra tp̃s commiſ-
ſionis. & qđ dixit, ſi non eo die. idem dicas, ſi non eadẽ hora tp̃s
cũ oĩ actu ↄcurrit, & in nãm illius actus cõuertit, vt patet in p̃ſcri
1 ptionib. & ad non tp̃s ſeqtur non ens. h. d. hæc lex. † Quidam quę-
runt hic, nunꝗd valeat ſñia lata extra tp̃s citationis? Reſp. aut cita
tus non fuit ↄtumax in termino, & non valet. l. ſi itẽ, §. fi. ꝙ vi aut
b clam, & eſt rõ ibi, ꝗa forma *b* ſuæ ꝓteſtationis non põt ꝗs recede
2 re. Itẽ ꝙ aliud eſt in ꝓteſtõne, aliud in citatione, nã † ꝓteſtatio, nõ
pertinet ad offm̃, & ꝑtãtem iudicis: citatio aũt, & expectatio ſic,
c ꝗa eſt arbitraria, l. de die, in prin. ff. qui ſatiſ. cog. aut fuit *c* ↄtumax
in termino, & tunc aũt ſñia fuit lata die ſequenti: & gl. dicit ꝙ nõ
d ualet, Inſt. de verb. ob. §. oĩs. Sed decretalis *d* determinat ↄ̃riũ ex-
tra, de off. dele. c. ↄſuluit, aut fertur longiori die, puta, tertia, vel vl
teriori, & dñt ꝗdam, ꝙ non valet, ꝗa citatio eſt ↄſumpta, cum in
die illa, vel ſubrogata, non fuerit fcm̃, qđ imminebat faciẽdum.
ergo ↄ̃rium conſului: nam ex quo iudex reputat, vel reputare de
bet eum ↄtumacem. ſꝑ eſt in mora, vt ff. de vſu. l. mora nec. expe
e dit eum amplius citari. *e* quia ſcire debet propter contumaciam
ſuam, quandoq; ſententiam ferri poſſe: vnde l. properãdum, di-
cit, ꝙ ſolennia edicta præmittuntur ꝑ multos dies, antequã ſen-
tentia feratur, immo per menſem, & cum omnia ſolennia ſint
peracta, non eſt opus iterari citationes: ꝗa lex certo numero ter
minorum contenta eſt, & in his figit pedem ſuum Nec obſt. ca.
conſuluit, quia mens illius cap. eſt, ꝙ inuito actore iudex poteſt
ſua benignitate expectare abſentem per vnam diem. non tamẽ
intendit dicere, ꝙ iudex poſt illam diem non poſſint uti rigore
iudiciorum in condemnatione contumacis. Alij dñt ſentẽtiam
non valere. de hoc dixi in *l. j. s̃. quo.* & quando iudex prima ue-
3 rior eſt. † Quæro, ſi iudex aſſignauit *f* horam pro termino, puta
f compareas cras in aurora ad audiendam ſententiam, vtrum poſ-
ſit prorogare in diem ſequentem: nam cap. conſuluit, loquitur
quando tota dies erat aſſignata pro termino, non autem qñ ho-
ra certa, poſtꝗ̃ ſunt adhuc plures horę aptæ ad comparendũ ea-
dem die. Spe. in tit. de dilat. ſentit hoc dubium, ſed non decidit.
quare vr̃ dicendum. ꝙ cum nõ fuerit a principio, nec eſſe debue
rit de mente eius, qui aſſignauit terminum, vt ita dixerim, cuiuſ
dam momenti prorogare ipſum, ꝙ nõ poſſit prorogare, niſi cã
cognita, loquor de prorogatione ad vtilitatem contumacis. Nã
in eius damnum, vt poſſit quandoque abſens condemnari, bñ
durat effectus contumaciæ, quia abſurdum eſt creſcente contu-
macia, ipſum liberari a termino. No. hic in verſi. ex integro. arg.
quod ſi iudex delegatus non eſt officio ſuo functus, non valent
acta, quia dicit, ex integro cognoſcet. ſed intellige, quo ad ipſam
ſententiam. Item no. tex. dum dicit, ne ambages fruſtra interpo-
ſitæ prouocationis ulterius negotium protrahant. text. eſt pul-
4 cher. † Quæro, *g* ſi propter dolum aduerſarij iudex non potuit
g expedire cauſam, an tempus ſibi prorogetur? Reſp. tp̃s *h* manda
h ti non prorogatur. iſta eſt glo. ff. de mino. l. intra vtile. ſuꝑ uerbo,
inter ętatem. Adde ſupradictis, ꝙ aut expectans comparet hora
congrua die ſequenti, & etiam non refectis expenſis auditur; ꝗa
vr̃ venire in terĩo, vt ff, de pre. l. ſed, & ſi manente. Aut comparet
a leuiori, i. ulteriori die, & tunc non intelligitur ltĩme cõparere,
niſi refectis expenſis, arg. eorũ, quę notat Bar. ff. de ope. no. nun. l.
Prætor, §. ſi aliqñ, vñ ſi fertur ſñia ↄ̃ eum ſic inciuiliter comparẽ
tem. ſ. non refectis expenſis, tanꝗ̃ verus contumax non appellat.
Nam verus contumax eſt ẽt ille, ꝗ comparet, ſed non legitime
comparet. Nam iſta ſunt paria, nullo modo compare, & minus
legitime comparere. Quid ſi iudex pronunciauit abſentem eſſe
contumacem? Reſpond. ſtandum eſt ſententiæ, niſi contuma-
ciam purget refectis expenſis, ff. de fideic. lib. l. a legatario, §. fi.

ADDITIONES.

a Sñia. vide in c. de cauſis, extra, de offi. deleg. & Bal. in l. 1. ſup. de his, quæ pœ. nom.
b A forma. Ad iſtud, quod no. hic Bal. dum facit dñiam, an citatus comparuerit, vel non, vide Io. An. in tit. de ſen. prola. §. iuxta, ver. eſſent nulla.
c A. B. An fuit. vide eundem in l. 1. ſup. quo. & quand. iud. & ibi remiſi.
d Sed decretalis. vide Bar. in l. aut qui aliter, circa prin. ff. quod vi, aut clam, & quod no. Bal. in l. 1. ſup. quo. & quan. iud. Ant. de But. in c. cum dilecti, ext. de do. & cont. & Sal. hic tenet cum Bal.
e Citari. vide per Bar. & quæ ibi dixi, in l. ſtatuliberi, ff. de ſtatulib.
f Aſſignauit. Vide Bar. in l. terminato, ſup. de fru. & lit. expen.
g Quæro. Dixi in auth. clericus. in verbo, terminus, ſup. de epiſ & cle.
h A. B. Tempus. vide quæ dixi in c. ad petitionem, de accuſ. & in c. 1. de iu. uide ibi Do. Ant. & Bal. in l. 1. ſup. quom. & quan. Iud.

LEX VII.

1 *Sententia in dubio per gratiam lata, an valeat.*
2 *Sententia arbitri per inimicitiam lata valet.*
3 *Sententia ab arbitris iuris lata per pecuniam an valeat.*
4 *Iudex ſententiam pronuncians per pecuniam an poſſit puniri ciuiliter, & criminaliter.*
5 *Iudex, qui a fæneratore gratis recipit, videtur corruptus.*

a **Venales.** Sententia lata per pecuniã, eſt ipſo iure nulla. *a*
1 † Quæro, quid ſi per gratiam? Reſp. tenet, ſed da
tur in integrum reſtõ. Quæro, nunquid in dubio præſumatr̃ gra-
tia? Rñd. hoc ex qualitate perſonarum perpendam, eodem mo-
do perpendam, an per ſordes. tęx. eſt no. ff. de act. & obl. l. fi. Quę-
b ro, quid ſi per latam *b* culpam? Reſpond. prope ſordem eſt, cum
æquiparetur dolo, & ideo datur reſtitutio in integrum, vt no. in
§. eum Prætor. in l. ſeruo inuito. ff. ad Treb. quę non eſt alibi. Quę
2 ro, † quid ſi lata eſt per inimicitiam capitalem? Reſp. & iſta ſor-
des eſt, & ideo in integrum reſtitutio datur, quod eſt menti tenẽ
dum. Quæro, quid in ſententia arbitri? glo. dicit valere. tñ obſtat
exceptio doli, quia dolus dans cãm commiſſioni ſtipulationis
pœnalis, non reddit eam nullam, ſed inefficacem, quia dolus
eius, qui fraudem committere nõ dẽt, excuſat a pœna ope exce-
ptionis, quia oẽs pœnæ ſunt ſtricti iuris. l. iudiciales, uel arbitra-
les. Sed ↄ̃ hoc immediate opp. nam neutra pars videtur hic per-
miſiſſe arbitro, quod accipiat pecuniam pro laudo, arg. ff. mand.
l. creditor, in fi. Sol. dicit glo. ꝙ quando commiſſio fit ad deciſio-
nem cauſarum, non inſpicimus voluntatem partium, quia ſentẽ
tia fertur in inuitos: ſecus in poteſtate extraiudiciali, vt ff. de ope.
3 l. libertus, & d. l. creditor, §. fi. ff. mand. † Quæro, quid in arbitris
c *c* iuris? Reſp. idem quod in iudicibus, vt l. fi. s̃. de iu. habent enim
publicam authoritatẽ, qua abuti non debent. Quæro, nunquid
iudex, qui iudicauit per pecuniam, facit litem ſuam? Dicit gl. ꝙ
ſic. Sed ↄ̃ hoc op. quia ſententia nulla, ergo non intereſt, vt not.
in l. ſi iudex, ff. de var. & extraord. cog. Solu. iſta eſt mera pęna ꝑꝑ
4 merum maleficium, ff. de iuriſ. om. iud. l. adeo. † Quæro, nũquid
iſte iudex eodem proceſſu poſſit puniri ciuiliter, & criminaliter?
Reſp. ſpãle eſt in iudicibus delinquẽtibus in officio ſuo, quod ſi-
mul & ſemel poſſunt ciuilter, & criminaliter puniri tex. eſt no. ĩ
5 Auth. vt iudices ſine quoquo ſuffr. §. oportet. el j. † Quæro, an vi
deatur corruptus pecunia ille, qui a fœneratore gratis recipit? &
videtur quod non per ea, quæ no. Spec. in titu. de vſur. in contra-
rium facit l. quin etiam, ff. de calumnia. quod no.

ADDITIONES.

a Nulla. Vide gl. 1. q. 5. c. vẽdentes, vbi dicitur, quod etiam *ſimoniam incurrit iudex*. 14. q. 5. c. non ſane, 11. q. 3. c. qui recte. quid ſi *pars promittit iudici idẽnitatem.* vide Bar. in l. ſi quis vxori, §. ſi fugitiuum, ff. de fur.
b Per laram. Vide Bal. in l. 1. ſup. quom. & quand. iud.
c A. B. Quæro, quid in arbitris. Arbitrium *iuris* æquiparatur iudici. facit c. ab arbitris de offi. deleg. in *6.* cum ſpeciali. de app. & quod no. in c. paſtoralis, de reſcrip.

LEX VIII.

1 *Puer viginti annorum inter Decuriones vocem habere non poteſt. nu. 2.*
3 *Filius quando non tenetur, pater pro ipſo non tenetur.*

Si pater. Minor ętate vocatus ad Decurionatum eſt, ſine
appellatione tutus mero iure, maxime ſi pater ñ
1 conſentit. h. d. † No. hic, ꝙ puer 20. *a* annorum non poteſt habe-
a re vocem inter Decuriones, quia non poteſt ei incorporari. No.
2 † quod hic ponitur, ſi, pro quia: quia ſæpe contingit unam ſylla-
bam pro alia poni, vt ſing. no. ff. de cõd. & dem. l. eas cãs. & iſtam
digreſſionem fecit ratio intellectus in vltima gloſſ. hic poſita.
3 † No. ꝙ quando non tenetur filius, non tenetur pater pro ipſo.
aliquando etiam tenetur filius, & pater agens ex perſona filij nõ
tenetur, vt quãdo ius oritur in perſona patris ex legis diſpoſitio-
ne, nõ filij beneficio, vt ff. quot quiſque iur. l. 1. §. ſi filius.

ADDITIO.

a A. B. Nota hic, quod puer 20. No. ꝙ puer non habet vocem in *capitulo.* vide Bal. in l. exigendi, ſup. de proc. & l. fi. alias pe. ſup. de teſt. mil.

LEX IX.

1 *Exempti ſi delinquunt, an ab ordinario loci circa priuationem ſui priuilegij puniri poſſunt.*
2 *Citatus a lege, an die feriata teneatur comparere.*
3 *Terminus ad faciendum ſe cancellari ſi a lege municipali eſt ſtatutus, omnes dies feriati computantur.*

Vete-

Veteranis. Veteranus habens immunitatem vocationis, nõ tenetur, ſi ꝯ immunitatẽ vocatur ad
munus.h.d.& eſt ſpãle in militib. vt eleganter dicit litera ibi, re-
munerantes fidẽ, & deuotionem nr̃orum militum. & idem vr̃ ĩ
quibuslibet exẽptis ex ſpãli gr̃a Principis. In ꝯrium vr̃, qa ſpãle eſt
in militibus: ergo ius cõe eſt in ꝯrium. Sol. dic, ꝙ quidã ſunt exẽ-
pti a munere, & eſt ſpãle in militib. qdam ſunt exẽpti a iuriſdõ-
ne, & tunc ſi ſunt funditus exẽpti, non tenenť ꝯparere, qa ſunt e-
xẽpti a limine iudicij: ſi ãt ſunt exempti ope exceptionis, vel ſub
ptãtiua ꝯdõne, vel hñt electionẽ Iudicum, vt in auth. habita, §. ne
fi. pro pa. & l. 2. ff. de iu. tunc ꝯparere tenentur allegaturi priuile-
1 gium ſuum, vt dixi ſ. de ap. l. hi, q ad ciuilia. † Quæro, ſi iſti *a* exẽ-
a pti delinquunt, vtrũ poſſint puniri ab ordinario loci circa priua-
tionẽ ſui priuilegij? Dic ꝙ gñalr̃ nõ pñt priuari ſuo priuilegio ni
ſi a Principe, ſed p ꝯñam delicti ſi redderentur infames, priuarẽ-
tur a iure, vt ĵ. de digni. l. Iudices. li. 12. vide ꝙ no. Cy. ſ. vbi de cri.
agi opor. auth. qua in prouincia, in fin. & ff. de infam. l. 2. §. miles.
2 † Extra q̃ro, nunqd citatus *b* a lege teneatur ꝯparere die feriata?
b & vr̃ ꝙ non, qa dies feriata certa eſt, & ille, q non cõparet, eſt ex-
cuſatus, quia lex excuſat eum: vñ non oportet excipi, vt l. vir bo-
nus, ff. iu. ſol. Dicit Ioan. Mon. ꝙ aut eſt citatus ad comparendũ,
aut ad procedendũ, aut ſimplr̃. primo caſu tenetur comparere;
ſecundo caſu ſi citatur ad actum, ad quẽ põt procedi, vt ad por-
rigendum libellum & idẽ, ad quod eſt gl. in l. j. ff. de fer. in gl. 4. &
tex. in l. miles, §. ſexaginta, ff. de adul. & vide quod no. Ber. in c. 2.
ext. de iud. Si aũt eſt actus, ad quẽ nõ p̃t procedi, ſecus: niſi lex de-
roget ferijs. Tertio teneť ꝯparere, ex quo lex citat eũ: & ſi nõ cõ-
paret, incidit in pęnã legis. Citatio ãt iudicis non aſtringit aliquẽ
ad ꝯparẽdũ, niſi vt procedi poſſit cũ aduerſario, vt ff. ſi qs in ius
3 voc. non ie. l. 2. in fi. Ex his apparet, ꝙ ſi eſt ſtatutus terminus a le-
ge municipali ad faciẽdũ ſe cãcellari d̃ bãno, cũ hic ñ regrať ſtre
pitꝰ iudicialis. ꝙ hic ꝯputãť oẽs dies feriati, vt dies dñicales, & o-
ctauæ, licet de ꝯſuetudine eẽt ſolẽniter colere octauas tãq̃ ipſa fe
ſta: vñ vide Io. Mo. ĩ c. cupiẽtes, ĩ gl. ſed ſi opponẽtes, de elec. li. 6.

ADDITIONES.

a Si iſti. vide Bar. in l. fi. de conſt. Princ.
b Citatus. Vide in l. ſi quando, ſup. de teſti. & in l. ſiue pars, ſup. de dilat. & vide Bal. hic, & adde no. per gl. Io. An. in c. cupientes, in verbo comparere. de elec. in 6.

LEX X.

1 *Iudex ad quem pronuncians bene appellatum ſuper appellatione ſuperuacua, an valeat ſententia.*
2 *Executor ſi neuter appellauit, de expenſis ſupplere non poteſt.*
3 *Appellans inuito appellato an appellationi renunciari poſſit.*
4 *Iudex appellationis poteſt ſupplere in cauſa, quæ venit ad petitionem coadiuuandam.*
5 *Ceſſionarius, qui in proſecutione rei ceſſæ fecit expenſas, qualiter eas recuperare poſſit.*
6 *Iudex ſi interlocutus eſt ſuper mero iuris articulo, ſuccumbens non condemnabitur in expenſis.*

a **Omnem** *a* **honorem.** Iſta lex eſt ſingularis, ꝙ ſuperuacuis appellõnib.
non vtimur propter honorem Iudicum. h.d. But. Vel ſic, Vbi vi-
ctus appellauit ſuper ſorte, non appellat victor ſuper expenſis, ſi-
ue victus proſequatur cãm, ſiue nõ, quia hoc totũ ſupplet iudex
1 officio ſuo. But. † Modo pone, quod iſte iudex ad quem pronun
ciauit ſuper iſta appellatione ſuperuacua bene appellatũ, nunqd
valet iſta ſñia? & vr̃ ꝙ non, quia caret fundamẽto. Ex hoc etiam
ſequitur, ꝙ fatalia debẽt computari ex die primæ appellationis,
ñ ex die ſecundæ, cui lex non defert. No. ꝙ lex non defert ſuper-
uacuæ appellationi. No. ꝙ illud, qđ poteſt fieri per pauciora, non
debet fieri per plura. No. ꝙ Iudex appellationis ſupplet in acceſ-
ſoris. No. ꝙ honor Iudicũ eſt ſeruandus. Opp. ꝙ de fructib. & ex-
b penſis non poſſit ſuppleri, niſi eodem die, *b* vt l. Paulus, ff. de re
iud. Sol. ibi loquitur terminato negotio: ſed hic non eſt termina
tum, qa appellatum. Item ibi ab eodẽ Iudice, hic ab alio, ad quẽ
eſt deuoluta cognitio. Et no. ꝙ idem intelligo ĩ cã nullitatis, ſi vi-
ctus dicit ſñiam nullã, & ſuccubuit, ſ. ꝙ iudex poſſit ſupplere de
2 expenſis omiſſis, quod eſt no. dignum. † Quæro, ſi neuter appel-
lauit, an executor poſſit ſupplere de expenſis? Rñ. nõ, vt l. termi-
c nato, ſ. de fruct. & lit. expen. Quæro, an per ſolam *c* omiſſionem
expenſarum poſſit victor appellare ab iſta omiſſione, victo non
appellante? But. & Cy. dñt, ꝙ ſic. Sed in contrarium vr̃ per l. ſi in
iudicio, ff. de excep. rei iud. niſi dicas, ꝙ appellet a ſñia propter vi
tium omiſſionis. Sed hoc falſum vr̃, ꝙ non grauatus non appel-
d lat, *d* vt no. Inn. ext. de iureiu. c. breui. Sed uictor non eſt grauatus
per ſententiam. Nam ſuper quo fuit pronunciatum obtinuit, vt
ff. de au. & arg. leg. l. Titia. Iudex tñ poteſt conueniri, quia fecit li-
tẽ ſuam propter omiſſionem expenſarum: quod eſt verũ, ſi fue-
rint petitæ, alias quamuis non ſuppleat, non facit litem ſuã. Quia
in pari culpa actoris non petentis, & iudicis non ſupplentis, me-
3 lior eſt condõ rei, vt ff. de verb. oblig. l. ſi ſeruum, §. ſeqtur. † Mo-
e do quæro, nunquid *e* appellans poſſit renunciare appellationi in
uito appellato? Reſpon. non: ſi appellati intereſt, caſus eſt iſtius
f leg. ſm Cyn. Non obſt. *f* ff. de minor. l. ſi Iudex circumuento. qa
lex illa non continet ius commune, ſed priuilegium minorum.
& ideo in reſtitutione in integtum ſecus eſt, quam in appellatio-
ne, quod eſt notabile. Præterea in reſtitutione integrum nihil
poteſt iudex ex officio ſuo ſupplere text. eſt ſing. in l. fi. §. vlt. ff. de
condit. indeb. Quæro de tali caſu, iudex condemnauit reum in
quinque, & a quinque abſoluit: reus a condemnatoria appella-
uit, & actor ab abſolutoria, quæritur qd iuris? Reſpon. poſterior
applõ eſt ſuperuacua, qa iudex ad quem ſi uidet reum in minus
condemnatum, debet ſupplere, & dicit Cy. ꝙ hic eſt ſecũdus ca
g ſus huius leg. & probatur ĩ ſup. de app. l. ampliorem. *g* in princ. ex
3 quo cõclude, quod ratione partis totum deuoluitur. † Extra no.
quod iudex applõnis poteſt ſupplere in cauſa, quæ uenit ad peti
tionem coadiuuandam, ut ff. ꝙ cum eo. l. Titianus. Secus ſi ueni
ret ad originem. nouæ petitionis, ut ſup. de temp. app. l. per hanc.
4 † Extra quæritur, ſtipulatus ſum a Titio decem ſub refectione
expenſarum ceſſi iſta iura pro decem, ceſſionarius egit, & fecit
expenſas, quærit an eas recuperabit per ſtiplõnem, an iudicis of
ficio? & vr̃ ꝙ in expenſis non ſit aliquod ius ceſſum, quia nihil
eſt ſolutum in pretium cedendarum, ut l. per diuerſas, ſ. mand.
Item qa tacitam habet condõnem, ſi expendero, ſed ego nõ ex-
pendi, ergo condõ falſa, qa omnes cõdõnes ſunt perſonales, cũ
non recedatur a perſona, vt ff. de cond. & demonſt. l. qui hæredi.
facit ad hoc, ff. de eui. l. ſi rem quam. In ꝯrium vr̃: quia ex iſta ſti-
plõne agit hæres, ergo, & ceſſionarius, vt de admi. tut. l. ſi ex plu-
ribus. Sol. pro iſtis expenſis non debetur *euictio*, & ideo non *vr̃*
ius ceſſum, niſi nominatim ſit ceſſum. & ſi dicatur nõ eſt nume
ratũ pretium, ergo etiam ſi nominatim ſit ceſſum, non poteſt
h agi. Reſp. non eſt neceſſe pretium numerari. *h* cum hẽat prius
neceſſe expendere, q̃ repetere. vnde ex huiuſmodi ceſſione non
fit locupletior, qa tantum abeſt, quantum repetit, & ſic non põt
dici ceſſio ſimullata, nec redemptor litis, de hoc no. in Specu. de
proc. §. 2. verſi. item, &c. Item non ob. l. q hr̃di. quia conditio dã-
di poteſt impleri per alium, vt l. fin. ff. de cond. inſt. & facit. ff. de
verb. obl. l. venditores, ff. de ope. nou. nun. l. fin. & quod no. ff. de
alie. iud. l. 3. §. opus. & quod dr̃, ꝙ ceſſo principali, vr̃ cedi acceſſo
rium: verum eſt in acceſſorio rei, non in acceſſorio iudicii, ſicut
ſnnt expenſæ litis. & facit ff. de proc. l. actoris proc. & optime fa-
5 cit ad qõnem, ff. de do. inter vir. & vxorem. l. *vir vſuras.* † Extra
i quæro, ſi iudex *i* interlocutus eſt ſuper mero articulo iuris, vtrũ
ſuccumbens condemnetur in expenſis? Rñ. non quia iſtud po-
K tuit expediri in vno momento *k* ſine aliquo ſumptu hoc no. Cy.
ſ. de his, qui. vt indig. l. Polla. vbi omnino uideas. No. quod in cau
ſa appellationis appellans ſuccumbens ſemper condemnatur in
expenſis: ſed appellatus non, niſi in caſibus, vt no. Io. Mon. in c. j.
de app. lib. 6. in gl. no. appellatum.

ADDITIONES.

a Omnem. Iſtam leg. pro valde not. ponderat Bal. in l. pen. ſup. de ſent. quæ ſine cer. quant. de cuius leg. intellectu uide omnino per Io. de Imo. in l. ait Prætor. §. ſi Iudex, ff. de re iud. & facit iſta lex, quod appellans a ſententia non videtur app. ab expenſis, de quo uide Bal. in l. 3. inf. ſi penden. app.
b P. D. Die. Limita, i. uerum niſi in ſententia dixerit iudex ſibi non liquere, ut per eũdem Bal. in l. terminato, C. de fru. & lit. expen.
c An per ſolam. Vide Bar. hic.
A. B. Quæro, an per ſolam. No. ꝙ iudex licet omiſerit condemnare in expenſis ex officio, tamen non facit litem, ſuam niſi petatur. Vide plene Bar. & Mod. in l. 4. §. hoc autem iudicium, ff. de dam. inf.
d Non appellat. Vide Bal. in l. ſi poſt ſententiam, ſup. de ſen. & quod no. Bal. in Rub. ſup. de ſent. quæ pro eo, quod inter. profer.
e Nunquid. Vide per Bar. in l. ſi quis libello, ſup. de app.
f A. B. Non ob. No. quod iudex non põt ſupplere ex officio ad reſtitutionem petendam contra tenet Io. And. per c. cum veniſſent, de inſt. ubi eccleſia reſtituitur: ergo minor, quia æquiparantur cogit.
g Ampliorem. Et ibi dixi poſt Bar. & uide quæ no. Ant. de But. in c. cum Io. in fi. extra. de fid. inſtr.
h Numerari. Vide Bar. in l. per diuerſas, in 1. q. ſup. mand.
i Si iudex. Idem tenet Pet. de Bellaper. in l. ſi per prudentiam, in princip. ff. de euictione.
K Momento. Vt in c. ſæpe, extra, de app.

Quorum appellationè non recipiuntur. *Rubrica.*

a ¶ Nota, ꝙ appellatio eſt actus iudiciarius, *a* & ideo ſeruus non appellat, nec alius, cui iudicium denegatur, vt ff. de app. l. final. in princip.

ADDITIO.

a Iudiciarius. Vide Bar. in l. ſi expreſſim, ff. de app.

LEX PRIMA.

1 *Contumax non iurando de calumnia appellare poteſt.*
2 *Contumax verus dicitur, qui procuratorem inhabilem ſcienter mittit ad comparendum.*

Contu-

Contumaciæ cauſa ſummatim inquiri debet.
Comparens Iudice ſedente pro tribunali, reſtituitur ad appellandum.

a ELus, qui. Nõ recipitur app̃lo eius, qui fuit vere con
tumax. concordantiæ. ſunt in glo. Oppo. *a*
de l. creditor, §. iuſtus, ff. de app. Solu. fuit contumax in eo
ꝙ eſt extremum iuriſdõnis, i. non in obediẽdo iudicis mã
dato circa exhibendum, vel reſtituendum. hic in reo, qui fuit cõ-
tumax in non veniendo, & ſic non obtemperauit authoritati.
Prætoris in eo, ꝙ eſt extremum a quo, l. in citatione. dẽt enim
b oĩs vocatus comparere, & non eſt maior cõtumacia, *b* q̃ ſperne-
re iudicẽ non cõparendo, vt ff. de iud. l. ſi quis ex aliena. & l. 1. §.
2 1. ff. ſi quis ius dicen. non obtemp. † Quæro qd de eo, q eſt contu
max in non iurando de calumnia? Rñ. glo. ꝙ põt appellare quod
verum eſt, ſi ſuam contumaciam excuſat, alias non, cum habeat
pro confeſſo, & cõuicto, vt s̃. de re. cred. l. gñalr, §. j. & l. Marcel.
2 ff. re. amot. † Quæro, nũquid ille, *c* q mittit ſcienter procuratorẽ
c inhabilem ad comparendum, dicatur uerus contumax? Rñ. ſic,
vt no. Cy. s̃. de inoffi. teſt. l. ꝯ maiores. vbi omnino uideas. Sed nũ
d quid procurator *d* gñalis vr̃ hr̃e ſufficiens mandatum ad rñden-
dum poſitioni criminoſæ. qñ talis eſt. cui rñderi dẽt? Rñ. ſic, vt
ff. de iniu. l. ſed *ſi* unius, §. procuratorẽ autem. dummõ ſciat fcm̃.
3 † Opp. dr̃ *qđ hic* ſummatim dẽt inquiri. ꝯ. s̃. de iud. l. iudices? Re-
ſpõ. gl. ꝙ hic de cõtumacia conſtabat per probationes pręſentes
quæ fuerunt receptę ab aduerſario contumace abſente, & iſtę
probationes erant liquidæ. dicuntur tamen ſemiplenæ, quia ex
vna parte tantum. Alij dicunt, ꝙ hic erat cauſa ſummacia, in
qua de principali, & de incidentibus, vt eſt contumaia, põt ſum-
e matim cognoſci. Tertij *e* dicunt, ꝙ antequam app̃lo ſit recipien-
da, debet cognoſci ſummatim. vnde ſufficit probatio ſemiple-
na, uel indicia, quod appellatio recipi non debeat, quod gl. non
placet, quia de magno pręiudicio ageretur, ſi iudex ad quem ꝓ-
nunciaret appellationem non recipiendam, & adde quod no. in
c. j. de dolo, & contum. in Clem. Item adde, ꝙ aliud eſt dicere, ſe
miplene, & reſpicit probationes: aliud eſt dicere, ſummarie, & re
ſpicit ordinem procedendi omiſſis ſolennitatibus iuris, alibi dr̃
ꝙ interdum eſt plena cognitio ſecũdum quid, & ſummaria ſm̃
quid, quia cito expiditur, & eſt ordinaria. ſ. per officium iudicis,
vt eleganter no. ff. vt in poſſ. leg. l. is, a quo, in princi. ex quo ſume
argu. ꝙ omnis Iudicis inquiſitio eſt remedium extraordinariũ.
Quæro, nũquid contumacia poſſit probari per inſtrumentum?
Reſpõ. ſic, licet vergat ad crimen, quia debet ſcribi in actis, vt s̃.
de iud. l. properandum, in fi. principij. Cętera dic, vt ibi dixi, & in
l. 2. & in l. ab eo, & l. tres denunciationes. s̃. quomodo, & quãdo
iudex. Extra quæro, nunquid citatio poſſit præcedere creationẽ
iuris, ſuper quo fit citatio? Reſpondet Io. Mo. ꝙ ſic, in cap. ſi con-
firmationem, de elec. lib. 6. vbi dicit: quod citatio, quæ eſt exor-
dium omnium actionum inſtituẽdarum, poteſt fieri iure in crea
4 to. Io. Mo. Quod autem dr̃ hic in vltima glo. ꝙ comparens iudi-
ce ſedente pro tribunali reſtituitur ad appellandum ex Princi-
pis conſtitutionibus, ita quod p̃t appellare intra decem dies. in-
telligitur niſi ante ſententiam comparuerit, & contumax receſ-
ſerit: qa tunc eius contumacia nõ poteſt aliqua tergiuerſatione
celari, quia magis deliquit qui comparuit, & receſſit, q̃ qui non
f acceſſit, quia fuit ꝯtumax *f* in facie iudicis, ut in c. 1. de dolo, &
contum. libr. 6. & ſimilis eſt ei, qui dicit iudici ſe nunquam ven-
turum, cui non patrocinatur comparitio poſt ſententiam ſecũ-
dum ueram opinionem, quia ipſo momento ſententia tranſi-
uit in rem iudicatam.

ADDITIONES.

a Opp. vides quod etiam uerus contumax in non agendo appellat, vt no. per Bal. in l. diffamari, ſup. de inge. ma.
b A. B. Maior contumacia. No quod plus punitur contumax in non cõparendo, quã in non exhibendo, uide Bar. in l. diffamari, ſup. de ing. ma. ubi dicit, quod contumax in non agendo appellabit.
c A. B. Quæro, nunquid. No. ſi iudex pronunciat abſentem contumacem, non purgatur contumacia, niſi refectis expenſis, & an debeat exprimi contumacia, uide tex. l. 2. §. quoties, & ibi Bar. ff. de iure fiſci.
d Nunquid procurator. Vide late per Imo. in l. pe. §. ad crimen, in pen. q. ff. de pu. iu. & quod no. Bal. in l. 1. ſup. de ſen. & inter. omn. iud. ſed contra Bald. facit quod ipſe no. in l. reos, infr. de acc. vbi uult, quod in criminali requiratur ſpãle mandatum.
e Tertij Et hoc caſu quid debeat facere iudex a quo, uide no. Bar. in l. appellatione ſup. de appel.
f Contumax. De illo uero contumace utrum appellet, & utrum exceptio contumaciæ ſit peremptoriæ, uide no. Bal. in l. diffamari, ſup. de ing. ma.

LEX II.

1 *Occiſores licet ſint puniti contra mandantem denuo inquiri poteſt.*
2 *Confeſſus, & conuictus appellare non poteſt.*
3 *Procurator generalis ad negotia, dicitur falſus in maleficijs, q̃ ſui natura ſunt maleficia.*
4 *Torqueri quamuis non omnes poſſint poſſunt tamen terreri.*
5 *Plena & moderata tormenta quæ dicantur.*
6 *Confeſſus, & conuictus in cauſis pecuniarijs, appellare non poteſt.*
7 *Appellare ualens confitendo crimen poſt ſententiam, non uidetur ab appellatione recedere.*
8 *Appellare non poße an ſit pœna.*
9 *Acceſſum perfectum probare non poſſunt, niſi qui viderunt principium, & finem.*
10 *Parentela poteſt probari per plures teſtes deponentes, duo de uno gradu, alij de altero.*
11 *Crimen capitale per procuratorem confiteri non poteſt.*
12 *Argumentis quis conuinci dicitur.*
13 *Confeſſio facta formidine tormentorum, non præiudicat.*
14 *Sñia lata ex cõfeſſione affecta tormẽtis, eſt aliqua, & ab ea eſt appellandũ.*

OBſeruare. Propter immanitatem criminis cõuictus,
& confeſſus non appellat. h. d. Confeſſum
intellige non timore tormentorum: quia tunc poſſet appellare
ſm̃ Iac. But. Et ſm̃ hoc ſemp poſſet appellare: quia nemo eſt, qui
ſponte ꝯfiteatur. Rñ. ſatis eſt, ꝙ apud acta ſpõte rñdeat, & ita ſer-
1 uat conſuetudo. † Quæro, an punitis occiſorib. poſſit denuo in-
quiri ꝯ̃ mandantem? Dynus dixit, ꝙ ſic, per l. & ſi certus, §. fin. ff.
ad Sylla. multum tamen dubitauit, ſed dubitare non debuit, qa
2 caſus eſt in l. minoribus, ſupra de his, quib. vt indig. † Quæro, nũ-
quid in alijs criminibus hic non connumeratis, cõuictus, & ſpõ
te confeſſus poſſit appellare? Reſpondet gl. quod non poteſt ap-
pellare, quia eadem eſt ratio. Iac. But. dicit ꝯ̃rium, qa poteſt con-
feſſionem ſuam reuocare in cauſa appellationis. Tu tene gloſ. ſi
probationes ſunt luce clariores, cum enim non errauit, cõfeſſio-
a nem ſuam reuocare *a* non poteſt, quia veritas cum confeſſione
conſonat. Item quia ꝯ̃rium probare non poſſet, vt in Cle. teſti-
bus, niſi vellet ſe defendere de iure, vt quia erat bannitus. Nam
etiam notorius in facto poteſt prætendere defenſiones legum, vt
eleganter no. Inn. in c. ſtatuimus, extra de off. dele. Si autem pro-
bationes non ſunt luce clariores, ſed dubiæ, tunc audiretur ap-
pellans, per gl. q̃ eſt ff. de appel. l. creditor, §. iuſſus. præſertim ſi in
appellatione allegaret cauſam, vt s̃. de his, qui vt indig. l. minori-
3 bus. † Item not. ꝙ in maleficijs, quæ ſunt ipſa ſui natura malefi-
cia, procurator generalis ad negotia dicitur eſſe falſus procura-
tor. l. 1. §. cum autem falſus, de vi & vi arm. & ibi gl. ordi. nec con
fiteri poteſt maleficium, c. 2. de proc. in Cle. Quæro, quid ſi quis
b *b* fuit tortus, ſed leuiter? Reſpon. iſte non hr̃ pro torto, ſicut leuis
febricula, non dicitur febris, vt ff. de ædil. edic. l. ob quæ vitia, §. fi.
Tormentum enim proprie dr̃ magnus dolor corporis, vel ma-
gna afflictio, vt no. extra, de reg. iur. c. cum in contemplatione. in
c Nouella. Et no. *c* ꝙ ad hoc, vt fiat tortura reqritur cã & ordo, ſ.
ꝙ præcedant indicia ſufficientia, vt ff. de quæſt. l. maritus, & inf.
d de q. l. milites, §. oportet. Hęc autem indicia *d* quandoque ſumũ-
tur ab vno teſte de veritate, quod intelligo dummodo aliæ cir-
cunſtantiæ non reſiſtant, ſecundum Io. And. quod eſt no. quan-
doque ſumuntur a duobus, vel pluribus teſtibus deponentibus
4 ſuper circunſtantijs, inf. de quæſt. l. milites, §. oportet. † Et no. ꝙ
licet non omnes, nec omni caſu poſſint torqueri, poſſunt tamen
terreri, qa vultus iudicis in talibus debet apparere terribilis, vt in
e Auth. de man. Princ. §. talem vero. Ita dicunt Doct. *e* ꝙ perſeue-
f rare *f* dr̃ quis in confeſſione, qui pſeuerat extra locum tormen-
torum illa non videns, præſertim, ſi cõfiteatur coram amicis, ar.
l. quæro, de ędil. edic. Item dicas, ꝙ ſi tormenta non ſunt plene ĩ-
poſita, poſſunt repeti, ſi autem ſunt plene impoſita non poſſunt
5 repeti, niſi ex nouis indicijs. † Quæ autem *g* ſunt plena, ſiue mo-
g derata, & quæ non, iudicis diſcreti arbitrio committitur, & con-
ſilio diſcretorum virorum ſibi aſtantiũ, ff. de adul. l. ſi poſtulaue-
h rit, §. qõni. cuius ẽt religioni committitur, quę indicia *h* ſint ſuffi
cientia, & quæ non: quia nulla certa doctrina dari poteſt, arg. in
l. 2. §. expilatores, ff. de effrac. & expi. & nunc habes ſummatum
quicquid dicit Io. An. in d. c. cum in contemplatione. in Nouel.
Item dicas, ꝙ bona phyſionomia prodeſt, & mala nocet, qa pro
cliuis ad ſcelera nocet. Dico autem quãtum ad præſumendũ in
genere de mala natura & vitiata, non quantum ad præſumendũ
in ſpecie de ſpeciali, & determinato delicto. A contemplationę
enim naturæ non licet ſumere arg. no. Ariſt. in libello de phyſio
nomia. Deinde collige in hac lege, quod manifeſtus criminoſus
nõ appell. Sed certe immo ꝯ̃rium adduci poteſt, niſi ſit adeo ma
nifeſtus, ꝙ confeſſus, & ꝯuictus ſit notorius, tñ per rei euidentiã
6 appellare non poteſt, maxime de iure canonico. Quæro, vtrum
in

ADDITIONES.

a Reuocare. Vide no. Bar. in l. cum precum, ad fi. de lib. cau. & l. fi. ſup. de prob. & in l. 2. inf. de cuſt. reo.
b A. B. Quæro, quid ſi quis. No. quod leuiter tortus non dicitur tortus, hinc eſt, ꝙ ſtatutum quod loquitur de vulnere, non habet locum in leui, vt not. Bald. in l. ſi prædium, ſup. de ædil. act.
c A. B. Et no. Antequam deueniatur ad torturam, requiruntur indicia ſufficientia. vide Bar. in l. fi. ff. de q. & ibi dicit, quod debet dari copia parti de indicijs.
d A. B. Hæc autem indicia. No. quod ab uno teſte capiũtur indicia, vide bo. gl. & ibi Ang. in l. ſi quis, inf. ad leg. Iul. maie. & Bar. in l. maritus, & l. fi. ff. de quæſt. quod intellige, quando teſtis eſt omni excep. maior.
e A. B. item dicunt Doct. quando dicitur quis perſeuerare in confeſſione. vide text. l. 2. inf. de cuſt. reo. & ibi Scrib.
f Perſeuerare. vide Bal. in l. 1. §. diuus, ff. de quæſt.
g Quæ autem. Vide Bal. in l. 1. ſup. de confeſ.
h Indicia. Vide Bal. in l. ſicut. inf. de fal. & Cy. in l. fi. inf. de q. & Bal. in l. fi. ff. de q.

in pecuniarijs cauſis ɔfeſſus,& ɔuictus appellet? Gl.dicit, ꝙ non
Iac.But.dicit ɔtriū. Tu dic idem,qđ in criminalibus.& iõ gl.vera.
Et no.ꝑ hanc l.ꝙ malitioſi Aſſeſſores volentes ꝓcludere viam,ap
pel.reū q̃tuncunq; ɔuictum,faciunt ɔfiteri.Sed certe,nõ dẽt ve-
a niri ad tormenta, *a* niſi in ſubſidium,& defectum ꝓbõnum , vt
s̃.de iur.cal.l.1. Præterea,hæc lex vr̃ loq in confeſſione ſponte e-
miſſa,vt patet in fi.Cy.Tu dic, ꝙ iudices bñ faciunt, qa crimina
patientia ſunt punienda,nec dari dẽt occaſio appellãdi,tñ ſi ɔſta
b ret *b* de tortura,nõ eſſet prohibitum appellare. † Modo ego q̃ro,
c nunquid *c* appellare valens ɔfitendo poſt ſnĩam crimẽ,intelligat̃
recedere ab applone? Rñ.nõ,ſi hoc facit non in figura iudicij. &
d ita intellr̃ ff.de app.l.non tm̃.Item not.ꝙ quidam *d* Canoniſtæ di
e cunt,ꝙ ſponte confeſſus *e* in criminali.licet aliter non cõuictus ,
non auditur appellans,vt no.in c.Romana.de app.lib.6.& ibi Ar-
chi.ꝙ intellige,ſi ɔ̃ eum laboret infamia vel ſint crimina manife
ſta:qa infamia,q̃ eſt ĩ pplo,coadiuuat alias ꝓbões, & reddit eas
efficaces.Item vt vitetur ſcandalū.Itẽ ẽt in capitalib.ſi qs ſponte
confitetur,non eſt neceſſe inqri ꝑ teſtes,vt in auth.de man.Prin.
§.fi.ꝑ Accur.Tu dic verius,ꝙ niſi concurrant duo,de qb.loqtur
hęc lex,bñ tenet applo,ſi iudex a quo vult ei deferre:ſed ſi putat
ei ñ eſſe deferrendum,põt exeq ſnĩam ſuam,& ita ſeruat de con
8 ſuetudine.† Quæro,nunqd hoc,ꝙ appellare non poſſit,ſit pœna?
Rñd. hoc qñq; facit natura cauſæ,vt in iudicio poſſeſſorio,& in
alimentis,quæ debentur vxori,vel filijs:& tunc iſta non eſt pęna,
ſed eſt priuilegium cauſæ;quandoq; hoc contingit odio ꝑꝑ atro
citatem criminis,vel qa verus contumax:& tunc eſt pœna;quia
priuat a iure cõi. Sed ſtatim q̃ritur,vtrum hęc lex hẽat locum.ſi
ſcelera,de quib.loquitur,fuerunt attentata, & non conſumma-
ta:& vr̃ ꝙ ſic,ſi maleficium fuit inchoatum;nam inſpicit ꝓpoſi-
tum delinquendi cum facti initio,& non delicti ɔſumatio, vt ff.
de ędi.edic.l.quis ſit fugitiuus,§.idem Celſus. In ɔ̃rium: quia iſta
maleficia differũt.fine. Sol.cũ gl.dicat, ꝙ iſta lex habet locum in
omnibus maleficijs,& facti initium ſit maleficium,ergo hęc lex
9 hẽt locum in maleficio initiato,ſed non conſummato. † Sed po
ne,dicit ſtatutum,ſi qs iuerit tali loco ad talem locū , pede mul-
ctetur:& duo teſtes dicunt,ꝙ viderunt ire vſq; ad dimidiam par
f tẽ,alij vſq; ad aliam dimidiam, *f* nunquid iſtę atteſtationes dẽnt
coniungi,vt ſic probent? Rñd.non,quia perfectum acceſſum nõ
poſſunt probare, niſi qui viderunt principium, & finem. Itẽ qa
vbi ponitur dictio,ad,vel vſque requiritur maleficiū conſumma
tum: ſed primi duo teſtes probant maleficium attentatum,non
conſummatum,ſicut dicimus,lupus exit ſiluam,non tamen exi
uit,vt no.ff.de vſuf.l.arborib.§.idem tractat.vnde licet iſte confi-
teatur delictum,eſt confeſſus tm̃,non conuictus;& ideo põt ap-
10 pellare.Non obſt.† ꝙ parentela poteſt probari, ſi duo teſtes pro
bant vnum gradum,& alij alium,qa quilibet gradus in ſe eſt ꝑfe
ctus,ſed in qõne propoſita neuter probat aliquid perfectū, ſicut
nec probarent ſeruitutem viæ præſcriptam eſſe, ita deponendo
11 diuiſim.& hęc ſunt no.†Deinde no. *g* tex. ibi, voce etiã propria
g arg.ꝙ crimen capitale *h* quis non poſſit confiteri per procurato-
h rem quia licet vxor procuratoris ſit vox domini iuris artificio ,
& officij ſuffragio:tñ non eſt propria vox dñi. adde qđ no. in ca.
12 vt circa,de elec.li.6.† Itẽ no.tex.ibi.dū dicit argumentis *i* conui-
i ctus,ꝙ qs argumentis conuincitur . Et dr̃ ar.ratio rei dubię, fa-
K ciens fidem per quaſdam circūſtantias.Item no.tex. *K* ibi,inſtrĩſ-
que prolatis. arg.ꝙ maleficium probatur per inſtr̃m, quod intel
lige non de totali probatione, ſed de coadiuuatione , vel malefi-
cio,quod cõſiſtit in ſcriptura,ſicut eſt falſum inſtr̃m , vel falſum
teſtimonium,vel ſibi abſcribere,vt l. lege Cornelia,ff.ad leg.Cor
13 nel.de fal.† Item no.tex.ibi,formidine tormentorum,ꝙ qui for
midine tormentorum aliquid facit,non ſibi præiudicat,quia nõ
habet vſum liberi arbitri,nec facultatem negandi,non ergo ſuf-
ficit habere liberum arbitrium naturaliter inſitum,niſi ſic natu-
raliter ineſt,ita vt poſſit exire in actum ſuum : & iſtud eſt verum
in humanis, multo fortius in diuinis reb.vt in c.1.quod me. cau.
14 lib.6.† No.tamen,ꝙ ſententia lata ex confeſſione affecta tormẽ
tis,eſt aliqua:poteſt tamen,& debet appellari.tex.eſt no.in fi.hu-
ius leg.& tene menti.

ADDITIONES.

a Ad tormenta.vide Bal.in in l.1.in fi.ſup.de iur.cal.& in l.milites,in ver. quæro an tot.inf.de quæſt.
b Si conſtaret.vr̃ uelle Bar.quod hæc lex non habeat locū in confeſſione præcedente tortura,ſed Bal.contra in l.fi.ſup.de prob.& in l.1.in fin. de iur.cal.& hic.
c Nunquid.Vide Bar.hic,& quæ dixi in l.non tantum,hic alle.
d A.B.Quod quidam.Et Mod.reputant gl.ibi ſing.ꝙ confeſſus non appellat:|& an ille,qui deficit in purgatione,videat̃ uere conuictus.dic ꝙ non,ſed interpretatur ſecundū quod no.in gl.c.at ſi clerici.de iu.quod no.pro ſtatuto ſecundum Mod.
e Sponte confeſſus.vide Bal.in l.1.ſup.de confeſ.alle.
f Dimidiam.vide Bal. in l.teſtium.ſup.de teſt.
g A.B.Deinde no.An crimen capitale poſſit per procuratorem confiteri , & videtur quod ſic,ſed in contrãrium eſt tex.in l.certe,ff.de prec.& eſt ſin.tex.
h Crimen capitale.vide inf.in fi.& iſta lex non habet locum in confeſſione facta ꝑ procuratorem,ſecundum Ro.in l.1.§.procu.ff.ſi quis ius di.non obtemp.
Argumentis.Vide per Bal.in l.ea quidem,inf.de accu.

K A.B.Item no.tex.An maleficium per inſtrumentum probetur.vide no.in l.contra negantem,ſup.ad l.Aquil.Cy,in l.ſciant,& ibi Bal.ſup.de prob.& no.in l.diuus,ff.de cuſt.reo.l.3.diuus,de teſti.Io.And.in c.ſemel malus,de re.iur.in 6.& no.in c.cū ad ſedem,de reſt.ſpol.& c.fi.de iureiu.in 6.vide Bal.in l.ab executione,inf.eod.

LEX III.

1 *Officium male gerens conuictus & condemnatus appellare non poteſt.*
2 *Appellatio a diffinitiua non tractat de cognoſcendo , ſed de cognito exequendo.*

1 Nulli. †Qui male geſſit *a* officium,conuictus, & condem-
a natus non appellat. h.d.No.ꝙ hæc lex intelligitur cū
determinatione legis ſeq. But. Alij intelligunt praue hanc legẽ,
vt condemnatus ex geſtis in officio iuriſdictionali nunq̃ appel-
let,quod falſum eſt.Sed Cyn. dicit, ꝙ ex quo ſunt condemnati,
eſt præſumptio iuris,ꝙ deliquerunt, & iõ appellatur. Sed nimis
rigide intellexit hanc legem , & ɔ̃ omnem naturalem æquitatẽ.
vnde opi.But.ęſt verior.vide ꝙ no.s̃.de his,qui.ut indi.l.minori-
2 bus.†Scias,ꝙ in appellatione a diffinitiua, non agitur de cogno-
ſcendo,ſed de cognito exequendo.ita dicit Io.Mo. in c. Roma-
na,de app.ab executione,melius fuiſſet locutus.

ADDITIO.

a A.B.Qui male geſſit.Vide Bal.in l.ſi ita,§.hoc edicto, ff.nau.cau.ſtab.ubi nauta tenet de officio ſuo,quod recipit iuxta artem ſuam,quam exercet , ſecus quando nõ recipit a viatore,ſed ab amico,vel vicino,& per illum tex.Guil.hic dicit, ut ibi refert Bal.ꝙ ſindici, qui habent ſyndicare officiales , non poſſunt ſe intromittere de eo,quod geſſerunt extra officium publicum,puta ſi quando contraxerant, vel deliquerant extra territorium.leg.non diſtinguemus,§.item ſi quis.Secundo,quod camerarij , vel præpoſiti artium , non habent cognitionem de eo quod non pertinet ad artem,puta de quadam ſucceſſione,l.per iniquum,& eſt l.fi.ſup. de iur. om.iu. Item ſi filiusfamilias non poterit obligari, niſi ſit artifex , quod tunc valet obligatio,quando contrahit occaſione artis,alias ſecus,l.fi.ad Maced.Bal.in d.§.hoc edicto,& in l.2.ſup.de conſt.pecu.& l.fi.C.vbi de ſatio.agi opor.|vide Ang.in l.1.C.ſi rect.prouin.vbi Poteſtas tenetur de familia,& ſuis officialibus,intelligitur pro eo, quod gerunt in officio.ſecus ſi extra officium vide Sal. in l.fi.ſup.ad Maced.de filio mercatore,& ibi dixi per illum tex.|Pone,quod filius mercator accepit pecuniam, præſumitur illam accipiſſe pro mercantijs,per tex. d.l.fin. & l.Macedoniani.C.ad Maced.quod bene no.& ibi vide Bal.& Bar.in l.obſeruare,§.pro fiſci,de off.procu. vbi quærit de poteſtate,an conueniatur coram ſyndicatorib. de geſtis ext.|officiū, vide Bar.in l.1.§.familiæ,& §.pen.ff.de publ.Do.Pet.in ca.cum ipſe, de off.ord.in 6.& quod pulchre dicit Ang.in conſ.7.ubi dicit,quod iudex mercantię poteſt exequi ſententiam in cauſis mercantiæ,quod debet ſibi articulari , & conſtare, quod illa cauſa eſt de mercantia , alias non poterat exequi ſententiam ita de facto conſului apud Florentiam allegauit ſingulare verbum Inno. in c. cum ſit generale,de fo.comp.quod Legiſtæ communiter ignorant,ſecundum eum,vide text.in ca.1 de fo.comp.in prin.lib.6. & ibi D.Domin.|quod ſi iudex habet iuriſdictionem in aliquo certo caſu limitatam , debet ſibi conſtare qualiter cauſa illa ſit in illo caſu, quid autem ſi eſſet dubium,an eſſet in illo caſu.Præſumitur, quod ſic.ita ſingulariter ſcribit Inn.& ibi ſequitur do. Ant.in c.cum cæterum, de iudi.Ang.in l.1.ſup. ſi a non comp.iud.Ang.conſ.26.& no.in l.2.ſup.ubi ſena.uel cla.

LEX IV.

1 *Conuictus,& condemnatus in cauſa fiſci non appellat.*
2 *Statutum,quod cõdemnatus ſatiſdet ſecundum qualitatem perſonæ, q̃uo intelligatur.*

1 Abſtinendum. †In cauſa fiſci,vel principis,conui-
ctus,& condemnatus nõ appellat.
h.d.Concordat ĩ.eo.l.fi.s̃.de app.l. qm̃ nonnulli. No. ꝙ Cæſar
habet idem priuilegium,quod fiſcus.Item no.illa uerba.in con-
2 tumacem rigor iudiciarius excitetur.Pone,†dicit ſtatutam, *a* ꝙ
a damnatus debet ſatiſdare ſecundum qualitatem perſonæ, q̃ro
quid per hæc verba ſignificet? Reſpon. ſi ſit homo honeſtæ uitę,
probatæq; fidei,ſufficit ſola cautio.hęc non eſt Prætoria,quæ in
terponitur ante ſententiam , ſed quædam extraordinaria cogni
tio.ad hoc alle.quod no.ff.de raptu virg.l.j.

ADDITIO.

a Statutum.Vide quod no. Bart.in l.quicunque la 2. inf.de fund.pa.lib.11.& tex.cū gl.in uerſ.cautela.in l.fi.& ibi Iac.But.& Bal.ſup.de pet.hær.& Bal. in ca.2.ext.de iud.& in rub.de eo,qui mit.in p ſ.ubi alleg.iſtam gl.ſing.in l.j.in prin.de rap.virg.

LEX V.

1 *Ab executione rei iudicatæ appellari non poteſt.*
2 *Executor quando excedit modum,ab eo appellari poteſt.*
3 *Iudex quando dicatur modum excedere.*
4 *Appellatio interponi poteſt,quando iudex pronunciat exequendum, vel non exequendum.*
5 *Citatio in executione rei iudicatæ eſt neceſſaria.*
6 *Citatio in executione inſtrumentorum guarentigię eſt neceſſaria.*
7 *Executio ſi non ſit iuſta,quia nõ interuenit citatio , ſtatim reuocari debet.*
8 *Exceptio nullitatis an executionem ſuſpendat.*
9 *Executor ſi aliquid facit dolo,uel lata culpa,modum excedere dicitur.*
10 *Exceptiones in executione quædam opponi poſſunt.*
11 *Executori iniurioſo an reſiſti poſſit de facto.*
12 *Condemnatus in duabus pœnis ſi ab una ſnĩa appellat , an alia differatur.*
13 *Appellatio an interponi poſſit ſi quæſtio nullitatis pendet.*
14 Probationes *quando ſunt pares,peruenitur ad ſequeſtrum.*
15 *Exceptiones,quæ opponi poſſunt in executione,qualiter cognoſcantur.*
16 *Citatio perẽptoria eſt quædam ſine qua negotiū principale expediri põt.*
17 *Exceptio ab executione inſtrumentorum cõtra ſtatutum, an opponi poſſit.*

a **Ab executione.** Ab executione *a* rei iudicatę nō appellatur, niſi executor modum
excedat, & tūc appłone pendēte res mobilis ſequeſtratur reddē-
da victori: rei vero immobilis ſequeſtrantur fructus, non aūt au
fertur poſſeſſio, & temere appellantes ab executione, & ſuccum
bentes, puniuntur pœna librarum quinquaginta argenti. hoc di
1 cit. † Collige notabilia ex quolibet dicto. Et primo, ꝙ ab execu-
tione rei iudicatæ non appellatur. Sed quid ſi ſunt duæ ſententię
quarum vna ſecundū quid, eſt nouum capitulum, vt in actione
ꝙ metus cā. nam in ipſa re eſt mera executio, ſed in triplo ad qđ
agitur, eſt noua condemnatio. Sol. gl. dicit, ꝙ appellari non pōt,
vt no. ff. qđ met. cau. l. ſi cum exceptione, §. hęc autem actio. qđ
verum eſt pp iniquitatem fundamenti, i. ſimpli. Sed pp iniqtatē
adiuncti, i. tripli, bene pōt appellari. nam ſi in hoc ſnīa eſt iniqua,
2 exceditur modus. † Secundo mō, ꝙ qñ executor excedit modū,
pōt ab eo appellari. verba ſunt hæc. Attende, qa quotidie practi-
camus hanc legem, qa ſtatutum hēmus, ꝙ iudex de ſnīa diffiniti
ua hēat tot denarios, de interlocutoria vero minus. Modo pone
ꝙ iudex vult exequi ſnīam, vel aliquod inſtrumentum. modo ſi
nullus comparet, q dicat nō exeqnendam eſſe, planum eſt, ſub-
audi, quia nihil *pronunciat*, ſed ſolum de facto exequitur, & iō
hēt ſportulas. *Si vero aliqs* compareas, & dicat non eſſe exequē-
dam, *nunqd hæc* ſnīa eſt diffinitiua, vt maius ſalarium hēat, quā
ſi *eſſet* *īterlo*cutoria? Certe Aduocati dīt, ꝙ eſt diffinitiua, qa ab
eo appellatur But. Concludit ergo But. per hanc rōnem, ꝙ appel
b latur ab ea, ergo eſt diffinitiua. *b* quę rō non concludit, nam ap-
pellatur a ſnīa lata ſuper exceptione peremptoria, & tñ non eſt
diffinitiua, vt no. in c. vlt. de ap. in Cle. & ideo dic eam interlocu
toriam, qa ex ea nō naſcitur actio in factum, ſed mera executio.
3 † Modo quæro. qñ dicatur *c* iudex excedere modum? Dic ut in
c gl. Ex qua diligenter no. ꝙ iudex, qui non ſeruat iuris ordinē, dr̄
modum excedere. Idem dicūt gl. ꝙ ille dr̄ excedere modum, qui
ſnīam male īterpтatur. Dicit Inn. ꝙ tot modis dr̄ modus excedi,
quot modis dr̄ plus, aut minus. Ego dico, ꝙ ſiue excedatur in to
to, vt qa nihil erat exequendum; ſiue in tanto, dicit modus exce-
d di. Quid ſi iudex excedit *d* modum *in* exequendo plus tempore
an duplicabuntur inducię? Reſpon. ſic, ſ. a. i inſtantiam actoris,
vt no. in *Spec.* de plus petit. & in l. 2. s̄. de plus peti. tamen hoc dēt
peti oblata ſuper hoc petitione: nam ad hunc effectum ſufficit
excipere, vel appellare, vt no. in Auth. de trien. & ſemiſ. §. pe. col-
4 la. 3. † Modo quæro, nunquid ubicunque *e* iudex pronunciat exe
e quendum, vel non exequendum, poſſit appellari? Gl. dicit, quod
ſic. dicūt ergo Aduocati, ꝙ cautius facit victor, ſi inſtat, ꝙ execu
tio fiat, quam ſi inſtet, quod pronuncietur exequēdum. ſed ego
dico, ꝙ a dicta pronunciatione, cum ſit executio primæ, & q̄dā
eius declaratio, non poteſt appellari, niſi excedatur modus, & in
ipſa appellatione exprimatur exceſſus, vt ca. appellanti, de app.
f in Clem. *Opp. f quod ab* executione non appelletur, vt extra de
app. c. nouit. Sol. ibi non excedebatur modus, ſed ſeruabatur ad
vnguem. Item ibi merus executor, qui non habebat de aliquo
cognoſcere, hic mixtus, cui iuriſdictio inerat. & ſic non obſtat.
5 † Quæro, nunquid *g* in executione rei iudicatę ſit citandus ad-
g *uerſarius*? Reſpond. ſic, ſi fiat nouus proceſſus, puta ad primum,
vel ſecūdum decretum in cauſa iudicati, vt s̄. de his, qui ad eccl.
confu. l. præſenti, §. 1. ſed non ſi fiat nouus proceſſus, ſed mera
executio quanquam officio Iudicis implorato, ut no. Inn. extra,
de appel. c. ex ratione. Nam mera executio fit compellendo, nō
cognoſcendo, vnde merus executor procedit vt actor, nō vt co-
gnitor, licet procedat ex authoritate ſuæ iuriſdictionis, vt ff. de
rei ven. l. qui reſtituere, & ideo dicit gl. ordinaria, quod executio
fit ſine cauſæ cognitione, ut no. in l. j. s̄. de iud. caue tibi, quia cū
iudex exequitur, verū eſt, quod dixi; ſed vbi pronunciat exequē
dum, ſemper requiritur citatio partis, ſecundum Pet. & Cy. hic,
6 & in l. j. s̄. de iur. & fac. igno. † Sed quid dices *h* in executione in-
h ſtrumentorum guarentigiæ? Reſp. non poteſt fieri ſine citatio-
ne, quia nulla ſententia præceſſit: vnde ex quo nunquam fuit de
cauſa cognitum, neceſſe eſt a citatione incipere, vt Inſt. de pœna
i teme. liti. §. fi. Ex his apparet vtrum propter *i* omiſſam citatio-
7 nem poſſit appellari, vel non. † Scias tamen, quod ſi executio ſit
iniuſta, vbi non interuenit citatio, ſtatim reuocabitur, vt no. ff. de
bo. poſſ. l. 4. §. ſi cauſa cognita. & l. minor, in princ. ff. de euic. Item
ſcias, quod in appe. a diffinitiua non agitur de cognoſcendo, ſed
de cognito exequendo: & ita dicit Ioa. Mon. in cap. Romana, de
app. lib. 6. Si dixiſſet in appellatio. ab executione, melius fuiſset
8 locutus. † Sed nunquid exceptio nullitatis ſuſpendit executio-
nem? Dic ꝙ ſi eſt liquida, nullitas non ſuſpendit, ſed ſtatim peri-
K mit. Idem ſi incontinenti *K* liquidetur: ſed ſi eſt omnino dubia,
nec ſuſpendit, nec perimit, vt l. vltim. s̄. de ord. cog. niſi eſſet tale
l factum, quod non poſset reparari, *l* quia tunc non liquida ſu-
m ſpendit, ſecundū Pet. & Cyn. quod tene menti. Adde, ꝙ ſi tres *m*
ſententiæ conformes ſunt latæ, exceptio nullitatis nunquam im
pedit executionem, ut in ca. ut calumnijs, de re iudica. in Clem.
9 † Item no. *n* ꝙ executor dr̄ excedere modum, ſi aliquid faciat
n dolo, vel lata culpa, vt ff. de euic. l. pignora. Idem ſi pēdet quęſtio
pręiudicialis, vt s̄. ſi ex falſ. inſtr. l. fi. & ff. de auth. tut. l. defendente.
No. in hac lege, ꝙ in cauſa executionis nūquam excuſatur quis
a reſtitutione fructuum, propter aliquam cauſam litigandi: quia
eos recepit fraudulenter, & fraudulentus nūquam lucratur fru-
ctus, vt in c. commiſſa, §. cæterum, de elect. lib. 6. Vlterius not. ꝙ
res mobilis pendente appel. ab executione ſequeſtratur, facit ff.
vt in poſſ. leg. l. poſtquam, §. 1. & ff. de dolo. l. ſi oleum. & eſt ſpe-
ciale, qa præſumitur pro excutore, ex quo tranſiuit ſententia in
rem iudicatam. Deinde no. de ſequeſtratione fructuum, & ſic
innouatur aliquid appel. pendente, aut auferatur appellanti mate
o ria delinquendi, ff. de app. l. Imperatores. Et ſcias, *o* quod quādo
appellatur ab executione, debet appellari appoſita cauſa certa,
& ſpecificata, ſecundum Ia. de Rauen. quod eſt no. nam forte a-
liquis diceret ꝯrium, quaſi ſit de membris diffinitiuæ, & ei ſimi-
lis, vt no. in c. peruenit, extra de app. in Nouella. Extra quæritur:
p pone, producitur inſtrumentum *p* ſentētię, & petitur executio,
iudex pronunciauit exequendum; appellatur, quia dr̄, quod nō
fuit oblatus libellus. dicit Spec. quod ſatis eſt loco libelli produ-
ctio ſcripturæ, cum verbali petitione, in Spec. de libel. concep. §.
nunc dicendum. ver. 6. Sed quæritur, quare ſecus in petitione hę
reditatis prolata querela, vt no. ff. de inoff. teſtam. l. qui de inoffi-
cioſo? Reſp. quia petitio hæreditatis eſt alia actio ſuper qua non
fuit lata ſententia, quia nata poſt, vt ibi no. dictum enim Spec. de
bet intelligi, quando ſentētia eſt liquida; alias debet proponi a-
ctio in factum. Ex prædictis apparet, quod a facto. i. ab indiſcre-
ta executione appellatur. Et not. quod ſi iudex non pronunciat
exequendum, appellat tanquam a grauamine, qa appellatur ab
omni facto, ſi vero pronunciat exequēdum, appellat ab ipſa, tāq̃
interlocutoria, & eadē vtrobiq; eſt forma, & ſolemnitas appellā
10 di, vt extra de app. c. cordi. † Item apparet ex prædictis, quod q̄-
dam ſunt exceptiones, quæ poſſunt opponi in executione: nā ſi
non poſſent opponi, non appellaret. & facit ff. de confeſ. l. cum fi-
q deicommiſſum inter has eſt beneficium inuentarij *q* & etiam ſi
ſtatutum diceret, quod hęres teneatur inſolidum: quia intelligi
tur non facto inuentario. Nam ſtatutum trahitur ad ius cōmu-
ne non ſolum quis puniatur indebite, vt ſup. de nox. l. 2. ſed etiā
ne quis pdat legis bñficium, vt ſingulariter not. s̄. de iur. delib. l. fi.
11 §. in computatione. † Quærunt Doct. vtrum *r* iniurioſo executo
r ri poſſit reſiſti de facto? Circa quod dic, ꝙ aut exequitur authori
tate iuriſdōnis, & non pōt reſiſti de facto, niſi talis iniuria nō poſ-
ſit reparari ex poſt facto, ſm̄ Pe. & Cy. aut ſine authoritate iuriſ-
dictionis, & tunc reſiſti poteſt, vt l. prohibitū, j̃. de iur. fiſc. lib. 10.
12 & no. in l. vt vim, ff. de iuſt. & iure. Quęro vna cum gloſ. aliquis
eſt cōdemnatus, in duabus pœnis corporalibus, appellat ab vna,
ſ nunqd alia differatꝰ dicit Iac. But. aut p eodem delicto, *ſ* & differ
tur vtraque, argu. s̄. de app. l. ampliore, in princip. aut pro diuerſis
delictis, & tunc refert. aut vna abſorbet aliam, aut non, primo
caſu,

ADDITIONES.

a A.B. Ab executione. Vide Bar. in rub. ſup. de excep. de illo, qui contraxit cum ſacri-
ſta Eccleſiæ, vel cuſtode, quia non obligat Eccleſiam, quia habet diuerſum officiū.
vide D. Abb. in c. pen. de fideiuſſ. quod ſi Abbas dedit pecuniam monacho, vt va-
dat ad ſtudium, poteſt ſe obligare, & contrahere reſpectu ſtudii, extra vero nego-
tia ſtudij non poterit ſe obligare, pondera gl. de hoc in c. cum ordinem, de reſcr. vi
de quæ ibi dico, & tex. in c. pe. & glo. de offi. deleg. Bart. in l. ne quid, ff. de incen. ru.
& alii in c. 1. de reſt. ſpol.
b Diffinitiua. Vide per Rom. in l. ſi finita, §. non autem, & §. ſi forte, ff. de dam. infec.
& in l. ab executore, de app.
c Quando dicatur. Vide inf. prox.
d Excedit. Vide Ro. in l. 2. ff. de re iud.
e Nunquid vbicunque. Vide latius per Bart. in l. ab executore, ff. de app.
f Oppo. Vide Bal. in l. 2. ſup. de app. in prin.
g A.B. Quæro nunquid. An in executione ſententiæ requiratur citatio, vide Bald. in
l. 1. C. de iur. & fac. ign.
h Sed quid. Facit quod. no. Bal. in leg. ſi quis curialis, in prin. ſup. de epiſ. & cler. & in
l. qđ euitandi. in fi. ſu. de cond. ob turp. cau. cum ſi. & quod ipſe no. in l. perēptorias
in verſi. ſtatuto cauetur, ſup. ſent. reſcind. non poſ. & per Imo. in l. ab executore, in
prin. ff. de. app.
i Vtrum propter. vide Bal. & Doc. in l. ab executore, ff. de app.
K A.B. Si in continenti. No. ꝙ ſi ſunt latæ tres ſententiæ non poteſt opponi exceptio
nullitatis, limita vt per Bar. in l. 1. inf. ne lic. in vna, eademq. cau.
l Reparari. Vide Imo. in l. non ſolum, §. morte, ff. de ope. no. nun. cum concor.
m Si tres. Contra tenet Bal. in l. 1. inf. ne lice. in vna eademq. cauſa tertio prouo.
n Item no. vide Spec. in tit. de excu. ſen. §. nunc dicendum, ver. ab executore. cū ſeq.
& melius in tit. de app. §. in quib. verſi. quinto. & in c. nouit. extra de app. & Bal. in
l. ait Prætor, §. ſi executor, ff. de neg. geſt.
o Et ſcias. Vide Barb. in l. ab executore, ff. de app. & Sp. in locis ſu. all. in prox. addi.
p Producitur inſtrumentum. Quis libellus requiratur in executione ſententiæ, vide
Bar. in l. intra, ff. de re iud.
q Inuentarii. Vide per Barb. in l. cum fideicom. ff. de confeſſ. & inf. ea. l. verſi. ſed du-
bitatur. & Bal. in l. 1. ſup. de iud.
r Vtrum. vide Bal. in l. addictos, ſup. de epiſ. aud. & dixi poſt Bar. in l. 1. ſup. eo.
A.B. Quærunt Doct. vtrum furioſo executori poſſit reſiſti de facto, uide quæ nota
ui ad Bar. in d. l. prohibitum.
ſ Eodem delicto. iſtud fuit dictum Iac. de Are. in l. 1. in fi. ff. nil nouan. app. interpo.
all. ad hoc l. etiam, §. ex cauſa, ff. de min.

caſu,aut appellat in maiori,& ſuperſedet in minori,qa minor re
ſpectu executionis ꝯfundit in maiori, vel qa per maiorem cām
ſuſpendit minor,aut appellat a minori,& tūc non differt maior.
Si aūt maior pęna non abſorbet minorē,vt quia ex vno crimine
debet perdere bona,ex alio pedē,tunc non differtur executio in
illo,a quo non eſt appellatū,ſm Iac.But.cuius eſt p̄dicta diſt. ex-
cepto primo membro.Quæro,ſtatuto cauetur, ꝙ inſtr̄a guarēti-
giæ executioni mandentur:fuit pronuntiatum inſtr̄m exequen-
dū,cū tn̄ eſſent oppoſitæ rōnabiles exceptiones,appellatur. vtrū
debeat fieri ſequeſtrum fructuū rei promiſſę?& vr̄ ꝙ non,qa res
eſt in dominio & poſſeſſione debitoris. Alij dicunt ꝙ ſic,& ſi p̄-
ſona eſt ſuſpecta:alias non.ſicut quando appellatur à ſentētia, vt
ff.de app.l.Imperatores.dici pōt, ꝙ hic mixtim appellatur ab in-
terlocutoria,& ab executione.& iō indiſtincte fiat ſequeſtrū per
13 hanc no.legem.† Quæro,quid ſi pēdet qō nullitatis? Reſp.cum
hæc qō non ſuſpendat ſententiam,ſed eam in dubiū reuocet, vt
ff.de cond.ind.l.eleganter,§.ſi poſt. & rōne dubij, & ratione ſu-
ſpenſæ ſn̄iæ pronunciati executio differatur, iſta cā nullitatis po
tius aſſimilat appellationi ab executione, q̄ appłoni a ſn̄ia: & iō
ſi poſſeſſor appellat,indiſtincte fit ſequeſtratio. Si aūt petitor ap-
pellat,nunq̄:quia ex quo victus eſt, ſn̄ia nullū p̄ſtat adminiculū,
& ideo lex noſtra ſic intelligitur,qn̄ poſſeſſor eſt victus, non qn̄
q And. Bar. Ex dicto. Vide Bal. in l. 2. ff. de origin. iur. vbi loquitur de ſententia, quæ eſt ferenda præſentibus aliquibus vide omnino Bal. in l. ſi quis mihi bona, §. ſed quid ſi mandauit, vbi eſt gloſ. valde not. ff. de acq. hære. quam vide. no. vbicunque ſtatutum in ſententia requirit conſilium, tacite infert ſententiam ipſo iure nullam prętermiſſo conſilio, niſi eſſet interlocutoria, quod eſt not. ſecun. Dyn. niſi decideretur per caſum l. Bar. & Bald. in l. i. ſup. de rela. & l. ille, aut ille, §. cum in uerbis, de leg. 3. Bal. in l. ancillæ, ſup. de fur. & l. iii. ſup. de legi. & hoc intellige. quando ſtatutum requireret conſilium: ſecus iudex ex ſe. vide Bal. in l. 1. §. quæſitum, l. ex cõſenſu l. ad Principem, ff. de app. Bald. in l. ex illo, ſup. de app. & an tunc pariter teneatur ſoluere ſalarium Conſultori, an iudex, vide quod not. in c. ſtatutũ, §. aſſeſſorem, de reſcri. in 6. & quod non valeat ſenten. ſine conſilio. vide Bal. in l. ſi quis mihi bona, §. ſed quid ſi mandauit, ff. de acq. hæred. ſuper gl. Titio, & hanc quæſt. diſputauit. Old. vide Bar. in l. Prætor ait, §. eritque differentia, ff. vi. bon. rapt. & an tali conſilio poterit appellari. Bald. in l. ex illo, præall. tenet quod non, vide Bar. in l. ſi conuenerit, ff. de re iud. & Bald. in l. 1. ſup. de iuriſdict. omn. iud. & vide quod ſing. dicit Io. And. in addit. Spec. in tit. de homi. quod ſententia lata conſilio medicorum, ſemper poteſt retractari, quod eſt mirabile & dicit Bald. in l. ab hoſtibus. §. 1. ff. ex quibus cau. maio. licet Io. And. non alleg. vnde infert Dom. Anton. in c. propoſuit, de probat. quod ſententia lata de conſilio ſapientis ſemper poterit retractari, nec tranſit in rem iudic. & an ſi ſapientis viſo puncto conſuluit in continenti, dic quod non. vide Bald. in l. captatorias, ſup. de teſtam. milit. & in l. Tribunus, ff. eod. & tene menti, quæ in conſilio quodam nuperrime fuerunt tot allegata, & vide gloſ. ſing. in l. illa inſtitutio, ff. de hær. inſtit. & Bal. ibi. & an ualeat compromiſſum, & quod arbiter feratur ſententiam ſecundum conſilium ſapientis, uide Bal. in d. l. illa inſtitutio, & Ang. in diſputatione, duo ad inuicem. ubi tenet, quod non, per l. item ſi unus, §. item Pomponius, ff. de arbit. contra tenet Bar. in l. 1. §. ſi plures, in repet. de exercit. & D. Anton. in c. olim, de arbi. & uide Modern. in rubric. de arb. & an conſultor poſſit probationes recipere, uide Bar. quod non, in l. fi. ff. de ſerui. & in materia uide pulchrum dictum Bar. in l. ſi diuerſa, ſupra de tranſact. & l. ſolet, §. 1. de offic. Proconſu. & leg. Et ſi duo cõdemnant, & unus abſoluit, & iudex conſilium illius ſequitur, an male fecerit. Bal. in l. i. ff. de offic. Conſul. tenet quod non, & in materia uide elegans conſilium Ang. conſil. 158. uide aliud, quod allegaui in l. ſi conuenerit, ff. de re iud. & aliud in l. non aliter, de leg. 3. & uide quę dixi in ca. 4. de conſuet. uide Old. conſi. 18. ubi diſputauit, ſi requiratur præſentia debentis conſulere.

cij:ergo,&c.vt l.prolatam.ſup. de ſenten.Item eſt ordo pondero-
ſus,quia vbi conſilium,ibi ſalus,vt l.dubium non eſt.ſup.de repu.
Item, quia poteſt conſilium trahere Iudicem ad ſententiam ſuã,
vt ff.de arbit.l. ſicuti,multo fortius ergo ſi ſtatutum diceret,quod
eſſet pronunciandum ſecundum conſilium, quia conſilium tũc
eſt tam cauſa materialis,quam formalis, ſine qua nulla res ſubſi-
ſtit,vt ff.ad exhiben.l.Iulianus. Non obſt.ff.de adminiſtr.tut.l. Ti-
tium,& Mæuium, quia ibi in officio tutoris, quod habet per for-
9 mam,& naturam. † Quæro,nunquid Iudex *a* appellationis poſſit
a pro parte ſententiam confirmare,& pro parte inſirmare. Reſpon
deo ſic,vt extra de teſtam.c.Raynutius,& c.Raynaldus.Item po-
teſt pro parte aliquam, & pro parte nullam pronunciare.ff.famil.
erciſcun.l.quædam mulier,& ff.de iure patron.l.Carmelia Pia.Et
not. quod Iudex vna ſententia poteſt facere de vno capitulo duo
capitula pronunciando diuiſim: puta ſi de decem petitis,in quin-
que abſoluit,& in quinque condemnat,vt leg.j.ſupra ſi aduerſus
rem iudic. Item not.quod licet exceptio nullitatis dubia non im-
pediat executionem, tamen non repellitur interim exceptio, ſed
repellitur modus excipiendi: quia iudex interloquetur interim
exceptionem non obſtare, quin executio fiat, & faciet executio-
nem, tamen ſuper exceptione procedetur, & ſi conſtabit poſtea,
etiam conſtat competere: quia ex peremptoria pronunciabit ea
obſtante ſententiam eſſe nullam, & ſtatim reſcindet executionẽ
contrario officio: & hoc totum colligitur ex dicto cap.vt calum-
nijs, cum gloſſa ſua, & facit ſupra quando prouocare non eſt ne-
10 ceſſe, l.j.in verſic. ſi promptam habetis,quod not. † Sed nnnquid
b *b* contra ſententiam appellationis ſecundæ poteſt petere minor,
vel Eccleſia reſtitutionem in integrum? Reſpond. non, niſi facta
plenaria executione: nam etiam in pupillo, & Eccleſia loquitur
c dictum cap.vt calumnijs.Sed quid ſi peto beneficium *c* tanquam
mihi debitum, & obtinui per tres ſententias: quæ omnes dicun-
tur nullæ,an habeat locum cap.prædictum? & videtur quod non,
quia iſtud iudiciũ non eſt petitorium, nec poſſeſſorium, vt ſi ꝓm-
pta eſt probatio,executio impediatur,idem in criminalibus. Vlti-
d mo *d* not.tex. ibi, ante litem conteſtatam, quod in cauſa appella-
tionis lis conteſtatur,contra ſupra de tempor.app.l.fi.§.illud.Sol.
hic vtraque pars erat præſens, ibi altera tantum.Iac. & Cyn. Sed
opp.quod etiam vtraque parte præſente non ſit neceſſe litem cõ-
teſtari.ff.de offic.procon.l.nec quicquam.§.de plano. Solu. quæ-
dam ſunt cauſæ ſummariæ naturaliter,vt ibi:quædam priuilegia-
tæ ſimpliciter, & idem in c. diſpendioſam, de iud.in cle. quædam
e ſunt *e* priuilegiatæ in cauſa abſentiæ tantum, & tunc inter præſen
f tes lis conteſtari *f* debet, alias autem iudicium non valet, vt not.
Ber.extra qui filij ſint legit.cap.per uenerabilem. Ego dico,quod
ſi partes de concordia proceſſerunt in cauſa appellationis, lite nõ
conteſt.iudicium ualet,ut ff.de temp.appel.l.fi.§.fi.

ADDITIONES.

Nunquid iudex. Vide Bart.in l.1.ſup.ſi aduer.rem iud.
Nunquid. Vide no.per Bart.in l.4.§.condemnatum,ff.de re iud.hic per Sal.in contrarium,& vide Spec.in tit.de reſtit.in integ. In quarta parte,vbi tenet quod vbi ter eſt iudicatum,non poſſit peti reſtitutio, quod etiam ſequuntur Domini de Rota concl. ſua ſecunda in ord. niſi petens reſtitutionem adducat aliquam cauſam læſionis de nouo,contrarium tenet hic Bald. & Salyce.in ſimili clarius hoc firmat,volens,quod etiam peti poſſit,ad fin.vt ſuperſedeatur in executione, vbi autem tenet tantum bis iudicatum,tunc clarum eſt,quod poſſit peti reſtitutio, tex. eſt iuncta gl. & ibi Bart. in l.minor magiſtratus,§.denique.ff.de minor.& in c.cum ex literis, extra,de reſtit. in integ.& ibi not. per Canon. maxime Card.qui tenet, quod aduerſus tres ſententias non concedatur reſtit.& vide Spec.in tit.de reſtit.in integ. §. videndum,verſic. & not.quod ordinarius in prima parte,vbi tenet,quod aduerſus res bis iudicatas ſolus Princeps reſtituat, quod tamen non credo verum per regulam, quæ traditur in l.fin.ſup. vbi & apud quem cognitio in integ. reſtitutionis agitanda, & in cap.pen. extra,de in integ.reſtit.an autem debeat noua cauſa exprimi, vt concedatur reſtitutio,vide gloſſ.in d.§. denique, in verb. examinari, & Domini de Rota,vbi ſupra,& quod not.in l.fin.ſupra ſi ſæpius in integ.reſtit.poſtul.& in cap. fin.extra de reſtit.in integr.

c Beneficium. Contrarium dicit gl.in d.clem.1. extra de re iud.alias limitationes vide ſup.in duobus locis,&c.

d And.Bar.Vltimo no. An in cauſa appellationis ſit litis conteſtanda,Bartol.voluit in §.illud,hic alleg.per illum tex. quod ſtetur iudicis arbitrio.

e And.Bar.Quædam ſunt.Quando poteſt procedi lite non conteſt.in priuilegium abſentiæ,partibus præſentibus debet lis conteſtari,alias non valet ſententia,vide Bal. in auth.ſi omnes,ſup.ſi minor ſe ab hæreditate abſtin. niſi peteretur reſtit. in integr. incidenter,vt eſt caſus no.in l.defendente,§.de excu.tut.

f Lis conteſtari. Vide Bal.in auth.ſi omnes,ſup.ſi minor ſe ab hæreditate abſtin. & cogita,quia alias videmur,quod etiam de conſenſu partium non poteſt tolli litis conteſtatio,ſecundum not.per Doct. in auth. offeratur, ſup.de lit.cont.

Qui bonis cedere poſſunt. *Rub.* 71.

a ¶ Pone quod ſcholaris ceſſit bonis, deinde emit libros,nunquid creditores poſſint ei auferre libros,dic ꝙ non, vt not. ff.de uerbo. ſign.l.nepos Proculo,ſicut nec militi arma,nec clerico breuiariũ.

ADDITIO.

a Pone. His dictis. Adde l.bonis,& quæ ibi dixi poſt Bart. ff.eod.& gl.in l.nepos Proculo,hic alleg.in ver.dignitate.

LEX PRIMA.

1 *Negans debitum,& condemnatus ſi poſt ſententiam confitetur, an talis confeſſio ei prodeſſe poſſit.*
2 *Cedens bonis bona indicare tenetur.*
3 *Ceſſionis beneficium in quo prodeſſe dicatur.*
4 *Ceſſionis beneficium non hẽt, qui bona ſua in fraudẽ creditorem dilapidauit.*
5 *Bonis cedere non poteſt obligatus præciſe ad factum.*
6 *Bonis cedere non poteſt,qui habet vnde ſatisfaciat plenarie.*
7 *Debitor fiſci cedendo bonis non liberatur.*
8 *Carcer eſt quædam mulcta quæ propter inopiam interdum indulgetur.*
9 *Bannitus poteſt capi die feriata in honorem Dei.*
10 *Cedens bonis res a teſtatore alienari probibitas ſibi retinere poteſt.*
11 *Ceſſio per nuncium,vel epiſtolam,extra iudicium fieri poteſt.*
12 *Pactum,quod debitor bonis cedere non poſſit.*
13 *Exceptioni nullitatis,& ijs quæ ſunt ſcdum bonos mores,renũciari non põt.*
14 *Obligatio operum manualium non ſpecies ſeruitutis.*
15 *Pupillus bonis cedere non poteſt.*
16 *Militis pro debito carcerari non poſſunt.*
17 *Milites eſſe non poſſunt impugnantes ſecuritatem nauigantium,& hoſtes publici ac infames.*

QVI bonis. ¶ Debitor,qui cedit bonis, non pro
pterea liberatur:tñ beneficiũ ceſſio-
nis carceris detruſionẽ excludit,h. d.¶ Oppo.& vr̃ ꝙ
imo liberetur ope exceptionis, vt Inſtit. de act. §.pen.
Sol.illud intellige,qñ habet exceptionem rei iudicatę,vt nõ coga
tur in futurum;tamẽ obligatio in ſui ſubſtantia nõ eſt eliſa, quia
ceſſio bonorum non eſt ꝯ̃ria actioni,licet alibi glo.dicat,ꝙ tollat
oblõnem ciuilem,& male,vt ff.de fideiuſ.l.vbicunque.niſi expo-
nas gl.ꝙ tollat oblõnem ciuilem,i.eius exercitium, qđ eſt agere.
a ¶ Secundo opp.*a* & vr̃,ꝙ non admittatur ceſſio,niſi confiteat̃ de
bitum,vt ff.eo.l.pen.Sol.fateor,quod ſunt tres caſus;aut negat de
bitum,& non habet beneficium:aut non ꝯfiteatur, nec negat, &
idem,q̃a & iſte habet beneficium negandi ſ̃m gl.q̃ eſt no.aut con
fitetur,& tunc hẽt beneficium;ſupple dummodo ſic confiteatur,
quod nulla negandi occaſio relinquatur. alioquin non haberet
1 beneficium ceſſionis.† Sed hic *b* quæritur,quid ſi negauit, & fuit
b condemnatus per ſentẽtiam,poſtq̃ eſt condemnatus, confitetur
debitum:an iſta confeſſio ei proſit:& vr̃ ꝙ non,quia actor poteſt
dicere,ego non accepto tuam confeſſionem quia mihi non ex-
pedit,vt l.eum qui, in prin. ff. de iureiur.Item ex iſta confeſſione
non eſt releuatus actor in aliquo. Item vſque ad ſñiam negauit.
ergo debet puniri,Inſt.de act.§.item mixta.& s̃.loc.le. conducto
res.Itẽ mendacium non puniretur in amiſſione beneficij; quod
eſt abſurdũ,vt ff.de fideiuſſori.l.ſi dubitetur. Sol. aut non habuit
iuſtã cãm negandi,& tunc aut ante ſñiam pęnituit, & confeſſus
fuit,& habet beneficiũ;aut non pęnituit,& non habet beneficiũ:
aut habuit iuſtam cãm negandi,& tunc puto, ꝙ iſtum beneficiũ
ſit ꝯ̃ executionem,ꝙ ꝓdeſt ei confeſſio,dummodo confiteatur ſe
ciuiliter,& nãliter teneri,q̃a iſte proprie confitetur debitum.Sed
ſi diceret ita,ꝯfiteor me teneri de rigore ſententię,ſed non inſpe-
cta veritate cauſę:iſte nõ plene confitetur,quia negat ſe naturali-
ter teneri,vt ff.de cond.indeb.l.Iulia.& ideo non hẽt beneficium
ceſſionis & not.ꝙ gloſ. hic poſita hoc innuit,dum dicit, ꝙ ceſſio
dẽt fieri ante condemnationẽ.ſed But.Dicit, ꝙ iſta litera ꝯ̃riũ ꝓ-
bat,videlicet,ꝙ primo condemnari debeat,& poſtea cedere & gl.
habuit reſpectum,qñ venitur ad ſñiam ꝯ̃ negantem: dictum au-
tem But.de plano põt intelligi,qñ refertur ꝯtra confitentem.Alii
dicunt indiſtincte,qđ ſufficit confiteri debitum poſt ſententiam
quod verum eſt, intelligendo de debito ex ipſa ſententia, & per
actionem in factum: quia hoc ante non negauit, cum non eſſet
in rerum natura, & cum carcer reſpiciat executionem ſenten-
tiæ,& non originalis debiti: quia fit propter contemptum Iudi-
cis, non iure obligationis, ſatis meretur beneficium ceſſionis e-
tiam ſi poſt ſententiam negauerit ſe ex ſententia teneri, & tandẽ
pęnituit negaſſe, tum quia illa negatio non facit rem dubiam vt
ff.de tranſact.leg.poſt rem,tum quia vbi lex non requirit confeſ
ſionem determinato tempore,ſufficit quãdoque confiteri, & re
cedere a negatione,arg.leg.aliam.ſup.de his,quibus vt indig.Prę
terea lex alternatiue dicit,anteq̃ condemnetur,vel confiteat̃.vn-
de in condemnato ſuperuacua requiritur confeſſio,vt ff. eod.le.
2 pen.niſi intelligas de bonis quæſitis poſt ceſſionem.† Quærit glo.
c an iſte,*c* qui ceſſit bonis,teneatur bona indicare; & dic quod ſic,
& bene per id,quod not.in leg. 2.infra quando, & quibus quar-
ta pars deb.lib.10.ſubtrahens,enim ſimilis eſt neganti, ff. ad leg.
Fal. leg.hæreditatem,§.fin.Quæro,quid ſi cedens aliqua celaue-
rit bona? Reſpondeo,in duplum computat.Quæro,an hęres, qui
non fecit inuentarium,poſſit cedere bonis & videtur,quòd non
quia

ADDITIONES.

a Secundo op. Debet confiteri debitum ut ceſſio locum habeat,uide glo.hic,et Bald. in l.pen.hic alie.et Doct.in c.Odoardus,extra dę ſol.poſt glo.et ibi quid in periuro.

b Sed hic. uide Moder.in §.fi.inſt.de act.et Sal.hic.

c An iſte. Vide quod no.Bal.in l.ordo.uerſic.quæro,utrum uxor.ſup.de execu. rei iud. et Bar.in l.penul.ff.eod.

quia præſumitur in eo dolus, in Authen.de hære.& falc.§.ſanci-
mus.Item ſi furatus eſt aliquam rem, vt ſ.de leg.l.non dubium.
3 ¶†Modo q̄rit gloſſ.in quo proſit beneficium ceſſionis, & inter
alia dicit, qđ olim erat quoddam ſtatutum, quod poſt quadragin-
ta dies debitor dabatur creditoribus cruciādus: quod tamē ſtatu-
tum, tanquā durum fuit correctū. ſed quid ſi fieret hodie tale ſta-
a tutum nonne valeret? Reſp. non, *a* quia bene ualet ſtatutū, quod
in carcere publico debitor detineatur: ſed nō, quod detineatur in
carcere priuato. Illud.n.fit pro crimine capitali, vt inf.de priu.car-
b cer.inhiben. Quæro, ſi ſtatutum *b* dicit, qđ inſtrumenta guaren-
tigiæ mandentur executioni per carcere, & quauis alia via, q̄ ma-
gis placuerit creditori, nunquid debitor, ne carceretur, bonis ce-
dere poſſit? Reſpon. ſic, niſi ſtatutum nominatim aliud id contra-
rium diſponat, ut not.in l.fin.§.in cōputatione ſ.de iure delibe.&
ſic no. qđ ſicut promptum eſt leges legibus concordare; ſic & ſta-
tuta muncipalia eiuſdem municipij ſtatutis inuicem cōcordare:
ſic etiā municipalia ſtatuta legib.nimirū, nam a iure cōi ſtatutorū
c pendet authoritas, ¶ In terris tn̄ eccleſiæ cōcordabo potius cum
iure canonico, q̄ cum iure ciuili, ſi potero cōcordare; qa præualet
Papa Imperatori: & eō in terris Imperij concordabo municipa-
les leges cum conſtitutionibus Principum, a quibus permittun-
4 tur fieri, non attentis eccleſiaſticis decretis. ¶† Quæro, vtrum
d ille, *d* qui conſulto dilapidauit bona ſua in fraudem creditorum,
habeat beneficium ceſſionis? Reſpon.non, vt ff.quæ in frau.cred.
5 l.fin & l.penul.ff.de iure dot. ¶† Quæro, an obligatus præciſe ad
factum, liberetur cedendo bonis: exemplum in ſcriptore? Reſpō.
non, ut ff.de noui ope.nun.l.ſtipulatio, §. ſiue autem quod intelli-
ge, ſi habet facultatem faciendi, alias ꝑpter impoſſibilitatem ueni
6 tur ad intereſſe, & ſic habet locum ceſſio. ¶ Quero, † nunquid il-
le, q habet vnde plenarie ſatisfaciat, poſſit cedere bonis? Reſpon-
deo non, tali ratione: quia non poteſt carcerari de iure; nam ad car
cerem nō peruenitur de iure communi, niſi prius diſcuſſis bonis,
e *e* vt not.ff.de ſuſp. tut.l. 3. §. tutores. ergo ſuperuacua ceſſio non
debet per Iudicem approbari. Nam Iudex non debet eam admit
7 tere, niſi cauſa cognita. ¶† Quæro, nunquid debitor fiſci libere-
f tur cedendo bonis? Reſpondeo, non, niſi eo caſu, quo paupertas
excuſat, vt l.ſacrilegij, §.fin.ff.ad leg.Iul.pec. & ad hoc verum, niſi
veriſimile ē, quod ab amicis poſſit acquirere pecuniam, vnde ſol-
8 uat: alias inopia eos excuſat. Nam † carcer eſt quędam mulcta, q̄
propter inopiam interdum indulgetur, ut ff.de offic. Præſi.l.illici-
tas, §.fina. verius dic, quod pro iſta miſeratione eſt ſupplicandum
fiſco. ¶ Quæro, nunquid ſit vera gloſſ. quæ dicit, qđ loco carceris
hodie debitor ponatur in banno, & ſic bannū ſuccedit loco car-
ceris, quod non eſt uerum ſecundū Bu. quia primo bannitur, po-
ſtea carceratur, ſi perſonaliter inuenitur, & tamen bannum non
cōfunditur cum carcere, ſi continet pecuniariam pęnam, quia de
tinetur in carcere ꝑpter pęnam, & propter ſortem. † Sed nunquid
9 pro iſto banno poterit capi die fariata in honorem Dei? Reſpon.
ſic, quia omnis bannitus habetur pro fugitiuo, & ideo poteſt per-
ſonalitet capi quocuuque die. ut not.in l.fin.ſ.de fer.& facit extra
de iud.c.fin. ¶ Quęro, cum in ciuitatibus ſint carceres hominum
& mulierum, utrum mulier cōdemnata pro debito poſſit carce-
rari? Reſpondeo nō, quia mulieri datur ceſſionis beneficium, ne
incarceretur, vt inf.eod.l.penul.in verbo, vtriuſque ſexus: ergo ſi
non cedit bonis, poteſt carcerari, *g* in hoc tamē ſeruanda ſunt ſta-
g tuta, & conſuetudines locorum. ¶† Quæro, nunquid ille, qui ce-
10 dit bonis, poſſit ſibi retineri *h* res a teſtatore prohibitas alienari?
h Reſpond. ſic, ſed non earum cōmoditates, eodem modo retinere
poteſt uſumfructum, & feuda, & emphyteuſim eccleſiaſticam.
nec intereſt creditorem, quia per hoc non cōſequeretur aliquem
effectum, vt Inſtit. de vſufr. §.finitur. ¶ Quæro, qualiter *i* fiat ceſ-
i ſio bonorum? Reſpondeo, ſm̄ conſuetudines locorum, ut inf.de
exac.tri.l.miſſi opinatores.lib.10. ¶† Quæro an poſſit ceſſio *K* fie
11 ri per nuncium, vel epiſtolam vel extra iudicium? Reſpond. ſic,
K vt ff.eo.l.fi.& ſufficit, ꝙ inuentarium bonorum fiat coram credi-
toribus: *l* heres autem, qui debet facere inuentarium, debet facere
l coram Iudice, vt in Authen.de hęre. & Fal.§.ſi vero abſunt.col.1
non quia requirat Iudicis decretum, ſed propter citandos. Inuen-
tarium uero tutoris debet fieri cum decreto ut l.ueteris, ſup. arb.
tut. ¶ Quęro, ſi creditores renunciant iuri carcerandi debitorem
utrum poſſit cedere bonis? Reſpond. non: quia ratio carceris ceſ-
ſat: & ideo prout dietim lucrabitur, creditoribus ſoluere tenetur
attento ne egeat, quia ceſſante ratione, beneficium ceſſat vt l.fin.
ff.de diuor. ¶ †Quærunt Doct. *m* an beneficio ceſſionis poſſit re-
12 nunciari *n* per pactum, vel per renunciationem, quæ fiat in ipſo
m contractu debiti, nam talis renunciatio habet uim pacti, *o* quia ve
n ſtitur cohærentia contractus, & quia contractum informat, quo
o niam & legis dictum licet non compromiſſum, ueſtitur cohęren
tia contractus, quia tendit ad obligationem fortificandam, vel de
clarandam, vel coadiuuandum. Item licet lex dicat, quod dictum
differt a promiſſo, tamen his verbis debet addi quoddam tertium
ſcilicet pronunciatio, quæ magis accedit promiſſo, quam dicto,
quando fit in cohærentia, vel in cōſequentia promiſſionis, vt ſup.
ad Velleia.l.iubemus. & in hoc puncto dicit Iacob.de Are. ꝙ pa-
cto poteſt renunciari beneficio ceſſionis: quilibet enim iuri pro
ſe introducto renunciare poteſt, cum renunciatio non uergit cō-
tra bonos mores. Item quia quis poteſt ſe obligare ad carcerem
Iudicis, licet non ad carceres creditoris. de act.& obl. leg. obliga-
tionum. Item non inuenitur lege cautum, quod iſtud pactum
non valeat: ergo valet. Item tres ſunt caſus, quibus quandoque
conceditur beneficium iure contractus, & ei poteſt renunciari.
Quandoque propter reuerentiam perſonæ, & tunc non poteſt re
nunciari vt ff.de re iud.leg. ſi conuenerit. Quandoque ſimplici-
ter per legem propter aliam æquitatem, & iſte eſt caſus noſter,
& ſimiliter poteſt renunciari, vt ſupra de pact.l.ſi quis in conſcri-
bendo. Item contrariorum eſt eadem diſciplina, ſed valet pactū,
ne quis poſſit carcerari, ergo & econtra. ¶ Item pone, quod con
trahitur cum mercatore, qui omnia bona ſua habet in rebus mo
bilibus, & pecunijs, quæ de facili poſſunt occultari, & iō vt frau-
dibus occurratur, apponitur pactum, ne liceat cedere bonis, nam
nemo dicet iſtud pactum iuſtum non eſſe, nam ſicut pactum qđ
eſt res mali exempli, non valet, ita econtrario pactum, quod eſt
res boni exempli, debet valere, vt l.ſcire, ff.vt in poſſ.le.& l.vtrum.
& l.ex ea parte.§.j.& ff.de cond.inſt.l. filius. Idem videtur in alijs
beneficijs, puta in beneficio inuētarij. videtur enim, ꝙ heres poſ-
ſit ante factum inuentarium, & poſt ei renunciare & de ante fa-
ctum dubium non eſt, quia poteſt facere actum contrarium, ſci-
licet adeundo abſque beneficio inuētarij. Idem videtur etiā poſt
factum, quia per hoc obligatio non efficitur maior, cum de ſui
natura eſſet ſolidi perſecutoria, licet efficiatur magis exequibi-
lis. Item hoc pactum valet ad replicandum, ut in §. pactus ne pe-
3 teret. ¶† Et in ſumma duo ſunt, quibus renunciari non poteſt,
p ſcilicet iuri nullitatis, *p* vt ſupra ad Velleia.leg.antiquę.& quando
renunciatio eſſet contra bonos mores, ſed iſta non eſt contra bo
nos mores, ergo valet, vt ff.de pact.l.pactum. Præterea, beneficiū
ceſſionis poteſt conſiderari ante factum, i.ante ceſſionem, & poſt
factum, id eſt poſt ceſſionem, & videtur, ꝙ vtroque tempore poſ
ſit renunciari, præſertim cum iuramento, nam iuramentum eſt
q de iure naturali, *q* quod eſt potentius, quam ius ciuile, quod in-
ducit

ADDITIONES.

a Reſpondeo non. Vide Bar.in l.Titio centum, §.2.ff.de cond.& demon. & limita ſecundum Bal.in l.fi.infra eod.niſi eſſet debitor, qui aufugerit.

b Si ſtatutum. Sed Ang.in l.nemo carcere, inf.de exac.tri.li.10.videtur tenere contrarium. Pet.de Anch.in c.canonum ſtatuta ver.occurrunt aliæ.qq.de conſt.fin. ſequitur Bal.hic.& dicit, quod pro iſta putat quendam Doct.non ſane conſuluiſſe Ang. in l.alia, §.elegāter.in fi.ff.ſol.mat.videt̄ ſeruire contrarium eius, quod hic dicit Bal. Pau.de Caſt.ibi refert illud dictum Bald.& dicit, ꝙ uidit Florentiæ ſeruari contrarium, & quod truffabantur ibi de illo dicto Bal.puto ueriorem opi Ang.quia magis amica uerbis ſtatuti. Nec ob.etiam ratio Bal.quia illa procedit, ubi fieret ſtrictior, ne quis indebite damnum patiatur: alias ſecus.l.proſpexit, ff.qui, & a quib.no.Bald. in l.omnes populi, in 6.quæſt.in prin.ff.de iuſti.& iu.ſed iſte cedens non tractat de vitando damno, ſed potius de lucro, cum per ceſſionem nulla tollatur obligatio, ut not.Bar.in l.ubicunque, ff.de fideiuſſ. & hic adde Angel.in l.ſi is, qui.ff.eod.verba tamen Bal.ſunt diuerſa verbis Ang.&c.

c And.Barb.¶ in terris tamen eccleſiæ. No.ꝙ in terris eccleſiæ ſtatuta debent concordare cum iure canonico, vide quæ notaui ad Bald.in l.ſi quando, ſup.de inoff.teſta.& in l.fi.ſup.de ſucceſ.edic.& dixi in c.ex literis, de conſt.& in c.clerici, de iu.

d ¶Vtrum ille. Vide Io.Fab.Inſt.de act.§.fi.in prin. & Ang.in l.nemo carcerem, ī. de exact.tri.lib.x. qui idem tenet. & vide Bar.in l.alia, §. eleganter in fi.ff.ſol.matr. & ibi dat aliam limitationem, quando autem præſumatur in fraudem alienaſſe, vide Bald.inf.ea.l.

e A.B.¶Bonis. Vide Bar.hic, & in l.nemo carcerem, inf.de exac.trib.lib.x. & ibi Ang.

f Debitor. Vide Bart.in l.1.ff.eo. & in l.ſacrilegij, §.fi. ad leg. Iuliam pecu.& hic per Sal.& per Moder.in §.fi.Inſti.de acc.quid in debitore collectarum, vide tex.& Bal. in l.propter honorem, infra eo.

g Carcerari. Vide in l.3.& ibi Bar.inf.de cuſt.reo.Idem uidetur uelle Sal.hic, & Bal.in l.etiam, ſupra de excu.rei iud.contrarium tenent Bar. & Ang.in l.nemo carcerem. infra de exac.trib lib.10.ubi volunt, quòd etiam pro debito publico non poſſit carcerari, & in l.ſacrilegij, §.fi.per Bar.ad leg.Iuliam pec.dixi poſt Bar. in auth. matri, & auiæ, ſupra quando mulier tut.offi.fun.po.ſed dici poteſt, quòd opi.Bald.hic procedat de iure Codi.opin.Bar.ſit vera iure auth.Abb.in c.ad petitionem, extra de accu.tranſit cum Bal.hic.

h Retinere. Vide Bar.in l.pen.ff.eo.vbi etiam quæritur de pluribus alijs.

i Qualiter. Vide l.fi.& ibi Bar.ff.eod.

K An poſſit ceſſio. Vide Bal.in l.fi.infra eod.

l Creditorib. Dixi poſt Bar.in l.tutor, qui repertorium, ff.de adm.tut.et de inuentario tutoris, uide Bal.in l.fi.ſup.arb.tut.et de inuentario hæredis, late Bald.in authē.ſed cum teſtator, ſup.ad leg.Fal.per Ioan.And.in addi.in ti.de inſtr.edi.§.fi.in addi.quę in cap.2.et per Bald.in l.fi.§.rn̄.ſup.de iud.et quid ſi ceſſi bonis, an creditores, quorū conditio euenit poſt ceſſionem, poſſint me conuenire, uide Bal.poſt Cy.in leg.3.ī.tit.1.et ibi ēt ponit, an ceſſio proſit quoad nouos et futuros creditores, habētes cauſam continuatam ex pręcedenti contractu.

m And.Barb. Quęrunt Doc.An huic beneficio poterit renunciari pacto, uide Barto. in l.alia, §.eleganter.ff.ſol.mat.ubi tenet, ꝙ non, niſi quando in fraudē creditorum dilapidaſſet bona, per l.fi.§.ſi procurator.ff.quę in fraud.cred. niſi tempore renunciationis ſciebat ſe non habere bona, & hanc partem tenet.Do.Anto.in c. cum contingat, de iureiu.ſed Fede.de Sen.in conſil.40. indiſtincte tenet, quod non poteſt, quem indiſtincte ſequitur Do.Io.in d.cap.cum contingat.ad quem omnino vide, quæ dixi in c.2.de pigno.& in dicta in c.Odoardus, de ſolu.

n Renunciari. Vide Bar.et Doct.in l.alia.§.eleganter.ſup.ſol.matr.

o Pacti. Vide Bar.et Docto.in l.iubemus, hic alleg.

p Nullitatis. Vide Bal.in l.antiquæ.§.fi.hic alleg. et ibi dixi.

q Naturali.l.fi.ſup.pro do.et hic uide Bar.in l.alia, §.eleganter, ff.ſol.matr.

ducit ceſſionem bonorum, quod eſt mere poſitiuum. Item ꝯ ius
iſtud ualet ſtatutum ciuitatis, ergo & pactum, vt not. ſuper rub. de
decr. Decur. Item valet reſcriptum Principis adiecta clauſula, nõ
a obſtante, &c. in ſtatutis *a* autem ciuitatis iſta clauſula neceſſaria
non eſt. ratio dr̃ię, quia ſtatuta emanãt cum deliberatione, reſcri-
pta vero cum importunitate, vt l. j. de pet. bo. ſubl. lib. 10. & iſtam
opi. tenet Iac. de Are. Dy. aũt tenet ꝯrium, qa dicit, ꝙ ꝯ naturalem
æquitatem eſt carceris ſqualor, vt hic not. in glo. ord. Itẽ creditor
põt redargui de duritia, vt l. ſeruus ead. ff. de ſer. expor. Item credi-
tor nil agit, niſi ut officiat, ff. de rei vend. l. in fundo. Item liberi ho-
minis caro, & corium non poſſunt eſſe in obligatione, nec in com
mercio, vt ff. de verbo. obl. l. inter ſtipulantem, §. ſacram. & hanc
opin. tanq̃ humaniorem, ſequitur Cy. & etiam Canoniſtæ, ut ex-
tra de ſol. c. Odoardus. & Iaco. de Bel. in Authẽ. de fideiuſ. §. quod
aũt. Tu concorda iſtas opi. & dicas, ꝙ aut quæritur quãtum ad ef-
fectum carceris, & non tenet renunciatio, quia non intereſt credi
toris debitorem in carcere mori, & quia carcer non debet eſſe pę
na, ſed cuſtodia, & quia derogaret libertati, cum carcer ſit ſpecies
ſeruitutis, aut quantum ad effectum, qđ licet cedat bonis, tñ inſo-
lidum tenetur, deducto ne egeat, & dico; ꝙ quãtum ad effectum,
valet pactũ, vnde quicquid debitor de die in diem lucratur, coge-
tur aſſignare creditori, ſaluo tamen neceſſario victu, qui non põt
laborantibus ſubtrahi, vel abſtinebit creditor ab operarum peti-
tione. ff. de op. lib. l. ſuo victu. certum eſt. n. ꝙ poteſt aliquis alicui
ſe obligare ad operas ſuas tãdiu, quouſq; per pretium operarum
14 ſuarum pecunia debita ſoluat, quia † iſta non eſt ſpecies ſeruitu-
tis, ſed eſt qdam modus ſoluendi debitũ adhibita moderatione,
miſeratione, & hæc vera de recũciatione expreſſa, ſed renuncia-
tio tacita a lege approbata bene põt fieri indiſtincte. Iſta autem re
nunciatio tacita fit per actum ꝯrium ipſius beneficij, vt qa perti-
naciter negat, vel dolo vel fraude factus eſt inops: quod pręſumi-
tur, ſi alienauit omnia ſua bona, vel maiorem partem, ut l. oẽs, §.
b Lucius. q̃ in frau. cred. ſiue ſimul & ſemel, ſiue interpellatis *b* vici-
bus, vt ff. de leg. 3. l. nomen, §. filio, vel bona ſua conſumpſit in lu-
do perditionis, vt ff. de vſucap. pro empt. l. ſi quis cum ſciret, vel
meretricibus, q̃ deuorant animas perditorum, vt ſup. đ natu. lib. l.
j. vel prioribus creditoribus præpoſuit poſteriores. hoc enim face-
re non debuit, quia creditoribus debet ſolui, vel pro rata, vel ſecũ-
dum prius, & poſterius, ſi habent hypothecas, niſi ſoluens hoc fa-
ciat de licentia legis, vel ſtatuti, ut s̃. de iure delibe. l. fin. §. & ſi præ-
15 fatam. & inf. eod. l. legis Iuliæ. ¶ † Quęro, an minor *c* poſſit cede-
c re bonis. Reſpon. aut eſt pupillus, & non poteſt, nec etiam pro de-
bito carcerari, qa ſatis eſt, ꝙ ex debito paterno patitur ſm decre
tum, ex proprio primũ tm̃, adultus vero poteſt cedere bonis cum
iuramento, & ſi non facit, poteſt carcerari, uel dic, quod non tene
tur iurare, vt l. quę ſub conditione, ff. de condit. inſtit. nec poteſt
cedere bonis, niſi ad petitionẽ creditoris, & cum Iudicis decreto
cum ſit alienatio uniuerſorum, vt l. magis puto. §. ne paſſim, ff. de
rebus eorum, nec carcerabitur, ſi non ſtat per ſe quo minus ſol-
uat, ſed per beneficium ætatis, quod beneficium non debet reſol-
16 ui in carcerem, ut ſupra de leg. l. quod fauore. ¶ † Quæro, an mi-
d lites *d* noſtri temporis poſſint carcerari pro debito ꝯtractus, vel ul
timæ voluntatis? Reſpondeo non, quia ueri milites ſunt; alias fal-
ſo vocabulo uterentur, quod dicere eſſet quædam fatuitas, & li-
cet non habeant inſignia ueteris obſeruantię, habent inſignia ob-
ſeruantiæ nouæ, quæ loco ueteris ſucceſſit, vt extra de conſt. cap.
translato. Item noui milites benedicuntur, ſicut patet in Pontifi-
cali in j. parte, c. 63. vbi ponitur de benedictione noui militis, &
iſtud ſeruatur in militibus, qui fiunt a Papa, vel eius mandato.
Alij autem milites, qui fiunt a laicis, non benedicuntur: tamen ſi
fiant a Principibus, eadem priuilegia ſortiũtur; nec etiam loquor
de piratis, qui dicuntur militare, ſicut catulus in ſyluis, vt not. in
17 l. j. ff. de bo. poſ. ex teſt. mili. quia † impugnantes ſecuritatem na-
uigantium, & hoſtes publici, & infames, non poſſunt eſſe milites,
vt patet ex eorum iuramento, & natura militiæ, ff. de teſtam. mil.
l. j. & vide l. milites, ff. de re iud. & l. pe. ff. dę milit. teſta.

ADDITIONES.

a In ſtatutis. vide ſing. Bar. in trac. de reprimen. verſi. non ob. & dicut per Bald. in l. fi.
ſupra ſent. reſcin. non poſſ.
b Siue interpellatis. In ꝯrium facit l. ſi peculium, la piccola, & ibi Barto. ff. de pe. leg.
c An minor. Vide plene per Ang. in l. nemo carcerem. infra de exac. tri. lib. 10. & in l. ne
que impuberes. & ibi Barto. & Ro. ff. de in ius voc. & quod no. Spec. in titu. de con-
tu. §. fi. in fi. & Moder. in §. fi. Inſt. de act.
And. Barb. Quæro, an minor. an pupillus poterit cedere bonis, not. quod non poteſt.
vide quæ dixi in quodam conſil. & in c. Rayn. de teſta. vide Barto. in l. neque impu-
beres, ff. de in ius uoc.
d An milites. ¶ Vide gloſſ. & Doct. maxime Ang. in l. miles, in princ. ff. de re iud. & ibi
etiam quid in Doctoribus, & facit quod no. per Bald. in l. in teſtamento, in fin. ff. de
teſt. mil. & Cyn. in l. diuo, in fin. infra de quæſt. & aduerte, quia ſicut Doc. non poſ-
ſunt carcerari, l. medicus. infra de profeſ. & me. lib. 10. & ibi not. per gloſſ. & Doct. ui
detur in milite. l. aduocati, ſupra de aduo. diuer. iud. & miles non habet hoc priui. ni-
ſi pro contractibus celebratis in caſtris. vt not. gloſſ. & Doc. in d. l. miles, in prin. qua
re ceſſet in noſtris militibus, & ad Bal. hic, facit quod ſcripſi poſt. Cy. in l. 1. ſupra de.
iu. & fac. igno.

LEX II.

1 *Habens rem pro derelicto re integra pęnitere poteſt.*
2 *Excuſatur quis a temeritate, quæ nemini nocet.*

Si quantitatem. Verbum temere dictum non præ
iudicat. h. d. Vel ſic, Debitũ ſoluen
1 ti non præiudicat ceſſio bonorum. † Et eſt argu. in hac lege quod
ille, qui habuit rem pro derelicto, re integra poſſit pęnitere: quod
2 verum eſt, quando non eſt alicui ius quæſitum. † Not. hic quem
excuſari a temeritate, quæ nemini nocet. Et eſt arg. ꝙ ſi quis pro
pter nimiam importunitatem creditorum dixit, nolo iſtas brigas
non propterea renunciat hæreditati: quia eſt verbum non ad ali-
quid dictum, ſed in nube, de hoc per Bar. in l. ſi quis ſuus, ff. de iu-
re delib.

LEX III.

1 *Filius emancipatus bona ſibi donata a patre defendere poteſt a creditoribus*
paternis.
2 *Officium Iudicis implorare poteſt, qui pro debito alterius grauari timet.*

Si pater tuus. Filius emancipatus pro patre damna-
1 ri non debet. h. d. Iac. But. † No. quod fi-
lius emancipatus bona ſibi donata a patre poteſt defendere a cre
ditoribus paternis, quod intellige, niſi emancipatio eſſet facta in
fraudem creditorum, quia ſimulata emancipatio non valet.
¶ Quid in filio in poteſtate? Reſp. idem, ſi ei fuiſſet donatum, vt
extraneo exigentibus meritis & anteq̃ ꝯherentur debita per pa-
trem, quia iſta donatio ſtatim valuit propter vim meritorum, vt
not. ff. de pact. leg. ſi tibi, §. ſi pactus. & s̃. de collat. leg. ſi donatione
In iſtis autem meritis non conſideratur affectio paterna, vt leg.
ſed ſi forte. ff. de caſtren. pec. ſed qualitas meritorum. & ſcias, ꝙ
ſi iſta donatio indigeret inſinuatione, ſi fieret extraneo: manife-
ſtum eſt, ꝙ quando fit filio, non fit tanquam extraneo. hoc pro-
batur, quia ſi eſſent vera merita, & in donatione ſpecificata, ex-
traneus non teneretur inſinuare, vt not. j̃. de don. leg. Attilius Re
gulus, caſus eſt in l. ſi pater, eo. titu. per Gul. in l. ſi tibi, ſi cert. per.
a Et ſcias, ꝙ verba *a* gloſ. eadem ſunt cum verbis Rof. in ſuis quæ-
2 ſtionibus diſputatis. † Deinde valde not. tex. ibi, vt fiat, implorare
&c. quod ille, qui pro debito alterius grauatur, vel grauari timet,
b poteſt officium Iudicis implorare, *b* quatenus Iudex inhibeat, an
te factum, ne hoc fiat, quod alibi nõ reperitur ita expreſſum, poſt
factum autem bene reperitur, ꝙ debet reuocari, vt ſup. ne vxor.
pro mar. leg. ob maritorum. & dic vt ibi plane not. & facit ff. de
c offic. proc. Cęſar. leg. fi. No. quod *c* aut reus petit imponi ſilentiũ
actori, aut actor reo. Primo caſu, aut reus poſſidet, & poteſt, vt hic
aũt non poſſidet, & non poteſt, niſi actor eum prouocauerit ad iu
dicium, vt l. pure, §. fi. de excep. doli. Secundo caſu, ſi qdem debea
tur patientia, & poteſt, vt ff. de li. le. l. Aurelius, §. centum. & ff. e. l. j.
§. j. & facit ff. de ſer. ruſt. prę. l. inter Statilianũ. Si autem non venit
patientia, tunc incongrue annecterentur verba de ſilentio impo-
nendo. Item not. quod licet aliquis poſſideat aliqua bona tan-
quam ſua, tamen iſtud, tanquam, niſi habeat originẽ, nil operat̃.

ADDITIONES.

a And. Barb. Et ſcias quod uerba. No. ſing. quod ſi quis timet grauari ab aliquo poteſt
implorare Iudicis officium, quatenus inhibeat, ne illud contingat, et uide quod no.
per gl. et Bar. in l. ſi contendat, ff. de fideiuſ.
b Implorare. Vide Bal. in l. ſi ſuper poſ. ſup. de tranſact. et Pau. de Caſt. in l. ſi conten-
dat, ff. de fideiuſ.
c No ꝙ Vide in l. ſi finita, §. eleganter, ff. de dam. inf. et hic per Bar. et Im. in l. ſi con-
tendat, ff. de fideiuſ.

LEX IIII.

1 *Creditor, qui bona debitoris, qui bonis ceſſit, occupauit, non præſcribit.*
2 *Creditor poteſt bona debitoris ſui propria auctoritate ingredi, ſi habet pa-*
ctum.

a Legis Iuliæ. *a* Bona eius qui ceſſit bonis, non concedũ
tur creditoribus occupãtibus, nec pñt cre
ditores ſua authoritate diuidere: ſed autho. Iudicis debẽt vẽdi. &
1 indemnitati creditorum conſuli, & † creditor, qui propria autho.
occupauit, longo tempore non præſcribit, at ſi debitor non ceſ-
ſit bonis, ſed res ſuas dedit in ſolutum alicui creditori, tranſtulit
dominium. h. d. notabiliter, & intelligo ſaluo iure priorum & po
tiorum creditorum, vt s̃. de iu. deliberan. l. fi. §. & ſi præfatam.
2 ¶ † Quid ſi creditor habet pact. de ingrediendo, & ſoluendo *b* ſi-
b bi propria auctoritate? Reſp. valet pactum, arg. ff. de ꝯhen. emp. l.
ſi ſtipulas, §. 1. & j̃. de pig. l. 3. quę licentia poteſt etiam in teſtamẽ
to concedi, vt de leg. 3. l. Titia cum, §. 1.

ADDITIONES.

a Legis. Iſtam l. alleg. no. Bal. in l. 2. inf. ſi in cauſam iud. pig.
b Soluendo. Vide Bal. in l. creditores, inf. de pig. et Bal. in l. ordo, ſup. de exe. rei iud.

LEX V.

1 *Bonis cedi non poteſt pro euitandis collectis.*
2 *Collectæ debent imponi pro modo ſubſtantiæ.*
3 *Collectæ naturaliter ſunt onera rerum.*
4 *Collectæ quare dicuntur munera mixta.*

Propter honorem. Non põt quis cedere bonis
ne publicis fungatur munerí
bus,

1 bus,& honorib.facit j. de Decur.leg. quidam ignauię,lib. 10.† Et
a nota per hanc.l.quod ſubditi *a* volētes cedere bonis, vt collectas
2 euitent,non poſſunt hoc facere:quod tene menti. † Et quod lo-
quatur hic in collectis,apparet in illis verbis, pro modo ſubſtan-
b tiæ,ex quo verbo ſimiliter no.quod collectæ,*b* debent impoui ꝓ
modo ſubſtantiæ:quod vulgares appellant,per ſolidum & liberā
3 † Et ſcias quod collectę naturaliter ſunt onera rerum, id eſt pa-
trimonialia:ſed formaliter ſunt onera perſonarum ſubiectarum
quæ indicuntur perſonis.Et quia forma,& materia faciunt vnū
totū:ideo dicuntur munera mixta,vt ff.de mu.& ho. l. reſcripto.
d.§.fin.& hoc tetigi in le.1.s̃.de ſenten.quæ pro eo,quod intereſt.

ADDITIONES.

a Subditi.Facit quod no.Bar.in l.1.uerſ.Sed nunquid debitor,ſup.eo.
b Collectæ.Eſt onus mixtum,uide in l.4.§.actor.ff.de re iud.

LEX VII.

1 *Filius familias propter onus æris alieni bona ſua alienare poteſt.*
2 *Nihil habens an poſſit cedere bonis.*
3 *Filius peculium profectitium creditoribus ſuis an inſolutum dare poſſit.*
4 *Creditores patris an poſſint mitti in poßeſſionem peculij filio conceſſi.*
5 *Creditores filij præferuntur creditoribus patris in peculio.*
6 *Patris bona naturaliter filio debentur.*

Cum & filiuſa. Filiusfamilias,& filia,ne detrudantur in carcerem,poſſunt cedere bonis. h.
1 d.† No.quod ꝑꝑ onus ęris alieni filiusfa.poteſt alienare bona pro
pria:nec requiritur patris cōſenſus, quia eſt alienatio neceſſaria.
2 † Sed nunquid nihil habens,poteſt cedere bonis; Reſpondeo ſic
ratione ſpei,ſm̃ Pla.& glo.non intelligas, ꝙ videatur cedere bo-
nis futuris,quia hoc eſt falſum,vt no.in le.ſi. quæ res pig. ob.poſſ.
ff.de cond.& demon.l.non ad ea.ff.mand.le.ſi tibi mandauero,§.
is,cuius bona.Sed quia effectus ceſſionis extendit ad futura, nō
3 conuenietur inquantum facere poteſt.† Quæro, nunquid *a* filius
a poſſit peculium profectitium dare inſolutum creditoribus ſuis
non peculiaribus? Gloſ.dicit hic,quod non niſi debitum eſſet cō
mune patris & filij,vt in dote,vt no.in leg.ſi filio.ff.ſolu.matrim.
4 quod nota.† Quæro,nunquid creditores *b* patris poſſint mitti in
b poſſeſſionem peculij filio conceſſi?gloſ.allegat hic leg. quæ vide-
tur hoc determinare,ſcilicet ꝙ non,ff.de mino.le.denique, §. ſed
vtrum. nam ſi contra fiſcum, ergo multo fortius contra priua-
tum,ſecundum Guil.& vide quod not.ff.de dam.inf.leg. ſi filiuſ-
5 fam.quia eſt quodammodo patrimonium filij, & quia † in pe-
culio creditores filij creditoribus patris pręferuntur,quod eſt no.
dignum.Et ſi primam rationem attendas,ſeparatio fit etiam cre-
ditoribus peculiaribus ſeparationem fieri non petentibus: ſed ſe-
cundam rationem conſideres, ſi nulli eſſent creditores peculia-
res,vel non opponerent ſe, bene fieret miſſio ad peculium, quia
dominium & poſſeſſio eſt patris,& ſola adminiſtratio eſt filij, vt
c ſup.fam.erciſcun.le.certum.mirabile tamen eſt,ꝙ ſi pater *c* eſt ci
uiliter mortuus, fiſcus in peculio profectitio non ſuccedit, ſed
apud filium remanet,vt d.§.ſed vtrum,quod alibi non reperitur,
6 quia † naturaliter bona patris filio debentur. Idemque pater vide
tur peculium concedendo,præueniſſe tradendo,arg.l.patrem,ff.
quę in frau.cred.

ADDITIONES.

a Nunquid.Vide Bar.hic,qui tenet contra.
b Creditores.Sed gl.parua in d.§.ſed vtrum,hic alleg.in ver.a fiſco.tenet, ꝙ mittantur,& uide Bald.in l.2.ſup. ſi in frau. patro. qui videtur uelle,ꝙ tale peculium non poſſit obligari pro patre.
Andr.Barb.Creditores.No.ꝙ ſi pater ciuiliter moriatur, non confiſcatur peculium filij profectitium,vt eſt gl.ſing.in præal.§ ſed vtrum.uide Bal.in auth. ex teſtamento ſup.de collat.nec econuerſo damnato filio non confiſcatur peculium patris, caſus eſt ſingul.in l.3.inf.de bon.proſcrip.vide Mod.in l.quidam, §.filius, ff. de verb. oblig.& quod no.Bal.in l.ſi.ſup.de uſur.re.iu. Bar.in l.ſi finita,§. ſi de vectigalib. de dam.inf.vide Saly.in l.ſi.præall.vbi loquitur ſing.
c Si pater.Vide gl.hic,& Bal.in l.ſi filius,ff.de his qui ſunt ſui,vel alię.iur. & quæ dixi poſt Imo.in l.ſi finita,§.ſi de uectigalib.ff.de dam.infec.

LEX VIII.

1 *Ceſſio bonorum eſt remedium miſerabile.*
2 *Electio in alternatiua cui datur.*
3 *Duo de tribus,& maior pars trium differunt.*
4 *Cedere licet bonis,ſi nihil eſt in hæreditate.*
5 *Ceſſio an valeat ſi cedens vnum denarium ſibi reſeruauit.*
6 *Cedens bonis,ſi poſtea relicta eſt ei turris,eam vendere non cogitur.*
7 *Pęnitentia quando habeat locum.*
8 *Hæres licet non faciat inuentarium,habet tamen beneficium defuncti.*

Cum ſolito. Cum eſt diſſenſio inter creditores cæteris paribus,humanior ſententia pręualet.h.d.
a ¶ Not.text.ibi,in omnibus *a* in vnum coadunatis, quod vbi eſt
b conſortialitas facienda, oportet omnes *b* in vno conſortio con-
gregari,quia vbi collectio, ibi vnitas. In tex ibi,vt quod pluribus
placeat,hoc ſtatuatur.¶ Ex hoc not. qđ maior pars poteſt diſpo-
nere de iuribus ſingulorum,& eſt hic ſpāle.¶ Et not.in hac lege,
quod magis idoneus admittitur.ſic ff.de dam.infec.le.in reficien
1 do, & ibi not.† Not. quod ceſſio bonorum eſt remedium miſe-
rabile, quia miſerum facit cedentem, qui ad tantam pauper-
tatem mergitur,quia uix ei, vel terrula dimittitur: Summa enim
miſeria eſt eſſe mendicum.Item hoc beneficium eſt flebile, quia
in aliquibus locis eſt ſtatutum,ꝙ nemo poſſit cedere bonis,niſi ꝑ
cutiat annum ad columnam.Cy.tamen,& alijs Doct.noſtris pla-
cet,qđ iſtud de columna non teneat: quia oculus videntium in-
feſtatur:& eſt res mali exempli,vt l.cum ſupra,inf.de milit.lib.11.
2 †Quæro,cui datur electio*e* in alternatiua huius legis? Quidam di-
c cunt quod creditorib. Alij dicunt ꝙ debitori,quia alternatiua īter
beneficia defert electionem ipſi beneficiato, ut no.in l. Lucio.de
leg.2. quod verum eſt,quando diſcordia eſt inter creditores, &
eſt inter eos parilitas vtriuſque partis:alias enim omnium credi-
torum eſt electio, vel maioris partis eorum, vtrum velint facere
inducias quinquennales, vel recipere ceſſionem bonorum, & ſi
velint facere inducias,debitor non poteſt cedere bonis,ſed tene-
tur acceptare dilationem,& facit ff.de cur.fur.l.cuius bonis.Quæ
ro, quid erit lapſo quinquennio? Reſpondeo detrudetur in car-
cerem,ne poſſit cedere bonis,non tamen dicas, vt glo.dicit,ꝙ do
netur lacerandus creditoribus.Ex iſta glo.not.quod eſt unus mo
dus renunciandi beneficio cedendi bonis.ſ. acceptando terminū
quinquennalem. Quid de falſis mercatoribus, qui fugiunt non
ex fortuna,ſed dolo cum pecunia & rebus alenis? Reſpondeo,be
d ne valet ſtatutum,*d* quod dentur creditoribus lacerandi,ff.de poſ.
l.bena fides.Not.ex hac lege ibi,pręferatur,quod poſt omnes pre-
ualet maior pars.ſic ff.de pac. in l.reſcriptum, poſt maiorem par-
tem praualet melior, id eſt humanior. Et not. quod Tabellio
debet ponere nomina ſingulorum in inſtrumento, quia debet fie
ri computatio inter omnes: nec poteſt ineſſe eadem qualitas cui-
3 libet de numero.Idem quando ſententia fertur a pluribus.† Not.
etiam,quod aliud eſt dicere, duo de tribus,& aliud dicere, maior
pars trium,ſeu trinalitatis,quia niſi ſint oēs præſentes non eſt ma-
ior pars trium, ſeu trinalitatis, quia non eſt ibi trinalitas. ſic ff.de
arb.l.ſi cum dies.& l.ſi in tres,quia per iſta uerba duæ partes præ-
iudicantur de parte in totum: & tamen uerum eſt dicere, duo
ex tribus,vt l.duo,ff.de re iud.Notarij tn̄ ponunt iſta verba,in quo
capitulo interfuerunt duę partes facientium capitulum,licet ali-
quis ſit abſens:tamen bene dicunt, quia loquuntur reſpectu col-
legij,quod totum eſt ibi iuris fictione.Sed ego loquor ubi proprię
non eſt collegium, licet ibi ſit quidam numerus. Et adde quod
vbi eſt genus, ibi numerus. Sed non procedit hoc in uniuerſita-
te.Nam dicimus, una eſt hæreditas, licet in hæreditate ſint mille
res:ſed grex non dr̄ vniuerſitas,& tamen eſt ibi numerus de neceſ
ſitate? Rn̄deo vna decem ſunt vnus numerus, qui uocatur dece-
narius incomplexe, probatur, quia omnis multiplicatio nume-
rorum incipit ab unitate,tanquam a redice.Sed decem multipli-
cantur,dum dicimus 30.&c. ergo decem ſupponunt pro unitate
cuiuſdem numeri,qui uocatur decem, & ſic decem antiani ſunt
quædam vnitatis collectiua.Illud eſt certum,qđ ubi non eſt capi-
tulum totum,uel maior pars capituli,ibi non poteſt eſſe actus ca-
pitularis, vt not.Ioan. Mon.in c.cum expediat.de electio.lib.6.in
4 fin.† Extra quæro, ſicut ille, qui nihil habet in bonis, neque cor-
porale, neque incorporale, poteſt cedere bonis: ita ſi nihil eſt in
hæreditate,an hæres poſſit facere inuentarium de nihilo, & quid
in tutore,ſi pupillus nihil habet in bonis,neque corporale, neque
incorporale? Reſpondeo,proteſtetur corā iudice nihil eſſe in bo-
nis & habebitur proteſtatio loco inuentarij, argum.ſupra de an-
e na.excep.l.vt perfectius. Quæro ſi aliquis *e* ſolenniter ceſſit bonis
coram iudice approbante,& creditoribus acceptantibus, vtrum
poſſit pœnitere? Reſpondeo non, vt l.penul. ff.eod. & ibi not.ſe-
cus ſi ſolenniter,ſed tamere,& leuato uelo, vt ff.eod.l.quem pœ-
5 nitet.† Quæro, quid ſi cedens bonis reſeruauit ſibi unum denari-
um? Reſpondeo,ſi creditores id miſericordiæ cauſa conceſſerunt
valet ceſſio & reſeruatio.vt ff.eodem l.qui bonis ſuis,alias non ua
let.prima uerior,quia non eſt integra ceſſio, vt not.ff.eodem.pe-
nult.Dicit dacretalis, ꝙ Abbas poteſt aliqua reſeruare monacho
ad ſuas neceſſitates miſericordiæ,non peculij cauſa:quia eſt reſer
uatio naturali iure conceſſa, ſicut alimenta,& forte nō eſt alias ī-
greſſurus,quia nullus,vel nulla vult mori fame, l.necare.de liber.
agnoſcen.& de hoc pōt teſtator ēt grauare Abbatem, vt no.ff.ad
6 Treb.l.Lucius,§.tres hæredes.†Quæro,qdam ceſſit*f* bonis,poſtea
f fuit ſibi relicta quædā turris q̄ valet mille,creditores nolūt eā ven-
di,quia huic cedenti tanquam pauperi debet ſufficere vna domū-
cula:

ADDITIONES.

a And.Bar. Omnibus. Et ſic uidetur hic caſus pro dicto Inn. alibi. vbi dicit quod non ſufficit conſenſus omnium de collegio,niſi collegialiter conſentiant.
b Oportet omnes. Et ſic not.quod in caſu huius leg.debent omnes in vno loco adunari certo tempore: & quod facit maior pars,valet.
Electio. Sed Bart.hic indiſtincte dicit elec.eſſe debitoris,& cum eo tranſit Saly.
c Statutum,quod. Contrarium tenet Bald.in l.j.ſupra eo.
d Statutum.Sed Saly.hic tenet contra,& reſpondet ad §.ſed utrum,quod non procedit in creditoribus,qui trac.de dam.vitan.uide eum hic,quia notanter loquitur.
e Si aliquis. Vide Bar.in l.pen.hic.alleg.& Bal.infra.l.prox.
f Quidam ceſſit. Vide no.per Bar.in l.1.in ver.iuxta prædicta ſupra quod cum eo.& q̄ ibi dixi poſt Bar.in l.qui bonis,ff.eo.

cula:ipſe vero vult turrim pro ſua habitatione, quæro vtrum co-
gatur vendere? Dicit Bart.quod non,per dictam l.qui bonis.quia
cum ſolam habitationem habeat,hoc eſt ei permiſſum. Dici po-
teſt,quod hoc eſt arbitrium,quia delicatus debitor non debet au-
diri nec oneroſus creditor,vt ff.de vſur.l.ſciendum,Sed ſi non eſ-
ſet magnus exceſſus,ſed modicus,creditor debet ferre æquo ani-
mo.Non obſtat l.qui bonis,quia ibi non inſpicitur qualitas, ſcili-
cet vtrum res ſit pretioſa,vel non,bene tamen inſpicitur quanti-
tas,ſcilicet quantitas ualoris.Porro ſunt quædam res pretioſæ ra-
tione affectionis,& honoris, non fructuoſæ ratione commodita-
tis,& de iſtis loquitur iſta lex.Et iniquum eſſet, quod unus ruſti-
cus habitaret vnam turrim in damnum creditoris, quod tamen
eſſet æquum in nobili,& iō arbitrariū,vt in Auth.de aliena.& em
phy.§.1.in Authen. de fideiuſſor.§. quod aūt.vbi dr̄,ꝙ in pretioſis
creditores p̃feruntur.¶ Præterea creditores poſſunt offerre iuſtā
æſtimationem,& ea oblata agere ꝯ debitorem tanquam diuitem
factum,arg.ff.de cap.l.in bello,§.ſi quis ſeruum.Sed Barto.cogita
bat hoc,quia nulla lege cauetur de iſto iure offerendi hoc caſu.
¶ Quero,cū ceſſio fit per nuncium,an ſit neceſſe,*a* quod nuncius
a a creditoribus,vel a Iudice habeat aliquam reſponſiuam?& videt̄
quod ſic,de ac.& ob.l.conſenſu.contrarium dic ,quia per eū nō
ꝯhitur,ſed animus tm̄ declaratur,vt l.fi.ff.eo.tit.¶ Quero, cum ne
mini ego debeam quicquam, ſed falſi creditores me inquietant,
an ſi de facto vexer,poſſim cedere bonis? Gloſſa ſentit,quod ſic,ff.
eod.l.penult.quia licitum eſt mihi lites odio habere, & declinare
ff.de minor. l.minoribus. hoc verum eſt ad pacem meam,ſed nō
ad commodum eorum, quia debet docere de debito ſuo; vt l.
j.§.hæc verba,ff.ne vis fiat ei,& in iſto caſu habet locum pœniten-
b tia.*b*¶ † Circa autem articulum de pœnitentia, dic qđ aut actus
7 eſt iterabilis, & pœnitentia locum habet, aut non eſt iterabilis,
& pœnitentia locum non habet. Sed quomodo ſciam an ſit ite-
rabilis? Reſpondeo, aut actus effectum ſuum conſumauit, aut
pendet,aut nihil ualet. Primo caſu non eſt iterabilis.Secundo,ſic,
ut l.fin.commu.præd. Tertio caſu, aut omnes cauſæ ſunt in inte-
gro ſtatu, & actus iterari poſſunt: aut aliquæ ſunt conſumptæ,&
tunc ſecus.¶ Sed adhuc quero,quomodo hoc ſciam? Rn̄deo, aut
eſt commiſſus actus,aut proprius.primo caſu,aut cōmiſſarius eſt
abuſus commiſſione,& expirat:aut non eſt abuſus,& nō expirat,
ut ff.de iureiur.l.qui per ſalutem,cum ſimi.de hoc alibi dixi.& vi-
de quod no.Io.Monach.in c.ſi pro te,de reſcr.li.6.vbi dicit, quod
mandatum Papę ſemper intelligitur de primo conſenſu, vel diſ-
ſenſu, vt ff. qui & a quibus.l.matrimonij,niſi ſit actus neceſſarius
continens neceſſitatem actu permanentem,vt ſtatutum de com
promiſſis.¶ Quæro,cedens bonis deceſſit hęres eius non fecit in-
8 uentarium, nunquid tenetur inſolidum? Reſpondeo non † quia
licet hæres non faciat inuentarium,tamen habet beneficia defun
cti,hæreditas.n.cum ſua cauſa,ſuiſque uitijs tranſit,nec in plus te
netur hæres creditoribus,quam defunctus,& beneficia adepta p
defunctum tranſeunt ad heredes, & quotieſcunque agendo vel
exipiendo competunt,vt ff.de in integ. reſt.l.non ſolum. & adde
quod no.ff.ſol.matr.l.quæ dotis.

ADDITIONES.

ſeruandum.Intellige,niſi res celeritatem,vel fauorem deſideret
vt ĩcā dotis,vt no.in l.1.ff.ſol.matr.quia tunc Iudex poteſt hoc tē-
pus minuere,vt s̄.dicit.& facit quod no.in l.1.s̄.de his,quibus,vt
ind.Quæro,in quo differat hæc lex a l.fi.inf.de iure domi.impe.?
Reſp.hic loquitur de primo decreto , & de venditione , ibi vero
loquitur de reſcriptū Principis.Vnde poſt reſcriptum habet de-
bitor biennium ad luendum,ſecus ſi per Iudicem fuiſſent res vē
c ditæ *c* vel adiudicatæ,vt ff.de dam.infe.l.ſi finita,§.poſtea. Et no,
quod ſi quis intelligeret d.l.fi.in adiudicatione Prætoria , illa lex
de conſuetudine & ſtatuti ciuitatis non ſeruatur, nec etiam ſer-
uatur ſecundum legem Longobardam, vt ibi not. Sed certe illa
7 Longobarda non eſt in vſu. † Quæro , nunquid decreto iudicis
vel Principis poſſit renunciari? Reſp.ſic,vt j̃.de iure domi, imp.
l.2.Vltimo quæro, nunquid iudex poſſit pro debito adiudicare
d creditori *d* omnia bona debitoris in gn̄e ? Reſp. non, *e* ſed debet
exprimi quæ bona.tex.eſt no .in l.j. j̃.de iure dom. imp.

ADDITIONES.

a Quod l.cum vnus, Vide Bal.in auth.&qui ſup.eo.
b Intelligo.Vide Bal.in l.ab eo,ſup.quomodo, & quando iud.
c Venditę.Contrarium tenet Bar.in l.ſi finita,§.Iulia.ff.de dam.infec.& Bal.in l.pro perandum,§.ſi autem reus.ſup.de iud.vbi idem,quod hic tenet, & quod l.fin.non habeat locum in pignore Prætorio,vel iudiciali,tenet Bal.& glo.in d.l.fi. ſed an ad venditionem faciendam ex ſecundo decreto requiratur ſubhaſtatio , dixi in auth. & qui, & vide Bal.quod ſic,in l.ordo.ſupra,de execu.rei iud.
d Creditori. Vide Bal.in l.1.hic alleg.
e A.B.Reſpon.non.Et vide Bar.& quæ notaui. Sali. hic tenet hoc dictum.

De priuilegio fiſci. Rubr.

1 *Fiſcus habet iura regalia.*
2 *Fiſcus idem eſt quod ſaccus Cæſaris ſiue Regis.*
3 *Municipia proprie non habent fiſcum.*
4 *Epiſcopi camera non habet priuilegia tacitæ hypothecæ.*

Fiſcus quandoque venit iure primitiuo ex ſua perſona:tunc
habet priuilegia ſua. Quandoq; iure deriuatiuo.i. ex pſona alte-
a rius *a* tunc illius iure vtitur,vt s̄ de his,quib.vt indig.l.Polla.& ff.
de con.& dem.l.in facto cōſiſtentes,§.fiſcus.de min.l. Aemilius.
ff.de verb. obl.l.2.§.2.& l.quæ a parte geruntur,ſup. de reſt. mil.
1 †No.quod *b* fiſcus habet quędam iura,quæ appellantur regalia,
b ſicut flumina nauigabilia, quæ pertinent ad ſtatum imperij. Itē
tributa. Item ea, quæ auferuntur indignis ex proprio delicto , vt
no.ſup.de his,quib.vt indig.l.hæreditas & de fideicomm.l. eam,
quam.Sed quædam horum magis proprie dr̄r pertinere ad Re-
2 gem,ſiue ad Cęſarem,in tit.quæ ſint Regalia.collat.x. Ad†fiſcūc
c enim proprie non dicuntur pertinere,niſi ea,quæ imburſantur,
d vel incorporantur ei, quia fiſcus idem eſt, quod ſaccus *d* Cæſa-
ris,vel Regis,vel Reipub.vt no.j̃.de nume.& actua.l. in prouin-
3 cijs,municipia † enim proprie fiſcum non hn̄t,*e* vt l.2. j̃. de bon.
e vac.lib.x.licet habeant burſam communem,vt ff.quod cuiuſq;
vniuer.l. 1.§. quib. habet etiam fiſcus quaſdam prorogatiuas,
quæ appellantur priuilegia , de quorum aliquib. tractat titulus
f noſter . Sed nunquid *f* Epiſcopi habeant fiſcum ? Videtur quod
ſic,quia quædam confiſcantur cameræ ſuæ. Sed dic quod non,
4 quia†camera epiſcopi non habet priuilegia tacitæ hypothecæ:iō
ſi quis contrahit cum epiſcopatu,non ideo bona ſunt tacite obli
gata,quia de hoc nulla lege cauetur,arg.ff.ad municip.l.mulier.

ADDITIONES.

a Ex perſona alterius. Vide not.per Bal.& Doct.in auth.quas actiones. ſup.de ſacroſan.eccl.
b No.quod De iure fiſci,& Cæſaris de per ſe,vide Bar.in rub.inf.de iure.fiſ.li.10.
c A.B.Ad fiſcum Not.quod fiſcus idem eſt,quod ſaccus.vide ibi gl.& gl.1.ſup.de iure deli.ubi dicitur firmus,& idoneus,& quæ ſunt fiſci,uide Bal.in tit.[quæ ſint reg. in uſib.feu.& de priuilegio fiſci tractat plene Sal.inf.eo.l.fi.]
d Saccus. Vide Bar.in d.rub.de iure fiſci.
e Non habent.uide Bar.in d.rub.
f Sed nunquid. Vide Bal.in auth.bona damnatorum.
A.B.Sed nunquid. Vide,quæ dixi in c.vergentis & c. excommunicamus. de hære. Do.Abb.ibi dicit, quod Epiſcopus habet fiſcum & idem dixit in c. quia diuerſitatem.vide Bal.in aut.bona damnatorum.ubi dicit , quod epiſcopi non poſſunt applicare pœnam camerę ſuę uide Ang.in auth. vt nulli iud.§.fi. ubi ſingulariter loquitur,& ego eum allego in d.c.uergentis,quem uide inf.ea.authe.§. quoniam uero,in fi.uerbis.

LEX PRIMA.

1 *Mulier triplex patrimonium habet.*
2 *Executio vbi fit in bonis alicuius,omnia præſumuntur ſua,quæ apud ipſum ſunt.*

BOna mariti. Propter debita mariti res , quas v-
xor probat eſſe paraphernales non
capiuntur pignori, ſed ſeparatæ reſtituuntur mulieri.h.
1 d.† No.ꝙ mulier habet triplex patrimonium.ſ.dotale,parapher-
nale,quid vir poſſidet:aliud,quod ipſamet vxor poſſidet, & nun
quam viro reddit. Dotale non occupatur pro priuilegio. Para-
phernale non, ſi probetur paraphernale , nam in dubio ex quo
a vir poſſidet,præſumitur *a* dominus in iſta ſummaria executio-
ne.Item quod mulier tenet,præſumitur mulieris: & in eo exe-
cutio non fit,vt not.hic, & ſup.ne vxor pro mar. l. ob maritorū.
2 †Deinde no. vna cum gloſ.ꝙ vbi fit executio in bonis alicuius,
omnia,quæ apud ipſum ſunt,præſumuntur ſua. & ſi alius dicit
aliquid ſuum, debet probare. Ratio ſecundum Butr. quia præ-
b ſumptio eſt pro officiali,*b* ꝙ recte fecerit,vel quia quando con
tradictor, qui non poſſidet, ſe opponit , venit vt actor ; vel quia
reus præſumitur dominus,ex quo poſſidet,vt nota ſup.de edi.d
ui.Adri.tol.l.edicto.in gl.magna. & l.a diuo Pio. §.ſi ſuper, ff. de
re iu.& facit.ff.de iu.dot.l.ſi ego.§.dotis.

ADDITIONES.

a Præſumitur. Vide Bar.hic.
b Pro officiali Arg.l. Hærenius,§. Caia, ff.de euict. ſed Salyc. non placet hæc ratio quia non eſt commiſſum executori, vt cognoſcat,an ſit illius, vel non. vide Ima. in l.a diuo Pio,§.ſi poſt,in prin.ff.de re iud.

LEX II.

1 *Priuilegiati rediguntur ad ius commune, ratione paris priuilegij.*

Quamuis. In Priuilgijs Regalib.qui prior eſt tempore
potior eſt in iure. Cy. Vel ſic, Ratione paris
1 priuilegij,priuilegiati rediguntur ad ius commune.†Et ſic eſt ar
gum.quod ſi ſcholaris *a* agat cōtra ſcholarem, ceſſet priuilegiū,
auth.habita,ſup.ne filius pro pat.argu.ff.de excu.tut.l.ſed & mi-
lites.Quæro , nunquid lex iſta habeat locum in bonis poſt dotē
ad fiſcum quæſitis? Reſpond.& dic, vt no.in l.ſi is,qui.ff. de iure
fiſci.& in l.prox.

ADDITIO.

a Scholaris. Vide Bal.in auth.habita ſupra,ne filius pro parte,& faciunt no. per But. in auth.quas actiones.ſup.de ſacroſan.eccle.

LEX III.

1 *Debitoris bona præſentia,& futura veniunt in hypotheca fiſci tacita.*
2 *Bona præſentię & futura,an veniant in confiſcatione bonorum.*
3 *Rerum quę vehuntur,quanta pars fiſci debetur.*
4 *Tranſeuntes debent ſeruare conſuetudinem , ideo ſi debetur paſſagium , ſi quis tranſierit per pontem,compellitur ad tranſeundum,nec poteſt tranſire per vadum.*

Si cum pecuniam. Vxor ſoluens fiſco pro mari
to,non ſuccedit in hypothe-
ca fiſci,niſi ſit ceſſa actio:& ideo ſi maritus denuo cōduxit vecti
1 galia fiſci,potior eſt cauſa fiſci,q̃ mulieris.† No.tex.ibi,q habet,
a quod in tacita *a* hypotheca fiſci veniunt bona debitoris præſen-
tia,& futura,& adde quod not.in l.hæredem ſupra de hær. act.
2 †Quæro,quid *b* in confiſcatione bonorum,vtrum veniant præ-
b ſentia & futura? Reſp.aut ſunt confiſcata ſaluo ſtatu,& non ve
niunt,vt l.ſi tibi mandauero,§.is cuius,ff.mand.aut cum media
capitis diminutione:& tūc refert,aut ſunt ciuiles acquiſitiones
& veniunt confiſcandæ,ut ff.de teſta.l.eius qui.§.1.ff.de leg.3.l.ſi
deportati ſeruo,& not.in l.1.ſupra.de hær.inſt.oportet tamen,ꝙ
acquiſitio fiat:ſecus ſi ceſſat acquiſitio,vt ff.de lib.& poſth.l.Gal
lus,§.& quid ſi tantum,& ff.de contratab. l.1. in fin. vnde ſi filius
eſt deportatus viuo patre,non acquiritur fiſco;quia loco filij ſuc
c cedit nepos,*c* qui ſuccederet etiam per ſimplicem emancipatio
nem.Item teſtamentum non poteſt confirmari morte,quia de-
portatus habetur pro mortuo. Item nec aditione hæreditatis,
quia aditio hæreditatis eſt de iure ciuili. Si autem hæres eſt de-
portatus poſt mortem teſtatoris, & ante aditam hæreditatem,
idem.Si autem poſt aditam,venit fiſcus , quia omnia confiſcan
tur ex delicto. Sed dictæ conſiderationi aperte contradicit l. ſi
deportati ſeruo. niſi dicas, quod ſeruus, eſt habilis in potentia,
ſed ipſe deportatus non eſt habilis, nec in potentia,nec in actu,
3 & adde quod not. ff. de cond.& demon.l.non ad ead. † Quæ-
rit glo.

ADDITIONES.

a In tacita. Vide l.ſi is,qui.cum ibi no.ff.de iure fiſci.in alijs vero tacitis hypo. videtur contrarium, vt no.gloſ.in l.fi.ſup.quæ res pig. obl.poſ. & Bald.in l. hæredem, hic alleg.Fallit in caſu no.per gl.in d.l.videlicet in caſu l. hac edictali,§. omnibus & in l.ſi quis,& ibi Bart.ſupra de ſecun.nup.ſed Bal.& Cyn. in l.vbi adhuc. ſupra de iure dot. tenent, quod indiſtincte veniant futura idem Bald. in l.1.ff.ſol.matr. ſed utrum reconfiſcatio bonorum extendatur ad futura , uidę Bald.in l.fi.inf.quæ res pign.obl.poſ.& ibi dixi.
b And.Bar.Quæro quid. An in confiſcatione bonorum ueniant præſentia,& futura, uide tex.no.in l.inter ſocerum,§.fin.ff.de pact.do.& quod not.in l. quoties , ad fi. ff.de nouat.
c Nepos. Vide Bal.in l.lata.ſupra,de appel.

a rit gl. quanta pars debet*a* fiſco ex reb. quę vehunt? & reſpondet,
ꝙ octaua pars. ſubaudi, niſi aliud eſſet de cõſuetudine, q̃ in vecti
galib. ſeruanda eſt, vt ff. de publ. l. ſi publicanus. §. fi. Incidẽter q̃-
4 ritur de hac q̃ſtione notabili. Nobili†debetur paſſagium, ſi quis
per pontem tranſit. modo quidam non uult tranſire per pon-
tem, ſed vadit per vadum quæritur vtrum poſſit compelli tranſi
re per pontem, vt ſoluat paſſagium? & vr̃ ꝙ ſic, quia non eſt lici-
tum fraudare creditorem, & tranſeuntes debẽt ſeruare ꝯſuetu
dinem, & tenere viam rectam, non viam diſtortam, vt l. nõ tm̃.
ff. de excu. tut. ſed lex Lombarda dicit, nemo cogatur per pontẽ
ire, ſi iuxta pontem aqua tranſiri poteſt. Item dicit, talentum nõ
exigatur, vbi non eſt neceſſe flumen tranſire per pontem. in Lõ
barda, de epiſ. & cle. & his quæ ad vtilitatem publicam pertinẽt,
§. vt non, niſi tempore anni noſtri, vbi etiam ſic ait, vbi, cõſuetu-
do fuit talentum dare, ibi, & in futuro detur, quaſi dicat non ali
bi, quia talentum debent tranſeuntes per põtem, & eſt ius (vt ita
dixerim) pontis, & certo loco cohæret: & ideo ad alium locum
non debet extendi. ergo hoc totum a conſuetudine pendet, vt
b forma in cõſuetudine ſeruetur. Ex his apparet, *b* ꝙ ſi pons eſſet
mutatus, nouus pons non haberet iura talenti. Iſta quæſtio fuit
antiquitus diſputata, & ideo de ea non eſt hic tractandum.

ADDITIONES.

a Debentur. Vide in l. ex præſtatione, alleg. in glo.
b *Ex his* apparet. Facit quod no. Bal. in l. 2. in uer. 18. quæro, ſupra de ſer. & in l. ſi plu *res*, de cond. inſer.

LEX IIII.

1 *Priuilegium fiſci non extenditur ad bona vendita ante contractũ cũ fiſco.*

1 SI debitor. † Priuilegium fiſci non extenditur ad bo-
na debitorum vendita, antequam ꝯherent
a cum fiſco. h. d. Quid ſi *a* ſunt eadem vendita, & obligata? Reſp.
fauore fiſci præſumitur obligatio præceſſiſſe. ita no. in l. j. C. de iu
re fiſci. lib. x. quod tene menti.

ADDITIO.

a Quid ſi. Idem de dote, vt no Bal. in l. ad exactionem, ſup. de do. promiſ.

LEX V.

1 *Priuilegium dicitur ius extraordinarium.*

1 Pecunia. Fiſcus auferens pecuniam poſteriori creditori,
vſuras habere nõ debet. No. †textum ibi, extra-
ordinario iure, quod priuilegium dicitur ius extraordinarium.

LEX VI.

1 *Fiſcus præfertur filiæ a patre dotatæ, & ratio.*

1 Cum patrem. † Fiſcus præfertur filiæ a patre dota-
tæ, & eſt ratio, quia officium patris
a eſt dotare *a* filiam ære alieno ſoluto, hoc dicit, vt l. fi. in prin. ff. quę
in frau. cred.

ADDITIO.

a Dotare. Fiſcus tamẽ tenetur dotare filiam, ſi bona ſunt publicata ſecun. Bal. in l. fi. de do. promiſ. & ibi etiam vide an pater debitis prægrauatus, debeat dotare filiã.

LEX VII.

1 *Fiſci iura poſſunt cedi.*
2 *Fiſcus quare ſequitur poßeſſorem.*

1 Si in te. †Iudex põt ſoluenti fiſco Iudicis mandato cede
re iura fiſci. h. d. no. & ſic nota, iura fiſci cedi poſ-
2 ſe. Item extra†nota, quare fiſcus ſequitur poſſeſſorem, rõ eſt, qa
iniquum eſt relicto poſſeſſore certo, incertũ dñm quærere. Itẽ
quia res affecta eſt, ff. de damno infe. l. inter quos, §. ſi dominus.

De priuilegio dotis. *Rub.*

LEX VNICA.

1 *Matrimonium continet in ſe tria bona.*
2 *Matrimonij trium bonorum, quo magis dicatur cauſa priuilegiorum dotis.*
3 *Matrimonij iura priuilegiata in quo ſubiecto eße dicantur.*
4 *Dotis priuilegia in dote vere data, locum ſibi vendicant.*
5 *Vicariatus alicui conceſſus, an dicatur perſonalis.*
6 *Dotis priuilegium, an ad alium per ceſsionem tranſire poſsit.*
7 *Directa, & vtilis differunt, vbi tractatur de priuilegio.*
8 *Dotis inſtantia, an conſumatur triennio.*
9 *Vir petens dotem, matrimonium contractum probare non tenetur.*
10 *Fideiußor clerici an habeat priuilegium fori.*

SCire debes. Dos, eſt datum, vel promiſſum pro
oneribus matrimonij, quod in du-
a bio præſumitur *a* inter vir. & vxo. vt no. ff. de iure dot. l. qđ
autem, & l. mulier bona. & 24. vel 25. priuilegia dotis ponit Spe.
1 in ti. de do. inter virum, & vxo. §. formatis, circa fi. †Et not. quod
matrimonium habet in ſe tria bona. ſ. fidem coniungalem, quã
non debet vnus alteri prodere, ſed de corpore ſuo ſeruare. Hãc
ẽt Ariſtoteles valde commendat tertio æconomicorum dicẽs,
Vliſſes decrepãte ipſum Athlantis filia cohabitare ſecũ, & pro-
mittente immortalem facere, & beatũ omni tẽpore, nec vt im-
mortalis fieret, auſus eſt prodere vxoris ſuę amicitiam, affectio
nem, & fidem, maximam ſibi pęnã arbitratus fieri, ſi malus exi
ſtẽs immortalitatem promereatur. Hæc fides coniugalis thori
ſimilis eſt caſtitati veræ, vel eſt ſecũda ſpecies caſtitatis, ſic ff. ad
Treb. l. mulier, §. cum proponeretur, & vidua eam ſeruans non
procul ponitur a virgine, in Authen. de non eligendo ſecundo
nub. in prin. §. 1. Primum igitur matrimonij bonum eſt, inteme-
rata fides vtriſque thori. Secundum bonum matrimonij, eſt pro
b les. *b* Non enim proprie dicitur proles, niſi ſit ex nuptijs nata, vt
in Auth. de nup. in prin. collatio 4. hæc naſcitur primo Deo, ſe-
cundo naſcitur patriæ, tertio naſcitur parentibus, vt ff. de cap. &
poſtlim. reuer. l. poſtliminiũ. §. filius. Quarto naſcitur ſuis. Quin-
to naſcitur extraneis per vinculum charitatis, vt l. vt vim, ff. de
iuſt. & iure. Tertium bonum eſt ſacramentum; nam per matri-
monialem copulam inducitur nexus diuinus, qui vocatur fœ-
dus matrimonij: & ſunt duo carne vna, nec poteſt ſeparari niſi
ſeparetur anima a corpore. i. per mortem. Porro etiam poſt mor
tem vxor debet ſeruare honorem viri, ac liberorum, ſi qui ſunt,
& ſuum proprium per annum, quem etiam ſufficit in facto ſer-
uare, vt ff. de infamib. l. genero. ſi tamen non ſeruat, non perdit
propterea priuilegia dotis, quia nullo iure iſta pęna ſibi imponi-
tur. Matrimonio autem accedit dos per conſtitutionem pacti, &
interdum per Iudicis authoritatem, arg. ff. de ri. nup. l. qui liberis.
vir autem debet ſubſtituere onera matrimonij, non mulier: one
ra dico, burſalia. ff. de don. inter vir. & vxo. l. ſi ſtipulata. & ff. fam.
erciſ. l. ſi maritus. ext. de vſu. c. ſalubriter, & ſi nõ ſubit onera ma-
c trimonij, tenetur reſtituere fructus dotis, quos expulſa *c* vxore
recipit, quia lucrum facere non debet, ff. ſol. matr. l. ſi ab hoſtib. §.
fin. nec videtur bonæ fidei poſſeſſor, quia pietatis officium non
2 impleuit, argu. l. 1. ſup. de his, quibus vt indig. † Sed hic quæro, ꝙ
d *d* iſtorum trium bonorum matrimonij eſt magis cauſa priuile-
giorum dotis? & videtur quod liberi: quia in eis maxime conſi-
ſtit publica vtilitas, ff. ſol. mar. l. 1. adeo, quod mulier omnib. pri-
uilegijs dotis in genere renunciare non poteſt: quia talis renun-
ciatio eſt contra publicam vtilitatem, ſecundum Pet. Sed certe
imo videtur, quod fides, quia etiam ſine liberis habet omnia pri-
uilegia, vnde eſt, quod ſexagenaria, vel ſterilis nubat, habet pri-
uilegia, vt l. aſſiduis. inf. qui po. in pign. hab. Vlterius videtur, qđ
e ſacramentum, *e* cum priuilegia non dentur hæreticis, vel excõ-
municatis, donec ſunt excommunicati, vt in Auth. de priuil. do-
tis hęreticis mulier. non præſtan. etiam ſi poſſideant, & in via de
fenſionis, vel exceptionis vtantur priuilegijs, hoc verum in excõ-
municato propter hæreſim, vel ſchiſma: ſecus in alijs excõmuni
catis, quia cum ſpeciale ſit in hęreticis, ergo in contrariũ eſt ius
cõe, & hoc verius. Sol. pp matrimonium dantur, ẽt ſi momento
f tantum duret, vt ſi quis in articulo mortis *f* accipiat vxorem, &
dotem, vt dixi in c. 1. §. naturales ſi de feu. fue. cõtrouer. colla. 10.
& ibi dixi, ſi quis non habeat filios legitimos, & naturales, ſed na
naturales tantum, & in mortis articulo accipiat concubinam in
vxorem, non ſimulate, ſed vere, etiam ſi id faciat in damnũ agna
torum, quos odit, valet matrimonium, & filij fiunt legitimi, &
ſucceſſores interueniente dote, licet dos ſit momentanea. Alij
contradicunt: quia cum requiratur dos, hic non eſt dos. Modo
g ego quæro, quid eſt dictum, dotis cauſa? *g* Reſp. dos ponitur pro
iure dotium, cauſa autem ponitur pro rõne. i. ius dotis rationa-
biliter eſt priuilegiatum. Iſta expoſitio habetur per tex. rubrica-
rum, ff. & C. de iu. dot. licet ipſa gl. varijs modis exponat, & etiam
3 bene. †Sed ſtatim quæro, *h* vbi ſunt iſta iura *i* priuilegiata, & in
h quo ſubiecto? Reſpon. quædam inſunt conſenſu, vt l. auia, ff. de
i iure dot. Item ff. fa. erciſ. l. Pomponius Philadelphus. & ff. de leg.
2. l. 1. Quædam inſunt corpori ipſius dotis, vt fundo dotali, &
an fundus dotalis poſſit legari, habes ff. de teſt. milit. l. dotalem,
Quædam aptitudini eius. l. non ſine, de bonis quæ liber. l. quod
ſeruus, de condict. ob cau. Quędam in eius repetitione, vt ff. de
iudic. l. exigere dotem, & hoc quod dixit l. exigere, habet locum
ſi vxor diuertit, vel præmoritur, dicit Lombarda, quod mortuo
viro ſ mulier abſoluta eſt a lege uiri, & ad ſuã reuertitur legem,
vt l. 11. vt mulieres lege mariti viuant in Lombarda. Nam in
nullo contractu celebrato inter virum & vxorem, habet locum
hec

ADDITIONES.

a Præſumitur. Vide Bal. latius in l. fi. de ſen. quæ ſine certa quanti. proferun.
b Proles. In contrarium facit l. diui. ſup. de nat. lib. & l. 1. ſup. ne rei do. vel templo. pro Bal. facit l. 1. ſol. mat. poſſet dici, quod male loquantur, quia app. filij venit natus ex nup. vt l. filium diffinimus, de his qui ſunt ſui, vel alieni iur. & tamen filius naturalis venit etiam in legibus app. filij, facit l. fi. de bo. proſcr. & Bal. in c. per tuas. extra, de ma. & obed.
c Expulſa. Vide Bal. in l. fi. de ſen. quæ ſine certa quant. profer.
d Quod. Vide ad hoc rationes aſſignatas in tex. l. aſſiduis, hic alleg. quod ibi ad hoc ponderat Bar. in l. 1. in 4. q. ff. ſol. matrim.
e Sacramentum. Et ideo hæretica non debet dotari, vt not. per glo. in l. ſi vero, ff. de in rem verſo. & hic vide Cyn. & Nic. de Nea. in l. 1. ff. ſol. matr. vbi idem dicunt in Iudęa.
And. Bar. Sacramentum. Si quis accipiat concubinam in vxorem in articulo mortis, an legitimentur filij naturales, uide Bart. in l. in concubinatu, ff. de concub. & ibi Bar. alleg. opt. tex de iure cano. vide Bal. in l. ſi quis poſthumos, in prin. alias in §. ſi filium, de iniu. teſ & ibi do. Io. & Bal. in l. Gallus, in prin. alias in §. inſtituens, & ibi eſt gl. no. de lib. & poſthu. hoc not. ad Bald. ſup. de natu. lib. in l. nuper.
f Articulo mortis. vide Bar. in l. nuper. & quod ibi not. ſup. de natur. lib.
g Dotis cauſa. Vide gl. & Doc. in l. 1. ff. ſol. matr.
h A. B. Sed ſtatim quæro. De priuileg. dotis, uide Bal. in l. 1. ff. ſol. matrim.
i Iura. Vide plene per Doc. in l. 1. ff. ſol. matrim.

hæc lex, niſi in contractu dotis. Item non habet locum ſi extra-
neus ſtipulatus eſt dotem ſibi reddi, quia ceſſat ſequela fori: nam
extraneus non transfertur in forum viri. Item illa lex per quoſ-
dam aliter modificatur, vt no.ext.de ſpon.c. 1.in Nouella. Item
filiusfamilias habet legitimam perſonam ſtandi in iudicio cum
quolibet pro dote ſua, ſup.de collat. aut quod locum. Item pro
a dote *a* obligat minor bona ſua, ſi obligatio eſt ei vtilis & neceſſa
ria, quaſi ſit inſeparabilis, vt l.fi.de leg.tut.de pac.l.item quia. Itē
expreſſe, & tacite, ſecundum quoſdam: quia lex obligat etiam
abſque ipſius conſenſu: quinimo cū ipſius diſſenſu, quia non va-
b let pactum, *b* quod bona nō eſſent obligata pro dote, licet ex poſt
facto mulier poſſit renunciare iuri hypothecarum in aliquo
fundo, nō dico in omnibus bonis mariti, ſup.ad Vell.l. iubemus.
c Item eſt aliud *c* ſpeciale, vt pro dote authoritate legis licet teſta-
tor non cogitauerit, poſſit minui fideic. vniuerſale relictum a fi-
lia: non dico ab extraneo. Item nō dico certæ ſpeciei, vt in auth.
res quę commū. de leg.dic vt ibi. Item mulier habet priuilegia-
tam hypothecam, etiam tacitam, & quia concurrunt plura ſpe-
cialia, hoc priuilegium non datur niſi ſibi, & filijs illius matri-
monij, l.aſſiduis, §.exceptis.inf.qui pot.in pig.hab.licet gl.in l.ēt,
ſol.mat.dicat quod omnibus filijs etiam alterius matrimonij, &
male, quia vt hic dicit gl.hoc priuilegium non tranſit iure hęre-
d ditario. Simile dicam in emphyteuſi *d* eccleſiæ conceſſa viro, &
vxori ſimul in eadem charta pro ſe, & eorū liberis, vt intelliga-
tur de liberis communib.propter verbum, eorum, quaſi dicat,
communium, in quos cōe votum parentum concurrit, non de
filijs alterius matrimonij. Sed glo.ibi notabiliter dicit, quod im-
mo etiam alterius matrimonij, quam tene menti, non dico ta-
men in emphyteuſi, quod ſit priuilegium liberorū, ſed eſt quæ-
dam modificatio cōtractus. Hæc publicata priuilegia habet dos
e vera, *e* de qua conſtet aliter, quam per nudam dotis confeſſionē.
Expreſſam autem hypothecam etiā dote confeſſata (bene con-
feſſioni eſt ſtandum) competere dico quia venit iure cōtractus,
& non ex priuilegio: ſed ſi dos eſt ficta, & hypotheca ficta, & rur
ſus vuit etiam vti hypotheca ficta, ſeu tacita priuilegio prælatio-
nis: ideo ſecus, vt dicit gl.quia non debent concurrere tot irre-
gulares fictiones ſupra, & præter ius commune diſponentes, vt
4 l.1. ſup. de dot.promiſſ. † Ex prædictis apparet *f* talis concluſio,
f quod in dote vere data, non in dote confeſſata, & non data, ven
dicant ſibi locum priuilegia dotis; nam text.in l.aſſiduis. dicit, ſi
tamen re ipſa fuerunt partim mariti datæ, & gl.dicit, non ergo in
dote confeſſata, non tamen data, videtur habere locum hæc lex.
& eſt ſimile ſup.mand.l.per diuerſa, ſuper verbo, ſolutarū, quod
g verū credo, ſi dos conſiſtat in rebus immobilibus *g* quamquam
æſtimatis, vt ſup.de don.ante nup.auth.ſed iam neceſſe. Sed con
h tra *h* iſtud opp.quia cōmunis practica eſt, quod credatur inſtru-
mentis confeſſionatæ dotis.quare dicit gl.in l.1.ſup.de dote cau.
non nu.quod ſi eſt renunciatū exceptioni non numeratæ dotis,
non expedit probare de vera numeratione, quæ gl.pōt eſſe vera,
qn̄ confeſſio facta eſt ante matrimoniū contractū: ſecus ſi poſt
ex interuallo, quia tunc talis renunciatio nō valeret quin poſſit
opponi exceptio non numeratæ dotis intra ſua tempora. Nam
renunciare exceptioni, eſt quædā ſpecies donationis, argumen.
ff.de noua.l.ſi quis delegauerit. vnde non valet iſta confeſſio fo-
mento renunciationis inter virū & vxor.ſed bene valeret, ſi eſſet
facta cū extraneo dotante, quo caſu acquiritur efficax actio mu
lieri, & eſt priuilegiata, vt inſt.de act.§.fuerat. Vnde quæritur, po-
ne, quod per aliqua indicia, ſeu coniecturas (quas Papienſes ru-
ſtici coniuncturas vocant, quia coniungitur origini ſuæ, & ſunt
coniūcturæ, quaſi connexuræ, & colligaturæ) apparet de nume-
ratione dotis vltra ſimplicē confeſſionē, vt quia vir exhibuit ali-
menta vxori tanquā dotatæ? Reſp. cū talis confeſſio iuuetur in-
dicijs, vt ſup.de non nume.pecu.l.cū vltra dico talē dotē habere
priuilegia: & idē dico in caſu l. cū de in rē verſo, ff. de vſur.nam
liquide probatur, quod per legis diſpoſitione probatur, vt not.in
l.ſi tutor, ſup.de per.tut. Idem dico ſi ſtatutū dicit, quod inſtru-
i menta confeſſionis dotium habeant vim rei iudicatæ. *i* Nam ex
hoc ſequitur, quod ab ipſo initio habentur pro veritate, vt ff.de
reg.iur.l.res iudicata. Quod aūt dixi, quod confeſſio iuuatur per
indicia recognitionis debiti, videtur obſtare ſup. de pact.l.ſi cer-
tis annis. Sed reſpondeo ſubtiliter, ꝙ vbi præcedit confeſſio chy-
rographi dotis, ibi ſaltē ſuo tēpore pręcedit diſpoſitio apta agere
quæ cōfirmatur eo ꝙ ille, qui confeſſus fuit, & poſtea recogno-
uit, præſumitur bonam fidem agnoſcere; ſed in l.ſi certis annis,
non præceſſit diſpoſitio apta ad actionem parcendam, quia erat
nudū pactū, quod nunquā veſtitur, & ſic nō obſtat Inſti. de liter.
oblig.in prin. Denuo nos habemus quoddam aliud priuilegium
perſonaliſſimum, quod non tranſit ēt ad filiū, vt ff. de ritu nup.l
non ſolum, §.ſi puella diffinitionem autem priuilegij perſonalis
cōprehendere poſſumus ex theorica data in pactis, quia illud eſt
perſonale, quod perſonaliter profertur, & cum perſona finitur,
vt l.qui in futurum, §. 1.ff.de pac. Vel dic.ꝙ illud eſt perſonale, ꝙ
cum perſona finitur, quia perſona erat immediata cauſa priuile
gij, ſecundum Dyn. ideſt cauſa, quę dat per ſe eſſe priuilegio, &
conſeruat ipſum in eſſe immediata cauſa eſt illa, quæ dat eſſe
5 rei, vt ff.de ꝯd.ob.tur.cau.l.ſi ob turpem. † Quod facit ad plures
qōnes, videlicet vtrum vicariatus conceſſus alicui intelligatꝑ p-
ſonalis, de quo per Bar.in l.ſi pr̄, de ſeruit.lega. Item de compro
miſſo facto ſub nomine dignitatis, de quo per Bar. in l. qui libe-
ris.§.hæc verba, ff.de vulg.ſubſtit. Item vbicunque priuilegium
conceditur propter aliquod factum, quod non eſt factibile ab
alio, ſiue habeat certos fines, ſiue non, tale priuilegium eſt perſo
nale priuilegium. Idem eſt in feudo alimentorum, & ſimilib.ar.
ff.de vſufr.l.dominus.§.fin. Quid de feudo conceſſo Aduocato,
vtrum ſit perſonale? Dic vt no.in Spec.de Adu.§.obijcitur. ver.
ſed pone, Abbas. Dic quod aut eſt conceſſum pp merita ſtipen
dia, & tranſit ad hæredem: aut pp merenda laborib. ſucceſſiuis,
& non tranſit, & nota ꝙ occaſione priuilegiorum dotis, gl. tra-
ctat hic gn̄aliter de priuilegijs creditorum, quā materiā plenius
examinat do.Dy.in c.qui prior, & ī c.priuilegia, dic vt ibi, & hic
K per Cyn. Item ſcias, ꝙ ſi prior *K* creditor accepit tenutā, & poſte-
rior creditor velit recuperare tenutā, & ſoluere priori creditori
quod ſibi debet̄, ꝙ debet compelli ſibi oīa iura, quæ habet trade
re, vt ff.qui pot.in pig.hab.l.creditor.la 2.§.ſi primus. uer. vnde.
qui tex.eſt valde no.melius in l.potior.§.fi.eo.ti. Dices tu, quod
imo probat̄ iſtud idem eo.ti.l.mulier. Sed certe illa lex alio caſu
loquitur. ſ.qn̄ ſcđs creditor non ſponte ſe offerebat. Sed erat cō
uentus hypotheca, quo caſu dicit ibi cedenda iura. Sed vbi non
erat cōuentus, ꝙ debeāt cedi iura, nulla lex ita clare ꝓbat, ſicut
dictus ver. Vn̄ ſm Vbertum de Cremona, quem libēter allego.
quia ipſe fuit de primis, qui rexerit cathedrā in ciuitate Peruſij
per priuilegia Bonifacij, ſicut audiui a maioribus meis. † Quęrūt
l Doc. de pulcherrima quæſtione. mulier cedit *l* alij actionem de
dote, an priuilegium dotis tranſeat ad ceſſionarium? & vr̄ ꝙ ſic,
quia dos, & fiſcus æquiparantur. Sed priuilegium fiſci tranſit ad
ceſſionarium, vt ſup.tit.1.l.2.& l.1.ſi ergo idem in priuilegio do
tis. Item beneficium reſtōnis in integrum cedi pōt, vt ff.de min.
l.quod ſi minor, & de admi.tut.l.ſi minorem.ergo, & priuilegiū
dotis. In ꝯrium, videtur tex.in Auth.vt exac. inſtan.do. in princ.
ibi, non autem alijs, &c.& quod ibi not.colla.7.& Inſt.de act.§.
fuerat. Dominus Cy.ſentit hic, quod viua muliere cedente tran
ſeant. Item viuentibus filijs eiuſdem matrimonij, quia ſunt filij
reliquiæ illius matrimonij, vt l.aſſiduis, & ceſſionarius eos repre
ſentat, ergo, &c.& bona conſideratio eſt, vel dic, quod quoddā
eſt priuilegium dotis, quod eſt cum iniuria aliorum creditorū,
vt quod in tacita hypotheca præferatur prioribus creditoribus
ſimiliter habentibus tacitam. Item quod in perſonali præfera-
tur alijs priuilegiatis. Quoddam eſt priuilegium dotis, quod eſt
ſine iniuria aliorum creditorum, ſicut eſt habere tacitam hypo
thecam ex tacito pacto. Nam idem operatur tacitum, quod ex-
m preſſum, vt ff.de pact. lege item quia. Primo caſu diſtingue: *m*
aut

ADDITIONES.

a Item pro dote. Vide late per Bar.in l.ſi conſtante, in 4.q.3. q.prin.ſol.matr. & dum Bal.hic dicit, ſi obligatio eſt ei vtilis, &c. videtur inhærere opi. Cyn.in l.fi.de le.tu. & idem videtur tenere ipſe in l.certi, ſupr.loc.tamen illa æquitas videtur contra generalem l.2.& 3.in prin.ff.de reb.eo.ſecundum intellectum communem, & contra l.lex, quæ tutores, ſup.de admi.tut. Non ob.etiam iura alleg. per Cyn. quia fateor, quod ſi minor eſſet læſus, poſſet reſtitui.

b Pactum. Vide Bal.in l.etiam, ſup.ad Velleia.

c And. Barb. Item eſt aliud. An priuilegium dotis detur filijs alterius matris, vide gl.l.ſciendum, ff.de re iud.& l.etiam, ff.ſol.mat.& ibi Ang.dixit ſingulariter, quod licet detur filijs eiuſdem matris, non tamen datur nepotibus, quod eſt no.dignum vide Bal.in l.aſſiduis, inf.qui pot.in pig.hab.

d In emphyteuſi. Vide Bal.in auth.qui rem, ſup.de ſacroſan.eccle.facit in fin. quod no.Bal.in l.2.in ver.alij eſt.ſup.de iure emph.

Vera.vide Bal.in l.aſſiduis, j.qui po.in pig.ha.& inf.ea.l.in uer.idē dico, ſi ſtatutū.

e And.Barb.Ex prædictis apparet. No.ꝙ priui.dotis vendicant ſibi locum in dote vera data, non in dote confeſſa, ut eſt gl.ſing.l.aſſiduis, inf.qui po.vide Ang.in l.1.ff. ſol.mat.& notaui ad Bar.in l.iubemus, §.ſane, ſup.de ſacroſ.eccl.

g Immobilibus. Vide Bal.in l.contractib.in prin.in 1.q.ſup.de non num.pe.

h Sed contra iſtud. Vide no.per Bal.in l.aſſiduis, inf.qui pot.in pign.hab.& per Imo. in §.fuerat. Inſt.de actio.& ibi etiam an cum iura.& vide Bal.poſt gl. in l.j.ſup.de do.cau.non nume.

i Rei iudicatæ. Vide Bal.in l.pecunię.inf.de ſol.

K Si prior. vide caſum no. in quo non hēbat locum illud ius conferendi, de quo per Bal.in l.ubi adhuc, ſup. de iu. do. & pōt talis oblatio fieri poſt ſnīam ſm Spec.in tit.de dilat.& ſol.§.1.uer.quid ſi & Bar. in l. ſi quis ſtipulatus eſt decem in melle, in fi.ff.de ſol.& an habeat locum oblatio in caſu, quo creditor reuocat in fraudē, vide Bal.in l.1.ſup.ne quid in frau.pa.& caſum valde ſin.in l.1.inf.ſi antiq. credit.

l Mulier cedit. vide Bar.in l.poſt dotem, in 6.q.ff.ſol.mat.qui diſtinguit, cuius diſtinctionem Ro.ibi impugnat, de quo dic, vt ibi ſcripſi, & uide Ang. & Imo. in l.1.ff. ſol.mat.ſed nunquid dicta priuilegia competant patri agenti actione de dote, uide Bar.in d.l.poſt dotem, & quæ dixi poſt Bar. in l.1. ſup. vbi in rem act. & facit ad no.q.Bal.in rub.ſup.de vſur.in 5.q.

m Diſtingue. Vide quod Ro.in l.1.ff.ſol.mat.dicit idem, quod hic Bald.quia cedente mortua, vel viua, tranſit priui.per l.ex plurib.ff.de admi.tut.& per §.fuerat, Inſt.de act.cum alijs ibi per eum alle.ſed in præcedenti membro ipſe dicit, quo ad ſimplicem tacitam hypothecā ſine ꝓlatione vna cū Bal. quod tranſit in ceſſionariū. ar. l.emptor noīs, & l.venditor actionis, ff.de hære.vel act.uen.Bart. tamen in l. poſt dotem, ff.ſol.mat.dicit idem, quod Bal.hic in intentante directam, & plenius per no.per eum, in l.ſi quis in rem, cum ſimi.de procur.

aut cedens eſt mortuus,& eſt extinctum priuilegium p̄lationis,
arg.l.non ſolum.§.fi.de ritu nupt.aut viuit, & tunc aut ceſſiona
rius intentat directam ex perſona cedētis,& vtitur eiuſdē priui-
7 legijs:aut vtilem ex perſona ſua,& tunc ſecus. † Et ex hoc appa-
a ret,& tene menti,ꝙ vbicunq; tractamus *a* de priuilegijs, dr̄ia eſt
in effectu inter directam,& vtilem. Scđo caſu dico,ꝙ tacita hy-
potheca tranſit ad ceſſionarium,ſicut expreſſa: tn̄ ſine prꝛogati-
ua p̄lationis,vt dixi ſ̄.de act.& oblig.l.oīb. Conſidera, dicit Petr.
ꝙ beneficia, q̄ capiunt vires in præteritum, tranſeunt ad hr̄des,
ſicut,& quæ capiunt vires in futurum. Sed quædam concernūt
nālem rōnem,& idem.ſecus ſi concernant fauorem tertiæ per-
ſonæ tm̄,& hoc in priuilegijs incluſis in corpore iuris tm̄,ſed in-
cluſa non tranſeunt.ita Cy.ſ̄.ad Velleia.l.hæredes,hanc conſide
b rationem habuit gl.in odijs,vtrum tranſmittantur ad hæredes.*b*
Et dixit,ꝙ odio executa tranſeunt, ſed exequenda p̄ miniſteriū
Iudicis,non tranſeunt.ita dicit gl.ff. quod cuiuſque vniuer.3.§.
qđ autem,in gl.ibi,vel dic,hic erat pęna ſtatuta,q̄ gl.ſing.no. Di
co igitur,ꝙ priuilegium tacitæ hypothecæ, eſt priuilegium, qđ
ſortitur effectum ſuum per ipſius hypothecæ acquiſitionem, &
ideo tranſit ad hæredes. Sed priuilegium prælationis non ſortit̄
effectum ſuum,niſi tp̄e prælationis:& quia eſt valde irregulare,
iō non tranſit ad hæredem. Et in ſumma priuilegia correlatiua,
c ſicut eſt priuilegium dotis, iō non tranſeunt *c* ad hæredes, quia
morte finitur prælatio,ſicut agnatio non tranſmittitur ad extra
d neos,ſed ad ſuos. Modo ergo quæro,nunquid mulier *d* conſtan
te matrimonio poſſit cedere actionem de dote, ſi forte vir ver-
gat ad inopiam? & vr̄ ꝙ non, quia hoc eſt merum priuilegium
mulieris, & quia deputata eſt onerib.matrimonij,& ideo cohæ-
ret perſonæ:nam ius alimentorum futurorum non vr̄ cedi poſ-
ſe,& maxime in præiudicium tertij,arg.de vſufr.l.dn̄s.§.fin.ſpes
aūt dotis repetēdæ ſoluto matrimonio bene pōt cedi,arg.ff. ſol.
mat.l.2.verſi.nec cogitur. Denuo quæro,certum eſt,quod priui
e legia*e* dotis ſunt de iure ciuili. Sed nunquid actio de dote eſt de
iure ciuili?& vr̄ ꝙ non,immo ꝙ ſit de iuregentium,vt ff.de cap.
dimi.l.eas. Nam ab æternitate mundi fuerunt dotes,& repetio-
nes dotium.i.cum primum ratio naturalis fuit in hominib. ma
trimonium fuit cognitum. Sol. Dico,ꝙ actio non eſt de iure gē-
tium,ſed agere ſic.eſt autē agere, querelam exponere cum nu-
da facti narratione, vt not. in ſimili.1.q. v. cap. quia præſulatus.
8 †Sed ſtatim*f* quæritur,vtrum inſtantia*g* dotis conſumatur trien-
f nio?& vr̄ ꝙ non,fauore dotium. Item ſ̄m canones fruſtra fit per
g duo iudicia,quod pōt fieri per vnum continuatum. Idem gl.di-
cit,ꝙ inſtantia dotis eſt priuilegiata,vt l.j.ff.ſol.matr. Sol.non au
deo recedere a regula l.properandum,& adde,quod dixi in l. fi.
9 de ſent.quæ ſine certa quant.† Quæro,vtrum vir petens dotem,
h debeat probare*h* matrimonium ꝯ̃ctum?& vr̄ quod ſic,quia per
i inſtr̄m*i* dotis non probatur matrimonium ꝯ̃ctum de neceſſitate
legis concludentis,vt ff.de don.inter vir.& vxor.l.pen. In ꝯ̃rium
vr̄,quia per inſtr̄a dotalia probatur matrimonium,vt inſtitu.dę
nup.§.fi.Solu.refert qualiter verba inſtr̄i loquantur: nā aut dn̄t
pro matrimonio ꝯ̃hendo:aut dicunt pro matrimonio ꝯ̃cto:aut
dicunt Berta promiſit Titio noīæ dotis ſuæ, nec apparet vtrum
pro matrimonio ꝯ̃hendo,vel contracto. Primo caſu per inſtr̄m
dotis non probatur matrimonium,nec ēt ſponſalia,niſi fiat mē
tio de ſponſalib.arg.ff de don.inter vir.& vxo.l. cum hic ſtatus,
§.ſi quis ſponſam. Dic ergo, ꝙ ſi vir vult petere dotem a mulie-
re,niſi probet matrimonium,non pōt,vt ff.de iur.dot.l. tali. Idē
ſi ab extraneo,quia illa verba faciunt conditionem,vt ff.de iure
dot.l.promittendo. Sed quædam glo.dicit no.ꝙ extraneus pure
obligatur,ff.de cond.& demon.l.Titio centum.§. Titio genero.
Sed Bar.reprehendit illam gl.quia vbi fit mentio dotis, intelligi
tur condō per,ſi.hoc eſt ſi matrimonium ꝯ̃hatur, vt in auth. de
ſan.Epiſ.§.ſed,& hoc in p̄ſenti. Tu dic, ꝙ aut loquimur in ꝯ̃cti-
bus,& non pōt agi niſi ꝯ̃cto matrimonio,arg.ff. de ↄd.ob cau.l.
ſi extraneus,quia finalis cā de futuro æquipollet tacitę cōdictio
ni. Aut in vltima voluntate, tunc aut teſtator diſponit reſpectu
certi matrimonij,vt qn̄ legat genero,& denotatur modus,& nō
conditio:& ideo ſufficit cautio de modo implendo, vt d. §. Ti-
tio. Aut fit mētio dotis,nō reſpectu certi matrimonii, ſed certifi
candi per celebrationem nuptiarum, vt quādo teſtator reliquit
dotem puellis per ſuos executores maritandis,& tunc facit ↄdi
tionem,vt in Auth.de ſanc. Epiſc.§.ſed,& hoc in præſenti,& eſt
ratio differentiæ,quia incerta dependent ex euentu declarante,
ſed ea,quæ ſunt certa ſaltem initiatiue,licet nō ↄpletiue, magis
reſpiciunt naturam modi,quam naturam condictionis,vt ff.de
cond.ob cau.l.quod ſeruus. Secundo caſu, qn̄ dicit pro mr̄imo
nio contracto,ſtamus verbis inſtrumenti,non quia per hęc ver-
ba probetur matrimoniū ꝯ̃ctum, ſed probatur aſſertio partiū,
vt inf.dę ꝯ̃hen.& commit.ſtipul.l. optimam. Nam quicquid di-
K cit Tabellio in factū reſpiciens,vr̄ dixiſſe partium aſſertione, K
vt ſingu.no.ff.de verb.obl.l.ſciendum. Tertio caſu, quando mu
lier promiſit noīe dotis, quia verba ſunt ambigua vident̄ inter-
prætanda ꝯ̃ proferentem,id eſt cōtra maritum,vt ff.de pac.l.ve-
teribus,quia in dubio, ſemper eſt deterior ↄditio eius, qui agit:
niſi dicas,quod ſit ſpeciale in dote. Item quia ſic fieri conſueuit
arg.ff.de reg.iur.l,in ambiguis pro dotibus,& d.l.pen. de donat.
10 inter virum,& vxo.in verbo,plerunque. † Extra quæritur,*l* cle-
l ricus habet priuilegium fori,quid in fideiuſſore eiuſdem? Dic vt
not.in Spec.de compet.iud.adi.§.regulariter.verſi.ſed pone, cle-
ricus,dic quod non debet, nec intelligitur in duriorem cauſam
obligari,ſed conueniendi facilitate idoneior.

ADDITIONES.

a Tractamus. Pro hoc facit quod no.Bal.in l.hæredem,ad fi.ſup.de hæred.act.& Bar.
expreſſe in l.poſt dotem.in fi.ff.ſol.mat.
b Ad hæredes. No.Bar.in l.1.in vlt.opp.de priua.delict.
c Tranſeunt. Idem Bar.hic,& in l poſt dotem,in fi.ff.ſol.matr.
d Nunquid mulier Vide per Ro.in auth.quod locum in fi.ſup.de collationibus.
e Priuilegia. Vide quod not.Bar.in rub.ff.ſol.matr.in fi.& Bal.in l.eas.hic alleg.
f And.Bar.Sed ſtatim.Quæritur,an inſtantia dotis finiatur triennio, vide quæ no.in
l.1.ff.ſol.matr.per Mod.
g Vtrum inſtantia. Facit quod notat Bar.in l.1.& ibi Imo.ff.ſol.matr.
h Probare. Vide Bal.in l.2.in fi.ſup.de execu.rei iud. & in l. ab executione. ſup. quo-
rum appel.non recip.
i Inſtrumentum. Vide Bal.in l.neque de nup.& Lud.Ro.in l.1.in prin.ff.de oper.no.
nunc.Bal.& Sal.in auth.ſi quis ſup.de eden.
K Aſſertione. Vide Bal.in l.ab executione.ſup.quo. ap. non reci. Io.And.in c.cum in
iure.ext.de offi.dele.in fi.Ber.c.quoniam ext.de prob.Bar.in l.optimam, hic alleg.
l And.Bar.Extra quæritur. An fideiuſ.clerici gaudeat priuil.clerici, & ſic habes quod
efficacius obligatur fideiuſ.quam principalis.vide Bar. in l.Gręce,§. illud,ff. de fi-
deiu.& Mod.in l.ſi fideiuſſ.de re iud.

De reuocandis ijs, quæ in fraudem creditorum alienata ſunt. Rubrica.

1 *Vendens mihi rem, & antequam tradat vendidit, & tradidit alteri, quis dicatur potior.*
2 *Actio reuocatoria datur in ſubſidium, quando eſt debitum quantitatis.*
3 *Debitor ſi in fraudem creditorum omiſit facere probationes, an inſtantia perempta poſſit ex hoc edicto conueniri.*
4 *Filius naturalis emancipari non poteſt.*
5 *Contrahens cum aduena, eum recedentem capere poteſt.*
6 *Confeſſio per acceptilationem facta, qualiter liberat debitorem.*
7 *Renuncians ſimilis eſt donanti.*
8 *Hæres, qui dilapidat bona, cogitur ante mortem reſtituere, vel ſatiſdare.*
9 *Hęreditatem reſtituere ex contractu qui tenetur, nil detrahit.*

1 Mirabiles *a* concluſiones videntur inferri in hac materia.† Vē-
a didiſti *b* mihi rem aliquam,& antequam tradas vendidiſti,& tra
b didiſti eam Titio, in fraudem meam:nam in rei vendicatione,
& Publiciana potior eſt Titius; tamen ſi fraudem participauit,
c reuocabo. Si autem *c* fuit ſibi donata,reuocatur,etiam ſi fraudē
non participauit. Item ſi habeo iura ceſſa contra Titium, & in
dem meam cedens liberauit Titium ſcientem, reuocabo Titiū
in veterem obligationem. Item certum eſt, quod habens hypo-
thecam præfertur priori non habenti hypotecam, tamē hoc per
iſtum titulum limitatur: nam ſi hypotheca fuit contracta parti-
cipata fraude contra me chyrographarium, ego hypothecariæ
præferor,vt ff.eo.l.2.iſtud non videtur verum,vt ff. de ſeparat. l.j.
§.ex contrario. Dic,nos concurrere. Nam hypotheca eſt quæ-
dam alienatio largo modo: & ideo in fraudem creditorum fie-
ri non potuit cum effectu cum participante fraudem. Cogita in
prædictis.† Et nota,quod iſta actio datur in ſubſidium, quando
eſt debitum quantitatis, ſecus ſi debetur ſpecies alienata, cum
hac diſtinctione intellige, quod non requiritur excuſſio; quia
quod debetur, eſt ipſa ſpecies alienata cum hac diſtinctione in-
d tellige quod not.inf.eo.l.j. Conſidera,*d* quod ego dico de libera-
tione facta per cedentem debitori ſcienti; nā nō videtur hic ne-
ceſſaria reuocatoria, & maxime cum in inſtrumētis ceſſionum
apponantur hæc verba,dedit,trāſtulit, & mandauit. Vnde debi-
tor ſciens,nec ſoluere poteſt cedenti,vt ff.de tranſ.l.fi.multo for-
tius,nec gratis liberare. Sed contra hoc facit,quod in præiudiciū
debitoris non poteſt cedens facere,ne poſſit eum gratis. & quo-
modolibet liberare,niſi debitor conſentiat ceſſioni,vt ff.ſol. ma.
l.2.§.nec cogitur.in gl.in ver. nec poterit aliquid. vnde etiam in
teſtamento poſſet cedens legare liberationem debitori, niſi in
tribus caſibus notatis.ff.de pact.l.ſi cum emptore,& niſi in frau-
dem,alias non facturus, vt ff.eo.l.3. & l.ait prætor, §.ſi conditio-
e nalis.† Quæro, quid ſi debitor *e* in fraudem creditorum omiſit
facere probationes, vel teſtium depoſitiones noluit publicari?
Reſpond.dicit gloſ.quod ſi inſtantia eſt perempta,& teſtes mor
tui,ita quod amodo publicari non poſſunt atteſtationes, & qđ
debitor ſit in fraudem locupletatus, conuenitur ex hoc edicto,
vt no.ff.eo.l.3.§.j.ſuper verbo,patiatur. Nota ergo,perempta in-
ſtantia,dicta teſtiū non poſſe publicari, niſi teſtes viuerent, & in
noua inſtantia iterato deponeretur;verbi gratia dicēdo, vt alias
dixi-

ADDITIONES.

a Mirabiles. Ad materiam huius tit.vide per Bal.in l.2.ſup.ne quid in fraud patroni.
b Vendidiſti. Vide Sali.in l.quoties,in ver.10.opp.& in gl.in uer.iure. & ibi latius,&
clarius per Alber.de Roſa.
c Si autem. Vide Bal.in l.ignoti.inf.eod.
d Conſidera. Nota ad legem 3.in.de nouat.& vide Bal.in l.1.verſi.quęro,quid in pa-
cto.de act.& obl.& quæ not.Bal.in l.1.§.ſi hæres.ff.ad Treb.
e Quid ſi debitor. Vide per Sal.in l.prox.inf.eod.

diximus, & alias teſtificati fuimus. Nam tunc publicarentur ſe-
cundæ atteſtationes, & primæ, ad quas fit relatio, & adde quod
dixi.ſ.de re iud.l. geſta. Secundo quæro, nunquid in fraudẽ cre-
ditorum debitor poſſit habere rem ſuam pro derelicto? Reſpon.
dominium quæritur occupanti, ſed habet locum reuocatoria.
Ita intelligitur l.ſed & ſi rem, ff.eod. & ſemper intellige in ſubſi-
dium dari hanc actionem.i. cum creditor ad ſibi debitum aliter
peruenire non poteſt, vt ff.eo.l.ait Prætor, §.ita demum, & infra
eod.l.j. & l.pen.ſecundum Oldradum, quod ego ſupra ſubtiliter
4 declaraui.† Quæro, pone *a* cũ concepiſſem in animo meo exer-
a cere artem cambij, mittendo pecuniam vltra mare, & timendo
de periculis maris, emãcipaui filium meum, & ſecrete donaui
ſibi omnia bona mea (quod poſſum facere filio meo naturali
ſine emancipatione, quia non poteſt emancipari, vt ff.eod.l.om-
nes.§. Luc. vbi eſt tex.not.) deinde cœpi facere dictam mercan-
tiam, & omnia mobilia perdidi in mari, quomodo poteſt ſub-
ueniri illis, qui habẽt me obligatum ex cambio? & videtur quod
non ſubuenitur eis, quia aduerſus creditores futuros poteſt ex-
cogitari fraus, vt l.1.inf.de iure fiſci.lib.x.& arg.extra, ne ſede va-
can.c.1.In contrariũ videtur, quia dolus dedit cauſam huic con-
tractui. Et quod malo more geſtum eſt, debet reſcindi. Nec eſt
æqunm in lucro morari filium, & creditores damnum ſentire,
vt ff.eo.l.ait Prætor, §. hęc actio. hic dicit Bart. quod creditores
futuri habent vtile beneficium iſtius edicti? arg.ſup. de dona.an-
te nup.auth.ſed iam neceſſe, & ff.qui, & a quibus l.ſi priuatus. Et
b ego dico, quod hæc præſumuntur *b* facta non ſolum in fraudẽ,
ſed ſimulate, quæ ſimulatio nullis creditoribus nocet, vt no.ſup.
de rep.hær.l.2.ſecus ſi futuri creditores eſſent creditores ex cau-
c ſa lucratiua, arg.d.c.1.ne ſede vacan. Modo quæro mercator *c* fu
git, qui debebat mihi centum, ego eũ in fuga apprehendi, & ac-
cepit centum, quæ habebat in marſupio, nũquid ego ſim factus
dominus iſtius pecuniæ? & videtur quod ſic, quia iuris authori-
tate executionẽ feci, argum.ff.de cõtrah.emp.l.fiſtulas, §. fundũ.
In cõtrarium videtur, quod iſtam pecuniam debebã conſigna-
re Iudici, vel ſaltem notificare: nã ſine domini voluntate domi-
d niũ adipiſci non potui. Nec obſtat §.fundum. *d* quia ibi loquitur
5 in legitimo adminiſtratore. † Sed vlterius quæritur incidenter,
e contraxi *e* cum aduena, & ſic ſcire debebam eum receſſurum,
nunquid eum recedentem poſſum capere? Dicit ibi Bart. quod
non, quia nihil noui eſt immutatum, vt l. ſi creditores, de priui.
cred. & ex prouiſo incidi in periculum, non ex improuiſo. Item
perſonã eius approbaui, & ideo niſi ex noua cauſa non poſſum
eum reprobare, ff.qui ſatiſd.cogan.l.ſi arbitrio. Tu dic quod im-
mo poſſum, quia non debui eũ credere receſſurũ, antequã mihi
ſatisfaceret, niſi eſſet habita fides de ſoluẽdo in domicilio ipſius
debitoris. Et hoc ne detur materia fugiendi cũ re aliena vt ff. de
iud.l.ſi lõgius. Non.n. videtur creditor cogitaſſe de fuga cum re
ſua, quia id, quod ſapit delictum, nunquam includitur in genere
permiſſorum. Item cum verſetur turpido ex parte ſolius debi-
toris, non videtur hoc conceſſum, vt ff.eod.l.ſi pater. & ſolus re-
ceſſus non eſt turpis, ſed recedere cũ pecunia aliena eſt quid tur
pe, nec conuenit bono viro. facit ꝙ not.in l.1.ſup. vt nemo inui.
f Nõ ergo debet quis furtiue recedere. Quæro, quis eſt iuſtus *f* ti-
g mor fugæ? Reſp.per indicia, *g* ſecundum Bart. nec allegat aliquã
6 bonã legem. Sed tu alle.l. quæſitum, ff.de pig. † Quæro vna cum
Bar.de tali quæſtione, quidam fuit confeſſus. & contentus ſe ha-
buiſſe, & recepiſſe centũ a debitore, liberans eum per acceptila-
tionem, quæritur vtrum iſte ſit liberatus per acceptilationem in
numeratione. Dicit Bar.quod acceptilatione: quia cum de natu
ra & ſubſtantia acceptilationis ſit, quod quis confiteatur ſe rece
piſſe, ideo reuocatoria proponenda eſt ad reſciſſionem accepti-
lationis, non ad reſciſſionem fictæ confeſſionis, ita no.ipſe in l.1.
in prin.ff.eo.ſed gl.ord. videtur eſſe contra eum, ff.de ſol.in l.ſi ex
pluribus. Itẽ quia idiota non capit iſta verba, ſcilicet per accepti
lationẽ, vnde magis iſta verba debent intelligi in ſenſu cõmuni,
& ſecundum quod intelligunt vulgares. Porro etiam Tabellio-
nes pauci ſunt, qui intelligunt hos apices iuris. Sol.de rigore ver
borum, Bart. dicit verum. Et ideo in contractibus iuriſgentium
iſta acceptilatio non tolleret actionem ipſo iure, ſed ope exce-
ptionis; quia obligatio naturaliſſima, quæ oritur ex iuriſgẽtium,
h non poteſt ipſo iure tolli per fictionem *h* acceptilationis, vt ff.de
accepti.l.an inutilis. Quid ſi adijciatur in inſtrumento, habuit, &
recepit? Reſp.tunc verbum, acceptilationis, per imperitiam pro-
latũ, formam veritatis mutare non poteſt, vt ff.fami.erciſ.l filiæ,
in prin. Denuo quæro, fideiuſſor in fraudem creditorum ſuorũ
renunciauit beneficio de fideiuſſorib. vt poſſit conueniri reo nõ
excuſſo, nunquid iſta renunciatio poſſit reſcindi, tanquam facta
7 in fraudem? & videtur ꝙ ſic quia qui † renunciauit, *i* ſimilis eſt
j donanti, vt ff.de noua.l.ſi quis delegauerit. Contrarium eſt verũ
quia per iſtã renunciationem fide iuſſor non efficitur pauperior
cũ exceptio excuſſionis nõ ſit exceptio perẽptoria, nec tãgat me
K dullã obligationis. Et nota, ꝙ Bar. *K* dicit, ꝙ iſtæ renunciationes
veniũt de cõſuetudine. Et iõ Notarij ex tacito mãdato poſſunt
eas apponere in inſtr̃is. ita notat ipſe in l.fin.in prin.ff.eo. ſed cer-
te, imo de ↄſuetudine iſtæ renunciationes apponunt̃ in ↄfectio-
ne inſtr̃i; & cum facti ſint, non debent Notarij eas apponere ex
propria prudentia, niſi eſſent rogati conficere inſtr̃m ad ſenſum
ſapientis. Nam ſi ipſe eſt ita ſapiens ꝙ non indigeat alio Iuriſpe-
rito, ipſemet ex proprio intellectu põt apponere renunciationẽ
prout in cõi formulario Tabellionum ↄtinetur, vt no.ff. de ver.
l ob.l.ex ea parte. Rurſus quæro de tali qõne: vxor mea *l* rogaue-
rat me, vt bona ſua, quę mihi reliquerat poſt mortem meam re
ſtituerem cõi filio, creditores mei volũt recurrere ſuper iſtis bo
nis. nũquid ego poſſum confeſtim reſtituere filio cõi? Reſp. ſic:
quia hoc caſu ex præſumpta mente teſtatricis non præſumitur
fideicommiſſum conditionale, ſed ad beneplacitum patris. tex.
eſt vnicus, ſecundum vnam lecturam, in l.patrem. ff. eo.l.gñali-
ter autem refert, aut quis eſt rogatus reſtituere ante mortẽ ſuã
& tunc poteſt reſtituere confeſtim, etiam ex Trebelliano; aut
poſt mortem, & tunc vr̃ ineſſe conditio, vt ſupra de fideicom.l.
8 poſt mortem. Vnum † ſcias, ꝙ hæres qui dilapidabat bona etiã
ante mortẽ, cogitur ex Trebelliano reſtituere, vel ſatiſdare, ff.
ad Treb.l.Imperator. Ego puto, ꝙ debeant poni in loco tuto, ita
ꝙ commoditas medij tẽporis non ſubtrahatur grauato, niſi cõ-
ſtaret, ꝙ dilatio eſſet oppoſita fauore fideicommiſſarii, quia tũc
diſſipanti eſſent totaliter auferenda, vt ff. de vſur. l. in fideicom-
m miſſi.§.cum Pollidius. Et dicitur vnum mirabile, ꝙ ſi quis *m* eſt
hæres inſtitutus non ſua contemplatione, ſed contemplatione
ſolius fideicommiſſarii, ꝙ non detrahit quartam Trebelliani-
cam. Ita dicit ibi Cy. quod tene fixum cordi. vnũ aliũ ſingularẽ
9 caſum habes. † Nam vbi *n* quis tenet̃ hæreditatem reſtituere ex
n contractu, nihil detrahit, vt ff.de hær.inſt.l. quidam cum filium.

A D D I T I O N E S.

a Pone. An poſſit alienari in fraudem futuri creditoris, vide Barto.in l. ait Prætor.§. ita demum, ff.eo.& gl.Cy.Bar.Bal.& omnes in auth.ſed iam neceſſe, ſup. de dona.ante nup.& quod no.Doct.in §.item ſi quis in fraudem.Inſt.de act.& Bart. in l.1.inf.de iure fiſci.li. 10.hic alleg.& Bal.& Io.de Imo. in paucis verbis, in l. ſi is, qui bonis.ff.de acq.hæred.Salyc.in l.pen.inf.eod.Bal.in l. poſt contractum, ff. de dona.& dum Bal.hic ſentit, ꝙ pater poteſt donare filio naturali omnia bona, intelligitur non extantibus legitimis, ſecundum l.1.de natur.lib.quæ not. per Doct. in l.ſi is, ff.de vulg.& pup.

Vſucapio. Iſta lex duos hēt intellectus, vnus eſt, quādo præſcribitur contra debitorem, & iſte eſt verus intellectus, alius eſt, quando ipſe debitor præſcribit.& iſte licet in ſe ſit bonus, tamen quantum ad legem eſt impertinens, ſecundum primum hoc dicit. Vſucapio dominij non reſoluit ius hypothecæ, ſecundum ſecundam lecturam hoc dicit, Vſucapio dominij confirmat ius hypothecæ. hoc dicit, prima vera. Modo gl.dicit, quod debet poni caſus in quatuor perſonis. Pro intellectu huius legis & principij glo.vide quod notatur in le.itē ſi res in princ.ff.de alie.iu.mu.cau.fa. Caſus. Mutuaui tibi 10.ꝑ quibus hypothecaſti mihi libros tuos, te mortuo accidit, quod iſti libri bona fide peruenerunt ad Titium, qui Titius bona fide vendidit Seio, qui Seius iſtos libros vſucepit, ego creditor volo agere hypothecaria contra iſtum vſucapientem, ipſe dicit ſe vſucepiſſe, vtrum repellor ab hypothecaria? Reſpondeo quod non, quia vſucapio dominij non extinguit pactum, & ius hypothecę. hoc dicit. & loquitur hæc lex de præſcriptione, id eſt de vſucapione rei mobilis, in re immobili, habes de præſcript. long. tempo.& de præſcrip.30.anno.l.cum notiſſimi, in princ. Sed quare gl.ita inquirit iſtum caſum, quia ſi aliquid aliud interueniret, per quod res mobilis eſſet furtiua, non prodeſſet vſucapio, & ideo gl.poſuit terminos, per quos apparet rem non eſſe furtiuam, & ideo poteſt vſucapi quia peruenit, bona fide, vel quia erat hæreditaria, non committebatur furtum, tamen melius eſt dicere bō na fide, ideo gl. dicit ſine hæreditate, quia nec hæreditaria erat, quod eſt, ideſt erat tempore hypothecæ prædictæ, quod trāsfertur in vſucapientem per l.iſtam, arg. de vſuc.l.iuſto, §. non mu-
1 tat.† No.quod alienatio legalis tranſit cum ſua cauſa, nam cum dominium alienatur per vſucapionem, eſt legalis, & trāſit cum ſua cauſa.i.cum hypotheca.&qh.d.l.verū eſt in alienatione tranſfundente, ſecus in alienatione reſoluente, vt ff.de pig.l.ex vecti-
2 gali.quæ eſt ſing.† Gl.quęrit, quid in præſcrip 30.anno. dic, vt in d.l.ſi quis emptionis.pone quod ille, qui vſucapit libros triēnio, poſſidet etiam decennio, nunquid poterit conuenire hypothecaria? Pla.quod ſic, quia adiectio temporis nihil auget, ex quo vſucapio erat completa, contrarium eſt verum, quia per tempo ris adiectionē præſcribitur irreuocabilitas rei, quāuis dominiū non poſſit vltra præſcribi, tamen preſcribit contra actionem hypothecariam.ff.de cap.l.in bello, §.ſi quis ſeruum. & no.ſup.ad Treb.l.2.& 3.& ibi gl.j.& 2.Dicit hic, quod vſucapio tollit dominium, ergo actionem in rem, contra, actiones in rem non tolluntur triennio, quia rei vend. eſt ciuilis actio, quæ non tollitur, niſi longiſſimo tempore.Inſti.de perpe.& temp.ac.& dicit gl.aut quęris de act.ciliui directe tollenda, & non tollitur triēnio, & ita in cōtrario.Si autem indirecte, & tunc tollitur, vt hic. Nam hoc non procedit ex natura actionis dominij, quæ perpetua eſt, ſed ex natura vſucapionis præcedentis, quæ per conſequentiam tol-
3 lit actionem, quę actio rem vſucaptam reſpiciebat.† Item quærit gl.bonæfidei poſ.vſucepit dominium, ſed non hypothecariā, tunc ſic, non vſucapitur contra hypotheca. ergo creditor aget contra vſucapientem, & euincet per hypotheca. debitor videns creditorem euiciſſe rem, offert quantitatem, & recuperat rem. Sed nunquid vſucapiens poterit rei ven. agere contra debitorem poſſidentem? gl.dicit quod ſic.& ideo fatuus erit debitor ſi rem recuperabit offerendo quantitatem, niſi faciat ſibi cedi ius hypothecæ a creditore, per hoc enim ſe defendit ab eo, qui vſu-
a cepit, & ſic cedit hypothecaria *a* ſine perſonali, quod poteſt fieri ad defenſionē poſſeſſionis, quod no.ſam. erciſ.l. ſi pignora. Alia lect.eſt, quæ non habet dubitationem, & eſt extra ſenſum huius legis. quidam obligauit mihi rem non ſuam, quicquid accedit ad firmitatem iuris debitoris, accedit ad hypothecariam, vnde cum debitor non haberet dominium, nunc habet confirmatū ius pignoris eius.glo.videtur quærere, nunquid conſiſtit pignus, poſtea agendo ſit neceſſe probare debitorem dominij, aut quæris de plena hypotheca, & requirit dominium, aut de quaſi hypotheca, quæ datur loco Publicianæ, & iſta non requirit probatione dominij, vt ff.de pignor.l.ſi ab eo. Additio. In glo.j.ibi.cum in rebus mobilibus non habeat locum præſcriptio.hoc eſt verū, ſi poſſidens cum titulo vult vſucapere, ſed ſi vellet præſcribere, poteſt, vt l.j.s̄.de ſer.fug.ſecundum vnam lecturam, quæ reddit illam legem ſingularem, & tunc etiam res mobilis præſcribitur & tutus erit vſucapiens ſpatio longi temporis, non ex parte vſucapionis, ſed præſcriptionis. Præſcriptio igitur longi temporis nihil plus iuris tribuit vſucapienti ſecundū Placen. Et ideo non obſtat quod longo tempore poſſiderit, tamen illa vſucapio ius pignoris non mutat.gl.autem tenet contrarium. In eadem ibi, vt facit ſibi cedi ius hypothecariæ. hoc conſilium non videtur bonum, quia ex eo quod debitor ſoluit creditori, quod ſibi debebatur, extincta eſt actio perſonalis & hypotecaria, vnde cedi
4 non poteſt, quia non inuenitur in rerum natura, & quia † hic fieret ceſſio ſolius hypothecariæ abſque perſonali, quod non poteſt fieri, vt no.gloſ.in l. pen.ſup. de hæred. vel actio.ven. poteſt iſtud conſilium ſuſtineri, quod nō poteſt cedi hypothecaria ſine perſonali, ſaluo niſi cedatur debitori ſolu enti, & ita ſit caſus notabilis hic. Et ſi dicit, hypothe. eſt extincta. Reſp. poteſt eſſe quod debitor ſoluit eam ſub pacto ſi cedatur, & propterea non eſt extincta. Sicut cum dicimus, vnum ex reis debendi inſolidum ſoluere creditori, nam nō poteſt ſibi ſoluenti fieri ceſſio actionis, vt l. Modeſtinus, ff.de ſol. In ea.glo.ibi, pignus † dimittat, quæ datio in ſo-

ADDITIO.

a Sic cedit hypo. Bar.hoc tenet hic, & male ipſe idem tenet in l.fideiuſſor obligari, in prin.ff.de fideiuſſ.vna cum Dy.

3 in ſolutum *a* emptioni eſt ſimilis, vnde nõ poterit vſucaptor de cætero auocare ab ipſo debitore, qui dominium acquiſiuit de nouo. Sed iſtud conſilium non valet vnam feſtucam, nam vſucaptor per vſucapionem iam dominus factus erat, iſte autẽ per dationem in ſolutum ſolam vſucapiendi potentiam erat adeptus, & ſic non poterit excludi per eum, cum ius dñi potentius ſit. Item iſtud conſilium patitur directe illã contraria contra cõ
6 ſilium præcedens, & fortius, quia hypothecaria fuit extincta iam facta datione in ſolutum cum pacto vt non extinguat niſi tantummodo, quantum ad commodum ipſius creditoris, non quo ad ſortem debitoris, qui in ſolutum recipit, ſicut dicimus in caſu l. Modeſtinus, & ſm hoc expone literam ei. ſ. debitori, quia creditor in ſolutum ius ſuum hypothecæ, & per ꝯns retentionis cedit ipſi debitori, & gl. in l. j. §. cum prædium, la 1. ff. eo. dt, quod debitor dat in ſolutum creditori, ſed non ideo dat in ſolutum cum iam dominium receſſit ab eo, & in vſucapionem ſit translatum & pro hoc intellectu facit inf. de his, qui in pri. cre. locum ſucce. l. j. Omnia autem hæc conſilia deficiunt inquantum vſucaptor conuentus hypothecaria, dicit agenti offero tibi debitum, poteſt quicunque poſſeſſor omnem creditorem excludere, vt l. Paul. §. j. ff. quib. mo. pig. vel hypo. ſol. & inf. l. ſi dominium. Et ideo tũc verum eſt, quod ius pignoris non excluditur per ſolam vſucapionem, ſed extinguitur per ſolutionem, & vſucaptor perpetuo eſt ſecurus, & ad nullum circuitum venitur. hæc voluit prouidere creditori tantum, non autem debitori, qui permiſit rem ſuam vſucapi, imo imputet ſibi, & habeat duplex damnũ, quia vſucaptor ſoluet debitum, & ſi ſoluit debitum pro parte, repetet per actionem negotiorum geſtorum, & nihilominus ei ius domini erit ſaluum. In eadem ibi, per quandam conſequentiam,
7 hoc eſt falſum quia † per vſucapionem transfertur dominium recta via ipſo iure, arg. l. in rem. ff. de rei vend.

ADDITIO.

a Phil. Dec. Datio in ſolutum. An datio, & receptio in ſolutum ſit emptio, & an ſtatutum loquens in contractu venditionis, locum habeat in datione in ſolutum, vide per me in conſi. meo 18. incip. viſo puncto, ver. necob in 1. vol. & per Spec. in tit. de emp. & vend. §. dicendum eſt, quod ſi ſtatutum prohibeat alienationem, an contineat in ſolutum dationem, per Alex. in conſi. 52. vol. 1. & per me. in d. conſi. 16. & conſi. 10.

LEX VIII.

1 *Creditori non eſt ſatiſfactum per ſententiam latam in perſonali.*
2 *Creditor qui egit perſonali, poteſt agere hypothecaria.*
3 *Hypotheca nunquam tollitur, niſi ſit ſatiſfactum.*

1 a **Quamuis.** † Per ſententiam *a* latam in perſonali, non intelligitur creditori ſatisfactum, & ideo poteſt agere hypothecaria. h. d. concordando drĩam huius l. ſi vt proponis, ff. de fun. inſt. vbi dr, ꝙ non intelligitur ſatisfactum, licet ad ſnĩam ſit ventum. Caſus. Creditor egit contra debitorem actione perſonali, vel contra fideiuſſorem, & reportauit ſnĩam pro ſe tamen nec a debitore, nec a fideiuſſore ſatisfit, reperitur quidã
2 poſſidere rem creditori obligatam, nunquid † creditor poterit agere hypothecaria, quãuis egerat perſonali? Rñ. ꝙ ſic, nec præiudicat, ſibi qñcunque enim plura remedia competunt alicui ſu
3 per aliud, non excludit. Feceris. i. fieri feceris. Habes, quia † naturaliter hypotheca nunquam tollitur, niſi ſit ſatisfactum gl. allegat, tu allega. ff. de exce. rei iu. l. ex ſextante, §. Latinus.

ADDITIO.

a Per ſententiam. Facit ad ea, quæ habentur in l. 1. ſup. de iud. an per ſententiam fiat nouatio.

LEX IX.

1 *Emptor agens contra creditorem, facit quòd creditor compenſat fructus,*

1 **Si dominium.** † Emptor agens rei vendicatione cõtra creditorem, facit quod creditor compenſat in debito fructus perceptos ex re h. d. Quidam obligauerat rem pro decem, poſtea vendidit mihi, & tradidit aliam rẽ, poſtea creditor poſſedit, & percepit fructus, ego emptor volo agere rei vendicatione contra creditorem, dicit creditor, ſolue debitum, ego dico, ſum paratus, ſed volo quod compenſes fructus, nunquid poteſt fieri? Rñdeo, quod ſic ibi, translatum eſt, quod potuit fieri. Vendidiſti. Tu emptor, idemque dominus.

LEX X.

1 *Debitores de vrbanitate debent requiri antequam in iudicio conueniantur.*
2 *Debitore in mora nõ cõſtituto de iure antiquo nõ poterat agi hypothecaria.*
3 *Debitoris monitio eſt neceſſaria ad hoc vt ſi confitetur, non condemnetur in expenſis.*
4 *Creditor tenetur citare debitores, quando vult vendere pignora.*

1 a **Debitores.** † De vrbanitate *a* ante ingreſſum iudicij debet conueniendus requiri extra iudicium. h. d. idem dicit tex. loquere cum Hybero. de ſer. vrb. præd. l. quidã Hyberus. Caſus. quidam erat debitor meus, & obligauerat oĩa bona ſua, volo agere ꝯ ipſum, quem ordinem tenebo? Rñ. ꝙ prius requiram eum extra iudicium, &c. denunciationib. amicabilibus gl. opp. ꝙ iſta denunciatio non ſit neceſſaria, j. de diſtra. pig. l. creditor gl. fatetur ꝯrium, quia iſta denunciatio eſt euangelica, de qua loquitur c. nouit de iud. & tunc eſt neceſſaria, qñ pertinet naturaliter ad iudicium ſeculare, vt qñ quis ratione peccati vult adducere ad iudicem eccleſiaſticum, tunc obſerua ca. nouit, quod neceſſaria eſt denunciatio.

Additio. Conueniendi. ſ. ex neceſſitate ſm vnam lect. quæ procedit ſine ſcrupulo pignora detineri per tertium iure nouo, ut in auth. hoc ſi debitor, j. eod. Bart. tenet hanc lect. in l. ſi res obligata,
2 ff. de leg. j. dicens, quod etiam iure fforum † antiquo, vel Codicis non poterat agi hypothecaria, niſi debitore prius conſtituto in mora. hodie non eſt neceſſaria deciſio, ſed tu dic, quod ſi pignus detinebatur a debitore, dies aduocandi pignus venit, & ceſſit in ius agendi perſonalis, ꝙ immediate eorum eſt abſque alia mora, ex quo obſo erat prius, vt Inſt. de verb. ob. §. omnes. Accipe ergo iſtud verbum, conueniendi ſunt, ſ. vrbanitate, non ex neceſſitate, ſicut in l. ſi manumiſſori, ſ. de obſe. pat. præſtan. & ſ. e. l. creditores, facit optime, ff. de vſuf. l. in fideicommiſſo, in princ. hoc tenet glo. expreſſe, quod non eſt neceſſe debitorem in mora conſtitui, vt poſſit hypothecaria conueniri, Inſti. de act. §. appellamus, & vſe, ad materiam d. c. nouit, ſed illud de foro canoni. non aũt de iure ciui. vt no. Spec. in tit. de renuncia. §. j. Gul. de Cun. in l. edita, ſ. de
3 edẽ. dicit, quod iſta † monitio eſt neceſſaria quo ad hoc, vt ſit citatus in prima citatio. comparet, & confitetur, ꝙ non damnatur in expenſis libelli citationis, & Aduocatorum. Secus ſi non comparet, ſed quoad debitum ꝯſequendum ex vrbanitate ſolum eſt. Et ſic ꝯ Bar. habeo opi. Gul. & Spe. in teſte. hoc etiam tenuit gl. hic, ꝗ
4 de vrbanitate facit mentionem, & † cum creditor vult vendere pignora, neceſſaria eſt denunciatio. niſi ſtatutus fuerit dies ad ſoluẽdum, quia tunc non eſt neceſſaria.

ADDITIO.

a De vrbanitate. Vide plene gl. Io. And. & Abb. in c. licet Heli. extra de ſimo. gl. & Bal. in l. ſi manumiſſori, ſup. de obſeq. patr. præſtan. ſi autem expenſæ ante interpellationem factæ per actorem debeant fieri, uide Bal. no. in l. non ignorat, ſup. de fruct. & li. expen.

LEX XI.

1 *Nominator tenetur pro nominato ſi nominatus non eſt idoneus.*

1 **Nominatori.** † Ad euidentiam nominator tenet pro nominato, ſi noĩatus non eſt idoneus. & licet nominator pro nominato conueniatur, tamen ſua authoritate res nominati capere non poteſt. h. d.

LEX XII.

1 *Vir ſuccedens vxori recuperat bona obligata ab ipſa ſoluto debito.*

1 **Si vxor.** † Vir ſuccedens vxori res, ꝗ vxor obligauerat, ſoluto debito recuperat. h. d. Caſus. Tu habes vxorẽ, & illa accepit pecuniam mutuo, & obligauit res proprias, deinde tu fuiſti ita valens, quod tu ſuffocaſti eam, tu vis agere pignoratitia, oblato debito, cum ſis hæres eius, nunquid potes? Rñd. ꝙ ſic, quamuis tu non habeas inſtrumentum dummodo probes per teſtes proponendo pig. & offerendo debitum.

LEX XIII.

1 *Pignus inſolutum datum incommutabiliter tenet.*
2 *Pactum apponi poteſt ex interuallo inter creditorem, & debitorem.*
3 *Pretium, & merces an poſſint committi in arbitrium boni viri.*
4 *Mora redimendi pignus an poſſit purgari.*

1 **Cum dominam.** Si † pignus eſt datũ creditori in ſolutum, incõmutabiliter tenet
a datio. h. d. In pignorib. *a* datio inſolutũ eſt pcm̃ legis ꝯmiſſoriæ, imo eſt qdã datio ex interuallo ſeparata a ꝯctu. ibi, dñe ꝯctus no.
2 tex. allegabilẽ. Additio. Et † ex interuallo liceat apponere pactũ tale tex. eſt de pig. ac. l. Titius. Idem ſi tpe ꝯctũ fuiſſet appoſitũ, vt creditor eum hẽt emptũ iuſto pretio, vt d. l. Titius, & eſt ca-
3 ſus notab. vt l. ſi fundus, ſ. ff. eo. Et iſte eſt caſus. in † quo pretiũ
b rei emptæ poteſt conferri in arbitrium *b* incertæ perſonæ: alias non pt, & hoc tenet Bar. in l. creditores, ſ. e. & reputat iſtud multum notabile, & bñ. in arbitrium aũt boni viri non poſſit conferri ptiũ, & merces, eſt caſus in l. ſi merces. ff. loc. facit ff. de le. 2. l. j. di-
4 cẽt, ꝙ † licet ſit elapſa dies redimẽdi pignus, poterit nihilominus poſt lapſũ triẽnij purgari mora, & nõ hẽbit pignus creditor inſolidũ. Caſus eſt in l. quis, de ſolu. & non alibi, ut ibi per Bart.

ADDITIONES.

a In pignoribus. Vide Bar. in 2. q. pri n. ſupra, eo.
b P. D. Incertæ. Non tamen in arbitrium emptoris unquam conferri poteſt, vt l. 3. ff. de contrah. empt. & in l. eme tis. C. eo. ti. de cont. emp.

LEX XIV.

1 *Creditor poteſt conuenire debitorem perſonali, & emptorem pignoris ſibi obligare hypothecaria.*
2 *Debitor offerendo debitum liberat emptorem hypothecaria pro pignore ſibi vendito.*

1 **Diſtractis.** † Si debitor vendidit pignus, creditor habet in ptãte, vtrum debitorem conueniat perſonali, an emptorem hypothecaria. h. d. lex Codicis. hoc verum,
2 niſi debitor offerat, qa † offerendo impedit hypothecariam, contra emptorem. h. d. auth. hic poſita. Caſus. Obligaui rẽ: poſt vendidi, & pretium habui, quod ius hẽt creditor? Reſpõ. ꝙ poteſt ꝯ me debitorem agere perſonali, & cõtra emptorem hypothecaria, quod eſt verũ, niſi debitor ſoluat creditori ex illo pretio, vel aliunde, nec põt creditor impedire debitorem, quin poſſit vendere

dere,& alienare rẽ obligatã creditori, vt ex p̃tio ſatisfaciat creditori,ex p̃tio,maxime,nã idẽ ſi aliũde,& ſi creditor poſſideret, nõ põt venditor vendere rẽ,vt ex p̃tio ſatisfiat,l.q̃uis,ff.de pig. actio.

LEX XV.

1 *Debitor alienando,vel legando,non poteſt creditori præiudicare.*

1 Debitorem. Nõ p̃t debitor ꝯhendo,vel teſtãdo,hypothecæ creditoris derogare.h.d. Mutuaui Titio centum,pro qbus obligauit mihi domum, poſtea iſtã domum legauit,vel vẽdidit,certe non p̄iudicat mihi ꝓſequi a quolibet poſſeſſore,qa res q̃ eſt affecta,vel hypothecata, tranſit cũ ſua cã. Additio. Vel pone ſic ſummariũ, debitor alienando rem,vel obligando titulo onerſo,vel lucratiuo,nõ p̄iudicat creditori in iure pignoris.h.d.ſubaudi,niſi poſtea poſſeſſor longo tẽpore præſcribat,vt l.j.ſ. ſi aduer. credi. licet vſucapio triennalis non immutaret ius pignoris,vt l.vſucapio,ſ.eo.ibi,ꝓſequi debes per hypothecariam,vt l.debitores.ſ.eo.propterea data fuit ingrediendi licentia.l.3.ſ.eo.quia ipſe poſ.habet cauſam a debitore,vt ibi dixi.

LEX XVI.

1 *Actio hypothecaria non quæritur ei,cui non quæritur perſonalis.*

1 Et ſi frater. †Actio hypothecaria non quæritur ei, cui non quæritut perſonalis.h.d.Frater tuus pecuniam tuam mutuauit tuo noĩe,& tuo nomine pignus accepit, nunquid *tibi* acquiritur hypotheca? Rñd.ꝙ non.iſta debent addi ad ea,*quæ* no.ff.ſi cert.pet.l.certi condi.§.ſi nummos.& ſ.ſi ven. *pig. l.* quamuis acceſſorium non acqritur ſine principali. Potuit, non dicit noluit acquirere,vel nõ quęſiuit, ſed dicit, non potuit.

LEX XVII.

1 *Creditori non eſt obligata res empta ex eius pecunia.*

1 Quamuis ea. †Res empta alterius pecunia,nõ eſt domino pecuniæ obligata. h.d. Iſta lex põt habere locum in mercatoribus.mutuaſti mihi centum,ex iſta pecunia emi pannos, nunqd panni ſunt tibi obligati? Certe non, ſi de hypotheca non fuit cõuentũ; ſicut res empta ex pecunia mea non efficitur propterea mea.l.ſi ex ea.ſ.de rei vend. Item non efficitur mihi obligata,non obſtante l.fi.ſ.eo.vt ibi dicam.

LEX XVIII.

1 *Actio hypothecaria eſt in rem,& ſequitur poſſeßorem.*

1 Pignoris. †Actio hypothecaria eſt in rẽ.h.d.& iſta actio in rem ſequitur poſſeſſorem.

LEX XIX.

1 *Creditor non tenetur de caſu fortuito pignorum.*

1 Sicut vim. †Creditor nõ tenetur de caſu fortuito pignorũ,ſed de dolo,& culpa. h. d. Accepi a Iudæo centum mutuo,& pignoraui libros,ſurrexit rumor in populo,ꝙ Iudęus fuit derobatus, & perditi ſunt libri,nunqd tenet̃ ad reſtõnẽ? Rñ,ꝙ non, niſi fuerit in dolo, vel culpa, vel non adhibuit cuſtodiã,qa forte potuit permutare de domo in domũ,& non facit. Not.gl. facientẽ dr̃iam inter culpam commiſſam, & cuſtodiam omiſſam,large loquẽdo,totũ eſt leuis culpa,de leuiſſima nõ tenetur. No.vim maiorẽ,cui reſiſti non põt.ff.de dam.infe.l.fluminũ.

LEX XX.

1 *Creditor non cogitur agere, tamen cogitur pignus reſtituere pretio oblato.*

1 Creditor. † Creditor non cogitur agere,tamen oblato ei debitor,cogitur pignus reddere. h.d.ſi creditor non curat agere,quod remedium habeo,cum ipſe poſſideat? Reſpondeo, quod offeram,&c.

LEX XXI.

1 *Extraneus luendo pignora,non acquirit dominium.*

1 Res. †Extraneus luendo pignora,non acquirit dominium pignorum.h.d.

LEX XXII.

1 *Creditor ſecundus offerendo priori ius ſuum confirmat.*

1 Secundus. †Scd̃s creditor offerendo priori debitum,ius ſuũ ꝯfirmat.h.d.Caſus obligaui fundum Titio ꝑ centũ;poſtea Seio ꝑ mille.Iſte Seius vult offerre priori creditori centum,vt iſte fundus non poſſit ſibi euinci.nunqd poteſt? Rñ.ꝙ ſic,& ꝑ hoc ſibi ꝯfirmat pignus,& a debitore petere poteſt.

LEX XXIII.

1 *Hypotheca nudo pacto tollitur ipſo iure.*

1 Maior. †Nudo pacto hypotheca tollitur ipſo iure.h.d.gl.diſtinguit,ſed dic,vt ff.de pact.l.ſi tibi,§. de pignore. ẽt mulieres poſſunt hoc ſ.ad Velleia.l.etiam,& l.iubemus.

LEX XXIV.

1 *Creditor omißa perſonali hypothecariam eligere poteſt.*

2 *Executionis perſonalis forma quæ dicatur.*

1 Perſecutione. †Põt creditor eligere hypothecariam, omiſſa ꝑſonali.h.d.l.C.ſed ꝑ ius Auth. diſtinguitur,aut poſſidet debitor,& eſt in poteſtate creditoris,an agat perſonali,vel hypothecaria,vel vtraq; an poſſidet extraneus & tũc primo dẽt fieri executio bonorum debitoris,& fideiuſ.an-
a teq̃ ꝑueniat̃ ad extraneos pignorũ poſſeſſores,adicit gl. ꝙ dixi de excuſſione eſt verum,niſi debitor ſit abñs,ita ꝙ in ſuo domicilio non poſſit excuti.hoc dicunt duæ gl.notabiles, vlt.glo.colligit ibi caſum,& ordinẽ.Caſus,obligaui tibi certas res meas pro cẽtum, poſtea alienam eas; nunqd eſt in ptãte tua agere vel ꝑſonali, vel hypothecaria,vel qũo vis? Rñ.ꝙ ſic.h.d.l.C.ſed per Auth.eſt in hoc correctũ,& in hoc,qa inter perſonalẽ,& hypothecariam nõ eſt ordo,qñ poſſidet debitor,ſed qñ poſſidet extraneus, eſt ordo quia prius excuſſio fieri dẽt, & ſi nec hic apparet, ꝙ dẽt fieri excuſſio,& ponitur ordo,ẽt eſt inter extraneos poſſeſſores, qa primo debent conueniri extranei poſſeſſores rerum debitoris.ſecũdo poſ.rerum fideiuſ.Hæres,not.quod hæres,vel hæreditas non hr̃ pro abſente,quia ſi haberetur pro abſente, non eſſet neceſſaria excuſſio realis in hæreditate, & an credatur nuncio de excuſ-
2 ſione,dic vt l.ſtipulatio,§.hẽt,de no.ope. nun. per Bart.† Quæ ſit forma excuſſionis perſonalis,per Bar.in l.2.in.fi.de duo. re.& an ſit neceſſaria pronunciatio ſuper excuſſione, Bar. in l.decem,de
b ver.ob. quomodo intelligamus iſtam abſentiam, puta debitor eſt Tudertinus,& poſſeſſor Peruſinus, & quomodo intelligitur iſta abſentia,vr̃ modo prædicto,dic tamẽ,vt hic per Nic.de Mat.

ADDITIONES.

a Poſſeſſores.Et not.quod illud quod dicitur in auth.hoc ſi debitor quod prius debet fieri excuſſio principalis, quam deueniatur ad hypothecariam contra extraneos poſſeſſores, eſt verum, niſi debitor poſt obligationem bonorum conſtituiſſet ſe præcario nomine creditoris poſſidere illa bona obligata, quia tunc non requiritur excuſſio principalis,ita no.dixit Sal.Bu.refert,& ſequitur Ang. ſup.de acq.poſ.in l. fi.quod tene menti.

b Abſentiam.Vide Bal.in auth.præſente,inf.de fideiuſ.

AVTHENTICA.

1 *Ordo procedendi contra fideiuſſores.*

2 *Creditor habet electionem agendi perſonaliter contra debitorem,vel contra poſſeßorem bonorum,quæ in fraudem fuerunt alienata.*

3 *Diſcuſſio an fieri debeat de principali, quem conſtat non eße ſoluendo.*

4 *Diſcuſſio quomodo fienda contra principalem debitorem.*

5 *Poſſeſſores ſunt citãdi in proceſſu diſcuſſionis contra principalem debitorẽ.*

6 *Pronunciatio quod diſcuſſio ſit legitime facta, an ſit neceſſaria.*

7 *Ordinis diſcuſſionis peruerſio an vitiet proceſſum.*

8 *Excuſſio vnius creditoris prodeſt alijs.*

9 *Cautela procedendi contra fideiuſſores abſque excuſſione debitoris.*

Hoc ſi debitor. Sũmata eſt ſ.l. prox.in tex.ibi,alio vero poſſidente cum titulo, vel ſine titulo,qa tex.in corpore de hoc nõ curat. Et hoc ẽt patet hic. In hoc ergo corrigit ius antiquũ,ꝙ ſi pignus erat expreſſum,habebat creditor ptãtẽ pignus ꝓſequẽdi,ſi valebat plus, vel agẽdo ꝯ debitorẽ ꝑſonali,ſi volebat cũ eo, & interceſſore. Si aũt eſſent plures obligati, an ſit neceſſe ꝙ ꝯ oẽs agatur primo actione perſonali,q̃ perueniatur ad pignorum poſſeſſores.Peruſij primo cõſului,ꝙ ſic per tex.in corpore,qui d̃t anteq̃ trãſeat mã ſuper perſonali,&c.Et hoc tenet hic But.in fi.Sed Iac.de Bel.tenet ꝯ̃rium in corpore.Tene ꝙ dixi,& quod opi.Ia.eſt vera eo caſu,quo correus intelligitur fideiuſſo correi;nam tunc non dẽt diſcuti,ſicut nec fideiuſſor. Sed eo caſu, quo reus intelligit̃ fideiuſſor correi, tunc vera eſt opi.But.vt non ſufficiat egiſſe ꝯ vnum correũ, ſed dẽant oẽs diſcuti tanq̃ principales.Et no.hic,qa tunc legendo cogitaui.Et intellige dictũ vtriuſq; Iac. cum tractatur de agendo ꝯ fideiuſſorem,aut principales diſcuſſos. Nam ſi ageretur contra tertium poſſeſſorem hypothecaria,non procederent hæc dicta. Siue.n.correus teneat̃ vt fideiuſſor correi, ſiue teneatur vt principalis, non eſt vis, cum non ante agi poſſit contra tertium poſſeſſorẽ,nec diſcuſſo reo, & deinde fideiuſſorib. eius ibi,interceſ-
1 ſoris hypothecæ.No.bene ordinẽ, quia primo dẽt agi ꝯ reũ principalẽ,& dẽnt capi bona ſua pro ſatisfactione debiti, & tũc ſi nõ ſufficit,dẽt agi perſonaliter ꝯ interceſſores, & ſatisfieri de hypothecis interceſſorũ.Si bona interceſſorũ nõ ſufficiũt,tũc venitur
2 ad tertiũ poſſeſſorẽ.In glo.j.ibi,vel ſ̃m Azo.†Non mirabilem intell̃m,ꝑ quẽ hẽs, ꝙ ſi debitor in fraudẽ creditorum ſua bona diſtraxit,q̃ obligata nõ erant,in ptãte creditoris eſt, an primo agat reuocatoria ꝯ poſſeſſorẽ,an vero ꝯ debitorẽ defendentẽ actione perſonali,& hoc veriſſimum eſt,tamẽ iſta ſoło nõ ſatisfacit ꝯ̃rio huius aut. Quia ſ̃m Guar. loqtur eo caſu, quo hẽbat bona obligata apud ipſum.qđ apparet, qa poſuit eã ſub iſto titulo, de pig. intell̃s vero Azo. eſt verus in ſe, ſed non quantũ ad ſołonẽ ꝯ̃rij. In ea.gl.ibi, vel dic ſ̃m Io. hanc approbat tanq̃ veriſſimam Iac.ſ. ꝙ hæc auth.ita vendicet ſibi locũ, ꝙ debitor diſtraxit hypothecã iam non factam litigioſam,quo caſu põt cõtinuare iudiciũ ꝯ tertium poſſeſſorem.quod inchoatũ erat ꝯ ipſum debitorem, ante aũt q̃ hypotheca fiat,locum hẽt hæc auth.vt non poſſit agi ꝯ tertiũ poſſeſſorẽ, niſi diſcuſſis primo reo principali, & deinde fideiuſſorib.ſuis,& correis,vt ſ.dixi.In gl. in verbo, dictum ſit ibi dicã poſſeſſorem poſſe conueniri,& bene reqritur abſentia longa; alias expectandus eſſet.no.gl.in l.ſi ita ſtipulatus,ff.de verb.ob.ꝙ
3 eſt no.dignum.† Dixit autẽ hic But.& non bene, quod licet certum ſit debitorem non eſſe ſoluendo, tamen de eo dẽt fieri diſcuſſio,quia iſte eſt ordo datus a lege,qui peruerti non poteſt. Tu dic ꝯ.ad quid.n.eſt diſcuſſio,ſi notorium eſt,debitorem non eſſe ſoluendo,cum non fiat ꝑꝑ aliud niſi vt res reducatur in liquidũ. certe ad nihilum,vt ff.de verb.obl.l.decem,& ff.de reb. cred.l. fi.
4 †Sed tunc quæro,qualiter debet fieri diſcuſſio? Dic,ꝙ iudex põt committere duobus nuncijs,vt vadant,& perquirant,& intelli-

gant ſi ſunt aliqua bona debitoris vacantia,ꝗ poſſint ſine cōtro-
uerſia poſſideri,ſufficientia ad ſatisfactionē debiti in totū,vel in
partē,& nuncijs referentib.ſe nihil inueniſſe ſtandū eſt,& tūc in-
telligatur facta eſſe diſcuſſio,tex.eſt ĩ.ti.ꝓx.l.ſatis notū. ſm Doc.
5 Sed † tunc eſt videndū,an ſit citandi poſſeſſores in ꝓceſſu? Cōis
opinio eſt,ꝙ ſic.Sed Bar.dixit ſufficere quoddā gñale proclama
ipſorum poſſeſſorū,ſi qs eſſet,q vellet ꝯdicere diſcuſſioni,& pro-
nunciationi ſup ea fiendæ,vt l.ſi eo tpe.ĩ.de pac.pign. hoc dictū
mihi non placet,qñ creditores certi ſunt:ꝯſiderato,ꝙ ꝓceſſus di
ſcuſſio principal̃r ordinat ad ꝑiudicium poſſeſſorium,ergo ſingl̃r
ſunt citandi,non aũt ſufficit gñale proclama,vt l.j.§.denunciari,de
vent.inſp.no.in cor.de hær.& fal.§.ſi vero abſunt. Non obſt.l.ſi
eo tpe,quia ibi non ſufficit gñale proclama,quia non ordinatur
6 actus principal̃r.in eius præiudicium,qui venit citandus.Deinde†
eſt videndum vtrū neceſſe ſit ꝙ pronuncietur,quia diſcuſſio eſt
legitime facta.But.hic tenet ꝙ non per l.ſcimus,§.j.& qđ ibi no.
gl.ſ.ad Treb. quia non poſſet pronunciari in præiudicium poſ-
ſeſſoris,cū quo eſt iudiciū actitatum.Sed Bar.eū reprobat,dicēs
ꝙ neceſſaria eſt pronūciatio,vt pluries no.per eum in l.ſtipl̃o.§.
hēt,ff.de no.ope.nunc.Ego ſto cum But.nā cū dies agendi venit
& cedit pp purificationē condõnis mere cōſiſtentis in facto,&
nullā hñtis iuſtitiæ,vel iniuſtitiæ cognitionē,ſufficit illā condõnē
impleri,vt agere poſſit,licet non pronūcietur impleta, vt in §.ex
cōdõnali.de ver.ob.coniuncta l.cedere diē,ff.de verb.ſig.ſed vbi
oportet purificari condõnē hñtē mixtā ſecū iuſtitiā,vel iniuſtitiā
& per ꝯñs cognitionē eius, tunc non poteſt agi, niſi pronunciet̃
condõnē purificatā.Sic intelligi dēt l.exitus,de acq.poſ.& alle.§.
hēt.nam ſi intentatum eſt interdictum vti poſ.niſi cōſtet quis ſit
poſſeſſo (ꝙ conſtare non poteſt,niſi ſnĩa lata ſuper eo) iō appa-
ret primo,ſuper tali poſſeſſione debere pronunciari.Sed vt ape-
riatur via hypothecariæ,ſufficit perſonaliter actū eſſe, & diſcuſ-
ſionem factā per relationem nunciorū, qui dicant ſe nihil inue-
niſſe,tñ tutius eſt,ꝙ feratur ſuper hoc interlocutoria, per ꝗ pro-
nunciet diſcuſſionē factā ltĩme,& ita per bonos Aduocatos pra
7 cticatur.†Quærit hic Iac.vtrū peruerſio huius ordinis vitiet pro
ceſſum? tenet ꝙ non per l.apoſtolos,ſ.de app.Tu dic ꝙ eſt caſus
8 in l.ſi mācipiū,ff.de euic.†Quærit ēt,an excuſſio vnius creditoris
proſit alijs?& tenet ꝙ ſic,& bene,quia cum ſemel excuſſione fa
cta, licet ad petitionē vnius,factū ſit notoriū nõ eſſe ſoluēdo de-
9 bitorē, ergo alia diſcuſſio nõ requirit̃,vt ſ.dixi. ꝑ Do.in l.decē.†
Scias aũt,ꝙ abſq; eo, ꝙ fiat aliqua diſcuſſio, ſp põt perueniri ad
fideiuſſores,& pignorū poſſeſſores.Cum.n.opponetur tibi exce-
ptio diſcuſſionis nõ factæ,replica,ꝙ non intereſt excipientē exci
pere,cū debitor nihil hēat.Et in proceſſu hoc liquidabitur.iſta.n.
replicatio aperit tibi viam agendi abſq; diſcuſſione. & hoc tenet
gl.in l.niſi hoc actum,ff.de pact.quod tene menti perpetuo.Vlti-
mo habetis gl.quę eſt in l.a diuo Pio.§.in venditione,ff.de re iud.
in ver.faciunt,quę dicit nouum modum diſcuſſionis, & eſt cla-
rum,videlicet ꝙ Iudex ſtatuat tp̃s poſſeſſori, intra quod oſtēdat
ſi ſciat aliqua bona vacantia,hoc nõ oſtenſo, immediate poteſt
perueniri ad eū,quod eſt no. dignū, & iſta exceptio quod prius
debet agi ꝑſonali,eſt dilatoria, licet gl.ponat eā inter anomolas,
& non bene, in l.3. de excep. ſecundū Doc. Reliqua pertinentia
ad modū diſcuſſionis dic,vt per Iac.de Are.in tract.diſcuſſionis.

LEX XXV.

1 *Debitor non liberatur pignorum interitu.*

1 Seruo. † Interitu pignorum non liberatur debitor. hoc dicit.

LEX XXVI.

1 *Seruo pignori dato ſubrepto,creditor agit contra furem.*

1 Si tibi. † Si ſeruus pignoratus ſubripitur,creditor p̃t agere ꝯ
furem.h.d.Sed ad qđ agat? Dic vt in glo.aut agit fur-
a ti,aut hypothecaria.vtrum titulus *a* pignorū dicatur titulus, fuit
iā maxima qõ,& ecce hic determinatur.in tex.ibi,eum.ſ.furem.

ADDITIO.

a Vtrum titulus. Vide l.pe.ſup.de pig.act.

LEX XXVII.

1 *Militia ponitur interdum pro introitibus authoritate publica conſtitutis.*
2 *Res præſumitur empta ex propria pecunia,ſi præceſſit numeratio.*

a Super hypothecis. Nõ eſt alibi, *a* niſi in iſta au-
then.hic poſita. Pro pecunia
mutuata in emptionē militiæ,ſub hypotheca bonorū cōprehen
ditur ipſa militia,ſiue ſit empta noĩe debitoris,ſiue noĩe filij ſui,
vel cognati,vel ēt extranei, & talis hypotheca eſt priuilegiata.h.
1 d.no.gl.ponit caſum,& bene,tñ valde br̃.† Premitto ad euidētiā
militia ponitur hic pro quibuſdam introitibus publica authori-
tate cōſtitutis,vel beneficio Principis cōceſſis, qui redditus emi
& vendi poterant,& ad extraneos transferri,& vocabantur mili
tiæ,ſeu probandę,de quibus,ff,de leg.3.de his verbis.& in multis
alijs locis erant aliæ militiæ,ꝗ nõ poterant transferri, quia perſo-
nales,vt militia cantorum & curſorum.ſ.de ca. tol.l.1.§. ne aũt,
Celſus. Seius volebat emere quandam militiā, accepit pecuniā
a Titio in emptionem & pro illa pecunia reddenda obligauit ſe
& oĩa bona ſua pñtia & futura,tandē iſte Seius non fecit inſtr̃m
emptionis dicere in ſe,ſed in filio coniuncto,vel amico ſuo,& ita
filius ꝯiunctus,vel amicus iſtam militiā poſſidet,demum iſte Se-
ius non ſoluit creditori, creditor vult agere hypothecaria ꝯ poſ-
ſeſſorem nunꝗ fuit in bonis debitoris.Rñdet Imperator notabili
ter diſponendo tria,primo, ꝙ ad hoc vt ceſſet fraus,& machina-
tio ꝑ hanc viam decipiendi creditores.ipſa militia eſt hypotheca
ta quocunque tenente.Scđo, ꝙ p̃ſumitur empta ex illa pecunia,
niſi probetur aliunde emptam. Tertio dico,primam hypotheca-
riam eſſe priuilegiatam,& oĩbus creditorib.anteferri, ſm qđ no.
in ſimili,ff.de don.inter vir.& vx.l.vxor marito,& ſ.de don.inter
b vir.& vxor.l. filij tui diſtractores.de his gr̃a *b* exempli đt, idem in
alijs,& tene menti pro campſoribus,& mercatoribus, qñ dāt pe-
cuniam in emptionem pānorum,vel mercis,&c. & ipſe facit em
ptionem dicere in alterius perſona,ita eſt obligata res ſicut ſi ipſe
emiſſet.Solent obligando oĩa bona ſua,vt apparet ex caſu,quem
ponit gl. alias res empta ex pecunia mea,non eſſet mihi obligata,
vt ĩ.tit.1.l.3.quod eſt no.machinatione, ꝗ per interpoſitam per-
ſonam committebatur, & maxime per interpoſitam perſonam
2 filij,vel alicuius de ſua cognatione,vt ĩ.patet poſt.†No.rem *c* em-
c ptam præſumi emptam ex propria pecunia,ſi primo pręceſſit nu
d meratio,poſtea eſt ſequuta emptio,ſecus eꝯ, & iõ licet *d* alibi lex
præſumat rem emptam ex pecunia mariti, eſt verum,ſi præcedat
matrimonium,ſecus ſi ſequatur, *Liberis ſuis*.vt ſit dubitatio. dic
emancipatis,alias pleno iure quęretur patri; ſi eſſent in poteſtate,
vel liberis ex linea materna,puta,quia auus maternus fecit iſtum
contractum. *Non probantibus*.no.ſufficere *iuris præſumptionē*,
niſi contra probetur.alias ex iſtis ementibus *militarent*.i.q *poſſi-
dent* hanc militiam probetur.no.valde,ꝙ qñ *inſtr̃m dicit* liberis,
vel cognatis,præſumit̃ ex ea pecunia,ſed qñ dicit *extraneis* opor-
tet, ꝙ ꝓbetur ex ea pecunia, cum illi debitores in *inſtr̃o extranei*
non ſunt noĩati.& iõ ſ.loquendo de liberis,& cognatis,đt, & *nõ
probantibus*; ſed nunc cum đt de extraneis,dicit acquiſiuiſſe *pro
bentur*,ꝙ gñaliter ponit concluſionem circa prædictam.permiſ-
ſum eſt,l.hic vt liceat.Dari ſolet, qa conceſſione Principis ꝯcede
batur, aliquo dato debito perſonali, quia non acceperūt ipſi.Qđ
.ſ.hic dicit quod hæc ſanctio non porrigitur ad præterita.ratio qa
fundatur in præſumptione, & diſpoſitione nouiter introducta ꝑ
l.nouam,in Auth.de inceſt.nup.poſt prin.& gl.& in lectu.3. Ad-
ditio.In text. ibi, non probantibus. Not.diligenter ex iſto tex.ꝙ ſi
caſtrenſes, & alij negociatores acceperunt pecuniam mutuo, &
deinde apparet per reos empta aliqua militia pro ſe,& filijs,vel ꝯ-
iunctis, præſumitur empta de illa pecunia mutuo ſumpta, hoc
eſt verum ſi incontinenti eſt empta,nā vicinitas tp̃is inducit hāc
præſumptionem,l.ſi ventri,§.fi.ff.de priuile.credi.ubi Bart.allegat
no.hanc l.ſi autem militia empta fuit per iſtos negociatores,tunc
non habet locum hæc præſumptio.Sed neceſſe eſt probari ex hac
pecunia emptam fore militiam, quo caſu mutuans habet dictā
militiam tacite obligatam, vt patet in litera, & ſic hypothecaria
competit cōtra vnum poſſidentem militiam, & actio perſonalis
competit contra pecuniam mutuo accipientem, ꝙ tene menti.
In alijs aũt rebus,quam in militia, non eſt noſtrum hanc legē ex-
tendere.arg.ſ.eo.l.quamuis.& facit in ſimili quod habetur in l.fi.
ſ. ad Maced. vbi filiusfamilias miles accipiendo pecuniā mutuo,
præſumitur in nullam cauſam expendiſſe,quam in cauſam mili-
tarem,& non eſt alibi illa lex.

ADDITIONES.

a Super. Iſta lex non eſt alibi,& uide l.licet,inf.qui pot.in pig. hab. hanc l. aliqualiter declarat Bal.in l.in reb.ſup.de iu.do.
b De his gratia. Vide Bal.in auth.hic poſita,in fi.& facit ad ea,quæ habentur in l.multum,ſup.ſi quis alteri,uel ſibi.
c No.rem. Vide l.Mace.& ibi Bar.& Bal.ſup.ad Maced. & hanc l. intellige in caſu ſuo ſpeciali,quando liberis,vel cognatis.
d Et ideo licet. Vide Bal.in l.ſi vxorem,ſup.de cond.inſer.

AVTHENTICA.

1 *Mutuans rem ad aliquid emendum contracta hypotheca præfertur omnibus & etiam doti.*

Quod obtinet. Iſta auth.ponit illud tertium, quod
dixi ĩ caſu, ſcilicet de priuilegio prę
lationis,& dicit ꝙ in hypotheca primo præfertur mutuans,ſecun
do dos, tertio veniunt alij creditores, qui ad hoc non mutuaue-
runt,tamen ex eorum pecunia res empta eſt,vel empta præſumi
tur.h.d. & ſemper intellige creditoribus, qui contraxerunt cum
hypotheca.i.expreſſe,non ſimpliciter. Nullus.i. nec iſte qui emit
1 ad hoc,nec vxor.i.nec dos.In gl. † ex eorum tamen pecunia mu-
tuata cum hypotheca bonorum conclude, aut eſt pecunia mu-
tuata ad hoc,& loquitur l.Codicis.aut ſimpliciter, tunc illi, qui
mutuauerunt ſimpliciter,nõ præferuntur doti,nec alijs, qui mu-
tuauerunt ad hoc, ſed habent ſimpl̃r hypothecā, vnde habes qđ
iuris,ſi quidam mutuauerunt ad hoc,qdam ſimpliciter,mutabi-
lis eſt lex iſta ſuper hypothecis ad emptiones, quæ fiunt ſine titu-
lo,appoſito titulo alterius,utrum præſumatur reuera emiſſe, qui
reuera mutuauerat pretium.

In qui-

In quib. cau. pignus, vel hypotheca tacite contrahitur. Rubrica.

LEX PRIMA.

1 *Bona tacite obligata cenſentur pro dote & collectis.*

VNiuerſa. Pro cenſibus, & tributis ſunt obligata
1 oĩa bona debitoris.h.d.†ꝓ dote, & col-
lectis omnia bona ſunt tacite obligata.acenſentur,quę
a cenſum tribuere debent,& non tribuunt.

ADDITIO.

a Obligata.Vide in l.1.ſup.ſi propter pu.pen.

LEX II.

1 *Bona tacite obligantur fiſco, dum contrahitur cum ipſo.*
2 *Bona tacite obligantur fiſco pro delicto,ĩ quib. nõ hẽt priuilegiũ ꝓlationis.*

1 Certum †Bona ↄhentis cum fiſco ſunt tacite obligata.
a h.d. ſi cũ ciuitate a villa, vel caſtro dic vt ff. ad
b mun.l.ſiĩe.qa non ſunt obligata,bniſi ſtatutũ dicat,ff.de pri.cre.
l.Anthiochenſiũ. Additio. An aũt pro delicto ſunt tacite obliga-
2 ta? Dicas idẽ,†licet fiſcus in eis nõ hẽat priuilegium.ĩ. pœnis fiſ.
cre.ꝑfer.l.j.li.x.no.in l.reſcriptũ,in gl.ff.de pac.& per Bar.ad Syl.

ADDITIONES.

a Ciuitate.Dixi in l.fi.in ver.tacitam,de ſacroſan.eccl.
b And.Barb.Obligata.No.bona non eſſe tacite obligata ciuitati, an autem poterit facere ſtatutum,quod in hoc ſint priuilegiata,uide gl.in l. Anthiochenſium,ff. de priui.cred.

LEX III.

1 *Fructus rei pignoratæ ſunt tacite obligati.*
2 *Fructus exiſtentes in pecunia extenuant debitum.*

1 Quamuis. † Fructus extantes rei pignoratę,ſunt tacite
a obligati pro debito,tñ res empta ex ipſis fru-
ctibus,efficitur ꝓpria ipſius emptoris.h.d.Quid ergo eſt qđ dñt,
.ſ.ꝙ fructus a extenuant ſortẽ,cũ hic dicat,ꝙ ſunt tacite obligati?
Rñ.quod extantes ſunt tacite obligati, ↄſumpti extenuãt ſortẽ.
ſm Old.& alios,& iõ caueat,q vult ↄpẽſare fructus in ſortẽ, dẽt
facere articulum,ꝙ fructus ſunt conſumpti, alias non ↄpenſarẽ
tur,ſed loco pignoris tenerentur, iſta lex limitat oẽs alias loquẽ
2 tes de mã,intellige de fructib.nãlib.ſed†ſi fructus conſiſterẽt in
pecunia,vt penſiones,ſtatim eſſet extenuatũ debitum.facit ff.de
pig.act.l.ſi ↄuenerit,in prin. Res ergo non ſuccedit hic loco pre
tij, licet habeamus econuerſo 'quod pretium ſuccedit loco rei.

ADDITIO.

a Fructus. Vide Bar.& Do.in l.diuortio, §.ob donationes,ff.ſoluto matri.& Bal.in l. 1.ſup. de pig.act.& in l.fi.eo.ti.& in l.pe.in prin.ſnp.de non nu.pec.

LEX IV.

1 *Ordo requiritur, vbi excuſſio requiritur.*
2 *Nuncio referenti ſe nil inueniſſe pro executione fienda, creditur.*
3 *Bona dotalia ſunt tacite obligata fiſco pro debito viri, qui fuit collector pecuniarum.*

Satis. Pro debito primipili bona dotalia ſunt tacite obliga-
ta,tñ in vltimũ ſubſidiũ deuenitur ad ea. h. d. Erat q̃-
a dam adminiſtratio a fiſcalis,q̃ appellabatur primipilus,quia for-
te ad eã perueniebant primæ rõnes, & introitus fiſci. ſpãliſſimũ
eſt hic,ꝙ bona dotalia capiantur pro debito viri, ergo in ↄ̃rium
eſt ius cõe,adde quod not.ſ̃.de priui.fiſc.l.j.Neceſſitati, reddẽdi
1 rõnes iſtius primipili.Obnoxia.ſub certo ordine.† No. ꝙ vbi re-
b quiritur excuſſio,bibi requiritur ordo.Ad hoc id eſt, dotale pe-
riculũ,ſ.malæ adminiſtrationis viri. Exhauſtis,ſ.diſcuſſis,nã ꝑ di
ſcuſſionẽ apparet,ꝙ ſunt exhauſti.ibi,reſiduũ,eatenus non inqe
tarentur bona dotalia.Gl.đt,ꝙ dos eſt quaſi patrimoniũ,ſed ca-
ue tibi, qa vbi vir non eſt ſoluendo, dos eſt proprium p̃rimoniũ
mulieris,ſ̃.de iure dot.l.ubi adhuc,qa dẽt reſtitui mulieri. Addi
tio niſi. Et ſcias,ꝙ tex.dũ đt,nil reſiduum inueniatur, non eſt ali
2 bi ita clare pro articulo executionis,†ſed dicimus ſufficere rela-
tionẽ,nã dr̃et referre ſe non inueniſſe aliquid in bonis debitoris,
ꝙ poſſit ſine ↄtrouerſia poſſideri, non aũt eſt neceſſe,ꝙ affirmet
nihil eſſe,ſed ſufficit ꝙ dicat nõ iueniſſe.dixi in auth.hoc ſi debi-
tor,ſ̃.tit.j.Si aũt dicimus interlocutoriam neceſſariam,interloq
3 dẽt Iudex hoc mõ,nil reſiduũ inuenitur. Et † eſt hic caſus ſpãlis
in quo bona dotalia ſunt fiſco obligata tacite pro debito viri,r̃r
aũt ↄ̃, & ſi non fuiſſent in dotẽ data,non fuiſſent tacite obligata,
vt ſ̃.de pri.fiſ. l.j. & ĩ. ad legẽ Iul de vi.l.j.Primipilarius aũt dr̃,q
adminiſtrator vĩ̃c,& collector pecuniarum, quæ ſoluuntur ca
merę Imperiali,vel Apoſtolicæ,vt ĩ.de primip.in rub.& nig.

ADDITIONES.

a And.Barb.Adminiſtratio. No. bona dotalia tacite obligata pro debito mariti, & uide quod no.in l.1.de offi.primip. lib.12. quia ſi mercatores ad gemitum uxoris, & filiorum expendunt diuitias, quod vxor, & filii eorum teneantur.ita refert Io. And extra,de conſue.
b And.Barb.Excuſſio.No.ꝙ vbi requiritur excuſſio, requiritur ordo, & ſi omittitur, an vitietur proceſſus, vide gl. in l.ſi mancipium, ff.de euic. & An.in anth.hoc ſi debitor,ſup.tit.1.& hic eſt tex.ſecundum Ang.melior de iure, quod ſufficit quod nuncius dicat,quod nihil inuenit in bonis debitoris. idem dicit in interlocutoria iudicis,quod eſt no.

LEX V.

1 *Exiſtens in facili motu, non dicitur eſſe in loco.*
2 *Res pro re, an retineri poßit.*

Si non inducta. Pro penſione non ſunt tacite obli-
gata bona,quæ non ſunt in fundo,
1 ſed inuecta & illata,vt ibi ſint.h.d.†No.ꝙ id,ꝙ eſt in facili motu
non dr̃ eſſe in loco.ſic ff.de pig.l.debitor.Caſus. Accepi fundum
ſub penſione,nunquid mancipia mea, q̃ vadunt ad illũ fundum
ſunt tacite ſub noĩe penſionis obligata? Rñd.ꝙ bona, q̃ ſunt ex-
preſſe,vel tacite obligata,pro debito retineri non pñt.adde quod
hẽs ff.de pac.l.item quia.mancipia,ſi eſſent ad agrum colẽdum,
& vt manerent ibi, eſſent tacite obligata, vt boues aratorij, &c.
quia ſunt in fundo,vt ſint in fundo, & gr̃a fundi, nec.n.executio
vnius debiti impeditur ꝑꝑ aliud debitũ diuerſum, nec datur re-
tentio vnius ꝑꝑ debitũ diuerſæ rei. Solemniter.præcedente peti
tione,& libello.gl.tractat de eo qđ no.ſ̃. ↄmo.l. ſub ꝓtextu.& de
2 cond.inde.l.ſi non ſortẽ,§.ſi centũ.† Sed nunquid res poſſit reti-
neri pro re,v.g nunqd ſcriptor poterit retinere quaternos? Dic ꝙ
ſic,qa ꝙ ex eodẽ ↄ̃ctu venit hinc inde,eſt ꝓſtandũ; & niſi facias,
ꝙ dẽs,nõ teneor facere qđ debeo.ff. de iureiu. l. ſi non fuerit.qđ
no.pro r̃a.Additio.Ibi obligata monſtrarentur. No.ꝙ q pignus
allegat,pignus probat expreſſum,vt hic,vel tacitũ.Ibi mancipia.
No. creditorẽ nõ poſſe detinere bona debitoris non obligata,ꝓ
eo quod ſibi debetur.hoc limitat hic gl.& bene,& eſt mã.l.1.inf.
prox.vbi ẽt videbimus. Et eſt in argm̃ pro refectionibus molen-
dinorũ & retinentib.licet ſibi non ſint obligata, tñ de poſſeſſio-
ne nõ cogitur diſcedere, quo vſq; ſit de ſumptibus ſatisfactum.

LEX VI.

1 *Bona ſecunda viri ſunt obligata pro debito vxoris filijs primi matrimonij pro tutela a matre adminiſtrata.*
2 *Mater quando eſt tutrix, quem vult tutorem ordinari facit.*
3 *Mulieres petentes tutores non reddita ratione tutelę, ita tenentur, ac ſi non petijſſent.*

1 Si mater. † Si tutrix ſcđo nubit nõ reddita rõne,bona ſe-
cundi viri ſunt pupillo tacite obligata pro ipſa
adminiſtrõne reddẽda. Et eſt hic caſus ſpãlis, in quo vir ſcđi mr̃i
monij tenetur pro debito ſuæ vxoris. h.d. Caſus. Vidua iuuenis
& decora maior tñ vigintiquinque ann.gerebat tutelam cuiuſ-
dã ſui filij, dixi ꝙ volebã eam in vxorẽ, non expectauit reddere
rõnem,ſed ſtatim conſenſit, nunquid filius eius poterit agere ↄ̃
me,matre non exiſtente ſoluendo? Certe ſic.nec eſt iſta lex cor-
recta ꝑ illud,nubat in Dño quia loquit̃ tm̃ hic de mera pęna viri
cũ ea cõtrahentis legitime allegatur,ꝙ tutela matris, & auiæ eſt
legitima,ſed gl.appellat eam anomolã, qui prior eſt oĩ legitima,
2 & quia quædã ſingularia ſeruantur in ea. Ordinari.† No.ꝙ quã-
do mr̃ eſt tutrix,ipſa facit ordinari tutorẽ,quẽ vult,dũ tñ alias ſit
idoneus,& ſic vr̃,quod iſte tutor ſic ordinatus excludat alios le-
gitimos.Iſte paſſus eſt difficilis, & fuit iſta qõ in quodã Comite
de Martiano.Bar.ponit opiniones pro,& cõtra,tandẽ ponit opi-
nionẽ ſuã in l.ſi quis ſub ↄdõne.ff.de teſta. tut. ↄcor. in Auth. de
3 nup.§.ſi autẽ tutelã,col.4.& qđ no.Inſt.de cura.§. interdũ.†Val-
de errant mulieres,q̃ petunt tutores non reddita rõne,qa perin-
de tenentur,acſi non petijſſent, & caue tibi cum contrahis ma-
trimonium cum vidua,vt facias primo,quod reddat rationem,
& fiat ei refutatio,& reſtituat reliqua ipſa vidua,alias bona con-
trahentis matrimonium cum ea, tacite ſunt obligata.

LEX VII.

1 *Hypoteca tacita inducitur præſumptione.*

Sancimus. Nõ ſolũ in Italia,ſed in ꝓuincijs,& vbiq; lo
corũ, inuecta & illata ſunt iuris ꝓ̃ſumptio-
ne tacite obligata.h.d.rõ eſt,qa coĩs lex extendit̃ vbiq; locorum.
No.ꝙ vtraq; Roma hẽt propriũ territoriũ determinatum, licet
ſit dña mundi,tñ mũdus nõ eſt territoriũ, ſed hẽt certos fines, ff.
1 de off.præfec.vrb.l j.§.cum vrbem.Præſumptionem.no. † tacitã
hypothecã induci præſumptione.concordat ff.de pac.l. itẽ quia.

Si aliena res pignori data ſit. Rub.

LEX I.

1 *Poſſidens ſi non poteſt agere, poteſt tamen ius excipere.*
2 *Factum de facto aquitate ſuadente parit ius excipiendi.*

PRocurator. Procurator citra mandatũ rem dñi
obligare nõ ꝓ̃t, tñ ſi pecunia in rem
dñi verſa ſit, ꝓ̃t pignus pro debito retineri.h.d.Caſus.Con-
ſtitui procuratorem ad quoſdam actus, qui accepit pecuniam
mutuo,& obligauit prædia mea,vtrum potuit? Rñ.quod cũ nõ
habuit mandatũ,non potuit.Sed pone,ꝙ talẽ pecuniã conuertit
in vtilitatẽ dñi,cuius tradidit pignora, dñs vult pignora recupe-
re,creditor vult excipere,nunquid põt? Rñ.ꝙ ſic, q̃uis creditor
1 poſſideat pignus de facto. No.† ꝙ qui non põt agere hypotheca-
ria,tñ ſi poſſidet poteſt excipere. Dominum.ſ.dñi voluntatem.
ideſt mandatum.Si tamẽ aduerſatiue. Deſideranti.ſ.creditori.
2 No.† quod factum de facto ſuadente æquitate, parit ius excipiẽ
di.gl.inducit concordantias bonas,qñ nõ cõpetit actio,& tñ ex-
ceptio ↄpetit.gl.l.cũ res.Additio.In tex.ibi,dũtaxat.no.hoc verb.
datur.n.creditori beneficium retentionis, ſed ſi nõ poſſidet, be-
neficiũ reſtitutionis,& eſſet quaſi res illa, ex qua ꝓcurator obli-
gare nõ potuit,vt ibi inſtitoria, qñ eſt cõuerſum in rem domini.

L E X II.

1 *Fraus ſilentis idem operatur, quod verbum conſentientis.*

Si probaueris. Res aliena nõ p̃t pignori obligari, niſi
dño in fraudẽ diſſimulante.h.d. Adde
ꝙ no.ſ.ad Velle.l.ſi ſine. Caſus. Quidam me pñte pro debito ſuo
obligauit hortos meos, non potuit, nec valet, ſi probo meos hor
tos eſſe: ſed pone, ꝙ obligans aſſeruit eſſe ſuos, & ego in fraudẽ
1 obligantis tacui, certe valet oblõ, † & conclude, ꝙ idem operat̃
fraus ſilentis, ꝙ operatur verbum cõſentientis, ſꝑ allegatur. No.
duo nocere dño.ſ.fraudem, & conſenſum. Additio. In gl.in ver.
ſciens, ibi, ſicut.§, non vr̃.Ia.But.hic ꝯ, vt ſufficiat ſcientia dñi, ſed
ſm gl. facit tex.ibi, diſſimulaſti.q.d. non ſufficit taciturnitas, niſi
taceatur diſſimulando in præiudicium creditoris ignorantis.

L E X III.

1. *Tutor, vel curator, pro cã propria rem pupilli, vel adulti non põt obligare.*

1 Curator †Curator, vel tutor pro cã ꝓpria rẽ pupilli, vel
adulti, nõ p̃t oblare.h.d. Accipiat. & ẽt eo caſu
ſine decreto non p̃t obligare res, q̃ pñt ſeruando ſeruari, ſm glo.

L E X IIII.

1 *Filius non poteſt obligare rem patris.*

1 Nec ſi maior. †Filius non põt obligare rẽ patris.h.d.
Caſus. Nũquid filij pñt pro debito ob-
ligare rem meã? dubitatio erat, quia filij dñr habere dominium,
& c.vt l.in ſuis.de libe.& poſth. tamen non poſſunt obligare nõ
conſentiente patre, quamuis large dicantur habere dominium.

L E X V.

1 *Probatio quæ requiritur in hypothecaria.*

Cum res. Iſta lex portat coronã totius mãæ, ꝙ proban-
dũ ſit in hypothecaria. hoc tradit̃ in tex.& ĩgl.
1 & ꝑ Doc.pleniſſime. adde tñ, ff.de ꝓb.l. ante oĩa. † Iſta lex d̃t, q̃d
ꝓbandũ ſit in hypothecaria reſpectu rei, ſed in l.ante oĩa, tradit̃
q̃d ſit probandũ in perſonali. adde ff.de pig.l.ſi ab eo, quas tres le
ges ſi intelliges, nunq̃ errabis in faciẽdo articulũ.h.d. Si res, q̃ nõ
erat in bonis tꝑe oblonis, poſtea de bonis fiat, hypotheca ꝯuale-
xit nõ de iuris rigore, ſed de æq̃tate iuris ſcripta.h.d. Caſus. Obli-
a gaui *a* de facto rẽ funditus alienã, poſt tp̃s iſta res incipit eſſe mea
vel in bonis meis, nunq̃d oblo pignoris ꝯualeſcat? Rñ.ꝙ nõ de ri
gore, ſed de ęq̃tate ſic arg. pignoratitiæ, q̃ ſoluto debito hoc caſu
vtilis dabit̃ debitori.h.d. Arguit̃ ſic, ſi pignoratitia ꝯualeſcit, ergo
& hypotheca. Iſta lex hẽt duplicẽ mãm, vna eſt in ꝯualeſcentia,
tractat̃ de pig.act.l.j.§.cũ p̃diũ.& ff.de vſuc.l.cũ vir p̃diũ. Alia, q̃d
ſit ꝓbandũ in hypothecaria, & de iſta mã plene hic ꝑ gl. Doc. ſuꝑ
pignoratitia, vel hypothecaria, gl. primo ponit exẽplũ pignorati-
tiæ, q̃d dixi in caſu ſcđo. Opp. dr̃ hic, ꝙ dat̃ vtilis hypothecaria. ꝯ
creditor agẽs hypothecaria, dẽt ꝓbare rẽ fuiſſe in bonis debito-
ris tꝑe oblonis. hoc verũ, vbi eſt hypotheca ſpecificata, puta talis
fundi: ñ dico ĩ gñali hypotheca, q̃a tũc ſufficit q̃ñcũq;, ẽt poſtea.
ĩ.tit.j.l.fi. in ſpecifica nõ ita, vt ff.de pig.l.& q̃ nõdũ, §.ꝙ dr̃. br̃ illa
determinat̃ ꝑ iſtã, ꝙ oportet rẽ fuiſſe in bonis debitoris, tñ ſi po-
ſtea ſuꝑuenit dñiũ, ſufficit de æq̃tate, hic. Item opp. de pig.l.1.§.
cũ p̃diũ. Sol. cũ q̃ris de cõualeſcẽtia, aut creditor, fuit a principio
malefidei, q̃a ſciuit rẽ alienã, & ñ ꝯualeſcit ad agẽdũ, ſed ad exci-
piẽdũ, aut bonę fidei, & tũc de æquitate ꝯualeſcit ad agẽdũ, & ex
cipiẽdũ. Sed vtrũ ſit ꝓbãdũ de dñio, an de poſſeſſione debitoris?
hic ꝑ Cy.& alios, q̃a aut agit̃ hypothecaria ꝯ extraneũ titulo poſ
ſidẽtẽ, & dẽt ꝓbari d̃ dñio, aut ſine titulo, & ſufficit d̃ quaſi dñio
de pig.l.ſi ab eo, aut agit̃ ꝯ debitorẽ poſſidẽtẽ, & tũc nõ eſt ꝓban-
dum, niſi de poſſeſſione ſimplici debitoris. de pig.l.ſi ĩter, §.j. Ad-
ditio. In tex.ibi, ꝑſecutio.ſ. hypothecaria, q̃ intẽtare põt creditor
ſicut debitor intẽtare p̃t vtilẽ pignoratitiã ſoluto debito credito-
ri, vel aliter ſatiſfacto ꝓ pignore, nolebat reddere debitori. In gl.
in ver. pignoratitiæ. ibi, rñ. hic poſſidebat bonafide. Hoc ñ ſufficit
ad probandũ rem in bonis debitoris fuiſſe, quia illum tuetur Prę
tor in hypothecaria, quẽ tuet̃ in Publiciana: nec ſufficit poſſeſſio
ſine titulo, quautuncunq; affuit bona fides, ff.de pig.l.ſi ab eo. in
eadẽ ibi, vel illud de rigore, hoc falſum, q̃a ſm hoc eſſet correcta
per hãc, vt no.gl.ff.de pu.l.j. nã idẽ eſt dicere, ꝙ corrigit illam. dic
ergo, ꝙ vbi res a principio obligata nõ ꝓbat̃ fuiſſe debitoris, nec
ꝓbat̃ dñium ſuꝑueniſſe, obtinet iſta lex. Sed ſi probat̃ ſaltẽ ſuper
ueniſſe, ſufficit ad ꝯfirmandũ q̃tum ad iura vtilia hypothecaria,
& vide per Bu.& Cy. Vltimo attẽde, ꝙ hypotheca q̃ ꝯhit̃ in teſta
xum, ff. de poſt. & s̄. de rei vx. act. l. vnica, quia tranſtulit Impera-
tor actionē de re vxoria in actionē ex ſtipulatu, vbi eſt tacita hy-
potheca, quaſi diceret, cū dederimus alia multa priuilegia, damꝰ
& hoc. Anteriores. ſ. illi creditores. Iuſtitiæ. i. æqtatis. ibi, nec qđ.
2 & corpore. † no. ꝙ maritus *a* vtitur corpore vxoris, & tota ſub-
a ſtantia. Multoties. n. contigit, ꝙ mulier totū, qđ hēt, dat in dotem
viro. Oportebat. i. iuſtū eſt maritū ſoluere nō de ſuo, ſed de dote.
Poſſidet, mulier intelligitur poſſidere quo ad quid. ſ. quo ad vi-
ctū, Potiora. hoc eſt ſtatutum legis re ipſa. non ergo in dote con-
feſſata habet locū hæc lex, vt in gl. ſed in data. Et ſemper allegat
3 iſta lex cum gl. qđ Bar. intellexit eſſe verū, † niſi in duob. caſibus;
vnus, qñ cōſtat dotem ſolū cōfeſſatã, & bñ. Alius eſt, qñ ſunt tpa
4 excipiendi de dote non numerata, quia † exceptione non ſolum
vir vti poteſt, ſed ēt creditores viri, vt l. pen. s̄. de nō nu. pec. alias
magna reſultarent inconuenientia, cum vt plurium dotes con-
feſſentur per publica inſtr̄a, cū de numeratione aliter non appa-
reat. præiudicabit ergo talis cōfeſſio creditorib. poſt tpa, ſed inf.
non, quia pñt obijcere de dote nō numerata, ita ſeruãtur dotes.
No. ꝙ appellat dotē, ēt cū mr̄imonium erat diſtractū, ꝙ no. pro
ſtatutis Paduæ. h. d. quia non oēs creditores inter perſonales hñt
priuilegiū p̄lationis. Exēpla patēt in gl. & in vltimo exēplo con-
cord. gl. magna in prin. fingitur. nec mirū, ꝙ ſic ordinauit Deus:
vnde Gene. 3. multiplicabo erumnas tuas, in dolore paries filios
tuos, & ſub viri ptãte eris, & dominabit̄ tibi & q̄dã alia pulchra
5 ponunt̄ ad Cor. 11. c. & ad Ephe. 5. Mulier † poſſidet. i. quaſi poſ-
ſidet, vt in gl. nã dñij poſſeſſio eſt viri, ipſa aūt eſt poſſidens velut
vxor, vel impropríe, vt l. qui iure familiaritatis, ff. de acq. poſ. &
no. per Inn. de cau. poſ. c. cū eccl̄ia. & l. hēt. §. 1. de prçca. per quas
ll. dixit Bar. ꝙ ſi duo amici fratres, vel cōſanguinei, filius cum pa
tre, vel eꝰ ſimul in eadē domo morant̄, ſi vnus hēt titulū in do-
mo, alter non, non pōt dicere, qui non hēt titulū ſe hr̄e ius. ita te
net ipſe in p̄all. l. qui iure, & per Inno. in alle. c. cum eccleſia, qui-
nimo & ſi prædia eſſent ruſtica, & illa recepiſſet, nō poſſet per il-
los actus dicere, ꝙ illa p̄dia poſſidet ꝓ ſuis, & tanꝗ ſua. Sed ſi fra-
tres hñt p̄dia coīa, vnus forſan eſt paruus, vel non aptus ad agri-
culturã, alter frater vtitur in ſolidū dictis bonis. & fruit̄ pro ſuis;
certe non poteſt hoc allegare, ex quo non hēt ptãtem vtendi, &
fruendi ex aliqua cã, niſi ex hoc, quia frater, qđ tene mēti. Ibi cre
ditores, priuilegiatos hypothecã tacitã hñtes ex priuilegio. non
aūt potuit denegare bñficiū, qđ quis ſua induſtria acquiſiuit fa-
6 ciendo ſibi caueri de hypotheca expreſſa. † Quæro an data *b* nu-
b meratio in dote ꝓbetur ꝑ cōfeſſionē in publico inſtr̄o ꝯtentam,
cū renunciatione exceptionis non numeratę pecunię, vel dotis?
Dic vt no. in l. 1. & 2. ſup. de do. cau. & ibi per doc. parti vel ſocio
abñti, tã in corpore exhibitionis q̄ in opere vt l. ſicut, de ope. li.
& in gl. quod no. Incepit, ſcilicet in perſonali, nō reali. not. quod
c ibi eſt caſus, ꝙ mulier ſterilis *c* haber priuilegia huius l. & non eſt
7 alibi, Nouercas. i. ſecūdas vxores. † Ne ius. no. tex. ꝙ iſta priuile-
gia dotis non hñt locum in donatione ante nup. quia in dona-
d tione *d* eſt lucrum: in dote eſt damnum. Ibi, poſteriori datum.
No. quando duo altaria ſunt paria, non debet cooperiri vnum,
& diſcooperiri aliud. Secus autem ſi non ſunt paria, & eſt neceſ
ſe, quod forte minuatur propter paupertatem, quod quotidie fa
ciunt Epiſcopi debito tempore, dicitur etiam in perſonali, nedū
in hypothecaria, in auth. vt exac. inſtan. dotis colla. 7. vbi melius
quam alibi probatur. Et hoc concedo ſenſiſſe Bar. in l. priuilegia
8 de pri. cred. in glo. in ver. corpore, ibi, ope. † No. bene, vxor debet
operari in domo viri ad vtilitatem eius, & eodem modo ad vti-
litatem viri, vt l. ſicut patronus, de op. lib. operæ. n. loco alimen-
torum ſuccedunt, vt no. ſup. de rei vxo. act. l. j. §. exac. Non ergo
poteſt viuente viro vel mortuo facere telas pannorum lini, vel
lanæ pro ſe, vt aliqua manualia, quæ intra domum viri exercē-
tur, quod eſt no. quia fui pluries interrogatus. quod no. in ca. in
officijs. de teſt. ibi non dicitur, quod omnia, quæ quærit vxor, vi-
ro quærit. In gl. in ver. anterioris. tu dic hanc opi. nō ſentit Azo,
vt no. gl. in l. ſi pignus, & ibi paribus paſſibus, contrarium not. gl.
in alle. l. ſi pignus, in l. j. ſup. eo. ſ. quod fiſcus habens tacitam hypo
thecam præfertur priori habenti tacitam, licet non habenti ex-
e preſſam, *e* & iſta opi. eſt vera, vt dixi in l. eos, & ibi habet expreſsã
ſieſt prior. No. bene, quia hic gl. cōcludit, quod mulier habet ta-
9 citam hypothecam, & de hac loquitur hæc lex. † Item præfertur
habentibus expreſſam poſteriorem, in tempore, ſed non præfer
tur habentibus expreſſam priorem: quia lex ſuum auxilium ne-
gat prioribus creditoribus mulierum fauore, ſed tūc non tollit,
quod partes ſibi per partes quæſierunt, & iſta eſt vera ſententia,
& iſta teneas, & hanc gl. actione funeraria. ff. de reli. l. pen. Idem
dicit eſſe in actione illa, quod in actione de dote, de qua hic. Se-
10 cundo conclude, quod † fiſcus habens hypothecam, parib. *f* paſſi
f bus ambulat cum dote. l. 2. de priu. fiſ. Præfertur etiam habenti-
bus hypothecam tacitam ex beneficio legis, ſed non præfertur
habentibus expreſſam. Et iſta eſt vera opi. vt iam dixi, licet gl. hic
dicat, quod anteriores creditores habentes tacitam præferantur
fiſco ſimiliter habenti tacitam, quod eſt falſum, & ibi in auth. ꝙ
obtinet loquitur in pecunia numerata, vt militia emeretur; quo
caſu illa militia creditor prior eſt muliere. Alioquin ipſi filij eiꝰ
vnde non extenditur ad alium caſum, & ibi forte contrarium ē.
11 Iac. But. tenet hic contra Imp. vt † in poſtea quęſitis mulier p̄fe-
ratur creditori habenti hypothecam expreſſam priorē, & hoc ꝑ
l. ſi is qui, hic all. Cum enim fiſcus præferatur in poſtea quæſitis,
& non habet niſi tacitam hypothecam, ergo eadem ratione de-
bet p̄ferri mulier pro dote, cū parib. paſſibus ambulent in præal-
12 legatis ibi ſecus cum voluntate eius. † Quid eꝰ ſi pater recepit ꝯdi
cere filio? Dic bona patris obligari, ipſe. n. recipit. Si filiꝰ tñ reci-
pit, nec recepiſſe fingitur, & iō bona patris pro dotis reſtōne nō
ſunt obligata, & hypothecata. l. fi. quæ res pig. illa non obſt. nam
loquitur de bonis acquiſitis poſtea per ipſum obligantem. q̄ſtio
nr̄a eſt de bonis q̄ſitis mortuo obligãte per hr̄dem, & iō bona hr̄
g dis *g* in tali tacita hypotheca non veniunt, de qua loquitur hic.
13 † Quid autem erit de expreſſa *h* hypotheca? Dic ꝙ ſi vir obliga-
h uit ſe, & ſuos hr̄des, & ſua, & hr̄dum bona, quod potuit, veniunt
bona hæredis propter conuentionem defuncti, alias ñ, bona aūt
acq̄ſita hr̄ditate iacēte nec ſunt defuncti, nec hr̄dis, vt l. 2. §. hæc
verba, ff. de neg. geſt. & iō ad talia bona ñ trahit̄ dictū pignus ꝯ-
uentionale, ꝙ no. & ita fuit mãdatū Peruſij per c. inter corpora-
lia, de transl. Epi. vbi dr̄, ꝙ ſtatuta ad maritū īter ſpōſum, & ſpō-
ſã extēdunt̄, eo. mō ſtatuta in ipſo electo, & ꝯfirmato. ff. de fund.
dot. l. lex Iulia, & de iure do. l. ſi ſpōſa. No. p̄dicta, & præcipue no.
tex.

ADDITIONES.

a And. Barb. No. ꝙ maritus. No. ꝙ depoſitio huius l. non habet locum in dote confeſſata. uide Mod. in l. 1. ff. ſol. mat. uide tex. l. ſi quis, inf. de bon. dam. & ita tenet Do. Flo. in c. ex literis, de pign. & allegat Bal. ita tenere in l. cum aliquis. de iure deli. & ibi etiam refert, quod Ray. hic dicit, quod ſi fuiſſet renunciatum exceptioni non numeratæ do. tunc haberet locum in dote confeſſata, & idem dicit hic Bar. ſi fuiſſet tranſactum tempus opponendi, & ſequitur Imo. in d. c. ex literis, uide Bal. in c. contingit. de do. & contu.

b An vera. Vide Bal. in ea. l. in fine.

c Sterilis. Non eſt alibi. ſecundum Bal. hic, & Bar. in l. 1. in 3. q. ff. ſol. mat.

d Donatione. Habet tamen priuilegium tacitæ hypothecæ pro do. propter nup. ſm Bal. in l. 2. de bo. quæ lib. l. vbi ſup. de iure dot. & gl. hic ad finem.

e Expreſſam. Secus eſt in dote, & ideo data vna diſtantia, non procedit arg. de ſi. ad ſimile, & uide gl. in c. ſicut vrgeri videor, 3. quæſt. 1. & gl. in l. ſi creditori, ff. de ope. no. nun. & in l. ſi ita fuerit, de reb. dub.

Expreſſam. Sed vtrum mulier habens tantum tacitam anteriorem, præferatur habenti expreſſam poſteriorem, vide no. per gl. 1. §. fuerat. Inſt. de act. & gl. hic, & in c. ex literis, extra de pig. & veritas videtur, quod non, vt patet ex no. per Dy. in re. qui prior, de reg. iur. in 6.

f Paribus. Dixi in l. 2. priui. fiſci.

g Si pater. Vide gl. & Bar. hic.

h Hæredis. Vide quod no. Bal. in l. ſi vxor, in princ. ſup. de bon. auth. iud. poſſ. & in l. vbi adhuc, ſup. de iur. dot.

i Expreſſa. Idem etiam tenet Bal. in l. 1. ff. ſol. mat. & in l. 1. ſup. com. de leg. imo contra in l. hæredis ſeruus, de leg. 1. & ibi refert Bald. & Paul. de Caſt. ibi ſequitur Cy. hic, ſcilicet, quod non poſſit obligare rem hæredis, & ita etiam cum Cyn. tenet Salyc. per l. alienam, 2. reſp. ff. de pign. act. & idem Rayn. per tex. ibi in l. ſi Titio, ff. de pig. ſecundum vnam lect. Ang. hic tenet idem, quod Bal. poteſt dici, quod ſi res eſt obligata nomine hæredis, vera eſt opin. Bald. per not. per Bald. in d. l. rem alienandum alle. l. fi. ff. rem rat. hab. alias procedit opinio contraria. uide etiam Bald. in l. obligationem, in princ. ff. de pign. in lect. antiqua, vbi dicitur tenere opin. Cyn. hic

14 tex.plures rationes,& no.†fragilitatẽ mulierum,ꝑꝑ quam con-
ceditur mulieribus beneficium huius leg.Item bñficium Velle.
l.antiquæ,ad Velle.Iſta tñ rõ non eſt finalis,quia ſi eſſet fin. con
cederetur priuilegiũ in don. ꝙ eſt ɔ̃ hanc leg. nã tunc cũ tracta-
tur de fragilitate,tractat de dãno.Scd̃a ratio eſt, quia corpus, &
ſubſtantia,de corpore nõ eſt dubiũ,in auth.de nupt in prin.vt ge
nus humanũ conſeruetur.Nam ſpurij nõ cõſeruãt, vnde per nu
15 ptias iuſtas ɔſeruatur genus humanũ.Itẽ†quãtũ ad operas, vt l.
ſicut,de ope.lib.& vt debitũ reddat,& quãtũ ad hoc eſt extra po
16 teſtatẽ patris mulier.ſ.quo ad debitũ.†Cõtra, vir nõ vtitur ſub-
ſtantia rerũ paraphernalium,niſi ex voluntate mulieris,nõ alias
ergo non tota ſubſtantia, vnde vr̃ obligari.l.donationes in cõcu
binam,§.ſpecies,ff.de dona. Rñdetur,ꝙ fruitur vir ex voluntate
17 mulieris. Quid†de fructibus*a* rerum paraphernaliũ , cuius fiunt?
a An viri,an mortuo viro fieri debeat reſtitutio vxori? Gl. innuit
ꝙ nõ debet fieri reſtitutio,glo.eſt in l.vbi adhuc , de iu.do.q̃ põt
allegari pro,& ɔ̃.& l.fi.de pac.conuen.vbi per gl. & Cyn.& Bar.
in cõſi.225. cõſuluit, ꝙ bona paraphernalia aſſignata viro, tanq̃
paraphernalia ſint miniſtranda alijs , & tanq̃ negociorum geſto
rum adminiſtrans tenẽ reſtituere fructus,qđ no. Dy.ff.ſol.ma.
l.diuortio.in 2.gl.mag.& habes ibi gl.notabilem,q̃ vix alibi ĩue-
18 nitur,quo tpe ĩueniatur tacita hypotheca mulieri. an ex tpe do
tis numerandæ,ideſt promiſſæ,vt dixi,& non numeratæ tpe ɔ̃cti
matrimonij,ſed diu poſt dicit glo. ꝙ ſi hypotheca eſt expreſſa,in
cipit a die dotis numeratæ,per l.cum oportet,quod ſatis proba-
tur in iſta l.ibi,ſi tñ re ipſa. Sed ɔ̃ hãc gl. facit quia illa tacita hypo
theca hẽt conditionẽ,quę retrahitur.ſ.cum numeratur,illa ɔdõ
eſt poteſtatiua,qa dos promiſſa neceſſe datur.l.j.ff.q pot.in pign.
ha.gl.dicit,ꝙ illa fictio nõ habet locũ in hypothecaria. Gl. mag.
pręmittit q.in qua opi.vulgi cõiter tenetur ꝑ regulam gñalem.ſ.
ꝙ habentibus expreſſam hypothecam mulier non ꝑfertur. Itẽ
probaẽ per tex.ibi priuilegia,&c.quid ſi dos nõ eſt data viro, ſed
ſocero? Dic idẽ,quia ipſe onera matrimonij dẽt ſuſtinere, quo.ſ.
19 no.ff.ſol.ma.l.ſi cõſtante,in prin.vt ſ̃.dixi.† Quid de muliere im
matura,an habeat priuilegia? Dic ꝙ ſic.adde quod no.ſ̃.in l.j.de
b cõd.ob cau.Sequitur gl.aurea.*b*dr̃ hic,ꝙ mulier ꝑfertur in dote
re vera data,quid in dote confeſſata, quæ non apparet numera-
ta?& dicit ꝙ non hẽt iſta priuilegia. Idẽ in ſimili tenet glo.in l. ſi
quis poſt hanc.j̃.de bo.dã.adde no.in auth.ſed iam neceſſe ſ̃.de
20 don.ante nup.& in l.j.ſ̃. de cond. ob cau. in ver.in eod.† Quæro
ergo,quotidie producitur inſtrumentum ſolum,in quo cõtine-
tur confeſſio habuiſſe,& recepiſſe,& promiſſio reſtituendi, licet
illa confeſſio ꝑiudicaret alijs creditoribus,ſi ageretur inter debi
torẽ,& repetẽtẽ dotẽ,tñ cum agitur inter ipſos creditores de iu
re ꝑlationis,& non præiudicat. Si apparet qđ alij creditores ſint
creditores ex cõfeſſione, ꝑfertur mulier, ſed ſi eſſent creditores
ex alia cauſa,mulier non præfertur,gl.ɔ̃ in l.j.ſ̃.de dote cau.non
nume.ſ. ꝙ illa ɔfeſſio inducit numerationẽ, ſi eſt renũciatũ ex-
cep. nõ numeratę dotis.adde l.per diuerſas,ĩ prin.& l.ab Anaſta
ſio,ſ̃.man. Vide quæ dixi.ſ̃.& vide ꝑ me in l. pecuniæ, ff.de ſolu.

ADDITIONES.

a Fructibus. An fructus percepti per uirum ex patrimonio non dotatæ uxoris ſint re
ſtituendi, uide Bar.in l.fin.ff.ad leg.Fal.

b And.Barb.Glo.aurea.No.gl.de dote data,& non confeſſata,nide quæ not.ad Bar.
in l.iubemus.§.ſane.ſup.de ſacroſan.eccl.

AVTHENTICA.

1 *Piuilegium prælationis habet mutuas ad refectionem domus.*

Quo iure. Mulier, & ij,quorum pecunia res eſt empta
aut refecta, ꝑfertur: niſi militia empta ex eo
eſſet,& hoc in ſcriptis probetur.h.d.& ſic patet, ꝙ hæc auth. ve-
nit ad ɔfirmationẽ le.Cod.cũ dicit præferri aduerſus creditores
priuilegiatos,quorũ pecunia res emptę ſunt,vł refert,& limitat
le.Cod.ĩ illo caſu,ſ.ſi militia eſſet empta,& ꝓbaẽ ĩ ſcriptis. Et ad
uerte qđ dicit de militia,qa forte nõ ſufficit militiã emptã ex pe
cunia creditoris,niſi creditor pecuniã mutuauerit, vt militia e-
meretur,alias aũt ipſa mulier,& eius filij ꝑferentur ꝓ dote in ip-
ſa militia,vt in auth.quod obtinet.ſ̃.de pig.quod tene menti.vñ
iſta auth.limitat iſtam leg.ergo lex diſponit vt mulier habens ta
citam hypothecam pro dote,pręferatur cęteris creditorib.habẽ
a tibus hypothecam tacitam*a*quantuncunque priores in tpe ſint
cum priuilegio , quia præferuntur creditoribus quantuncunq;
prioribus in tpe,& habentibus priuilegium aduerſus alios,ſicut
ſunt illi,quorum pecunia res empta eſt,aut refecta, ſolum autẽ
1 excipit illos,quorũ pecunia empta eſt.†In gl.in ver.perſonali,ibi
inter alias perſonales,quod dicit ibi glo.quod mutuans ad refe-
ctionem domus habet priuilegium prelationis inter perſonales
actiones,& in alijs rebus,hoc non probatur, inter alia autẽ pri-
uilegia lex coarctauit iure refecta,nõ aũt ꝓduxit alios. Tene mẽ
ti hanc gl. & ibi,ſit obligata licet ſit empta ex pecunia mea mu-
tuo tradita,vt mihi res emereẽ.nec tex.huiꝰ auth.hoc dicit,imo
potius loquiẽ oppoſitũ , dũ loquiẽ de priuilegio ꝑſonali. hẽt pri-
uilegiũ ꝑſonale inter ꝑſonales,ſed non hẽt priuilegiũ realẽ ĩter
alia , ex quo res empta non eſt obligata , tñ quia hæc eſt opinio
cõis gl.& in l.licet,ſ̃.eo.in d.l.quãuis,non audeo recedere ab ea.

ADDITIO.

a Tacitum.vide Bar.in l.ſi is qui,ff.de iure fiſ. & in l.in rebus,ſup.de iure do. vbi pro-
batur , quod non eſt ſpeciale in dote,niſi quo ad res eſtimatas datas in dotem quo
caſu in ſubſidium mulier præfertur in ea re anterioribus creditoribus. ita ibi habe-
tur in gl.in ver.chriſmate.quam ſequuntur ibi Doct. maxime Bal.in x.& vlt.no.

AVTHENTICA.

1 *Res empta ex pecunia dotali facta eſt dotalis.*

2 *Emphyteuſis contractus tranſint ad filios , etiam ſi de ipſis non eſſet facta mentio.*

3 *Filius hęreditatem paternam repudiando, non poteſt ſibi reſeruare emphytheuſim a patre quæſitam.*

Si quid. Si aliquid apparet ex rebus dotalibus , etiam ſe-
cunda mulier præfertur priori.ſi ſit, quia poterat
eſſe quod olim diuortio diſſoluebatur matrimonium , ita quod
vterque poterat viuere. alias de re iudic. Filij ſcilicet primi ma-
trimonij,vt no.gl.in l.ſciendum,ff.de re iudic.Sed glo.in l.etiam,
ſol.matri. dicit, quod hoc priuilegium datur filijs cuiuſcunque
matrimonij, pro quo eſt hic tex. dum dicit , quælibet. ſed com-
1 munis opin.eſt pro gl.alle. in l.ſciendum,quam omnes tenent.†
Et ideo dic,ex quo apparet res empta ex dotali pecunia , dotalis
facta eſt . vnde non mirum ſi aduerſus omnes creditores ante-
riores & poſteriores habentes tacitam hypothecam , vel expreſ-
2 ſam , hoc caſu mulier , & filij præferuntur in prædictis. adde †
quod glo.no.in contractu emphyteutico, quod licet non tranſit
a ad hæredes,*a* tamen ad ſuos,& ad filios tranſit,vt in Auth.de nõ
alienan.§. emphyteuſim. etiam ſi non eſſet facta mentio de *filijs*
3 in contractu emphyteuſis,quod eſt no.& † adde no.in 10.*colla.*
an ag.vel defun.c.j.vbi dicit gl.quod filius non poteſt in repudia-
tione hæreditatis paternæ reſeruare ſibi emphyteuſim a patre
quæſitam,de quo dixi, &c.

ADDITIO.

a Hæredes. Intellige extraneos,& iam gl. quæ eſt in l.etiam, hic alleg. & pro ſingu.
alleg. Pal.in l.j.de ſu.& leg. Imo.in l.quod dicitur. ff.de verb. oblig.

De ijs , qui in priorum creditorum locum ſuccedunt. *Rubr.*

LEX PRIMA.

1 *Creditor poſterior non ſuccedit in locum prioris creditoris , etiam ſi ei ſoluat,niſi expreſſe agatur.*

Non omnimodo. Secũdus creditor, cuius
pecunia peruenit ad prio
rem, non ſuccedit in hypotheca prioris creditoris , niſi
actum ſit,quod ſuccedat in ipſa.h.d. & loquitur in ſecundo cre-
ditore chyrographario , qui non habebat bona hypothecata.
Tranſit,quia non eſt ex illa pecunia ei ſatis factum.hoc, ſ. quod
ſuccedat ĩ hypo.ergo ſi dat ſub hoc pacto ſuccedit in hypotheca
No.ſententiam in reali ferri verbis negatiuis. In gl.in ver.acce-
piſſe.ibi, etiam ſine facto ſcilicet ſecundus creditor hypotheca-
rius erat, confirmatur enim tunc hypothecaria ſua. ita loquun-
1 tur iura hic alle.†Oppo.dicitur hic, quod poſterior non ſuccedit
in locum prioris,niſi expreſſe agatur,contra,quia ſecundus cre-
ditor etiam ſine pacto ſuccedit loco primi, l.fin.inf.eod. Dicunt
quidam quod hæc lex loquitur in alieno caſu , & in hoc dicunt
verum , nam ibi quandoque ſecundus creditor habebat hypo-
thecam . Et ad eius confirmationem ſoluit priori , & tunc ſine
principali pacto in locum eius ſuccedit.Sed hic non loquitur in
creditore,qui ad confirmationem ſoluit priori. Et ideo gl.ponit
tres caſus ibi,aut extraneus.In hoc puncto Iacob. de Are. quem
ſequitur hic Cyn.diſtinguit.Nam ſi ſoluit extraneus,nomen de-
bitoris emendo,ſufficit ſibi emptio.vt l.ſi a creditore,ſup.de act.
& obl.Si ſoluit negotia debitoris gerendo , tunc ſufficit ſibi cedi
actionem perſonalem,vel hypothecariam a creditore , cui ſolui
ſufficit.ſic ſupra de priui.fiſc.l.fin.alias contra ſolum debitorem
liberatum actionem negotiorum geſtorum intentat . Sed ſi ſol-
uat aliter contrahent vt quia mutabat creditori pecuniam , vt
pignus lueret,tunc procedit op.gl. & ibi tria ſunt neceſſaria. Gl.
in l. Ariſto.dicit quod quatuor,nam eſt neceſſarium pactum, &
illa res obligata, de quo gl.hic mentionem non facit in hoc paſ-
ſu,ſed in præcedenti.Sol.hic & ibi,in hoc priuilegio, ſcilicet per-
ſonalium actionum, & bene dicit, quod ſi creditor habet actio-
nem priuilegiatam , & mea pecunia ſatisfactum eſt , in locum
eius ſuccedo.Ibi,l. Ariſto,dicit hic ſubtilius , ſcilicet quod debi-
tor ſatisfaciat animo ſe liberandi hypotheca noua neceſſaria,&
verũ dicit,quia non ea eadem in ſubſtantia,ſed in effectu,extin-
cta enim fuit perſonalis hypothecaria per talem ſolutionem, l.
qui res,§.area, ff.de ſol. ſi debitor ſoluit animo transferendi ius
primi creditoris in mutuantem pecuniam , tunc eadem hypo-
theca tranſit in ſecundum , ſed ſi ſecundus ſoluit , tunc eadem
hypotheca eſt, quæ ſuccedit in locum primi , & non ſoluit ani-
mo liberandi debitorem, ſed vt ius creditoris transferatur in eũ
& ius hypothecæ,quod eſt realẽ, & ab omnibus vere ſeparatur, ſi-
cut dominium. In perſonali autem actione,quæ tranſit in hære-
dem,vel ceſſionarium,an ſit eadem, eſt quæſtio , de qua ſup. de
act.& oblig.l.nominibus.

LEX

L E X II.

1 *Filius emancipatus ſoluens pro patre ex pacto, vt ſuccedat in hypotheca primi creditoris, idem ius conſequitur quod ille habebat.*

1 Cum pro patre. †Filius emancipatus ſoluens pro
patre, eo pacto, vt ſuccedat in hy-
poth. prioris creditoris, idem ius conſequitur, quod ille hẽbat,
& poſterioribus patris creditoribus antefertur. h.d.

L E X III.

Si potiores. Iure proprio nõ habetur pignus, ſed quaſi
pignus; vnde ſi res mea eſt obligata priori
creditori, cui ego ſoluo, eo. priuilegio vtor aduerſus creditores
reliquos, & eo. beneficio, quo vti poterat creditor meus, debitor
ergo hoc caſu ius hypothecæ, & ſic rem ſuam habet, & quaſi
obligatã. Multo ergo fortius in caſu l. vſuc. ſup. de pig. ſi creditor
cedit ius hypothecæ debitori, contra quem vſucaptum erat ad-
uerſus vſucaptorem defendere ſe poterit, ſicut ſe poterat credi-
tor ipſe. ſed ita credo ibi ſenſiſſe, adiuncta eſt hæc l. gl. in l. j. §, cum
prædium, ff. de pign. dicit, quod debitor dat inſolutum creditori
rem obligatam in caſu d. l. vſu. ſed cum res ſua non ſit, quia vſu-
capta eſt, tene quod dixi. & procedit iſta opin. plane.

L E X IV.

1 *Secundus creditor poteſt offerre fiſco.*

1 Si prior. †Poteſt ſecundus creditor offerre ẽt fiſco priori,
& hoc ipſo ſuccedit in locum eius. h.d. bene er-
dixit gl. magna, §. eo. l. j. ꝙ ſi ſecundus creditor offerat pecuniam
primo, ſuccedit in loco primi ſine aliquo pacto, vt ibi dixi.

Si antiquus creditor pignus vendiderit. *Rubr.*

L E X PRIMA.

1 *Emens a primo creditore rem vendente, dicitur tutus cõtra oẽs creditores.*
2 *Dominium, & hypotheca, in eadem re conſiſtere non poteſt.*

SI vendidiſſet. Leuis eſt, ſed in aliqb. ſingularis.
Emens a priore creditore, a ſe-
cundo inquietari nõ põt: ſed ſi primus creditor emit a de-
bitore, conueniri põt hypothecaria per creditorẽ ſm oblato de-
bito. h.d. In tex. ibi vendidiſſet. ſ. cuidã extraneo qui ſcđo credito
ri debitor ipſe vendidiſſet; tunc. n. bene poſſum agere, quia non
poſſum opponere de iure tertij. Sed ita hoc modificat, quod di-
cit priori, i. primo creditori ementi, vel in ſolutũ accipienti, ven-
1 didiſſet authoritate legis, vel pacti. † No. ꝙ emẽs a primo credito-
re rẽ vẽdente, tutus eſt ꝯ creditores oẽs poſteriores; & ꝙ ſi ipſe pri
mus creditor emit, vel inſolutũ accepit, non eſt tutus ꝯ poſterio-
res creditores, tanquã emptor, vel inſolutũ accipiẽs ſed tanꝙ cre
ditor iuris primi ꝯctus. & iõ iure primi ꝯctus ſublato per obſonẽ
debiti. efficaciter poſterior creditor intentat hypothecariã. h.d.
no. Sed q̃ eſt rõ dñiæ inter primũ caſum, & ſm? Dic ſm Vltram.
& Ia. de Are. qa cũ creditor vendit, hoc facit de ptãte ſibi attri-
buta tpe obſonis, quo tpe ſcđo creditori nullũ erat ius q̃ſitũ, vn
de in emptore cãtur ius creditoris; ſed cũ prior creditor a me re
cuperet in ſolutũ ius ſuũ cãtur a debitore, qui creditorib. præiu-
dicare nõ poteſt. Et ideo dñt ipſi, ꝙ ſi poſt dationem in ſolutum
creditor vẽdit extraneo, ꝙ poteris illi extraneo auferri, ꝙ eſt no.
2 dignũ Opp. ꝯ vltimũ hoc; nam † in eadem re non conſiſtit domi-
nium, & hypotheca, quia nemo poteſt habere rem ſuam hypo-
thecatã, de reg. iur. l. neq; pignus, ſed ille primus creditor emẽs,
vel inſolutum recipiens, eſt nactus dñium; igitur extincta eſt hy-
potheca, ergo non eſt neceſſe ei offerri. Rñ. in eadã re non conſi-
ſtit dominium & hypotheca, verum eſt, niſi qñ res poteſt auferri
ementi per hypothecã, vnde aut res eſt incõmutabiliter propria,
& non habet hypothecam. Aut cõmutabiliter propria, & põt ha
bere hypothe. per q̃ excludatur euictio, ſeu mutabilitas. caſus eſt
no. de ſeruo, pig. da. manu, ita dicit gl. & probatur, ff. de exce. rei
iud. l. ex ſextante. §. Lucius, & pro intellu huius l, vide hic Bar.

L E X II.

1 *Ius offerendi ceſſat poſt rem venditam.*
2 *Ius excipiendi acquiritur ex inutili contractu.*

1 Obligata, †Poſt rem venditã iure creditoris, ceſſat ius
offerẽdi. h.d. quærit gl. creditor vendidit in ca
ſu non permiſſo; an emptor poterit retinere illam rem, ſi ei non
offertur debitum, quod debebatur vendenti? Videtur quod non
quia non tenet contractus, ergo non tenet ius contrahendi. Cõ-
2 trarium eſt verum, quia † in illo inutili ꝯctu dominij tranſit ius
excipiendi, vnde idem eſt ac ſi dignus eſſet datum pignori, &c.

L E X III.

1 *Proteſtatio minus iuris habentis, non nocet plus iuris habenti.*

1 Quominus. †Proteſtatio minus iuris hñtis, non obeſt
plus iuris habenti. h.d. Caſus. prior credi-
tor volebat vendere iure creditoris, ſecundus creditor proteſta-
a batur ne venderet: tamen non offert debitũ, nunquid iſta *a* pro-
teſtatio impedit venditionem? Reſpõdetur ꝙ non; ſecus ſi offert
b debitum. proteſtatio, *b* vel prohibitio non nocet, vbi ius prote-
ſtandi, vel prohibendi ceſſat, ff. de mino. l. tutor vrgentibus.

A D D I T I O N E S.

a Nunquid iſta, Vide Bal. in l. acceptam, ſup. de vſur.
b Proteſtatio, Vide in l. 2. inf. debi. uen. pig. imp. non poſ.

Si communis res pignori data ſit. *Rubrica.*

L E X VNICA.

1 *Frater portionem alterius fratrir obligare non poteſt.*
2 *Fiſcus ratione portionis totum poteſt alienare,*

1 FRater. † Frater non põt obligare alterius fratris por-
tionem, ſed ſuam ꝓpriam ſic, h.d. Fallit in fiſco
2 † qui ratione ſuæ portionis poteſt alienare totum, j. de ali.
re. fiſ. l. 1. lib. x. Ibi, cõpetentem ꝯctus fratris non nocet fratri, nec
intelliguntur ſocij, licet ſint fratres, de quo plene per Bar. in l. Ti-
tium, & Meuium, §. altero, ff. de admi. tut. vel per eum, in l. ſi pa-
truus, §. commu. vtri. iud. niſi quæ venderetur pro indiuiſo res
erat. & licet fratres poſtea ad diuiſionem veniant inter ſe, non
portio ſola obueniens obliganti eſt obligata, ſed obligata portio
eſt obligantis pro indiuiſo, ſicut erat ante diuiſionem, ſm Cyn.

De prætorio pignore. *Rubrica.*

L E X PRIMA.

1 *Actiones non dicuntur res mobiles, neque immobiles ac ſe ſe mouentes, ſed ſunt quartum genus,*
2 *Iudicis officium non eſt actio, & meram obligationem non præſupponit.*
3 *Pignus prætorium in nomen debitoris qualiter conſtitui debeat.*
4 *Forma immiſſionis in poſſeſſionem in rebus corporalibus.*
5 *Vtilis hypothecaria quæritur ex immiſſionee in poſſeſſionem rerum in corporalium.*
6 *Primum decretum non transfert ius plenum.*

SI pretorium. Pignus cadit non ſolum in rebus
corporalibus, ſed etiam in nomini
1 bus debitorum. h.d. ꝯpetũt ex iſto tex. no. † qđ actiones nõ
ſunt res mobiles, neque immobiles, nec ſeſe mouentes, ſed eſt
quartum genus, ff. de verb. ſig. l. mouentium, & ibi per Bart. ſuꝑ
actionibus. i. mero officio iudicis aliquid debetur, vt l. is cui, ff. vt
2 in poſ. le. & ibi per Bar. quod no. † quia officium iudicis meram
oblonem non pſupponit, & non eſt actio, vt l. Quintus, ff. de au.
3 & arg. leg. † Qualiter aũt in nomen debitoris debet conſtitui pi-
gnus prætorium, dic ut in gl. quæ non eſt alibi, ſm But. quod te-
4 ne menti. † Vnde hoc modo quærit glo. qũo quis *a* poteſt mitti
a in poſſ. in rebus incorporalibus; nam pedibus non poſſunt calca
ri? Reſp. miſſio fieri hoc modo, quia citabatur debitor, & eo cõ-
fitente, Iudex dicit, iubeo nomen tuum eſſe loco pignoris debi-
torum; vnde verbum Iudicis habetur loco miſſionis in iſtis in-
5 corporalibus. † Sed ex iſta *b* miſſione, quod ius quæritur. Reſpõ.
b quod vtilis hypothecaria, vt determinat iſta glo. qđ in l. nomen.
§. quæ res pign. ob. poſſ. eſt vtilis hypo. & dicit verum in pignore
prætorio, quia per ſecundum decretum non poſſet transferri vti
6 lis perſonalis. † Nam per primum decretum non transfertur ius
plenum. In gl j. ver. dandum. ibi per interlocutoriam, vel diffini-
tiuam. Pet. contra, quod ſolum per interlocutoriam. ff. ex quib.
cau. in poſ. ea. In gl. in ver. decernere. ibi, ſubdit. l. nomẽ. quod Iu-
dex facere non põt, niſi debitor confiteatur ſe debitorem, ſicut
fit executio ſententiæ in bonis debitoris negantis, in l. admo. §. ſi
ſuper, cum ſe. de re iud. Et attende quod dicit Inn. in c. j. de eo, ꝙ
mit. in poſ cauſa rei ſeruan. quod miſſus exigit iſtud nomen, &
creditori denegabitur actio ꝯ eum. Sed ſi reus reſeruatur, & præ
ſtet cautionem de ſtando iuri, recuperat non ex actu per talem
creditorẽ immiſſum, vt l, j. §. iubet, ff. de colla. bo. & h.d. in j. col.

A D D I T I O N E S.

a Quomodo quis. Vide Bar. in l. a diuo Pio, §. ſic quoque, ff. de re iu.
b Sed ex iſta. uide gl. & Bal. in l. ſi quis miſſum, in fi. de dam. infec. & uide l. prox.

L E X II.

1 *Negligentia circa prætoris beneficium, non nocet.*
2 *Poſſidere deſiens eſt in culpa.*
3 *Poſſeſſioni ſuæ quęlibet incumbere, & vigilare.*
4 *Culpa, & negligentia faciunt perdere poſſeſſionem, non tamen ius reale.*

a Veteris. Cadens *a* detentione pignoris prætorij, eam re-
1 cuperat per hypothecariam actionẽ. h.d. † Nota
negligentiam circa beneficium Prætoris non nocere. Ibi, ad du-
plum conuentionale, & prętorium, & ponitur prætorium large.
2 Culpa. † no. quod in culpa eſt, qui deſiijt poſſidere, & tamen nõ
3 præſumitur poſſeſſioni incumbere. No. † quod quilibet debet
4 ſuæ poſſeſſioni incumbere, & vigilare. Nam † culpa, & negligen
tia faciunt perdere poſ. tamẽ non ius reale. Adde, quod talis poſ
ſeſſor non ſolum perdit per hypothecariam, vt dixi, ſed etiã per
interdictum ſecundum Innocen. qui ita intelligit hanc leg. in c.
contingit, de dolo, & cont. Et hoc intellige verum, ſi creditor per
immiſſionem adeptus eſt poſ. aſininam; tunc recuperabit offi-
cio iudicis, vel per condi. ex l. incola, de agric. & cenſ. lib. x. & no.
gl. in l. Aquilius. ff. de don. per Bar. in l. rem quæ nobis, ff. de acq.
poſ. & in l. fi. §. ſed cum in ſecundam, de furt. & ſi expelleretur a
debitore, ſubuenitur ſibi per interdictum, ne vis fiat ei.

A D D I T I O.

a Cadens. Ad hanc l. vide gloſ. & Bar. in l. ſi quis miſſum, ff. de dam. inf. & iſto caſu, quando habens pignus prætorium cadit a poſſeſſione, agit hypothecaria, vt hic, ſi requiritur excuſſio, ſecundum Bal. in l. j. ſu. de reuo. his, quæ in frau. cred.

Si in cauſa iudicati pignus captum ſit. *Rub.*

LEX PRIMA.

1 *Pignus p̄torium dicitur, ꝙ capitur ex ĩterlocutoria; iudiciale, ꝙ ex officio.*
2 *Iudicis decretum, & auctoritas, idem operatur quod operatur partium cō tractus.*
3 *Iudex transfert dominiũ, & rō quia factũ eius reputatur factum partium.*

1 RES ob cauſam. †Continua hoc modo. Præ
a toriumᵃpignus proprie dici
tur, quod debetur, & capitur ex ĩterlocutoria: Iudicia-
le, quod capitur ex officio, De prætorio dixi ſ̃.ti.prox.de iudicia-
2 li dicit hic.h.d.Idem †operatur iudicis decretum, & authoritas,
quod operatur contractus partium.h.d.Iuſte, ideſt, conuẽtiona
3 lis, & ideo†nota Iudicem *b* transferre dominium, quia factum
b eius ſuccedit in locũ hominis.j̃.de eui.l.ſi ob causã, vbi eſt tex.

ADDITIONES.

a Prætoriũ.De differentia inter prætorium, & iudiciale, uide Bar.in l. a diuo Pio, §. ſi ſuper rebus, ff.de re iud.& gl.in l.2.ſup.qui pot.in pig.hab.
b Iudicem.uide Bal.in l.ordo, uer.mō q̃ro, quando Iudex ſup.de excep.rei iudi.

LEX II.

2 *Pignus prætorium debet vendi cum Iudicis authoritate.*
1 *Iudex poteſt concedere creditori authoritatem uendendi pignus, & propria autoritate intrandi.*
3 *Emptorem non reperiri, vel iuſtum pretium non offerri paria ſunt.*

1 Cum in cauſa †Pignus p̄torium debet vendi cum
iudicis authoritate, nō cum authori-
tate creditoris in poſ. miſſi.h.d. & dicit, ꝙ aut loquit̃ in pignore
conuentionali, & dicit vt l.ſi conuenerit, de pig. act. Aut in p̄to-
a rio, & ſp requiritur authoritas iudicis, vt hic dicit Iac.de Are.ᵃꝙ
2 †poſſet iudex cōcedere ipſemet creditori hãc auctoritatem, vt
poſſit authoritate ꝓpria ĩtrare p l.miles, §.qui iudicati. & ibi gl.
de re iu. Et hoc ſequitur hic Cy.pōt cōcedere, ꝙ creditor poſſit
authoritate ꝓpria tenutã, & poſſeſſionẽ debitoris pro ſuo debi-
to conſequi, vt no.in l.iuſte, ff.de acq.poſ.per gl.& Bar.& no.per
Cy.in l.meminerit, ſ̃.vnde ui.ſic ẽt pōt ꝯcedere tali miſſo. ꝙ au-
thoritate propria vendat illã tenutã. Sunt ergo tres viæ. Vna ven
dẽdi alteri; altera ꝙ Iudex vendet ipſi creditori litigãti; tertia ꝙ
adiudicetur ex ſecundo decreto.l.fi.j̃.eo. vt ergo fugias omnes
opi.circa recuperationẽ rei, melius eſt, ꝙ vendatur ei tanquã ex
traneo, & dicit gl.l.a diuo Pio, §.ſi pignora, ff.de re iud. per eũ.ſ.
2 creditorem.fieri.i.exequi paria†ſunt emptorem nō reperiri, vel
iuſtum pretium non offerri.qui bon.ce.poſ.l. legis Iuliæ, vbi qs
non poteſt ſua authoritate ſe mittere in poſſ. vel bona diuidere.

ADDITIO.

a Iac.de Are.Vide Bal.in l.ordo.ſup.de exe.rei iud.& Ang.& Imo.in d.§. qui iudicati, hic alleg.ubi de materia.

LEX III.

1 *Noſtra omnia facimus, quibus authoritatem impartimur.*

In cauſa. Cum reperitur emptor, debet res ĩ cãm iudica
ti accepta vendi, & ſi non reperitur, pōt ex ſecũ
1 do decreto adiudicari.h.d.†Ibi, Principis. Idem ĩ iudice atene ſ̃.
a de exec.rei iud.l.ordo. Omnia.n.nr̃a facimus, quib. authoritatẽ
impartimur, l.j.§.omnia, ſ̃.de ve.iu.enu.& ꝓ intelſu huius l.vide
l.vlt.j̃.de iure do.impet. Et ſcias, ꝙ cũ fit iſta adiudicatio, non re
quiritur de pignoris p̄rio, nec de debiti q̃ritate; ſi ꝓ debito adiu-
dicet̃ creditori. Si aũt inuenitur emptor, p̄t tũc creditor licite
vna cũ alijs, & emere, ſicut extraneus; p̄t ẽt petere, ꝙ ſibi det̃ pi-
gnus in ſolutũ, & iſta ĩſolutũ datio, & emptio pōt fieri authorita
te iudicis, vt ſ̃.l.ꝓx.ſ̃m Acc.& Cy. Adijci ſolẽt, & iſta adiectio nō
ſapit nã emptionis, neq; inſolutũ dationis, vt patet per exempla
poſita in l.fi.j̃.de iur.do.imp.q̃ lege. vide pro intelſu huius legis.

ADDITIO.

a Idem in iudice, idem tenet Sal.per l.a diuo Pio, §.ſi pignora, ff.de re iu. & Sal. in l. ordo, hic alleg.licet Cy.aliter dicat.

Si pignus pignori datum ſit. *Rub.*

LEX PRIMA.

1 *Pignus pignori dari poteſt.*
2 *Habens vſumfructum, ſicut illum pignorare poteſt, an vendere poſſit.*
3 *Vendens rem & obligans, totam intelligitur vendidiſſe, & obligaſſe.*

ETiam. Hæc eſt lex no. Pignus pignori dari p̄t, ſic etiã
ſi conſiſtat in ius vſusfructus. ſi tandiu durat
ſ̃m pignus, donec r̃ſoluat̃ primũ, quia reſoluto iure, prio
ris, reſoluitur ius ſucceſſoris. Et ſi habens pignoris poſſeſſionẽ,
vendit proprietatem, non tenet venditio, quia nomine poſſeſſio
nis ipſa res poſſeſſa ſignificatur.h.d. Manet. quia ſi non maneret
in cauſa eius, qui dedit, reſoluto iure datoris reſoluitur ius ſuc-
ceſſoris, ſeu acceptoris.ff.de pi.l.lex vectigali. Poſſeſſio. i. ipſa res
poſſeſſa, vñ dicere, pignoro tibi poſſeſſionẽ meã, intelligeret̃ pi-
a gnorare rem pleno iure. No. ꝙ pignus pignori dari poteſt, & tã-
1 diu durat iᵒ acceptoris, q̃diu durat ius creditoris.†No. ꝙ vſusfru
ctus poteſt pignorari, & per iſtã leg. tradit̃ qō, ꝙ ſi emphyteuta
rem dedit pignori, ꝙ hypotheca nō durat creditori, pluſq̃ duret
2 illius emphyteuſis, vt in alleg.l.vectigali.†Quæro, an ſicut habẽs
vſumfructũ pignori, poteſt illum pignorare; ſic poſſit, & vende-
re? Quidam dicunt, ꝙ habens vſumfructum pignoris, vendendo
reuertitur ad proprietatem, Inſt.de vſuf.§.finitur. Gl. dicit, ꝙ nō
reuertitur, ſed emens habet ius retinendi. Caue tibi, deficit ſpiri-
tus gl.ſi habens vſumfructum vendit, gl.intelligit quod per alie-
b nationem *b* transfertur commoditas, & non reuertitur ad pro-
prietatẽ, & habui iſtã q.de facto in Florentia. Vbi ergo cōſtet ꝙ
voluit vſumfructũ a ſe totaliter abdicare, nunq̃ reuertitur ad ꝓ-
prietatẽ, quia p̄ſumitur conceſſa commoditas, nō ius a perſona
inſeparabile, vt l.neceſſario, §.fi.ff.de peric. & ꝯmo. rei vẽ. In mã
c legis noſtræ non habet locum d.§.finitur. quia tũc habet locum,
qñ alienatio vſusfructus non fit ex permiſſione legis, vel contra-
hentium; ſed hic non fit ex permiſſione legis, vel contrahentiũ,
quia venit hoc ex nãm pignoris. vnde ſi habeo vſumfructu for-
d malẽ, *d* & alieno conſentiente proprietario, nunquam reuertit̃ *e*
ad proprietatẽ ff.ſol.mat.l.vſusfructus. vnde vr̃ ſi habeo vſumfru
ctum in pignus, quod poſſum vendere in caſu p̄miſſo, ſicut aliã
rẽ. Inducit & hanc legem ad q.ſi clericus impetrauit primam va
caturam in eccl̃a ſancti Laurentij. Demum Epiſcopus eccleſiã
impetratã permutauit cũ quodam Abbate, ſi poſtea vacat, perti
net ad primum impetrantem ſ̃m Canoniſtas, nã tranſit cũ one-
re ſuo. Et audi nouũ dictũ quod neſcis, cum dixit Spe. ſñĩam ſe-
quendo quorundã, quam Io. An. non impugnauit in tit. de pig.
§.j.& ſup Rubrica ibi, Sed pignus pignori dari non pōt vltra tres
vices, ſed ego credo, ꝙ millies, nam ius quæſitũ nobis in pigno-
re eſt reale, & ab oĩb.de facili tranſit, ſicut dñium eſt tranſitoriũ
de perſona ad perſonam per mille manus, & ſp remanet ius dñij
3 ſic eſt idẽ ius, quod per quaſcunque manus perambulat. † *In gl.*
vinculum.ibi, ꝙ vr̃. ſtupefacta reſidet gl.ſuper hoc puncto, ſuper
quo audacter & dicit Cy. eſſe tenendũ, ꝙ qui vendit rẽ, & obli-
gat, intelligitur vendidiſſe, & obligaſſe rẽ totã, ꝙ placet. *In legato*
aũt hoc p̄cipuũ eſt, ꝙ qui legat, in dubio non vr̃ legare *niſi ius*, ꝙ
hẽt in re, ẽt ſi illud pereat morte legantis, vt l.ſi domus §.fi. *de le.*
j.& ibi vr̃ extinctus vſusfructus, qa cũ vſufructuario decedit, & ꝯ
ſolidatur cũ ꝓprietate. vt in §.pen.hic alleg. de hoc dic, vt ſ̃. dixi.
Sed in declaratione gl.dic clarius, q̃ gl. dicat, ꝙ creditor primus
qñ fuit obligatus vſufr.per vſumfructuarium obligãdo alteri, nō
traſmittit vſumfructũ, nec ſeparat̃ ius vſusfr. ſed transfert talis a
fructuario creditor ius reale, ꝙ habuit in vſufructu alteri obligã
do, vel vendendo, & iō tam emptor q̃ ſequens creditor defendũ
tur p exceptionẽ, vt liceat vti frui, quẽadmodũ licebat obliganti.

ADDITIONES.

a Pleno iure. Facit, quod no.Bar.in l.ſi rem aliquem, ff.de acq.poſ.
b Alienationem. Vide quod no.Bal.in l.ſi quis emptionis, in fi.prin.ſup.de præſcr.30 ann.& melius Bal.in l.res quas, ſup.de iu.do.& Imo.in l.vſufr.in prin.ff.ſol.mat.& Bal.in l.neceſſario, §.fi.hic alleg.in lect.ant.& in l.j.ff.de ſta.ho. vbi transfertur cōmoditas, quæ poteſt alienari, vt plene habetur in l.arboribus, §.vſufr.ff.de vſuf.
c Legis. Vt l.j.ff.de pignoris.
d Formalem.no.limitationem ad §.finitur, Inſt.de vſuf.quod creditor habens vſumfructum in pignus, poteſt iure crediti vſumfructum vendere, quod nunquã reuertitur ad dominũ.& vide quod no.Bar.in l.ſi is qui.§.fi.in fin. ff.de pig. & an, & qñ per alienationem finiatur vſusfructus, vide no.Bal.in l.res quas ſup.de iure do.
e Reuertitur. Scilicet per mortem alienantis, ſed acquirentis ſic, nam ibi hoc allegabatur.

LEX II.

1 *Dominium non amittitur, ſi pignus pignori datur.*

1 Si creditor. Si pignus pignori datur, dñium non amit-
titur.h.d. Intellige ẽt ſi detur per ſimulatã,
vel coloratam venditionem. Et ideo gl.dicit, examinata fide ve-
ri, quia forte contractus ſimulatus dicebatur, ſ.quod erat vendi
tio. Ibi, non vendidi, ſcilicet re vera.ſic ſup. plus va. quod agi.l.
emptione. Præſidis non propria authoritate.

De partu pignoris. *Rubr.*

LEX I.

1 *Partus ancillæ pignoratæ intelligitur pignoratus.*

2 PArtus. †Partus ancillæ pignoratæ, pignoratus intel-
ligitur.h.d. vnde pignorata vaca, & etiam vi
tulus, qui poſtea naſcitur, dicitur eſſe pignoratus, nam par
tus ſequitur ventrem.

LEX II.

1 *Vectura quatenus eſt vltra ſumptus equi, debitum extenuat.*
2 *Operæ ſortem extenuant ſicut fructus.*
3 *Ancilla obligata, non intelligitur partus obligatus; ſed fallit, quando eſſet talis ætatis, quod ſeparatus a matre periret.*

1 Cum pignoris. Opera ſumptũ excedens, extenuat
debitum.h.d.† No. ꝓ hñtib. pigno-
ri equum, quod ſi ipſi perceperunt vecturam, quatenus eſt vltra
ſumptus equi, iſta vectura extenuat debitum, ibi.potuit.no. teneri
2 ri creditores de percipiendis. Tene menti.† No. quod ſicut fru-
ctus extenuant ſortem, ita operæ, quæ in fructu ſunt, vt l.quam-
uis.ſ̃.in qui.cau.contra.ob.& l.grege, ff.de pign.† In gl.ibi, vel de-
bitorẽ ſimpliciter.ſ̃.eo.quod concepit, & peperit penes eum, &
tũc obligata ancilla, non intelligitur obligatus eius fructus, nec
partus, vt l.Paulus.§.ſi mãcipia, ff.de pig. Fallit, vbi partus ſit talis
ætatis, quod ſeparatus a matre periret, puta quia lactabat eum.
Nã tunc licet peperit apud debitorem ante obligationem ſuper
matre contractam, ſequela matris neceſſario in obligatione ma
tris venit. facit ad idem quod no.Bar.in l.prægnantis, ff.de pœ.

De

De remiſſione pignoris. **Rubr.**

Viſo qualiter pignus ɔ̃hat̃, nunc annectit qualiter diſſoluatur.

LEX PRIMA.

1 *Scientia ſine contradictione fauore libertatis, habetur pro conſenſu.*

1 SI te manumiſſum. † Fauore libertatis ſcien
tia abſque contradictio
ne habetur pro conſenſu.h.d. Et idẽ, qđ hic dr̃ in libertate,
eſt in eccleſia, & pauperibus, & in cauſis pijs, q̃ merẽt fauo
rem, ſicut libertas. Adde qđ no. Barto. & Doct.s̃. de fideic.l.eam
q̃. Cõſenſu tacito, & p̃ſumpto fauore libertatis: ꝓ hoc.nã ſi du-
raret ſpecialis pignoris nexus, manumiſſio nõ valeret, & gl. di-
cit, ſecꝰ in vẽdõne; vide glo. ff. de pig. act. l. Caius. vbi oĩno videas.

LEX II.

1 *Creditor qui conſentit debitori alienanti pignus, ius perdit.*

1 Si probaueris. †Creditor, q ɔ̃ſentit debitori alienan
ti, pignoris ius ꝑdit.h.d. Ratio dubi-
a tandiaeſt, qa alienãs vr̃ alienare ſolũ ius ſuũ, ſed ɔ̃ eſt, qa de natu-
ra alienationis eſt alienare rẽ tanq̃ liberã, pp qđ inducit̃ remiſ-
ſio pignoris. Item quia poſſeſſionem tradidit ꝑpetuo poſſiden-
dũ, vnde merito non poteſt per hypothecariam obligari.

ADDITIO.

a Ratio dubitandi. Vide Bal. in l. ſi quis. §. fi. ſupra de præſcr. xxx. ann.

LEX III.

1 *Creditor prior habens hypothecã generale, p̃fertur fiſco poſtea cõtrahẽti.*

1 Si ignorante. †Prior creditor habẽs hypothecam ẽt
generalem præfertur fiſco poſtea ɔ̃hẽ
ti.h.d. ſecundum But. hæc lex eſt examinata s̃. qui po. in pig. hab
in l. aſſiduis in gl. mag. & ibi dixi.

LEX IIII.

1 *Conſentiens alienationi pignoris ius perdit.*

1 Cum te. † Sciens, & conſentiens alienationi rei pigno-
ratę, ius pignoris perdit, niſi denuo ſit obligatũ.
h.d. intellige per eandem quantitatem.

LEX V.

1 *Principale ſi eſt inutile, eſt inutile acceſſorium.*

1 Debitum. †Si principale ẽ inutile, ergo, & acceſſorium
h.d. Vel ſic, Inutilis remiſſio pignoris ius pi-
gnoris non extinguit.h.d. & intelligo, qa talis remiſſio reſpicit
debitum, & pignus: ut quia dolo, vel metu quis remiſit. ſecus ſi
reſpicit debitum tm̃, & non pignus, l.j. §.j. ff. qui. mo. pig. vel hy
po. ſol. materia huius legis examinatur plene ff. de pact. l. ſi tibi
x. §. ꝓ pignore. vñ actus inutilis vitiat etiam dependentia ab eo.

LEX VI.

1 *Citatio non eſt neceſſaria in præſente.*
2 *Iudicis monitio fortior eſt, quam citatio.*
3 *Syndici & adminiſtratores ciuitatis debent citari in negotio tangente vni*
uerſitatem.
4 *Proclamatio generalis illis tantum, qui fuerunt in culpa, preiudicat.*
5 *Sententia lata contra abſentes non citatos, eis non præiudicat: tamẽ ad eius*
fauorem prodeſt.
6 *Tertius non citatus comparens pro intereſſe ſuo auditur in illius terminis,*
quibus principales citati audiuntur.

Si eo tempore. Qui non ɔ̃paret in termino re non
integra, poſt terminũ nõ audit̃.h.d.
& dẽt intelligi hæc lex in his, q citabant̃ ad ɔ̃dicẽdũ, ſi putabant
ſua intereſſe. gl. in l. ſi ea, s̃. ſi man. ita fue. ali. & ſic ẜm Bu. licet ta
citurnitas debitoris nõ adſit, cũ pignus vẽdit̃ ꝑ creditorẽ ſequẽ
te: tñ obeſt, ſi p̃cedit citatio.h.d. Diſtrahebat̃. gl. hic exprimit. Ad
moniti. ꝑ creditores priores tpe, vł in iura p̃ſentes. Idẽ ſi ſciẽtes:
1 & dic p̃ſentes in iudicio, & iõ dicit lr̃a, admoniti. †non. n. eſt ne-
ceſſaria citatio in p̃ſete ꝑ Guil. & Bartol. in l.j. ff. de in ius voc. Et
2 †fortior eſt monitio iudicis, q̃ citatio, l. 2. qũo, & qñ iud. & quod
a hic dicit, ꝓgrãmate. intellige, ꝙ creditores erãt abſentes, q mo-
neri nõ poterãt, ſed eſſet videndũ, an tũc reqratur ordo perem-
ptorij, vel peremptoriũ? Glo. vr̃ tenere ꝙ non, ff. de inoff. teſta. l.
Pap. §. ſi qs poſt rẽ. tutius credo eẽ peremptoriũ cũ cõminatio-
ne, qđ ſi nõ cõparuerit, fiat vẽditio eorũ abſentia non obſtante,
& ita practicat̃, & facit qđ no. Bart. in l. ɔ̃ſentaneũ, s̃. qũo, & qñ.
iu. & l. ſi finita, §. Iul. ff. de dam. infe. Amiſiſſe, ſecuta uendõne: &
ſic re nõ integra, & ob hoc dicit s̃. diſttahebat̃. nã re nõ integra,
& poſt ius q̃ſitũ ſcđo. non hẽt locũ purgatio morę, ſed uendere
oportet. An iſti creditores ſingułr ſunt citandi, an vero ſufficiat
gñalis ꝓclamatio? dic, ꝙ ſunt ſingułr citandi hi q ſunt abſentes,
cęteri nõ, vt de ſer. vrb. præd. l. ꝑ fundum in c. cum oẽs, de con-
ſtit. debẽt inſpicere. l.j. ff. de ven. inſpi. alias ſufficit generale pro-
3 clama, vt hic, & ad hoc continue iſta lex allegatur. &† ſi nego-
tiũ tangeret vniuerſitatem, dẽnt citari adminiſtratores, vel ſyn-
dici, arg. ff. de cond. & domen. l. muncipibus, ff. quod cuiuſque
vni. l. vlt. de reg. iur. l. aliud, §. refertur. vbi eſt bona glo. Vel dic ci
tari eum, q eſt maior in vniuerſitate, vt not. Inn. in c. humilis de
maio. & obe. gl. ord. in c. bonę. de elec. & melius Io. And. in gloſ.
ord. in c. ne captandæ, de ɔceſ. p̃ben. lib. 6. adde qđ not. ꝑ Inno. in
4 c. Romana, de ſen. excomm. Adde† tñ, qđ generalis ꝓclamatio
nõ p̃iudicat niſi illis, q fuerũt in culpa, nõ ɔ̃parendo: alias ſecus
puta ꝙ p̃nt ꝓbare dilucide de ignorãtia edicti. extra, qui ma. ac-
cu. poſſ. c. cũ in tua. no. ꝑ gl. Inn. in c. 1. de ɔſt. Et hoc ẽt tenet Inn.
in c. in noſtra, de ꝓcur. in gl. qualiter. Itẽ vbi offm̃ Iudicis implo-
rat̃ in modũ actionis, debẽt citari illi, quorũ intereſt: ꝙ ſi timo-
re nõ citant̃, valet actus, ſed nõ p̃iudicat nõ citatis, vt l. ẽt, §. fin. ff.
de mino. & hæc fuit opi. quorundã, q̃ Inn. refert in c. q̃uis. de re
iud. Sed alibi dicit ɔ̃rium, & melius, ꝙ actus eſt ipſo iure nullus
in alle. c. humilis; ꝑ Inn. & idẽ ſentit in c. in noſtra, ſup. alle. Atten
5 de ẽt, qa † licet ſnĩa lata non preiudicet abñtibus non citatis: tñ
ſi fert̃ ſnĩa ɔ̃ agentẽ, ei nocet ɔ̃ oẽs, ẜm Inn. in c. ex inſinuatione;
de proc. & bene alle. extra, de accu. quałr, & qñ. & c. ſuper his, de
fo. comp. c. poſtulaſti, & hoc ſub dubio forte, & de gñali procla-
mate ɔſanguineorũ, & affiniũ, & amicorũ, qui aliqñ defendere
vellẽt, vbi hęc citatio eſt neceſſaria. ponit in l. ergo, ff. ex qui. cau.
6 ma. & in l. hęc aũt, §. nõ defendi, ff. ex q cau. in poſ. ea Vltimo † vi
dendũ reſtat ſi tertius nõ citatus ꝓ ſuo intereſſe veniſſet, & com-
paret, & ɔ̃dicit poſt terminũ, an debeat audiri? Dic ꝙ non, ſi ve-
niat vt aſſiſtat tũc inchoatis; qa arctatur illis terminis, qbus vtun
tur principales citati, vt in c. vt circa, de ele. li. vj. & in Cle. ɔſtitut.
eo. tit. in c. fi. vt lite pen. l. 6. per Bar. in l. ſi perluſorio, ff. de app. ſed
non venit vt aſſiſtens cauſæ inchoatę. Sed vt ex tunc bene poteſt
cõparere poſt terminũ, vt ff. de re iud. l. a diuo Pio, §. ſi poſt. & §.
ſi ſuper reb. nõ tñ opponit declinatorias, vel dilatorias, nõ reſpe-
ctu futuri proceſſus; nec dicit acta nulla, ꝙ non fuit citatus, vt di
cit Inn. in c. ſtatuimus, ver. ſed ſi nõ eſſet appellatum de ele. lib. 6.

ADDITIO.

a Phil. Dec. ¶ Et adde. quod adeo potens eſt vt reum non comparentem conſtituat in vera cõtumatia, & appellationem excludat, vt per Bar. in l. 2. hic alle. quomodo & quan. iud. Et facta parti, vt ſingulis diebus, horis, & actibus, adſit iudicij, & hẽat vim peremptorij, licet verbũ, peremptiorie, non adijciatur, vt ibid. per glo. & Bart. quẽ etiam in hoc uide in l. ſi finita, §. Iulianus, de dam. infe. in l. & poſt edic. & l. ad peremptorium, ff. de iu. Et an in criminalibus quoque locum habeat, vide per iſtum in conſ. inc. Chriſti nomine, amen. Reperitur quædam ſententia.

LEX VII.

1 *Pignoris ius amittit, qui reddit chyrographum debitori.*

1 Creditricem. †Qui reddit chyrographũ creditori
ius pignoris amittit.h.d. vñ caue tibi,
ne vnq̃ reddas chyrographũ aduerſario, & loqtur in chyrogra-
pho publico, vel priuato: vñ reddẽdo apodiſſam, vr̃ liberare de-
bitorẽ, & adde l. ſeruum filij, §. eum qui chyrographũ, de leg. 1.

LEX VIII.

1 *Creditores ius ſuum perdunt fiſco diſtrahente, ſi ſciunt, nec contradicunt.*
2 *Fiſcus dicitur, qui in ſuis contractibus fidem ſeruare debet.*

1 Si hypotechas. †Fiſco a diſtrahẽte, ſi ſciunt credi-
tores ius ſuum & negligunt, ipſum
perdunt. p̃ſupponit, ꝙ ſi neſciunt, nõ ꝑdũt: qa q negligit, ꝑdit: ſed
q neſcit, nõ negligit. quod eſt verũ, qñ fiſcus vendit iure credito
ris, vel ex alio ſpeciali iure inualido. Secus ſi vendit ſimpliciter,
vt no. Cy. in l. bene a Zenone. de qua. præſcr. & eſt ibi caſus, quẽ
ipſi non allegant, nec vnq̃ notauerunt ſcriptores priores, s̃. eod.
2 qui ignorante. † Not. quod fiſcus eſt ille, qui præcipue debet ſer-
uare fidem in ſuis ɔ̃ctibus, & idem in Republica, maxime ẜm il
los, quia dñt Remp. & fiſcũ eſſe vnũ & idẽ. Not. ſpecialiter ad ɔ̃-
ctus, qui fiunt in Repub. Peruſina. Nam fauore fiſci ſilẽtium in-
duceret pignoris remiſſionem; & fauore liberatis, s̃. eo.

ADDITIO.

a Fiſco. Vide gl. & Doc. in l. ſicut, §. non videtur, ff. qui. mo. pi. vel hyp. ſol. & in l. 1. ſupra eod.

LEX IX.

1 *Piguus a creditore ſimpliciter recipiens, dum ſoluit pro debitore, an a cre-*
ditore videatur habere hypothecam ceſſam.

Cum ex cauſa. Qui pro alio ſoluit ſi creditor rẽ tra
dit, & ipſe eã reddit debitori, ius hy
a pothecæ non habet.h.d. & eſt a hic pulcher paſſus. † An recipiẽs
1 ſimpliciter pignus a creditore, dum ſoluit pro debitore, videat̃
ex hoc ab ipſo creditore hr̃e hypothecam ceſſam. De quo vide
gl. mag. in l. 1. s̃. de his, qui in priorum cred. locũ ſucc. ſemel. no.
tex. non. poteſt, vt l. ſi res, §. auream, ff. de ſol.

ADDITIO.

a Eſt. Vide in l. 1. hic alle. in glo.

LEX X.

1 *Debitor pignus alienando, creditori non præiudicat.*

1 Res. †Debitor circa conſenſum creditoris alienando, ius pi-
gnoris non diſſoluit.h.d.

LEX XI.

1 *Obligans præſentia & futura de conſenſu debitoris, libere alienare poteſt.*

1 Solita. †Iſta lex eſt ſing. & nõ eſt alibi, q obligat p̃ſentia, &
futura de ɔſẽſu creditoris, libere alienat, & ſi poſtea
redimit eãdẽ rẽ, ĩ obłonẽ reincidit. & lĩta hoc, niſi res redirẽt in
dñiũ ĩ eãdẽ cã. puta qa fuit reſolutus ɔ̃ctus, vt l. volũtate, ff. q. mo.
pi. vel. hy. ſol. & ibi creditor ɔſentit debitori, vt vendat: ita demũ
pignus intełr eſſe remiſſũ, ſi venditio ſubſequat̃, q̃ in dubio non
p̃ſumit̃, ſi poſt vẽditionẽ p̃tẽſam debitor reperiat̃ in poſſeſſione,
l. ſicut, §. ſuperuacuũ, ff. q. mo. pi. vel hy. ſo. Not. ꝙ obło hñs duo
capita, ſi ex vno capite res minuit̃ ab obłone, eximit̃ res ab vtro
que; h.d. Cõtractui. vero, & nõ ſimulato, & ſic nõ obſtat p̃fatus

§. ſuper

a Notarius. Fallit in pœna conſueta, vt not. Bal. in l. fi. ſup. de excep. rei iud. & in materia vide l. ſi prius, §. j. ff. de aqua plu. arce. Item illud eſt verum, ſi illa appoſuit in inſtrumento, ſecus ſi illæ non reperiuntur ſcriptæ in inſtrumento, ſecundum Bald. not. ſup. in rub. de reuoc. his, quæ in fraud. cred. & Ang. in l. licet, ſupra locati, & ꝙ ibi Bald. in fi. & in l. ſi quis ſub conditione, in fi. ff. de cond. inſt. & l. cum de conſuetudine, ff. de leg. & clauſulæ conſuetæ apponi in literis Papæ, ſemper appoſitæ intelliguntur, c. accepimus, & ibi no. Ant. de But. extra, de æta. & qualit.

b Not. quod pendentia litis contra vnum ex correis, non impedit exequi actionem contra alterum, vide in l. ſi libellum, hic alleg. quæ eſt l. 1. in fin. nec pendentia litis contra reum nocet fideiuſſori, vt probatur hic, & vide quod not. Bald. in l. hæres, §. quod ſi ſtipulator, ff. eod. & Bald. in d. l. j. ſupra de diuer. reſc. & Bart. in l. 3. & §. j. de duob. reis, tamen iſte tex. ſi bene ponderetur, non videtur dicere, quod pendente lite contra reum, poſſit exercere ius ſuum in iudicio contra alium; forte tamen Bald. hic ponderauit hoc verbum, ius integrum.

c And. Barb. Iſta lex dicit tex. eſt, & gl. in rub. infr. de decre. Decur. lib. 10. uide Bal. in l. programma, ſup. de com. vel epiſ.

De nouationibus, & delegationibus. *Rubr.*

Poſſet continuari ad leg. præcedentem. tractatũ eſt ibi de neceſſaria nouatione, verum quia eſt quædam nouatio voluntaria, ideo poſitus eſt iſte titulus, de nouationibus, &c.

L E X   PRIMA.

1 *Delegatio inuito debitore fieri non poteſt, ceſſio autem poteſt, & ratio.*
2 *Pecunia oblata, & depoſita congruo loco, & tempore, liberat debitorem, etiam ſi poterit.*
3 *Creditor non cogitur nomen debitoris recipere in ſolutum vllo modo.*

1 Delegatio. †Delegatio inuito debitore fieri non poteſt, ſed iuriũ ceſſio poteſt eo inuita fieri. h. d. & eſt ratio, quia venditor de ſuo facere poteſt quicquid ſibi placet, vt not. in leg. 3. ſupr. de hæred. vel act. vend. vbi omnino vide ratio differentiæ eſt, quia in delegatione requiritur contractus nouus inter eum qui delegatur, & eum q promiſit, ſed in ceſſione non requiritur cũ debitore aliquis nouus contractus, ſed procedit ex veteri. vnicus caſus eſt in quo delegatio poteſt fieri per pactum, nec eſt neceſſaria ſtipulatio, in l. ſi mandato meo, §. fi. ff. man. & non eſt alibi. ſ venditio, vel cuiſlibet actionis ceſſio. In glo. in ver. conſuetudine ibi ſed dic. & bene. In gl. in verbo promittente. ibi per litem cont. & tunc contra ipſum debitorem delegatum competit iſta actio vtilis, quæ contra debitorem dabatur directa, vt l. delegare, ff. eo. vbi gl. tangit, & non eſt alibi. In glo. in verbo ſolet. ibi cogere non poteſt, ſ. præciſe, ſed
2 cauſatiue ſic, vt l. fideicommiſſa, §. ſi rem, ff. de legat. 3. Quid † ſi pecuniam oblatam, depoſitam, & conſignatam congruo loco, & tempore, non recipit, & pecunia iſta perit? Reſpondeo, liberatur debitor offerens exceptionis ope, licet non ipſo iure, & ſi pecunia fuiſſet debita, liberatur ipſo iure, vt l. qui decem, de ſo-
3 lut. † nomen autem debitoris non cogitur creditor recipere in ſolutum vllo modo. vt l. eum a quo, hic alleg. in gl.

L E X   II.

1 *Delegans facta delegatione non retinet ius agendi contra delegatum.*

1 Ex contractu. †Delegans facta delegatione, contra delegatum nō retinet ius agendi. h. d. loquitur in delegatione tranſlatiua, q procedit p extinctionē primæ cauſæ, & inductionem nouæ obligationis in diuerſa perſona. & gl. ponit hic in nouatione tacita, qñ ſingulis nundinis ſtipulor a te illud, quod ſtipulatus fuerē in primis, ff. de præt. ſtip. l. pe. In tex. ibi, dirigitur. cōtra debitorē. Ibi, perſonæ, ipſius debitoris.

L E X   III.

1 *Cedens ſi directam non habet. ſed tantum vtilē, quā apud ſe retinere poſſit.*
2 *Debitor, contra quem facta eſt denunciatio, ſi ſoluat an liberetur.*
3 *Sententia an ceſſionario præiudicare poſſit.*
4 *Debitor, conuentus a debitore poſt venditionem nominis, an excipere poſſit quod nomen ſuum vedidit.*
5 *Cedens vtilem, ſi mandauit exercitium directarum, nihilominus ſolutionem recipere poteſt.*
6 *Cedens actionem duobus diuerſis temporibus inſolidum, an ceſſionarius ſecundus poſſet præuenire primum in agendo.*
7 *Actio vtilis directę præfertur in tribus caſibus.*

a Si delegatio. a Cedens iura, nihilominus apud ſe retinet directam actionem, qua experiri poteſt, niſi in tribus caſibus. primo, ſi ceſſionarius eſſet litem conteſtatus. ſecundo, ſi ceſſionarius partem debiti ſuſcepiſſet. tertio, ſi ceſſionarius certiorato debitore denunciauerit ei, ne ſolueret cedenti. h. d. & materiam huius legis examinat Iacob. de Are. in l. 1. § fi. ff. ad Treb. & Bar. plenius in l. facta, §. ſi hæres. vbi omnino vide, vltimo caſui concordat lex præcedens. Et hæc lex non eſt alibi, & adde hic quod no. ff. de pact. l. ſi cum emptore. ff. de tran-
1 ſact. l. fi. & ſup. quæ res pig. ob. poſ. l. nomen. † Quid autem b ſi ce-
b dens non hēt directam, ſed vtilem tm: Rñdeo, aut eam mandauit, & idem, quod hic dicitur in habente directas: aut eam ceſſit & tranſtulit, & tunc nihil apud eum remanſit, vnde nullo caſu agit. ita intelligitur quod no. ff. ad Treb. l. ex aſſe. & eſt ratio, quia per mandatum non fit traslatio, ſed per ceſſionem transferuntur vtiles: facit quod no. in l. pe. ff. de don. & l. fi. quando fiſcus, vel pri. vide per Bar. in alle, §. ſi hæres. Ibi, ſolutionis. quia dedit hoc nomen inſolutum creditori. & ſecundum hoc iſta ceſſio habet vim venditionis nominis, & reſpicit vtilitatem ſolius neceſſarij. & eſt caſus contra Iac. de Are. vel dic, ſolutionis cauſa, ſcilicet, vt creditor experiatur ad vtilitatem communem ipſius creditoris, & cedentis, & id quod eſt conſecutus extenuet debitum, & iſte eſt intellectus Iac. de Are. qui dicit quod hęc lex habet locũ, quando ceſſio fit gratia cedentis & ceſſionarij, & quando fit ad commodum ſolius ceſſionarij, dicit, quod ſemper cedens repellitur ab agendo. quod Bart. videtur ſequi, & iſta eſt mirabilis
c opinio. Et ideo tu dic c cum gl. quia cum directa remanet apud cedentem, non poteſt debitor opponere de iure tertij. hoc fallit in reſtitutione ex Trebelliano, quia non ſolum ſunt actiones ceſſę, ſed medullitus tranſlatæ, propter authoritatem Senatuſ-
d conſulti Trebelliani, vt ff. de pact. l. ſi cum emptore. Sed idem d quod in Tabelliano putarem, vbicunque fieret ceſſio ex neceſſitate alicuius diſpoſitionis legalis, vt poſt ipſam ceſſionem cedens in nullo caſu poſſit experiri, quia non retinet actionem

ad

ADDITIONES.

a Si delegatio. Hanc l. ſi naturaliter limita, & intellige ſecundum no. per Bar. in l. 1. uer. quæro, quid ſi procu. ſup. quando prouo. non eſt neceſſe. & ibi vtrum ſententia lata contra dominũ obſtet ipſi cedenti. & no. ꝙ ſi cedens poſt ceſſionem liberauit debitorem, ſi debitor participauit fraudem reuocatur ſecundum Bal. in rub. ſup. de his quæ in frau. cre. in prin. & non habet locum in capitulo, cui competunt utiles ex aliena uoluntate, ſecundum Bal. in l. ſi pecunia, ff. de leg. 1.

b Quid autem. Vide Bar. & quod ibi dixi, in l. ex aſſe, hic alle. in l. facta, §. ſi hæres, ff. ad Trebel.

c Tu dic. Vide Bal. in l. ſi hæres, ff. ad Trebel. in uer. quidam, in l. nomen. quæ res pign. obl. poſ. ſup.

d And. Bar. Sed idem quæ notaui ibi in textu, & uide Bal. in l. ſi pecunia, de leg. 1. ubi limitat hanc l. non habere locum in ult. uoluntate. uide omnino. adde Ang. in l. ſi cum ſi emptore, §. fi. ff. de pact. ubi ſing. limitauit iſtam l. & in facto dicit ſe obtinuiſſe. uide omnino.

ad opus ſuum, ſed ad opus alterius, vt no. ſ. de fideiuſ. l. mandati
in gl. pe. Niſi remanſerit. ſ. directe: qm̃ iſtę nõ ſeparant̃ ab anima
noſtra: imo ſunt in ea expreſſæ tanquã quidam character, ff. de
pecu. l. quis ergo caſus vbi ergo actio, & oblõ ñ diſtinguitur inter
directam & vtilem, vt quod cedens habeat ſolã vtilem, dic vt ſ.
dixi, & per Bar. in alle. §. ſi hæres. ibi, denunciauerit. Quid ſi debi-
2 ror, † ꝯ quem eſt facta denũciatio, ſolueret; an ſoluendo liberet̃?
Gl. in l. fi. ff. de tranſac. tenet quod ſic, contrariũ tenet in l. 4. ſup.
quæ res pig. obl. poſ. Et cõclude cũ Iac. de Are. quẽ ſequitur Bar.
quod vbi ceſſio fit ad vtilitatem cedentis, & eius periculo, vt hic
fuit, quia creditor ceſſit contra ſuum debitorem nomine credi-
toris ſui, vt liberaretur: tunc quanto plus exigit, tanto plus cedet
ad vtilitatem cedentis, & quanto minus, tanto ad eius incõmo-
dũ, & refertur denunciatio. caſus eſt hic, & in d. l. 4. Nã vbi credi-
tor pignorauit debitoris nomẽ creditori ſuo quicquid exiget ex
nomine, tendit ad vtilitatem pignorantis, quanto minus exiget
ad eius periculũ; ſed debitor, cuius nomen pignoratũ eſt, poteſt
poſt oblonem prædictã ſoluere creditori ſuo, niſi ſibi ſit denun-
ciatũ, vt in præal. l. 4. vbi autem ceſſio fit ad vtilitatẽ ſolius ceſſio-
narij principaliter, quicquid exigitur, non eſt ad eius periculum,
ſeu commodũ credentis. Exemplum, cum quis vendit hęredita-
tem, vel debitoris nomen: tunc debitor contra quẽ eſt facta ceſ-
ſio, non poteſt ſoluere creditori cedenti, dummodo ſciat ceſſio-
nẽ factã ẽt ſine vlla denunciatione, ſic intell̃r l. vlt. ff. de tranſact.
3 cũ gl. ſua, & ff. de pact. l. ſi cum emptore. † Ex prædictis apparet, an
poſt ceſſionẽ partium, cũ ceſſio, ſeu tranſactio facta eſt per cedẽ-
tem ante litẽ conteſtatam; an ſnĩa habeat p̃iudicare ceſſionario,
necne. de quibus per Bar. in alle. §. ſi hæres. & per Spe. & Io. And.
4 in tit. de ceſſ. act. † Ex prædictis apparet, an poſt nominis vendi-
a tionẽ debitor conuentus a creditore poſſit recipere, a quod no-
mẽ ſuũ vendidit, vel ꝙ actionẽ ceſſit, vt apparet in d. l. & gl. Adde
ꝙ no. Bar. in l. denunciaſſe, §. 1. ff. de adult. & in §. quid tñ, eiuſdẽ
l. Et in prædictis ſequere opi. Iac. de Are. in alijs autem ſequere
5 gl. cõtra Bar. & Iac. de Are. † Quid autem ſi cedens vtiles man-
dauit exercitium directarum? Dic ꝙ nihilominus põt ſolutionẽ
recipere, quia licet mandauerit exercitium directarum, directæ
tñ apud eum remanſerunt, in quib. ceſſionarius prębuit merum
exercitiũ directarũ, vt procurator, & ideo ſi cedens in inſtr̃o ceſ-
ſionis dixit, ꝙ ceſſionariũ ponebat in locum ſuũ, per q̃ verba di-
rectę efficiũtur vtiles, vt ff. ad Treb. l. Marcellus, tñ põt ſolutionẽ
recipere, & ſoluens ignoranter liberatur, ſicut liberatur debitor
hr̃ditarius ſoluens ignotanter hęredi poſt reſtõnẽ hęreditatis ex
Trebelliano factã. Ibi, vel aliquid ex debito accipiat. i. totũ agno-
ſcat. No. ꝙ de iure tertij. i. ceſſionarij ſuper quo iure reus eſt p̃-
monitus, ſiue præuentus, ipſe rem poteſt opponere ꝯ agentem di
6 recta actione, quod no. † Quæro, pone, ꝙ ceſſit b actionẽ duob.
b diuerſis tp̃ibus inſolidũ, vtrum ceſſionarius ſecundus poſſit præ
uenire primum in agendo? Br̃ dic, aut inferat directas nomine
cedentis, & poteſt præuenire, vt hic. aut vtiles nomine ſuo, & nõ
poteſt p̃uenire, quia nõ habet vtiles, nec eis vti põt, cũ ſint apud
primũ, vt ff. de leg. j. l. non quocũq;. §. q caſum, ubi eſt caſus ſing.
7 † Vltimo no. ꝙ in tribus caſibus hic expreſſis, vtilis pręfertur dire
ctæ; p̃fertur enim ceſſionarius cedenti. & eſt verum, qa vtilis &
directa tendũt ad eundem effectũ, & directa remanet ꝑpene ce-
dentem in fauorem ceſſionarij, ſic. ff. de procu. l. ſi procurator
meus, ſed ubi, quis haberet vtiles ad vtilitatem habẽtis directas,
& vtili directa ꝯdicit, vtilis venit ad ęſtimationem directæ, & in
eius effectu præfertur vtilis. pone exemplũ in eo; qui præſcripſit
vtile dñium, qa ſi a poſſeſſione ceciderit, præfertur hñti directã,
vt l. ſi quis emptionis, & l. cum notiſſimi, de præſc. 30 an. vbi vti-
lis & directa competunt ad diuerſos effectus: exemplũ, feudata-
rius, & emphyteuta hñt vtile, dñium, ſed dñs directus p̃fert̃ ĩ di-
recto, feudatarius & emphyteuta ĩ ſuo vtili, vt l. j. ff. ſi ager vecti.

ADDITIONES.

a Phil. Dec. Recipere Et adde quod ſi debitor non excipit de nomine vendito, aut ceſſo, an cedens tenetur ipſi ceſſionario, aut emptori reſtituere, vide per iſtum in l. 1. ver. vlt. C. de vſufruc.

b Pone quod ceſſi. Vide Bar. in l. ſup. de act. & obl.

LEX IIII.

1 *Confeſſio procuratoris conſtituti ad confitendũ, an poſsit p̃iudicare domino.*
2 *Procurator conſtitutus ad exigendum ſolutionem, a ſoluente ſponte recipe re poteſt.*
3 *Nouationis quare in nouatione fiat mentio.*
4 *Acceptilatio eſt imaginaria ſolutio.*

Non abſtulit. Procurator ꝯſtitutus ad exigẽdũ, nõ
põt remittere non exacta, niſi habeat
gñale mãdatum cum libera. h. d. Et attende, quia hic ꝯſtat, ꝙ pro
curator partem debiti promittebat gratis, & iõ nõ tenet remiſ-
1 ſio. † Quæro, quid ſi procurator ſit ꝯſtitutus ad exigendũ, & re-
cipiendum pecunias a debitoribus, & ad ꝯfitẽdum ſe habuiſſe,
& recipiſſe ſolidum, an hæc cõfeſſio præiudicabit dño? & dic ꝙ
non: quia verba illa ad confitendũ, reſtringuntur ſ. ad cõfitendũ
ꝙ exigeret. & iõ caute facit debitor ſoluens tali proruratori, vt
in inſtr̃o faciat apponere, & habuit, & recepit præſente me No-
tario, & teſtibus infraſcriptis, ꝙ tenet Bar. in l. 2. in fi. ff. ſi cer. pet.
vbi aũt ꝓcurator non eſt datus ad recipiẽdũ, & exigendũ, ſed ſo
lum eſt gñaliter ꝯſtitutus ad oĩa negocia dñi, tũc ſi confitebitur
ſe recepiſſe, confeſſio ligat dñm, ꝙ non põt ligari ex verbis p̃ce-
dentib. facit de nõ nu. pec. l. in ꝯctib. §. j. in ver. penitus. in gl. mag.
ſis auiſatus tu, qui miſiſti ꝓcuratorẽ in Flandriã ad amicũ tuũ,
vt pecuniã capiat a debitoribus tuis, & dediſti ſibi poteſtatẽ re-
cipiẽdi, & exigendi. tunc. n. poterit ꝯfiteri. & ſufficit illa ꝯfeſſio
debitori ſoluenti, q̃ ẽt nocebit dño: alias non, caſus eſt hic. facit
ſ. de pac. l. pactũ curatoris, & vide tex. optimũ cũ gl. in l. Lucius.
§. tutelæ, ff. de admit. tut. vbi loquit̃ de tutore ꝯfitente ſe recepiſ-
ſe, an p̃iudicet in iſta confeſſione pupilio ſuo, & de cã confeſſio
nis formandæ, habes caſum no. vltra alios in l. tutor, §. fin. ff. de
a vſur. gl. dicit, ꝙ ſi hẽat liberã, a ꝙ poſſit remittere. intelligo qñ re-
mittit tranſigeno ſup re dubia, nã mandatũ cũ libera nunq̃ tra-
hitur ad donandũ, niſi fieret expreſſa mẽtio donationis in man-
dato, vt ff. qđ vi, aut clã. l. prohibere. §. plane, ff. de pact. l. ꝯ iuris, §.
2 ſi filius, ff. de dona. l. filius, & qđ no. ſ. de tranſac. l. p̃ſes. † Item vi-
des hic; ꝙ ꝓcurator ꝯſtitutus ad exigendũ, põt ſolutionẽ recipe
re a ſponte ſoluẽte, licet exigere ſit ꝓprie ab inuito extorquere,
vñ glo. alibi ſentit ꝯ iſtum tex. ff. ſol. matr. l. non ſolũ. & dic, vt ibi,
facit ff. de noua. l. ſi debitorẽ. Sed an procurator ꝯſtitutus ad exi-
gendum poſſit facere dilationem? & vr̃, ꝙ ſic. ff. de publi. l. fi. §. ſi
b qs ꝓfeſſus. Contrariũ b eſt verũ, per tex. in l. qui Romæ, §. Calli-
machus, de verb. obli. Non obſt. ille §. ſi quis profeſſus, quia ille
publicanus noluit recipere ſolutionẽ: & eſt aliud nolle recipere
ſolutionem, aliud prorogare: vel loquitur in procuratore in rẽ
ſuam, & ſic non obſt. ibi, ꝓcurator ad exigendum conſtitutus, vt
3 infra patet. ibi, accepta. ſ. a procuratore. † Ibi, nouationem, ideo
fit mentio nouationis, qa iſtud reſiduum procurator erat ſtipu-
latus aĩo nouandi, & deinde ꝑ acceptilationẽ, liberauit, quæ nõ
4 valet, quia † acceptilatio eſt imaginaria ſolutio, & in mãdato ver
ba dẽnt intelligi vere, & nõ ficte, ibi, non ſoluebatur. No. pro cu-
ratorem conſtitutum ad pecunias exigendas, non poſſe libera-
re de non receptis, & ad hoc allegatur per omnes Doct. &c.

ADDITIONES.

a Si habeat liberam. Vide per Ange. & Imo. in l. a diuo Pio, §. ſed ſi emptor, ff. de re iud. & in l. ſi debitorem, ff. de nouat.

b Philip. Dec. Contrarium. Vide in hunc locum Alex. in l. conuentionum. ff. de pac. qui in hoc reprehendit iſtum, ſed intellige hunc ut loquatur, quando procura. liberam non habet, quod ſatis innuit iſte cum excipit procnratorem in rem ſuam, & uide Bar. & Alex. in §. Callimachus, hic alle. & per iſtum in l. nam. & nocere, ff. de pact. tradunt Cano. in c. cum olim. ff. de offi. dele.

LEX V.

1 *Improbitas vna, aliam non velat.*

Si pater. Qui alterius obligationem ſub ſtipłone ſuſce-
pit, & is pro quo ſtip. ſuſcepit, nõ ſoluit, nec eũ
conſeruat indemnem, ipſe ſoluere cogit̃. h. d. Vel ſic. Non debet
1 quis mihi fidem rũpere, licet ſibi rumpatur ab alio. h. d. † Not. ꝙ
vna improbitas non velat aliam. Ibi, creditori, puta Titio. ibi, ſu-
ſcepto nomine. pro Alexanddro transferendo in ſe debitũ Seij.
ibi, ei. ſ. patruo tuo, vel ibi Florẽtini vocant iſtas, qui obligationẽ
ſuſcipiunt pro alijs, leuatores, alias maleuatores.

LEX VI.

1 *Debitor poteſt cogi de nouo ad ſe obligandum.*

Nec creditoris. Etiã creditori creditoris debitor
inuitus nõ delegat̃. h. d. Cõcor. j. e.
1 l. j. & 2. † Not. ꝙ nõ poſſum cogere, vt qs ſe obliget de nouo, ſed
ſi ꝓmiſiſti ſine inſtr̃o, poſsũ facere, vt mihi ꝯficiat̃ inſtr̃m, vt no.
ſ. de lib. cau. l. ſicut datã. ꝑ glo. & Bar. ff. ſol. mat. l. 2. vbi gl. tangit.

LEX VII.

1 *Actio perſonalis non ſequitur debitorem debitoris.*

Si ſoluere. Aduerſus debitorem debitoris nemo agit,
niſi ſit ſibi delegatus, vel niſi ꝯſtituerit ſe ſolu
1 turum. h. d. Vel ſic, † Perſonalis actio non ſequitur debitorẽ de-
bitoris. h. d. Adde, vel niſi habeat nomen hypothecatum, vel niſi
bonis excuſſis in cã iudicati veniant tres vltra nomẽ debitoris,
quod dic, vt ff. de re iud. l. a diuo Pio, circa fi. & ſ. quando fiſcus,
vel priua. l. non prius. ibi, ſuo nomine. ſ. ex ſuo contractu. ibi, alio-
quin. i. ſi non fuit delegatus, vel non conſtituit ſe conueniri. Ibi,
chirographario. ergo ſecus, ſi nomen eſſet hypothecatum, de
quo dic, vt in gl. & adde quod no. ſ. de præt. pign. l. j.

LEX VIII.

1 *Verbis dictio, aliquando eſt datiui caſus. & non ablatiui.*
2 *Nouatio fideiuſſores, & acceſſoria non comprehendit.*
3 *Campſor mandatum ſuſpiciens, non eſt liberatus ab ipſo mandante.*
4 *Creditores a iure ſuo nunquam recedere videntur.*

Nouationum. Obligatio per obligationẽ non noua
tur, etiã ſi noua perſona interueniat,
vel obligationi aliquid addatur, vel detrahatur, vnde naturalib.
verbis, ideſt expreſſis, debet fieri nouatio, non per ſubauditum,
ſeu extrinſeceum uerbis ipſius intellectum. hoc dicit. Vel ſic.
Olim fiebat nouatio, noua perſona interueniente, addita, vel
mutata quantitate, hodie non ſic, niſi hoc agatur expreſſe. h. d.
Et ad intellectũ huius legis uide Bar. in l. prædia, ff. de act. empt.

& ita ſtipulatus,ff.de verb.obl,qa valde not.limitat hanc legem,
& aduerte,ꝙ in iſta lege loquitur ſolũ de his,q̃ per modum ac-
ceſſionis adduntur.vel detrahuntur,aut immutant̃,ſed de his q̃
non ꝑ modũ acceſſionis,ſed aliter ꝑmuttant̃,ſeu in obligationẽ
vltimã deducunt̃.an inducatur nouatio?hęc lex nil dicit.Ibi ver
1 bis,Iſta†dictio,verbis,eſt datiui caſus,& non ablatiui,& pone re
gulam,ꝙ cõuentio nouat,ſed lex nõ nouat,& ideo quia extrin-
ſecus intellectus eſſet potius ex diſpõne legali,q̃ ex diſpoſitione
ꝯhentium,lex vult,ꝙ iſte extrinſecus interdictus non intelliga-
tur,& ꝑ ꝯñs nouet,ſed ſi eẽt caſus, in quo iſte extrinſecus intel-
lectus de neceſſitate ineſſet,tũc ẽt hodie fieret nouatio ope exce
a ptionis.*a*vt qñ forte primi, & ſecũdi ꝯctus ſe nõ compatiuntur,
vt ff.de præto.ſtipu.l. Valerianus,& ff.de verb. obli.l. qui vſum-
fructũ,ff.loc.l.cũ in plures,ff.de noua.l.oẽs.ff.de acq.poſ.l.ſi quis
ante,& adde qđ no.in §.ꝑterea.Inſt.in quib.mo.tol.obl. Iſta lex
quatuor facit,quia primo præmittit proœmium. Secũdo anne-
ctit ius antiquũ.Tertio ponit ſtatutũ.Quarto concludit ex præ-
miſſis.Secunda ibi,ſi quis.Tertia ibi,nihil penitus,cõiuncto ver.
ſancimus,qui eſt ſup.Quarta ibi,& generaliter.vſq; in finẽ. Ibi,
1 innocentia circa†pignora,circa fideiuſſores,& acceſſoria, q̃ nõ
intelligunt̃ deuoluta in nouatione nouãte.vt s̃.de fideiuſ.noua-
tione,ff.de nouatio.l.aliam.Ibi.mutuauerit, puta pro vno fide-
iuſſore,qui accepit aliũ,& liberauit primũ.Ibi,elegerit,intelligi-
tur autem elegiſſe vltimã pro prioribus, ẽt ſi in vltima deductũ
ſit idem,quod in priuilegio addito,vel detracto,dum tñ adiectũ
ſit in vltima promiſſione,quod in omnibus promiſſionib.prio-
rib.tex.eſt in l.Paulo Callimacho.§.j.ff.de le.3.Bart. ponit in l.2.
ff. eo. Quid autem ſi campſor alteri campſori mandauit(quia
mandator debitor erat) vt creditori eiuſdem mandatoris certã
3 pecuniã ſolueret. An campſor mandatũ ſuſcipiens,liberetur ab
ipſo mandante?& dic ꝙ non,qm̃ mandatum ſimplex eſt, ſaluo
niſi in libris ſuis ſe fecit debitorem , & ſcripſit nomen illius cui
ſoluere iuſſus eſt , liberauit.n. tunc exceptionis ope,de quo per
Bar.in l.ſingularia,ff.ſi cer.pe.in 2.q.ibi,venio ad ſecundam par
tem,ibi,ego dico cãpſori.Ibi detrahit iſtud eſt forte in his, quæ
habent in ſe quandã oppoſitionẽ, in quibus fieret nouatio ope
exceptionis,ſed non ipſo iure. Ibi nouationes.ſ. ꝓſumptas. Ibi,
ſancimus,qđ eſt ſupra inuouare,i.primã cautelem durare,& ſe
cundam ei accedere,& nõ detrahere. † No. ꝙ creditores nunq̃
4 videtur a iure ſuo recedere,niſi per tranſactionem. Ibi, remiſe-
rint,quia receſſerunt a prima,& tranſtulerunt in ſecundam.Ibi
lege.1.legis ſuppletione,vel præſumptione nouanda verbis.ibi.
ſed non dicatur quod non animo nouandi.ibi, rebus ideſt ver-
bis naturali organo prolatis.ibi,verbis.datiui caſus.ideſt non ad
verba.ibi,extrinſecam præſumptionem legis.quaſi dicat,lex nõ
addit verbis aliquid,quod inducat pręſumptionem nouationis.
vnde nota,quod verba naturaliter prolata ſunt quoddam nãle.
& ſic innuitur,quod qñ lex, vel ſtatutum aliquid vult naturali-
ter exprimi.non ſufficit illam, vel illud exprimere per actus præ
ſumptionem inducentes, quod no.Iac. Materiam iſtam noua-
tionis Doct.examinant hic,& s̃.de pact.l.ſi pacto,quo pœnam,
ff.de acti.empt.l. prædia,ff.de pact.l.reſcriptum,§.ſi pacto.ff.pro
ſol.l.ſi quis a ſocio.& l.ſi duo ſocietatem.In gl.in verbo,nãlibus.
Ibi,efficas vtraque.no.contra opi.Bart.de eo, qui ſtipulatur bis
idem,quia ſi animo nouandi non ſtipulatur,ex vtraque ſtipula-
tione actio oritur,& iſte punctus examinatur in l.qui bis idem,
ff.de verb.obl.& ita multas cautiones no.quare dicit multas?qa
ꝑp multitudinem cautionũ ꝓſumit. ꝙ vltima aĩo nouandi ſit fa
cta, & ideo ex prioribus agi non põt cũ effectu, qa obſtat exce-
ptio tacitę nouationis,ſecus aũt ſi tacite emanauit,& conclude
in hac materia plura iura. primo ius antiquiſſimũ aut ius ſtorũ,
de quo facit metionẽ hæc lex. & ideo iſto iure fiebat innouatio
ipſo iure. cũ ſecunda cautio emanabat aliquid plus, vel minus
principaliter,vel acceſſorie continens,vt in princ.leg.Deinde e-
manauit ſecunda iuris prudẽtia,& ius ſtorum, ſm qđ ſi ĩ cautio
ne adducebatur tantundem, vel minus, non fiebat nouatio, &
ſic ꝯceſſit ius antiquiſſimum,de quo habes in l.2. ff.eo. Tñ licet
nõ fiat nouatio ipſo iure,fit ope exceptionis. Tertia eſt iuris pru-
dentia, de qua loquitur finis huius legis, ſm quam nouatio ho-
die non fit,niſi agatur expreſſe, ſed vbicunque nouatio olim fie
b bat ipſo iure,hodie fit ſaltem exceptionis*b*ope. Attende,quia ẽt
olim iure antiquo non fiebat nouatio, niſi hoc ageretur expꝛſſe
in caſu l.ſi ſeruum,§.nouari,ff.de verb.obl.adde quod no. Bart.
in d.l.Valerianus,& l.Vrianus, ff. de fideiuſſ. & in alia volunta-
ria,alia ſcilicet neceſſaria,quæ fit ad vtilitatem creditoris tm̃, vt
non tollatur prima,ſed primę accumuletur ſecunda, vt cũ cre-
ditor agit ꝯ debitorem,vt ſententia feratur ꝯ eum,vt l.alia,ff. de
noua. An autem fiat nouatio per commiſſionem ſtipulationis
pœnalis, ſunt ff.eo.magnæ op.quas refert Bar.in l.ita ſtipulatus.
ff.de verb.obl.dic,vt dixi in l.magnã,de ꝯhen.& commit.ſtipul.
& dic,vt ibi pleniſſime tractaui,ponendo aliqua noua,&c.

ADDITIONES.

a Ope exceptionis. Vide gl.in l.2.ſup.eo.
b Exceptionis.De quo uide per Bar.in l.ſolutionem,ff.ſolu.matrim.& in l. Valeria-
nus,de præt.ſtip.& l.2.de noua.& quod conſuluit Alex.in 2.par.conf.72. Et quotu
plex ſit nouatio,vide per iſtum,quod quędam plena eſt,vt huiuſmodi,quæ ope ex-
ceptionis fit;quædam plenior, vt quando ipſo iure:& quædam pleniſſima, vt in vl
timis uoluntatibus,in l.1.C.de his quæ pœnæ no.in 10.col.

De ſolutionibus & liberationibus. *Rub.*

LEX PRIMA.

1 *Electio,quæ conuertitur ex diſpoſitione legali,conuertitur tanquam ad bo-
num virum.*
2 *Debitum ſi eſt vnum numero,creditor partem recipere non cogitur.*

IN poteſtate. Debitor ex pluribus cauſis põt elige
re tpe ſolutionis in q̃ cãm ſoluat. &
ſi ipſe nõ elegit põt eligere creditor in q̃ cãm accipit,& ſi ne-
mo eligit,lex præſumit electionem in duriorem cauſam,& ſi
eſt debitum vſurarium,prius in vſuras,deinde ĩ ſortem. h.d.Sed
quid ad rubrum in q̃ cãm ſoluatur? Reſp.pone ꝙ prima cauſa
erat antiqua, & a modo complebatur præſcriptione, ſi ſolutio,
cedit in illam cauſam, eſt interrupta præſcriptio, ſi ſolutio ce-
dit in nouam, & creditoris intereſt ſolui in veterem. Item po-
ne ꝙ in veterem cãm erant plures obligati, ſi cedat in veterem,
oẽs liberant̃,& in noua nõ erat obligatus niſi ipſe ſolus & eꝯ.ec-
ce ergo intereſſe. Vel pone ꝙ vna cauſa erat pęnalis,alia nõ,nam
tpe ſolutionis põt eligere debitor,& nõ eligẽte elegit creditor.&
propter inſtantiam moram debitoris non eligentis,conuertitur
electio in aduerſarij partẽ. Accidit de facto, ꝙ duæ cauſæ ſimul
compromitterentur,fuit ſoluta trigeſima nõ quęlibet ꝑ ſe, ſed
quatenus tangit pro vna, quæritur an trigeſima ſit recte ſoluta?
videbatur ꝙ non, quia debitor nõ eligit. Ego dixi ꝙ ſi illa ſolu-
tio ꝯformabat ſe magis vni cauſæ,q̃ alij, in iſtã cauſam vr̃ ſolutũ
& in illã ẽt cõpromiſſum & proceſſus,per l.ſi ex plurib.§.j.de ſol.
1 adde l.j.ff.de eo,quod cer.loco.† Quod electio,*a* quæ conuerta-
a tur ex diſpoſitione legali, ꝯuertitur tanq̃ ad bonum virum, non
libere, & dicit ibi tex. ꝙ ille eſt bonus vir, qui ita elegit vt credi-
tor.ſicut eligeret vt debitor,iuxta illud in prin.Decretorũ, ꝙ tibi
nõ vis fieri,alteri ne feceris,& ille eſt bonus vir,qui in cã alterius
facit id,qđ ſibi fieri vellet,vt ff.de ſol.l.2.ibi conuenitur, id eſt cõ
uertitur electio ad aduerſarium.Cętera dic vt ff.eo.l.1.reddat.&
cogitur creditor inuitus recipere, non obſtante ꝙ debitor non
ſoluat debita vniuerſa, ex quo ex diuerſis ſint ꝯcta, vt l.ſi.ff. qui.
3 mod.pig.vel.hypo.ſol.†Si aũt debitum eſſet vnũ numero,nõ co-
gitur recipere partẽ eius,ſi totũ debitum eſt liq̃dũ. & ꝯtẽdere ſu
ꝑer non liq̃do,vt l.1.ff.ſi cert.pet.& qđ dixi,creditores cogi reci-
pere ſolidum,intellige cãtiue,vt dixi s̃.l.j.tit.j.probat̃ in l.fideic.§.
ſi rẽ,de le.3.Ibi,ad eũ qui accepit,ſpectat.i.ad creditorẽ, cui facta
eſt ſolutio,cũ nõ põt,nec dẽt creditor religere cãm,q̃ nõ.eligeret
ꝓ ſe ipſo,vt l.1.& 2.ff.eo. Eſt aũt poſſibile ꝙ eligeret, pro ſe leuio-
rem,& admitteret grauiorem, & in hoc ſolum verſatur vtilitas
eius electionis in creditorem tranſlatæ. v. g. ſi magnus & fidelis
cãpſor accipit pecuniã ſub vſuris, & a ſuo amico ſine vſuris ac-
cepit,nam vt ſibi cõſtruat amicitiã, & fidem, prius vult liberari
a debito non vſurario, vt no.Bar.& gl.in all.l.1.& 3.Si aũt cætera
ſint paria a petitione creditoris recipiẽtis vniformiter,tunc pro-
omnibus cauſis intellige eſſe ſolutum ꝓ rata & ꝓprie. Primo in
vſuris,deinde in ſortem:ſin autem aliqua ſit grauior,tunc in illã,
ſin autem nulla grauior,ſed altera antiquior,tunc in illam.

ADDITIO.

a Electio. Vide Bal.in l.2.ff.eo.

LEX II.

Liberari. Si fiſcus ſuccedit debitori & creditori,confun-
ditur obligatio.h.d.

LEX III.

1 *Mandatum ſtatim cenſetur reuocatum quando inſtitutor aripuit fugam.*
2 *Soluens ignoranter ei,cui adminiſtratio eſt adempta,liberatur exceptione.*

Si cum ſeruus. Seruo numeranti poteſt mutuũ red-
di,ſi peculium nõ ei adẽptu.h. d. Vel
ſic,Ignorantia cauſæ liberationem debitoris inducit.h.d.vide de
hoc ff.de cõd.indeb.l.ſi nõ ſortẽ.§.qui filio.& ff.de ſo.l.fugitiuus,
1 & l.ſi cũ Cornelius.† Iſtorum inſtrumentorũ ſtatim ꝙ arripiũt
a fugã,*a* ſtatim vr̃ reuocatũ mandatũ a ſciente fugã. hoc probatur
2 hic,& in allegatis iuribus,& dicit Azo,†ꝙ ſi adminiſtratio eſt ad-
empta,ei ſoluẽs ignorãter liberat̃ exceptione, & hoc tutius. & ſi
verbũ ſemel poſitũ diuerſimode acciperet̃,ſi ſolueret̃ eo manu-
miſſo.& qđ iuris?dic vt in gl.Liberatus eſt exceptionis ope,ſi ad-
empta eſt adminiſtratio,ſm Azo.quia vr̃ cũ dño quęſita obliga-
tio.ſed non verum eſt,qa non ſoluitur ſeruo tanq̃ creditori, ſed
tanq̃ inſtitutori,niſi ſciat reuocatum mandatũ. cõcor.ff. de pac.
l.qui ſeruum idem in monacho,vt in alleg.§. qui filiofam.

ADDITIO.

a Fugam. Vide bonum tex.in l.libera,ff.de pecu.

LEX IIII.

1 *Soluens creditori,vel alij eius mandato,liberatur.*
2 *Inſtrumenti caßatio non eſt neceſſaria,ſi ſolutio appareat.*

Inſtru-

3 *Inſtrumenta debiti licet non reddantur, tamen uirtus liberationis propter hoc non euacuatur.*

1 Nihil. † Siue ſoluať creditori, ſiue alijs eius mādato, liberatur ſoluēs. licet inſtrā penes creditorē remaneant
2 nō inciſa nec cācellata. h. d. † No. ꝙ niſi appareat ſolutio. non eſt neceſſaria inſtrī caſſatio. facit ad ꝯdēnatū: qa ſi ſoluit ꝯdēnationē licet nō ſit caſſata ꝯdēnatio. tñ eſt ſublata obligatio. pōt tamē
3 petere caſſari. ibi vires reparati. † No. ꝙ licet inſtrā debiti nō red danť, tñ virtus liberationis ꝑꝑ hoc nō euacuať. No. ꝙ paria sūt, ſoluere creditori, vel alteri eius mādato, vt hic, & ff. de pig. act. l. ſolutū, §. ſolutā, & hoc eſt verū, quando ſoluitur de voluntate creditoris viuētis. alias debitori ſoluenti ſuccurritur per doli exceptionem, vt ff. de doli excep. l. ſi opera. & dic vt ibi no.

LEX V.

1 *Soluens pro alio actione ſibi non ceſſa non pōt cōtra eū agere actione utili.*
2 *Creditor non compellitur ad cedendum actionem contra debitorem.*
3 *Creditor hypothecarius cui per poſteriorem creditorem offertur pecunia compellitur ad cedendum actionem.*

Nulla. Extraneus offerens creditori nō poteſt per hoc eū cogere ad iura cedenda, niſi emerit nomē debito-
1 ris: licet quicūq; ſoluat ꝓ debitore, eū liberet. h. d. † No. ꝙ ſoluēs ꝓ alio, licet eū liberet: tñ ꝯ eū agere nō pōt ſibi actione nō ceſſa, & ītellige utili, q̄ orit ex ceſſione. ſed bene aget negotiorū geſtorū, cū debitori negotiū ipſo geſtu faciat ſoluendo. primū dictū huiꝰ legis verū, ē niſi extraneꝰ offerat de neceſſitate, vt qa poſſidet rē obligatā, vt ff. q potio. in pig. habeā. l. mulier. ſupereſt. i. cōpetit imꝓprie loqť tñ, qa nūquā ꝯpetit, & iō īproprie dr̄ ſuper ē ſuggeras, qa ſi emiſſes nomē, deberēt tibi mādari directe, & utiles ꝯpeterēt ſine ceſſione ſm op. gl. Sed Pe. dicit reqri tūc ēt ceſſionē, de quo ēt in l. j. & ij. s̄. de noua. Not. ꝙ tertius, licet habeat facultatē offerēdi, vt dictā in l. obſignatione, j̄. eo. tñ illa facultas dr̄ ꝓpriū ius offerēdi, qñ offerēs pōt implorare bñficium ceſſio
2 nis. Ibi, deſideras. quia † creditor nō pōt cōpelli ad cedēdū actionē ꝯ debitorē ſuū, aut ad vēdēdū debitoris nomina, ad īſtātiam
3 certi. ſ. ſibi debitū offerētis, creditor † aūt hypothecariꝰ, cui pecunia ꝯferť ꝑ creditorē poſteriorē. vł priorē, bñ cogiť cedere actiones l. Pau. ff. q. mo. pig. vel hyp. ſol. & s̄. ſi antiq. cred. l. j. & ij. &c.

ADDITIO.

a Cogere. Fallit ſi habet ius in illa re, ut quia erat dominus, l. ſi res obligata, ff. de legat i. idem ſi habet aliud in re, ut creditor ſecundus habens rem obligatam, qui poteſt offerendo priori creditori impetrare ceſſionem, l. ii. & iii. ff. de diſtr. pig. idem ſi non habet ius in re, ſed erat obligatus pro iſto debito fideiuſſori uel mandatori, non creditori, cui offerre uult, ut per Cyn. in l. ii. in fi. ſupra de fid. & Dy. & Bal. in l. fideiuſſor. ff. de fideiuſſor. ſi non habet ius in re, nec eſt oblig. pro illo debito, tūc etiam nō poteſt, ut hac l. dicitur, etiam ſi offerens eſſet creditor eiuſdem debitoris ex alia cauſa, ut no. dicit Cy. in l. is etiam ob chyrogra. pec. & per iſtam l. ita tenet Pau. de Caſt. in d. l. ſi res obligata. & hæc procedunt ubicunque offerens non poſſidet, ſed ſi poſſidet, dic ut in l. mulier, hic alleg.

LEX VI.

1 *Receptio partis ab uniuerſo non liberat, etiam, ſi quis per errorem ſe recipiſſe fateatur uniuerſum.*
2 *Acceptilatio quando uerbis fit, tollit obligationem ipſo iure.*
3 *Liberatio gratuita, dicitur donatio.*
4 *Cōfeſſio ubicunq; in īſtrumentis reperitur, liberatio præſumiť ſolēniter facta*

1 Si inter. † Receptio partis nō liberat ab uniuerſo, ēt ſi qs ꝑ errorē vniuerſum fateať ſe recepiſſe. adde j̄. e. l. obſignatione. Et dicit hic gloſ. ꝙ ubi reperiť inſtrm liberationis, oīa p̄ſumanť ſolēniter acta. iō iſta litera ītelligitur, vbi īteruenit error. facit qđ no. j̄. e. l. pecuniæ. Ibi, cauit. ſ. pariter tuus creditor & ꝑ errorē, ſed tūc obſtat, qa q errat, nō donat, & donatio hic tenet. Solue, ꝙ creditor licet errauit ī reſiduo, cogitabat ī genere, quātūcūq; ñ cogitaret ī ſpecie, & iō ualet donatio, & ēt acceptilatio. Sed licet acceptilatio valeret, pōt a debitore peti. & dic vt ſe in priſtinā obligationē reponat, vt ff. de ꝯd. ob. cau. l. ſi qs acce
2 pto. & no. j̄. e. l. ſi obligatū. † Ibi uerbis. uel quocūq; gñe obligationis, nō eſſet vis, tñ vult hic, ꝙ qñ uerbis acceptilatio fieret ob-
3 ligationē tolleret ipſo iure. † Ibi, donationis. no. hic exp̄ſſe, *a* ꝙ li-
a beratio *b* gratuita eſt donatio: & iō gratuita inſtrā inſinuatione
b nō egerēt ī liberationibus, vt dicit gl. ſin. ī l. ſi qs obligatiōe. ff. de reg. iu. & ita ꝯſuluerūt Bar. & Frā. de Piſis. De hoc ꝑ Bar. vbi hoc tenet ī. l. Modeſtinus, ff. đ ſol. In ꝯriū allegabať: qa valebat liberatio ſine cā, vt ff. de pac. l. tale pactū. vnde ñ eſt donatio, ſed liberatio ex ñ cā. tñ ualet ſicut q̄dā ſimplex renūciatio, qñ creditor renūciauit iuri, & obligationi. cū igiť nō habeat titulū, nō requiriť inſinuatio, ſicut nec qñ res habeť pro derelicta, & efficiť occupātis, l. ꝙ ſeruus, ff. de ſtip. ſer. igiť &c. Reſp. ꝙ per renūciationē tollať obligatio nālis. vnde iſta liberatio eſt quoddā pactū gratuitū vt l. j. ī prin. ff. qui. mo. pi. vel hyp. ſol. & in alleg. l. ſi quis oblone. Ibi, exuberanť. i. reſiduū, ꝙ non eſt ſolutū. Ibi, repetitia. i. petitio.
4 vł ꝓprie ſi prima cā erat ex cā mutui, vel dotis. † In gl. fi. ibi, ſicut & in obligando. no. ꝙ ubicūque in inſtrumentis reperitur confeſſio vel liberatio, præſumitur omnia ſolenniter facta. & adde ff. de ſol. l. ſi ex pluribus, in prī. ff. de pact. l. emptor, §. Lucius.

ADDITIONES.

a And. Barb. Not. hic expreſſe. Not. quod liberatio eget inſinuatione. uide Bald. in illud, & ibi dedi remiſſiones ad eū, ſupra de ſacroſ. ecc. & uide Sal. in l. ſancimus infra, de don. & D. Ioan. de Imo. in rub. extra. de do. & Bal. in l. in ratione, §. fin. ff. de l. Fal. & in rub. ſupra, de confeſſ. quæ omnia adde ad no. in l. illud.
b ¶ Liberato. Vide Bar. in l. Modeſtinus, ff. de don. idem tenet Bar. in l. ſi donatione, ꝑ illum tex. infra de don. & late in l. illud, ſupra. de ſacroſan. ecc. & in le. pactum, in 17. q. ſupra, de col. & dixi poſt Sal. in l. creditori. ſupra, de pactis.

LEX VII.

1 *Compenſare qui poteſt, non eſt in mora.*

Eius. Ne currāt vſuræ, vel quicquam pœnale, fit compenſatio ipſo iure. h. d. Caue tibi. iſta cōpenſatio nō eſt obligatiōis ꝯctę extinctiua, ſed ne pœna cōmittať impeditiua: vñ nō credas ꝙ qñ in pęnis fit cōpenſatio, tollatur obligatio ipſo iure, ſed impeditur natiuitas obligationis pęnalis, vel vſurę. Mar. di-
1 cit, ꝙ ſit cōpenſatio ipſo iure, qđ nō eſt verū, qa † q pōt cōpanſare, nō eſt in mora, nō autē ꝙ non eneruet obligationis intereſſe. & ꝑ hāc legē limitať l. eius, & l. ſi ꝯſtat, s̄. de cōpen. vbi dr̄, ꝙ nō fit compēſatio, niſi per hominem opponatur, vnde inferas ex hac l. ꝙ ſi ſunt duo mercatores, quorum vni debentur ab altero mille, & ab altero debentur quinquaginta ſine vſuris vſq; ad cōcurrentem quantitatem quingentorū, ipſo iure vſuræ non currunt, quia eſt compenſatio per legem facta. quod eſt notandum, &c.

LEX VIII.

1 *Promittens certo loco ſoluere, alibi ſoluere non cogitur.*
2 *Inſtrumentum ſine conſenſu debitoris mutari non poteſt.*

1 Vſuras. † Qui ꝓmittit certo loco ſoluere, nō pōt denuo cogi alibi ſoluere. h. d. ſm primā lec. qa legiť duobus modis. primo ꝓut poniť ī tex. ꝓmittere. & ſm hāc literā sūmaui. ꝙ tuto. de nouat. dic ꝙ eſt ſpeciale ibi in dote. tene ergo menti
a hāc gl. ꝙ ſi mādator *a* ꝓmiſit ſoluere Peruſij, & ꝯtingit exbāniri creditorē ꝓ facto illicito: ne de facto occupeť a fiſco, dēt cōpelli ꝓmitteř ſoluere alibiꝰ q̄ ī loco ꝯctus. Itē eſt iuſta cā, ſi creditor ad locū deſtinatū venire nō poterat: vel qa erat p̄onus, & ibi modica pecunia debebať, & libertus diſtabat a domicilio p̄oni: vel qa ꝯpromittēdo ſe ſolutū, debitor a fiſco nullo mō grauabatur, cū vterq. locus pariter diſtaret. & hoc ſm primā lec. ſed ſm ſecūdā ꝓut poniť ī tex. ꝓmittere. dic ꝙ debitor nō pōt cōpellere creditorē, vt alibi recipiat ſolutionē, q̄ ī loco deſtinato: ēt ſi alibi poſſet ſolui, & offerri, cū creditor nō cogať nouare ꝯctū. & iſta ſecū
b da lect. *b* eſt no. & ītellige niſi iuſta cā ſuadēte, vt in gl. eſt autē iuſta cauſa ſi debitor vult ſoluere oē intereſſe, qđ ꝑtendiť ꝑꝑ locū vt l. j. & 2. & l. is q, ff. đ eo, qđ cer. loc. vñ ſi debitor vellet, ſolueret in domicilio creditoris, vt dicit gl. & hęc sūt no. digna. Adde qđ no. ff. de ꝯſt. pe. l. itē illa, ꝑ Gui. & Bar. Qō fuit de facto, qñ Florentini venerūt ad ꝯcordiā cū Piſanis de ciuitate Lucana, qa pacta erant, ꝙ Piſani debebāť dare certā quātitatē Florētinis. dicebant Piſani veniatis ad Ciuitatē Lucanā, eꝯ Florentini dicebant, veniatis & ſoluatis in domicilio, iſta lex allegabať ꝓ Florentinis &
2 ꝓ Piſanis. l. itē illa. & no. ex primo, † ꝙ inſtrm non poteſt mutari ſine ꝯſenſu debitoris: & ꝯclude, ꝙ in pecunijs verſatur intereſſe rōne loci l. ideo. ff. de eo quod cer. lo. Ibi, quot annis. i. certis vel ſingulis annis. Ratio exempli cōſiſtit in hoc, quia eſſet iniquum ꝙ ad vtilitatem contrahentium mutaretur forma contractus.

ADDITIONES

a Si mandator. Vide quæ dixi poſt Bar. in l. 1. ff. de eo, quod cer. lo. ſed Cy. hic contra.
b Secunda lect. Quid ſi locus eſſet deſtinatus in domicilio creditoris, an poſſit? vide Bal. in l. adceptam, in 12. q. ſupra de vſu. vbi alle. hic no. & quæ no. per Bart. in l. item illa, in prin. in vlt. col. hic all.

LEX IX.

1 *Res depoſita non relinquitur, niſi debitum ſit liquidum.*
2 *Amicus debitum offeren. & conſignans, debitorem liberat.*

Obſignatione. Oblatio. & obſignatio ipſo iure liberat debitorē, niſi, fiat loco incongruo, & locus ꝯgruus offerēdi eſt locus ſoluēdi, & nō alius. h. d. iſta lex no. adde §. de ſol. l. ſi ſoluturꝰ. Transferť ergo in ipsū creditorē dñiū. & hoc eſt verū, ſi debitum ꝯſignauerit, obijciēdo in ſe dñium: ſecus ſi nō ꝯſignauerit. & aduerte, qa q ꝯſignat pecuniā, nō dēt poſtea in vſus ſuos ꝯuertere. alias habeť ꝓ non facta cōſignatione, vt l. acceptam, s̄. de vſur. & l. j. qui pot. in pig. hab. Item fit conſignatio in ſacculo ſigillato ipſi Pręſidi, ſm formam d. l. acceptam. & no. quod iſte tex. dicit, totius debitę pecunię, &c. j. loco & tēpore congruis, quia non de nocte. de loco pone exemplum debitor creditori aſſignabat pecuniam in nemore, in quo erant multi latrones apti ad deprędandū creditorē, de quo in l.
1 ſi ſoluturus, ff. eod. non habetis hic alia. & dicit ibi glo. no. † quod
a non relinquitur res depoſita, niſi debitum ſi liquidum. *a* facit.
2 ff. de ſtatuli. l. ſtatuliber rōnem. † Quæro pro glo. pone *b* ꝙ debi-
b tor non vult offerre, ſed potius vult ire ad carcerem, nunquid ſi amicus offert, & ꝯſignet, liberet debitorem? Glo. hic innuit, ꝙ non; ꝯ in l. qui decem, ff. eo. dic vt ibi per Dyn. & hic per Cyn.

ADDITIONES.

a ¶ Liquidum. Vide late Bar. in l. j. ſupra. ne lice. in vna eademq; cau. & ī l. reſiduū de diſt. pig. & Bar. in l. fi. & quod ibi dixi, ff. de diſt. pign.
b ¶ Pone. Vtrum obligatio, & conſignatio facta per extraneum creditorem, liberet debitorē. vide glo. & Bar. in l. qui decem, hic alle. in §. j. & in l. ſolutionem, eod. tit. & Bar. & Bal. alle. illum tex. in leg. cum poſtliminium, ff. de ca. & poſtli. reuer.

L E X XI.

1 *Hæres non poteſt reuocare factum defuncti.*

Succeſſores. Datio in ſolutũ ex pacto non põt per pe
nitẽtiã ſucceſſoris ſi reuocari.h.d.dubiũ
erat,quia videbatur ꝯ̃ctus innominatus, qñ dat̃ res ꝓ re in quo
1 hẽt locũ pñĩa,vt l.ſi cũ fundũ,ff.de pact.† Not. ꝙ hr̃s non põt fa-
ctum defuncti reuocare.cõcor.l.ea quę a patre,ſ̃. de reſt. milit.

L E X XI.

1 *Solutio coniunctę perſonæ ſine mandato fieri non poteſt.*
2 *Promittẽs de rato pro minore,videtur promittere cum erit ętatis legitimę.*

Cum maritum Quod debetur vxori, non p̃t ſol-
ui marito ſine voluntate vxoris,
1 ẽt ſi vxor ſit minor 25.annis. h. d. † No. ꝙ coniunctę *a* pſonæ ſi
a ne mandato non põt ſolui. No.glo.vero ꝓcuratori.& l. hoc iure
ff.de ſol. No.ꝙ maritus nõ eſt legitimus curatoꝶ vxoris, qa non
poſſet ei ſolui tanq̃ curatori. Sed an poſſet eſſe curator datiuus,
dic vt ſ̃.qui da.tut.poſ.l.j. Cõclude ergo ꝙ nõ põt ſolui ꝑ actum
affinitatis nec affini,nec alicui conſanguineo ꝯiuncto in primo
gradu,vt patri emancipati,vel matri,cum debetur filio,ff.e.l.ve-
2 ro,& l.ſi hoĩem,& l.qui aliena,§.q̃q̃,ff.de neg.geſt.† Ibi, ætatem.
b nota arg.qñ aliquis *b* promittit de rato alicuius minoris,vr̃ pro-
mittere ꝙ ratificabit cum erit ætatis legitimæ. Not. iſta bona di-
cuntur paraphernalia,& ideo maritus in eis nullam adminiſtra-
tionem habet.adde l.fi.ſ̃.de pac.conuen.hic non ſunt alia.

ADDITIONES.

a Coniunctę: Vide in l.uero,ff.eo.
b Cel. Tu vide de hoc Bar.in l.exigendi.nu.3.& qđ ibi poſui in apoſt.ad ipſũ,in ver.
gl. in l. tutores, ſu.de ꝓc.dixi ĩ apoſt. ad Colle. poſt eũ,in c.nõnulli,n.13.ver. ſine
mãdato.ext.de reſcri.& de hoc ꝑ Ro.ſing.ſuo 236.incip.illam legem.
c Ar.qñ aliquis. Cogita tu,& uide plene no.per Bar.in l.ſi procurator , in ver. iſta eſt
pulchra q.ff.de cond.ind.& ibi expreſſe Bal.in l.fi.

L E X XII.

1 *Soluere creditori,vel alij eius mandato,paria ſunt.*

Inuito. Quod mihi debetur,alij ſolui nõ põt,niſi me man-
dante,vel ratum hñte.h.d.Intellige niſi is, cui ſol-
a ueris mãdatũ habeat,vel cãm a me,vel ſit creditor *a* meus,ff. de
1 exce.doli,l.ſi opa.Alij cuidã extraneo.No.† ꝙ paria ſunt ſolue-
re creditori,vel alij eius mãdato.Fallit in eo q̃ fuit ꝓcurator,q̃ iã
erat reuocatus,tñ ignorabat̃.rõ ẽ ꝑꝑ reliq̃s primi mãdati,& ꝑꝑ
ignorãtiã debitoris,q̃a licet ſit reuocatus,tñ durãt ei⁹ reliq̃æ,&c.

ADDITIO.

a Creditor. Vide plene per Bar.in l.ſolutum,§.ſolutam,ff.de pig.act.

L E X XIII.

1 *Liberatio ſimulata non dicitur ſimulatio.*

1 **Si obligatum.** Simulata liberatio nõ eſt liberatio.h.
dicit.& prout loquitur ĩ ſimulatione
nõ hẽt locum, gl.hic poſita de triginta diebus.ſed prout loquitur
de ꝯfeſſione facta ſpe futurę numerationis,tũc eſt gloſ. vera, ſed
ꝓut loq̃tur de ꝯfeſſione erronee facta, tunc nõ eſt vera gl. q̃a ſp
põt opponi, ſ̃.eo.l. inter. vnde nota tres caſus de confeſſione ſi-
mulata,& de confeſſione erronea . Item de cõfeſſione facta ſpe
futuræ numerationis, & iſte vltimus caſus non procedit, niſi in
terceſſerit acceptilatio in Aquiliana ſtipulatione. quod dic vt in
a glo.& ff.de pact. l. ſi debitorem. & ibi videas. q̃d ſi acceptilatio? *a*
Dic agi cond.inde.l.ſi q̃s accepto,ff.de ꝯd.ob cau.q̃ fuit mihi da-
ta in pũctis.& l.actione,ſ̃.de tranſ.& vide q̃ dixi ſ̃.e.l.inter patrẽ.

ADDITIO.

a Acceptilatio. Vide in l.ſi ex pluribus,fi.eo.

L E X XIIII.

1 *Creditor,quando debitori inſtrumentũ reddit,eum liberare præſumitur.*
2 *Confeſſio naturalem numerationem probat.*
3 *Exceptio non numeratæ pecuniæ,in quo contractu locum non habet.*
4 *Inſtrumenta confeſſionata mutuum probant.*
5 *Mulier habens inſtrumentum confeſſionis ſuperat oĩa priuilegia dotis.*
6 *Promittens reddere chyrographum cancellatum, ſi eſt perditum quid reddere tenebitur.*

Pecuniæ. Melius eſt habere euidentem liberationem, q̃
chyrographi redditionem,h.d.Vel ſic , Melius
eſt habere per ſe euidẽtẽ probationem,q̃ præſumptionẽ quæ re-
1 cipiat in ꝯ̃rium probationẽ. h. d.† Et ꝑmitte , ꝙ qñ creditor red-
dit debitori inſtr̃m,præſumitur liberare eũ,tñ ꝯ̃ iſtam ꝑ̃ſumptio
nẽ admittitur ꝓbatio in ꝯtrarium. ꝙ ratio huius leg.ponitur hic
in gl.& melius eſt in l.ſi de poſſeſſione,ſup.de proba.& ff.de pac.
l.Labeo.nam vbi apud debitorẽ reperitur inſtr̃m cancellatum,
poteſt eſſe ꝙ ipſemet cancellauit , quia ſubtraxit. vñ de hoc ſibi
q̃õ refertur, quę ſibi referri non poterat , cum inſtr̃m qui ratio-
2 nis habeat,vide plene per Cyn.in alleg. le. ſi de poſſeſſione.† Ibi,
a rei geſtę , not. per confeſſionem *a* probari naturalem numera-
tionem, quod eſt verum quando conſtat quod confeſſio nõ eſt
facta ſpe futuræ numerationis, vt quia eſt renunciatũ exceptio-
ni nõ nu.pec.l.ſi ex cautione,ſ̃.de non nu.pec.& ſic debet limita-
ri q̃đ tenuit Cy.j̃.q̃ ſit lon.ꝯſu.l.j.vñ quæritur quid iuris,cũ vnus
teſtis deponit de ꝯfeſſione,alter de numeratione , an ſint ꝯteſtes
3 vide ꝑ Io.And.in ti.de teſt.& q̃đ not.Bar. in l. ſi ita ſtipulatus , §.
b Chryſogonus, ff. de verb. obli. † Et ſcias ꝙ in nullo ꝯ̃ctu *b* habet
locum exceptio non nu.pe.præterquã in mutuo & dote ut no.
per Cyn.in l.ſinguli,in fi.ff. ſi cer.peta.dico de exceptione tranſ-
ferẽte onus probandi in creditorẽ.tñ in omni miniſtero de mũ-
do,vbi eſt confeſſio,habet locũ exceptio nõ nu.pecu. intra xxx.
4 dies,niſi ſit ei renunciatum,vt ſ̃.de non nu.pec.l.in ꝯ̃ctib.† Item
c no.hic ꝙ inſtr̃a *c* confeſſionata habẽt uim ſñĩæ ex forma ſtatuti,
& probãt etiã mutuum nãle ſicut probaretur per ſñĩam diffini-
d tiuam. *d* † Item no.ꝙ mulier habens inſtr̃m cõfeſſionis,ſuperat
5 omnia priuilegia dotis ſuper ipſo, quia per ipſum hoc caſu pro-
batur numeratio nãlis.& ſic non ob.l.aſſiduis,ſ̃.qui pot.in pig.
habe. Ibi,geſtæ rei,ideſt numerationis nãljs,ſed nihil eſt dicere,
quia illa ſimilitudo nõ eſt bona, quia redditio chyrographi hẽt
vim pacti,nam æquiparatur cõfeſſioni de recepto, vt ff.de pac.
6 l.Labeo.ubi de hoc.† Ibi,redditur per creditorem. pone ꝙ quis
promiſit reddere chyrographum cancellatum , iſtud chyrogra
phum eſt perditum,quid reddet̃? Dic æquipollens,quia confite-
bitur creditor ſe inſtr̃m non hr̃e , & ſi quod hr̃et,cancellat & ꝓ
e cancellato vult hr̃i.ita dicit gl.& alle.tex.no.& vnicum in iure *e*
ff.de le.j.l.huiuſmodi,§.ſi ita. Per hoc obuiatur malitiæ illorum
qui ſunt obligati ad pecunias per eorum apodiſſas ſub conditio
ne ſi apodiſſa reſtitueret̃, ſi.n.creditor ſcribit ſe recepiſſe pecu-
f niam creditam, *f* ex quo de credito conſtat,licet apodiſſa ñ red-
datur,quia nõ poteſt,ſufficit ꝙ creditorem ſuum quietet.& te-
ne menti hoc quotidianum,&c.

ADDITIONES

a Confeſſionem. Per confeſſionem probatur naturalis numeratio,& põt opponi ex
ce.non nu. pe.intellige quo ad ipſum confitentem,ſecus quo ad alium per ea quę
habentur in l.nõ abſtulit,ſup.de noua.& vide j̃.ſi ex plurib.ff.eo.& Bal.in l.fi.ſup.
de ſpõ.in l.1.in prin.ſup.de rei vx.act.& no.in §.Chryſogonus,hic alleg.And.Bar.
Per confeſſionem. No.ſi vnus teſtis de confeſſione , alius de numeratione, ꝙ pro-
bant.vide Bal.in l.1.ſup.de teſt.& gl.l.proprietatis, ſup. de prob.
b Contractibus. Vide Bal.in l.contractibus,in prin.hic alle.& quod ibi dixi, & vide
no.per Bal.in l.ſi ex pluribus,ff.eod.
c Inſtrumenta. Si inſtrumenta confeſſata habent vim ſententiæ,probant mutuum
naturale,quod no.perpetuo pro hoc,quod no.Bar.in l.1.§. ſi quis ita de verb. obl.
Bal.ſupra,in rub.de priui.do.& quæ dixi poſt Bar.in l.ſi ex cautio. in fine.ſupra de
non.nu.pecu.
d Diffinitiua. Intellige,vt dictum eſt ſupra,ſi renunciatum eſt exceptioni non nume
ratæ dotis,vel ſi ex forma illud inſtrumentum confeſſatum habet vim ſententiæ,
& vide quæ dixi poſt Bar.in l.aſſiduis,ſupra qui pot. in pig.habe. & Bald. ſupra in
rub.de priuil.do.
e Et vnicum in iure. Vide Bal.in l.pen. quemad.teſt. ape.& in l.huiuſmodi, §.ſi ita,
hic alleg.Ang. in l.quis fugitiuus,§.idem Celſus, ff.de ed.Bal. in l.2.ſupra de reſc.
vend.vide Do.Pe.& alios in c.cum pridem,de pac.Bald. in ca.ſignificauit,de teſt.
& in l.noſtram,ſupra de teſt.Mod.in c.fi.de vſu.& vide tex.in c.cum dilecta, §.fi.
de confir.uti.ver.rumpendo,vbi debet lacerari inſtrumentum, l.ſicut, ſupra de li.
cau.l.diſſolutæ.C.de cond.ex lege,l.ſicut de li.cau.in l.qui C.de app. & gl. in l. ex
empto.§.ſi quis,ff.de act.emp.
f Creditum. Vide Bald.in l.noſtram, ſupra de teſt.in auth.caſſa, in fi.ſupra de ſacroſ.
eccl.& in l.inſtrumentis,in fi.ſupra de fide inſtru.

L E X XV.

1 *Inſtrumentum ſi eſt in iudicio pruductum,non eſt neceſſaria alia probatio.*

Quod debitori. Chyrographũ redditũ debitori
ſine volũtate creditoris, nõ libe
rat debitorem . & ex inſtr̃o quod ipſe debitor tanquam pro ſe
1 ducit,conuincitur,& ad ſoluendum compellitur.h.d. Not.quẽ
cõueniri ex propria productione.Ibi,argumẽtis, ſi iſtud inſtr̃m
eſſet in iudicio productum,nõ eſt neceſſaria alia probatio,ſed ſi
non eſſet productum,eſſet probanda obligatio , quæ probatur
per alia argumenta &c.

L E X XVI.

1 *Ius pro re inuito creditore cedi non poteſt.*

1 **Eum,à quo.** Ius† pro re inuito creditore cedi ñ põt.
h.d. hoc eſt verũ , niſi ratio neceſſitatis
ad hoc vrgeat,& iudicis æquitas,ſuadeat, vt no.in l.j.§.j.ff.ſi cer.
pet. Adde ꝙ ſi iſta neceſſitas procedit a dolo,contra talem dolo
ſuum iuratur in litem,vt ff.de rei ven.l.qui reſtituere, in fi.& de
dolo.l.arbitrio.

AVTHENTICA.

1 *Creditor rem ſibi adiudicandã pro quantitate,ſuo arbitrio eligere poteſt.*
2 *Cautela ubi extra ordinem præſtari debet,intelligitur iuſta, & poſſibilis.*

a **Hoc niſi** Iſta authentica uenit limitatiue ad lect. Co.&
.no.de actione repręſentata.Item de ſatiſdatio
ne danda, ꝙ impoſſibilitas ſatiſdandi excuſat.ego addo aliud ſ.
ꝙ creditor non poteſt petere determinatam rem ſibi inſolutũ
1 dari pro debito,puta talẽ fundum meliorẽ.† No.ꝙ in creditoris
arbitrio de eligere rem ſibi adiudicãdam pro quantitate,& om-
nes confitentur hoc verum, vbi debitum eſt in auro, quia ſicut
eſt prætioſius metallum,ita pretioſior res debet dari in ſolutum
Ego puto idẽ in qualibet quantitate debita,quia aurum recipit
functionẽ cũ quolibet metallo,& ita dicit glo.& eꝯ̃,vt ff.de ſol.

ADDITIO.

a Hoc niſi. An poſſit renunciari huic auth. vide Cyn.hic,& Iac.de Bel.in corpore,&
an pro paruo debito poſſit debitor eligere rem magni pretij. vide Imo. ꝙ non no.
in l.a diuo Pio,§.in venditione,in prin.ff.de re iudi.vbi ita limitat iſtum tex.& ad
hanc aut,vide Bar.in l.ſi maritus,ff.ſol.mat.

l.Paulus.glo.ergo hic tenet medium.& hoc ideo,quia ſuccurrit
debitori aduerſus creditorẽ ꝯ regulam iuris cõis,in hoc ꝙ credi
7 *Conſuetudo feudi eſt,quod manchus,qui non poteſt præbere auxilium domino,non ſuccedat in feudo.*
8 *Conſuetudo ſi vna eſt in foro actoris,& alia in foro iudicis,iudex quam ſequi debeat.*
9 *Iudicia deciſoria dupliciter ſunt conſideranda.*
10 *Conſuetudo ſi dicitur rationabilis,quæ in ſe continet veritatem.*

Præ-

PRæſes. Conſuetudo rõnabilis extenditur de caſu
expreſſo ad caſum tacitum, in quo eadem
ratio reperitur.h.d.Conſidera,ꝙ omnis extenſio debet
fundari in aliquo extendente: verba.n.non poſſunt extẽ
di,quia ſunt coarctata. impoſſibile eſt. n. ꝙ vna dictio ſcripta,
ſint plures dictiones,vel ꝙ vna oratio ſint plures orationes:con
ſiſtit ergo extenſio in intrinſeca virtute. quæ extendit,& illa in-
trinſeca virtus non eſt aliud,quã ratio ꝯſuetudinis,ſicut cum na
tura extendit palmitem:eſt ibi virtus intrinſeca,quæ intendit,&
extendit palmitem, & de vno palmite producit plures palmi-
tes,vt naturaliter videmus.Caſus in gñe.In quodam gñe cõtro
uerſiarum eſt aliqd per ꝯſuetudinem inductum,nunquid illud
extenditur ad ſimiles caſus? Rñ.ꝙ ſic,nam non ſolũ debet con-
ſiderari conſuetudo,ſed ẽt ratio ꝯſuetudinis,& ne quid fiat con
tra ꝯſuetudinẽ,vel rationem conſuetudinis,pertinet ad curã, &
1 diligẽtiã iudicis.h.d.† Ibi,ꝓbatis.nota, qđ oppida poſſunt *a* ha-
a bere propriã ꝯſuetudinẽ,& dicit oppidum, quaſi opem ferens,
b terra murata nõ hñs Epiſcopũ;& idẽ in caſtris *b* & vilis,qa poſ-
ſunt habere propriã ꝯſuetudinem,non repugnantẽ legi,vel cõ-
ſuetudini propriæ ciuitatis. Nam vbi repugnaret, non valeret
conſuetudo ruſticana,niſi confirmata per ſuperiorem,ſup.de te
2 ſta.l.fi.† Ibi,frequenter. no.ꝙ ad conſuetudinem inducendam,
ac probandã,requiritur actuum frequentia.& glo. in rub. dixit,
ꝙ ſufficiunt duo actus. Tu dic,ꝙ requiruntur duo, vel plures, ſe
cundum caſuum emergentiã: nã his, ꝙ toto die emergunt, &
ſuper quibus infinitæ ſñiæ latæ ſunt, non ſufficit probare duos
actus,ſed debet probari, ꝙ frequenter, & vt plurimũ eſt ſic ſer-
c uandum Pone,*c* ſunt latæ intra 10.an.centum ſñiæ pro vna par
d te, & vna tñ pro alia parte; nunquid vna interrumpit *d* virtu-
tem omnium;& dic,ꝙ non,qa ſufficit frequenter.Contrarium
vr̃ determinare gl.ord.in l.nemo,§. temporalis, dic vt ibi.& ad-
de qđ no.s̃.eo.l.2.in fi.magnę gl. In eodẽ controuerſiarum gene
re.i.in eadem qualitate;nã illa ſunt ſimilia,quorum qualitas eſt
vna:illa ſunt eadem;quorũ ſubſtantia eſt vna,ſm Ariſt. cũ ergo
hic loquitur reſpectu ſimilitudinis,exponimus hoc verbum,ge-
nere,ꝓ qualitate,q̃ ex rõne colligitur.Item ipſa ratio appellatur
genus,quia de plurib. caſibus præiudicatur. Ibi cauſa cognita. i.
conſuetudine probata,qa ſupra dixit ꝓbatis:illa.n.eſt cauſæ co-
3 gnitio.† & no.*e* ꝙ licet cõſuetudo ſit ius, tñ hoc ius nõ ſcriptum
e dẽt probari.Et per hoc ſit poſitio de aliqua conſuetudine, debet
tali poſitioni rñderi.Nõ ob.de auro,& arg. leg. l. ornamentum,
vbi gl.dicit, ꝙ poſitioni iuris nõ eſt rñdendum, quia id verũ in
iure ſcripto.qđ non pendet ex facto partiũ, ſed ex ſola legis au-
thoritate:ſed cõſuetudo pendet ex facto, quod eſt probandum
4 vt hic.† No.hic in ſecunda glo.procedens formaliter in vno ca-
ſu,& ratio.licet tacita rõ ſit,tñ eſt ratio, & ſeruanda, ſi eſt ratio
f finalis.*f* ff.de admi.tut.l.ita aũt,in prin.ff.de re mil. l. milites. non
ob.ff.qui & a qb. l. proſpexit.quia rõ legis inſpicit ad extenden-
dum,vt hic,non ad perimendũ iam depoſitum,vt ibi:nam ex il-
la tacita rõne non poſſumus perimere formam ipſius le. in caſu
formaliter emergẽti & formaliter diſpoſito.Ibi.n.diſponitur de
5 nõ manumiſſione, & iõ ex rõne legis. nõ poſſumus arguere ad
oppoſitũ, ſ. ad manumittendũ, qa eſſet perimere formã ſtatuti.
ex tacito ergo nõ arguimus ad derogationem expreſſi. & ita ibi.
Alij dñt,ꝙ illa lex non hẽt ſpecialem rõnem: certe imo habet,
qa rõ illius literæ hæc eſt,qa lex dicit,licet lex ſit dura valde, ſer-
uanda tñ eſt pp auctoritatẽ & ptãtem legislatoris: imo illa lex
eſt ſingularis recte ĩtellecta;& vulgaris,quæ ab oĩbus allegatur
Not.ꝙ ſicut p̃ſes ꝓuincię tenẽt obſeruare leges ſcriptas;ita con-
ſuetudines locorum,quod eſt verũ in ciuilibus, & criminalib.
Vnde ita punitur tranſgreſſor ꝯſuetudinis,ſicut transgreſſor le-
gis ſcriptæ.facit ad extraor.cri.l.ſaccularij.§.ſunt q̃dã.& qđ not.
ff.de infa.l.quid ergo §.pœna grauior.Quæro primo caſum leg.
g ſecundo exẽpla. Quo ad primum *g* rñ. vt dixi ponẽdum caſum.
h Quo ad ſm de exemplis, ponũtur diuerſa exempla *h* ſm quoſ-
dam.ſcias exemplum de Bononiẽſibus,& exemplũ de plauſtro
6 neſciẽtę intelligere,ſed Odofr.melius declarat q̃ glo.† Quidam
i ponunt in conſuetudine. quæ eſt Bononiæ, ꝙ ſi ruſticus *i* ducit
plauſtrũ cũ vino ad domum domini,& ruſticus præcedit plau-
ſtrum,& boues forte cadunt & plauſtrum,& effunditur vinum
ꝙ ſi dñs ponit manũ ad adiuuandũ,facit,quod perdit ius ſuum,
& non poteſt agere contra ruſticum,imo ruſticus liberatur.Di-
ceret aliquis,ꝙ iſte ruſticus non debet teneri, ẽt de iure cõmu-
ni,qa ducit ad domum dñi,& ſine culpa eius effunditur vinum.
Dicit Odof.ꝙ ad hoc,vt iſta conſuetudo non ſit ꝯ̃ ius commu-
ne,debemus dicere,ꝙ ruſticus fuit in culpa,quia contradicente
dño duxit per uiam deteriorem: vnde ſi petit uinum culpa ſua
tenetur; ſed conſuetudo introduxit, ꝙ ſi dominus hoc videns
currit,& adiuuit,pręiudicat ſibi,quod eſt contra rationem, qa
non debet diligẽtia domino nocere, & culpa prodeſſe ruſtico.
K Dic ergo,ꝙ illa conſuetudo de vino habet locũ in oleo, *K* quia
de ſimilibus ad ſimilla procedimus.glo.dicit,& eſt malũ exem-
plum:qa ratio,quæ eſt cauſa extenſionis,non eſt hic,& ideo nõ
debet extẽdi,quia in exiſtentibus contra rõnem non eſt aliqua
uirtus media,q̃ poſſet iſtos caſus copulare in diſputatione iuris:
nam iſta non eſt rõ,ſed quædam vſurpatio. Sed hic ceſſat ratio,
7 imo eſt ꝯ̃ria rõ.† Ergo habetis,ad ſtatutum de gabellis, ſicut di-
l ſponit ſtatutũ, *l* quod ſoluatur gabella de vino,& nihil dicit de
oleo,non intelligitur de oleo: quia quotieſcunque ſtatutum ca
8 ret rõne,non trahetur de ſimilib.ad ſimilia.† Pone ergo *m* caſũ
m in conſuetudine,quæ non ſit ꝯ̃ ius,vel quæ ſit præter ius ſcriptũ:
tñ ſecundum dictamen alicuius rõnis,vel æquitatis? Reſp. po-
n ne exemplum in feudis,& affictu.*n* Conſuetudo feudi dictat, ꝙ
mancus.i.debilitatus in manu,q nõ põt præbere auxilium dño,
non ſuccedat in feudo, ratio huius conſuetudinis eſt, quia non
debet obtinere feudum, qui non põt impendere domino ſerui-
tium.Pone,quod non eſt mancus,ſed alias debilitatus,ita quod
non poteſt ſeruire, certe non ſuccedit. Item ſi conſuetudo eſt,
ꝙ non ſuccedat in feudo monachus.idẽ in Canonico regulari,
licet canonici regulares non ſint monachi,nec econuerſo,vt in
c.cum ad monaſterium,extra de ſta.mon.Item exemplum po-
ne in affictis,vel ꝯ̃ctibus emphyteuticis:eſt cõſuetudo, quod in
emphyteuſi eccleſiæ non ſuccedit fœmina.Idẽ dicemus in hær
maphrodito,& idẽ in ſimilib. exemplis.hæc oĩa no.in d.l. de q-
bus,ff.de leg.& hic in gl.Ex quibus conclude, ꝙ in conſuetudi-
nibus,& ſtatutis attẽdit rõ in c.vlt.de reg.iur.ꝑ Dyn.quod ratio
o & mens idẽ eſt,qđ eſt verũ,dũmodo mens *o* illa non ſit æquita-
ti ꝯ̃ria: vbi.n.repugnantia eſt æquitas,non ſit extenſio. Adde qđ
no.s̃.de fur.l.ſi quis ſeruo.Secundo glo.opp. nam hic dr̃ proba-
tis,&c.ergo conſuetudo eſt probanda ꝯ̃,cõſuetudo eſt ius, &c.
Inſt.de iure nat.§. ex non ſcripto.ſed ius non indiget probatio-
ne: ergo conſuetudo non indiget probatione.Glo.rñdet.Diſtin-
gue quoddam eſt ius,quod pendet ex facto,ſicut eſt conſuetu-
do,q̃ pendet ex morib.populi,& tunc iſtud factũ probandũ eſt:
& hoc mõ ꝯſuetudo dẽt probari. Alio modo eſt quædam iuris
diſpoſitio ſcripta.puta ꝙ minor xiiij. an. non poſſit teſtari.Iſtud
non eſt probandũ,nec eſt probandũ qđ diſponit ſtatutum,quia
apparet per aperturam voluminis ſtatutorũ. Item dicit gl. quæ-
p ro ſi vna *p* ꝯſuetudo eſt in foro actoris,alia in foro iudicis,quam
ꝯſuetudinem ſequimur? Dicunt quidam,ꝙ iudex eliget,verum
eſt,quod quantum ad ordinationem iudicij,debet ſequi ordina
tionem loco iudicij,ut qualiter procedatur in cauſa ſummarie
vel ordinarie.Sed in his,quæ ſpectant ad deciſionem cauſæ, in-
ſpicimus ꝯſuetudinem loci ꝯ̃ctus,vel delicti,ut in authẽ. qua in
ꝓuincia,s̃.vbi de cri.agi opor.Materia examinat̃ plene in l. cun-
9 ctos populos.s̃.de ſum.Trini.& hic per Cyn.† Deciſoria iudicij
pñt cõſiderari dupliciter. vno modo q̃tum ad ꝯ̃ctum ſiue cãm,
vel delictum.alio modo quantum ad probationẽ. primo modo
verum eſt dictum Odof.& aliorum, ſed de ſecundo dubitatur.
Tu,& ego fecimus ꝯ̃ctum Florentiæ, vbi non poſſum probare
conſuetudinem illius loci, niſi per tres teſtes. & ex iſto contra-
ctu

ADDITIONES.

a Oppida poſſunt. Quis poteſt inducere conſuetudinem,uide gl.& Bar.infr. l.prox. quid in curijs,& collegijs actin um,uide Bal.in l.de quib.circa prin.ff.de le.
b Caſtris. Vide Spec.in tit.de inſt.edi.verſ.ſed nunquid dicimus,& Bal.in auth. defuncto,in fi.ad Tertul.
c Pone. Vide gl.& Bar.in l.prox.& Bal.in l. de quibus,de leg.
d And.B. Nunquid vna interrumpit, Pro iſta glo.uide Bald. in cap.1.qui feud.da. poſſ.
e Et nota. Vide Bar.in l.2.§.quod obſeruari,ſupra de iur.calum.
f Finalis. Nota bene l.proſpexit.hic alleg.
g And.Barb.Quod ad primum. Vide Do.Anto.in c.fi.eo.tit.
h Exempla. Vide gl.hic,& de exemplo plauſtri,uide glo.fina.in l.quod non ratione, ff.de le.
i Ruſticus. Facit ꝙ habetur in l.cũ ꝓponas,& quod ibi Bal.in v.no.ſup. de nau.fę.
K In oleo. An conſtitutio extendatur de ſimilib.ad ſimilia,ultra hic dicta, uide Bal. in l.de quibus.& per omnes in l.fi.& in diuturua,de legibus.ff.
l Statutum,quando in ſtatutis proceditur de ſimilibus ad ſimilia,vide not.in l.iura & in l.non poſſunt,de leg.& not.nunquam procedi in his,quę ſunt contra legem & no.Bal.in l.1.ſup.de lege Fu ca. Item non proceditur de ſimilibus ad ſimilia, ſi quid introductum eſſet iure ſingulari,l.quod eſt conſtitutum,& quod ibi no. Bar. in l.fi.ſupra ne de ſta.defun.ad materiam,uide Bar.in l. omnes populi, in materia interpretationis extenſiuæ,ff. de iuſt. & iur.& in ſtatutis quando procedatur de ſimilib. ad ſimilia;& an ex identitate rationis,vel maioritate, vide omnino Cy. & Bal.in l.1.ſup.de interd.& ibi ponit pulchras quæſtiones no.in materia ſtatuti. & ibi etiam no.dicit, quod ubi aliquid habet duo ſimilia, proceditur ſecundum magis ſimile,& adde quod vbi extenſio eſſet contra naturalem rõnem, non proceditur de ſimilib.ad ſimilia,ut no.Bal.in l. prox. & ſi lex prohiberet extenſionẽ, tñ ſemper ſit de ſimi.ad ſimilia ſecundum Bal.in l.illud,ſup.de ſacroſ.eccle. & vbi eſt idem,nõ dr̃ ſimile;nec dicitur procedi de ſimi.ad ſim.ſed dicitur eſſe ex ea.l.ſecus,vbi eſt ſimilis ratio,ita dicit Bald.in l.data opera.infr.qui accuſa.non poſſ.ad quod uide Bal.ſup.eo.l.j.& in materia,quando lex extendatur per identitatem rationis,& procedatur de ſimilibus ad ſimilia,uide pulchram diſt.Iacob.de Bel. & Bal.in l.fi.ſup.de interd.ma.& in l.ſi dotis,ſup.de iur.do.per l.ſi uero, §. de viro, ſol.mat.quod vbi ſtatutum non habet in ſe aliam rationem, niſi quia ita placuit ſtatuenti,non extenditur de ſi.ad ſi.hic uide Bal.in l.2.in fi. ſup. de per. & comm. rei uen.vbi de vino,& aceto,et in l.quod non ratione,ff.de leg.
m Pone ergo, vide gl.in l.de quibus,ff.de legibus.
n Affictu. Vide Bal.in l.fi.ff.de ſuis,et legit.
o Dummodo mens. Vide Bal.in l.1.ſupra de interdict.
p Si vna. Vide Bal.in l.fin.ff.de iuriſ.om.iud.vbi quærit,quid in iudice,qui ex prorogatione procedit extra ſuum territorium.

a ctu ago contra te a Peruſij, vbi ſufficiunt duo teſtes, hic non eſt
quæſtio de negocio ſubſtantiando, ſed de probando, q̃rit̃ cuius
b loci conſuetudinem attendemus? Fuit diſputatum ꝑ Io.Cal. b q
dixit ꝙ cum in iſta probatione ſtet realitas ſubſtantiæ, negotii,
quia quod non probatur, nō videtur eſſe genus probationis, de-
bet eſſe ſecundum locum contractus, vel delicti. dic vt in l. cun
10 ctos populos. Adhuc † dubitatio c reſtat, cōſuetudo eſt hic, quod
c cāç dēant cōpromitti de iure, & de facto, ſed in loco contractus
non erat iſta conſuetudo, pone iudicium vētilatur hic, petit̃ cō-
promitti de iure, & de facto, illa petitio reſpicit deciſoria, & per
tale compromiſſum pōt mutari juris ſubſtātia, alias res decidi,
nūquid habet locum cōpromiſſum? Videtur quod ſic, q̃a dr̃ eſ-
ſe de ordine iudiciorū. In ꝯ̃rium, ꝙ reſpicit ad deciſionem litis,
imo certe vr̃ ꝙ vtrunque ſimul ꝯiunctū ſit. ſ. quo ad ordinatio-
nem, & deciſionē litis, & quæ ꝯſuetudo ſeruabitur in iſto caſu,
remitto ad no. in d. l. cunctos populos. videt̃ mihi quod aut Bar,
aut Nico. de Mata. diſputauerit hoc non uidi nunc.

A D D I T I O N E S.

a Ago contra te. Idem tenet Bal. in l. cunctos populos, de ſum. Tri. & fide catho.
b Io. Cald. Facit quod no. Cy. et Bald. in l. receptitia. ſupra, de conſti. pecu.
c And. Barb. Adhuc dubitatio. Et hic habes gl quod vſus feudorum dicuntur con-
ſuetudines, uide aliam l. de quibus, ff. de legib. l. etiam, ſupra ſol. matr. l. inuito, de
re. iu. in rub. in vſib. feud. contra hoc tenet Ang. de Are. quod imo dicuntur ll.

L E X II.

1 *Lex dicitur habere æquitatem, etiam ſi ſit odioſa.*
2 *Conſuetudo dicitur habere authoritatem.*
3 *Conſuetudo tollitur per legem ſequentem.*
4 *Conſuetudo vincit legem.*
5 *Conſuetudo de futura ſucceſſione, non ualet.*
6 *Furioſi, & abſentes per pactum ciuium, an obligari poſſint.*
7 *Error iuriſdictionis prorogationem non impedit.*
8 *Actus an valeat ſi poſt conſuetudinem, firmatam fiat in contrarium de vo-
luntate populi.*

Conſuetudinis. Magna eſt authoritas cōſuetudi-
nis, tñ non tanta quod vincat rō-
nabilem legem. h. d. in nube. Caſus, nūq̃d ꝯſuetudo lōgo vſu in-
troducta ſit alicuius authoritatis? Reſp. ꝙ eſt magnæ authorita-
tis, nō vilis: ſed inſtatur, nūq̃d ergo eſt tantæ autoritatis q̃d vin-
cat rōnē, aut legē? Reſp. ꝙ nō. h. d. prima pars, in qua ponit dictū
ibi, verū ſecunda pars, in qua determinat dictum ibi, momēto.
Conſuetudo eſt quoddā tēpus cōplexum, & formatum: tñ quia
vltimum inſtans tp̄is dat ei ſubſtātialē ꝑfectionē, iō appellatur
hic momentum: quæcunq; .n. tp̄e cōſummantur, in vltimo ſui
momēto perficiuntur, ſicut apparet in p̄ſcriptione, & vſucapio-
ne. Nā anteq̃ ſint cōpletę, appellat̃ p̄ſcriptio, & vſucapio. poſtea
vero vltimo momento ſuperueniēte appellat̃ p̄ſcriptio, vel vſu
capio facta; & tunc ei ꝓprie ꝯuenit diffinitiuo præſcriptionis, &
uſucapionis, non anteq̃ conſummata ſit, & iō habemus idē in
die fatali, s̃. de tēpo. appella. l. 2. habetis hic duas glo. dr̃ hic q̃d cō
ſuetudinis vſus contra legem non eſt vilis authoritatis, ſed ma-
gnæ, quia habetur pro lege non ſolum in quo directe diſponit,
a ſed etiam in eius ſimili, vt s̃. l. proxima. Secundo dicitur hic a q̃d
conſuetudo non vincit rationem, aut legem, id eſt non vincit ra
tionabilem legem. Dicitur autem lex rationabilis illa, quæ ha-
1 bet in ſe æquitatem, vel iuſtum motiuum legiſlatoris. † Et not.
hic, quod dicitur lex in ſe habere æquitatem, etiā ſi ſit odioſa, vt
ponit gloſſ. exemplum in ſenatuſconſulto Macedoniano, quod
eſt odioſum. tamen ex quadam æquitate eſt inductum, vt ff. ad
Mace. l. 1. in princ. Item leges, quæ maleficia puniunt, ſunt leges
pœnales, b tamen habent in ſe ęq̃tatē, quia maleficia puniri, ma-
gna ratio ęq̃tatis ſuadet, ar. ff. ad le. Aquil. l. ita vulneratus nimi-
rum ergo ſi ſtatuta huiuſmodi ex ratione ęquitatis extēduntur
de ſimilibus ad ſimilia. Nā ſi extēditur ꝯſuetudo, multo fortius
lex ſcripta: q̃d ſic ꝓbo; quia facilius extēdit̃ expreſſum, q̃ tacitū,
vt patet in ſubſtitutione expreſſa, quæ cōtinet tacitā, nō ecōuer-
ſo. facit de vul. ſubſt. l. iam hoc iure. † Contra iſtam leg. formant̃
duæ oppo. prima eſt de primo reſponſo ad f̃m reſpōſum. Nā in
primo dicitur, quod conſuetudo habeat authoritatē le. in ſecun
do dr̃ ꝯ̃, quod ꝯſuetudo cui lex repugnat, nō habet authoritatē
legis. Sol. primū dictū c legis determinatur ꝑ f̃m, circa quod dic
q̃d aut ꝯſuetudo eſt reprobata per leg. ſuperioris, & non valet.
s̃. de furt. auth. nauigia. Aut eſt approbata, & tunc valet indubi-
tanter, vt s̃. de vete. iu. enucleā. l. j. §. oīa. & s̃. de teſt. l. oīum. Aut
nō apparet de approbatione, uel reprobatione ſuperioris, & tūc
d refert, aut ſtatuentes d conſuetudinem, & inducētes habent iuriſ
dictionem ſuper eo, ſuper quo diſponit conſuetudo, & valet cō
ſuetudo, ff. de leg. l. de quibus. Aut non habent iuriſdictionē. &
tunc nō valet ꝯſuetudo. Nam ſicut condere ſtatutū eſt iuriſdi-
ctionis, ita ꝯdere ſeu inducere ꝯſuetudinem; & ſicut ſtatutū nō
p̄t diſponere ne appellet̃ ad ſuperiorē, ita nec cōſuetudine hoc
3 p̄ſcribi p̄t. extra de iureiur. c. veniētes. † Secundo opp. aliter quā
per gl. videtur quod cōſuetudo non valet. Nā lege cauet̃, quod
cōſuetudo tollitur per ſequentē legē, vt ff. de ſepulchro vio. l. 1.
2 §. diuus. Sol. aut conſuetudo e dedit cauſam legis in ꝯ̃riū ꝯdēdæ,
& tunc videtur quod illa conſuetudo ſit ſublatā, vt ibi Nā quia
illa cōſuetudo erat ꝯ̃ publicā ſalutē, vel publicam vtilitatē, dedit
materiā imperatori contrarium ſtatuendi: nimirū videtur illa ꝯ
ſuetudo remota, & etiam videtur ſtatutū quod de nouo iſta cō-
ſuetudo nō poſſit induci, vt tangit Cyn. s̃. de ꝯ̃hen. emp. l. dudū.
q̃ ſequitur Bar. in l. cūctos populos. aut illa cōſuetudo non dedit
cauſam legis ꝯdendæ: & tunc aut vtrunque eſt ſpeciale, & prę ua
let vltimum; aut lex eſt generalis, & cōſuetudo ſpecialis: & tūc
in caſu & loco iſto ſtamus conſuetudiui, vt in c. 1. de cōſt. lib. 6.
4 dic vt ibi. † Tertio opp. f & videtur quod indiſtincte cōſuetudo
vincat legē, cuius contrarium hic dicitur, in ſecundo reſponſo.
vnde videtur obſtare, ff. de leg. l. de quibus. Timore huius ꝯtra-
rij ſuper lege noſtra fuerunt opi. Prima fuit Plac. quod l. de q̃bus
loquitur in populo, qui habet poteſtatem ſtatuēdi: nam eodem
modo apud populum eſt poteſtas cōſuetudinem inducēdi; ſed
g ſi talis g eſſet populus, qui non haberet poteſtatem legis ꝯdēdæ,
tunc nec habet poteſtatem conſuetudinis inducendæ. Iſta regu
la eſt vera in ſe, vbi conſuetudo nō ſit introducta de ſcientia Prī
cipis, id eſt ſuperiorre ſciente & patiente. Nam lōga patientia ſu
perioris habet vim priuilegij, ſeu ꝯfirmationis, ar. extra de verb.
ſign. c. ſuper quibuſdam. §. præterea. Alij dicunt, vt Mar. aut loq̃-
mur de lege munic. & illa tollitur per contrariam cōſuetudinē
municipalem. aut loquimur de lege Imperiali: & iſta non tollit̃
per contrariam conſuetudinem ſubditorum. hoc eſt verum, qñ
lex imperialis eſſet derogatoria cōſuetudini, ſecus ſi nō eſſet de
rogatoria, q̃a tunc inter populū ꝯſentientē valet illa ꝯſuetudo, ſi
cut valeret ſtatutum illius populi. ff. de iuſt. & iu. l. oēs populi. Cō
h ſuetudo & ſtatutū nō differūt h penes cām efficientē, & eius po
teſtatē, ſed differunt penes modū & formam, quia ſtatutum fit
vno momento, ff. de leg. l. 1. ſed ꝯſuetudo dēt eſſe p̄ſcripta. i. ro-
borata tp̄e, & ſumit originē ex multis actibus & continuatis ꝯ-
ſenſibus populi, ita ꝙ habet cām ſuam ex tp̄e & ex actibus, Inſt.
i de iure nat. §. ex non ſcripto, & s̃. l. prox. & j̃. eo. l. fi. Tertij i dicunt
ꝙ aut eſt talis ꝯſtitutio, quæ pōt tolli per pactum, & illa conſtitu
tio pōt tolli per ꝯſuetudinē, quia cōſuetudo creditur eſſe publi-
cum pactum totius vniuerſitatis, ff. de pac. l. non impoſſibile. &
no. de reg. iur. l. nec ex prętorio. aut talis conſtitutio non pōt tol
li ꝑ pactum, & tunc non poſſet tolli per conſuetudinem. ſic igit̃
vbi eſt & valet pactum, ibi cōſuetudo. & exemplum in pacto le-
gis cōmiſſorię, in pignoribus reprobato, ꝙ etiam cōſuetudo ap-
5 probans pactum nō ualet. † Item in pacto k de futura ſucceſſio
K ne, quia ſicut non ualet pactum, ita nec ſtatutum, uel ꝯſuetudo
& iſta opi. vr̃ tenere gl. j. de decre. Decu. in rub. lib. x. Sed hic glo.
vr̃ nō approbare iſtā regulā, tali ratione, q̃a plus pōt ꝯſuetudo, q̃
pactū vniuerſitatis. nā ꝯſuetudo ligat infantes & furioſos, q̃ non
ꝯſētire poſſunt tali pacto. Aduerte, aut tu accipis regulā affirma
tiuā. ſ. q̃d p̄t pactū, pōt ꝯſuetudo: & regula vera eſt. ita loq̃t gl. de
decre. Decu. q̃d dico in ꝯſuetudine, idē ſp intellige dictū in ſtatu
to municipali. aut ſumis regulā negatiue. ſ. ꝙ nō pōt pactū vni-
uerſitatis, nec ꝯſuetudo, & iſta regula eſt falſa, q̃a pactū vniuerſi
tatis eſt ꝯ̃ctus, & nō lex, ſed ꝯſuetudo hēt vim legis. vel dic ꝙ re-
gula ēt tū eſt vera īter ipſos paciſcētes, vt ſi nō p̄t pactum inter
ipſos paciſcentes, non poſſunt cōſuetudo. Modo vr̃ q̃d pactum
vniuerſitatis habeat vim ſtatuti, s̃. de do. inter vir. & vxo. leg. pen.
6 & ff. de publican. leg. Cæſar. † Quæro, nunquid l per pactum ci-
l uium poſſint obligari abſentes & furioſi? Gloſ. hic expreſſę dicit,
quod

A D D I T I O N E S.

a And. Barb. Secundo dicitur hic. No. ꝙ illa conſuetudo rationabilis, quæ in ſe conti-
net ęquitatem. vide gl. in nube, ꝙ ſtetur iudicis arbitrio, in c. 1. in ver. rationabilia,
de conſt. in 6.
b Pœnales. Collige quod etiam in criminalibus extenditur de ſimilibus ad ſimilia.
vide in l. ſi quis ſeruo, de fur. dixi in l. præced. in ver. ſtatutum.
c And. Bar. Primum dictum. Not. quod ſi princeps reprobat vnam conſuetudinem,
videtur illam reprobare in futurum contra tenet gl. fin. in cle. ſtatutum, de elect. vi
de Bal. in l. dudum, ſup. de contrah. emp. Do. Ant. in ca. fi. extra, de conſue. Ioan. de
Imo. in l. 2. ff. de teſta. & l. ſi mihi & tibi, §. fi. ff. de leg. 1. Ang. in repe. §. ex nō ſcrip
to. Inſt. de iur. na. gen. & ciui. quod limita, niſi ex no. cauſa illa conſuetudo de no-
uo induceretur ſecundum moder. in præall. c. fina. de conſuetud. quod bene not.
d Aut ſtatuentes. Vide latius quid in caſtro, oppido, & villa, in l. j. ſupra eodem.
e Aut conſuetudo. Vide Bal. in l. de quib. in ver. 3. caſu, ff. de leg. & in c. 1. in princ. de
cap. Cōtra. Bar. in l. 2. ſup. de teſt. quid in reſcrip. cum clauſula g̃nali. vide Bald. in
auth. nauigia. ſupra de fur. quid in ſtatutis, vide Bal. in l. diuus, hic alle. & de his vi
de Bar. in extraua. ad reprimen. in tit. non obſtante & Bal. in l. dudum, hic alleg.
f Tertio oppo. Vide Bal. in l. de quibus, de leg.
g Sed ſi talis. Vide ſupra ea. l. & Bal. in l. de quibus, in prin. de leg.
g Non differunt. Vide Bar. in l. de quibus, in ver. quæro, nūquid debet. ff. de leg. Ang.
in conſ. 52. dicit quod conſuetudo eſt maioris authoritatis, quam ſtatutum alleg. l.
1. ſupra eo. ſubdit tamen ibi, quod conſuetudo ſe extendit ad caſus ſimiles, ſecus in
ſtatuto. alleg. no. in d. l. 1. vbi conſuetudo extenditur ad ſimilia. ſecus in ſtatuto.
& uide Bar. in l. diuturna, ff. de leg. & dixi in l. proxi.
i Tertij. Vide per Bar. in l. omnes populi, ff. de iuſt. & iu. & Bal. in l. quibus, ff. de leg.
K Item in pacto. Vide Sal. in l. pactum, in 2. opp. ſupra de colla. & in l. 2. vt in poſ. le.
ſup. & in l. cum Archimedoram, & ibi ſcripſi, eod. titu. & Bal. in l. de quibus, de le.
l Nunquid. Bart. tamen in l. quod maior, ff. ad mun. videtur velle quod gloſ. iſta alle.
l. 1. §. de mag. conue. vel ſaluando Bar. in §. actor, hic alleg. intellige hanc gl. in vni
uerſitate non habente poteſtatem legis condendæ. ita procedit opinio Bal. hic al-
legata, ut procedat opin. Bar.

§.actor,ff.de re iud.vbi dicit,ꝙ vniuerſitas vel caſtrũ poteſt face re ſyndicum ad obligandum quamlibet ſingularem perſonam. cuius ꝯrium dicit glo.ꝙ ad obligandum,vniuerſitas bene poteſt facere ſyndicum,& ad obligandum ipſos conſtituentes ſingulariter,ſed nõ alios ſingulariter ciues. Super hoc dici poteſt, ꝙ aut negotium eſt principaliter vniuerſorum, & ſecundario ſingulorum;& tunc eſt vera opi.Bar.nam cũ ſinguli poſſint cogi ad collectas ſoluẽdas pro tali debito;merito ẽt poſſunt ad id obligari, ff.qđ cuiuſq; vniuer.l.j.in § & quidẽ, in gl.ſed ſi negotiũ eſt principaliter ſingulorum; v.g. ciues Peruſini fideiubent pro quadã ſingulari perſona,& ordinãt ſyndicum ad fideiubẽdum, & obligandum Cõe, & ſingulares perſonas & ciues. dico, ꝙ hoc non põt, quia hoc nõ eſt tale negotium , qđ pertineat ad vtilitatem, vel neceſſitatem ciuitatis,ſed reſpicit ſolum priuatam vtilitatẽ, ar.ff.de mag.conu.l.1.§.1.ſunt & aliꝗ opi. Alij dicunt rñdẽdo ad ꝯrium §.factum,ꝙ aut conſuetudo eſt introducta ꝯ legẽ ex cer-
a ta ſcientia,aut per errorem iuris.Primo caſu vincit lex,ſecũdo nõ,mouentur iſti: qa ꝯſuetudo requirit certum cõſenſum, ſed errans non conſentit,ff.de iur.om.iudi.l.ſi per errorem.Gl.dicit ꝯ.Nam ſi põt ex certa ſcientia & mala fide, ergo multo fortius ex bona fide credens ſibi licere,ꝙ alias non licet,tunc eſt,ꝙ poſſit inducere ꝯſuetudinẽ.Ad id qđ dicis de errore. Rñ. ꝙ non eſt verum,ꝙ hic eſſet ꝯſenſus.Nam error in cã ſeu ratione nõ facit
7 ꝯſenſum abeſſe,ſiue deeſſe.ff.de ꝯdic.ob cauſ.l.3.§.ſubtilius.†Ex
b hoc no.b ꝙ licet pro rogatione c iuriſdictionis, ꝗ fit per ſingula-
c rem pſonam,impediatur error,tñ ſecus qñ talis prorogatio iuriſdictionis ſit p vniuerſitatem,ſeu populum.Nã per tales actus inducitur ꝯſuetudo,ꝗ eſt apta & potẽs dare nouã iuriſdictionẽ. Alij,vt Ioan.& eſt vltima opi.dicunt,ꝙ aut tu quæris vtrum cõſuetudo loca.is vincat legem in illo loco,& vincit,aut nunquid vincat legem extra illum locum,& non vincit,& ita intelligunt ſm reſponſum huius legis. Et ideo ſi conſuetudo eſt Peruſij, ꝙ filia dotata nõ ſuccedat,& pater habet diuerſa patrimonia , vnũ hic,aliud in Alemania,vbi viget ius cõe; quãtum ad iſtum locũ conſuetudo vincit legem,ſed non in bonis Alemaniæ.quod dic vt l.cunctos populos,& hæc opinio Io.approbatur. Tu dic conſidera duo.ſ.ipſam legem,& in hoc eſt vera opinio Ioan.& rationem legis,& in hoc eſt vera lex.quare ratio naturalis non poteſt mutari,licet mutetur legis ſtatutum.Vnde ſatis poteſt lex municipalis dictare,ꝙ filia dotata non ſuccedat. quod ratio naturalis non dictat,quia impoſſibile eſt,ꝙ reliquiæ naturali rationis non remaneant,licet ipſa naturalis ratio non habeat effectum,ſ.vim legis, pp ꝯria conſuetudinem; tñ quid operantur iſtæ reliquiæ? operantur in iſto caſu,vbi ratio nãlis eſt oppoſita conſuetudini, non extendimus conſuetudinem ad ſimiles caſus;quia ſicut a ſimili nõ habet induci correctio legis poſitiuæ,ita non habet induci correctio legis naturalis;vnde ꝯ legem naturæ nõ ſit extenſio
8 ſuper quo vide quod no.Cy.in l.j.ſ.eo.in antep.& pen.q. † Dein
d de quærit glo.pone ꝙ d poſt conſuetudinem firmatam conſenſu & tempore,fiat aliquis actus in ꝯrium de volũtate populi.Itẽ pone ꝙ conſuetudo eſt præſcripta,ꝙ vulneranti aliquẽ in platea, amputetur caput;poſtea quidam nobilis vel potens vulnerat aliquem platea de voluntate populi,non imponitur iſta pœna,ſed pecunia,nunquid ppea eſt ſublata conſuetudo , vel ſtatutũ populi ita ꝙ deinceps debeat imponi pœna pecuniaria, & nõ cor-
e poralis?Gl.determinat cõſuetudinẽ non eſſe ſublatã.e allegat ꝙ no.de reg.iu.l.nemo,§.temporaria.niſi toties & tanto tempore eſſet obſeruatum ꝯrium,ꝙ prima conſuetudo eſſet abolita , qa tũc eſſet receſſum a capitis pœna.ff.de re mili.l.qui cum vno , §.
f qui poſt deſertionem.No.ꝙ f conſuetudines multum vulgares Princeps præſumitur ſcire.hic limita c.j.de reſcrip.li.6. adde , iõ Itali,præſcripſerunt merum imperium præſumuntur præſcripſiſſe de licentia principis,vt no.in auth.de defen.ciu.§.nulla.collat.3.in fine magnæ gloſſæ,vbi omnino vide.

ADDITIONES.

a Secundo. An conſuetudo inducta per errorem valeat.vide Bar.in l.de quibus, & in l.quod non ratione,ff.de legibus.& Bal.in d.l.de quibus.
b And.Bar.Ex hoc no.licet error vitiet prorogationem iuriſdictionis , vt l. ſi per errorem,ff.de iur.om.iud.l.2.§.1.de iud.tamen non impedit vſum iuriſd.ut no.dixit Inn.in c.prudentiam,de offi.deleg.& Ange.in preall.l.ſi per errorem, tamen quã do confertur,appellatio ab vniuerſitate non impeditur.
c Prorogatione.No.limitationem ad l.ſi per errorem,ff.de iur.omn. iud.hoc dependet ab alio articulo,an conſuetudo inducatur non obſtante errore,de quo per Cy. & Ant.de But.plene in c.ſi. extra eo.
d Pone quod.Vide Bal.in l.1.ſup.eod.dixi in l.nemo,hic alleg.poſt Bar.& Bal.in l.de quibus,ff.de leuib.& Cy.hic ad ſi.
e Non eſſe ſublatam.No.quod per unum actum non dicitur ſublata conſuetudo. Vide Bal.in c.1.qui feudum dare poſſ.
f No.quod. Vide Bal.in rub.de conſue.rec.feu.

LEX III.

1 *Conſuetudo idem poteſt in caſu non ſcripto,quod poteſt lex.*
2 *Statutum municipale diſponens idem,quod ius commune,an ſit ſtatutum.*

Leges. Cõſuetudo legem limitans,& habet vim conceſſio ta, tenaciter eſt ſeruanda, & habet vim conceſſio
1 nis collegiorum vel curiarum.h.d.† Gl.intelligit primam partẽ ꝙ hæc lex velit, ꝙ idem poſſit conſuetudo in caſu non ſcripto quod põt lex determinans emergentẽ caſum.Item, ꝙ conſuetu
a do a facit legẽ retinere,& ꝯſeruare ſuã virtutem.Item , ꝙ colle-
b gia,& curię b poſſunt habere propriam conſuetudinem; & con
c ſuetudo,ſeu practica cõſummata c alicuius curiæ,puta præſidalis, vel Epiſcopalis appellat ritus,ſeu ſtylus,vt dicit Cy.in l.j.ſ. eod. Et in curia Romana dr̃,ita eſt de ſtylo curiæ.i. de obſeruantia p̃ ſcripta ipſius curiæ,quæ obſeruantia habetur pro forma , & ab ea non eſt recedendum.Per hanc l.apparet,quod valet conſuetudo collegiorum huius ciuitatis,puta mercatorũ,& aliarũ ar-
d tium.Item apparet,ꝙ conſuetudo aliqñ de nouo d diſponit, aliquando immitatur iã depoſitũ. Et per hoc apparet , ꝙ ſi idẽ ſeruat ꝯſuetudo,quod diſponit ius cõe,ꝙ iſta conſuetudo eſt conſuetudo imitatiua nõ diſpoſitiua ; & ideo quia ius cõmune eſt eius fundamentũ,ſublato iure cõi tollitur conſuetudo,nec ſtat
2 per ſe.ſ.de Lat.liber.tol.l.1.in princ.& ſ.de adopt.l.ſi.† Nõ eſt tñ oĩno verũ,ꝙ ſtatutũ municipale diſponens idem , quod ius cõmune,non ſit ſtatutum , quia imo eſt ſtatutum imitatiuum iuris communis.vnde non eſt verum,ꝙ ſublato iure cõmuni, illud ſtatutum(quia ſit imitatiuum, & adhæſiuum) tollatur vna cũ iure cõi,de quo eſt gl.ord.in c.1.de conſtit.lib.6.Bar. eam reprobat in l.j.in princ.ff.ad leg.Falc.cum tale ſtatutum,quod ius cõmune imitatur,mutato,vel ſublato cõmuni iure,mutetur ſolum quantum ad inductiuam potentiam producendi, & remanet quantum ad conſeruantiã iuris producti.Ibi,perpetuę. idest omnis conſuetudo eſt perpetua,niſi probetur ſublata.

ADDITIONES.

a And.Barb.Item,quod conſuetudo.Nota limitationem ad c.j.de conſtitu.in 6. idẽ dica.in iudice,licet haberet iuſtam ignorantiam conſuetudinis,eſt verum,niſi eſſet multum uulgaris,& famoſa.uide Bal.in l.j.ſupra,vt quæ deſunt aduoc.
b Curiæ.Idem in villis,caſtris,& oppidis.l.prima,& ibi Bal.ſupra eodem.
c Conſumata.Vide per Ang.in rep.§.ex non ſcripto,Inſt.de iure nat.gen.& ciui.& de ſtylo,uide Bal.in l.j.in prin.in lect.ſup.de ſacroſ.eccl.& in l.non hoc,ſup.vnde de leg.& de iſto ſtylo curiæ ſeruando,habes bo.tex.in l.ſi.inf. de iniur. quid autẽ ſit ritus,uide Io.An.in c.contra Chriſtianos,de hær.in 6 in Nouel. & in c.1. extra de ſumma Trin.& fide catho.& hic uide Bal.in l.de quibus,ff.de legib.
d Aliquando de nouo. Vide per Bar.in l.prima in prin.ff.ad legem Falcid.

De donationibus. *Rubrica.*

Quia olim per ſtipulationem fiebat donatio, & ideo, &c.& eſt notabilis lex.

LEX PRIMA.

1 *Inueſtitura traditiua,& poſſeſſiua,fit per traditionem inſtrumenti.*
2 *Traditio intellectualis ſufficit ad tranſlationem dominij.*
3 *Inſtrumentorum traditio,& donatio ſufficit ad tranſlationem dominij.*
4 *Inſtrumenta an quis teneatur tradere.*

Emptionum. Qui tradit inſtrumentum,vr̃ trade re poſſeſſionem rei.h.d. No. iſtam leg.Caſus.Donaui,vel vend.di tibi ſeruum,quem emerã & tradidi tibi emptionalia inſtrumenta , quæ ſunt tradenda, ff. de act.emp.l.Titius nondum tñ ſeruus receſſit a me, & acceſſit ad te,vis vendicare a me ſeruum,nunquid poſſis ? Videbatur ꝙ non,quia ſeruus a te non ductus,non videtur poſſeſſus,& ſic nõ eſt tranſlatum dominium. Contrarium determinauit impera-
1 tor,quia traditio inſtrumẽtorũ hẽt vim rei traditę.†No.p tradi-
a tionem inſtrumenti a fieri traditiuam, & poſſeſſiuam inueſtituram.eſt.n.quędam inueſtitura poſſeſſiua,qđam ſignificatiua;vt illa,quæ fit per baculũ,vel per biretũ, ꝗ nihil repræſentat rei cohærens,ſed eſt ſimpliciter quoddã ſignũ,ut no.Dy.in c.1.de reg. iur.libr.6.vbi vide, ꝙ illa inueſtitura,no nontinet aliquid rei cohærens,dicit Azo;ꝙ operatur hoc,quod inueſtitus põt poſſeſſionem propria licentia apprehendere,& retinere.no.Inn.de ꝯſue.cap.2. & ideo inueſtitus per huiuſmodi ſigna,quæ habet ab executore,eo ipſo hẽt licentiã poſſidendi.qđ eſt no. dignũ. gl.tñ intelligit ſi poſſeſſio in ptãte ſit inueſtientis, vel prout loqueris executio fit in eius authoritate, ideſt qñ nõ poſſidebatur ab alio
2 q poſſit impedire.†Vñ no.quod ad tranſlationem dominij ſufficit intellectualis traditio,licet corporalis traditio nou ſit facta. vel ſic pone caſum,& melius.Emi mancipia, poſtea inſtrumenta iſtorũ mãcipiorũ donaui tibi;vel vendidi inſtrumenta, & tradidi iſta inſtra,nunquid uideor tradere mancipia ? certe ſic. Vñ ſi nol-

ADDITIO.

a Per traditionem inſtrumenti.Quid operetur traditio inſtrumenti , uide Bald. & Imo.in l.Meuia,in prin.ff.ſol.mat. & de quibus inſtrumentis intelligitur iſte tex. & ſim.vide Imo.in l.3.in prin.ff.de acquir.poſſ.& hanc l. ſingulariter limita ſecũdum And.de Iſer.in c.j.quid ſit inueſt.qui dicit id,quod gl.hic, quando in præſentia.item limita per Imo.in l.cum de donatione,ff.de don.& iſte tex.facit ad quæſtio.not.de qua per Bal.in l.2.ſup.quæ res pig.ob poſſ.& quod modis ſit inueſtitura,& quid importat,uide Bar.& quod ibi dixi,in l.licet,ſupra de acq.poſſ.& in l. traditionibus,in prin.ſupra de pact.in rub.ſupra de contrah.emp.in 17.q. & in l. 1.ad ſi.ſup.de rer.permut.et an inueſtitura transferat poſſ.uide Bal.in c.j. quid ſit inueſt.et Imo.in l.2.de acq.poſſ.& Bal.et Ang.in l. quidam de rei uend. et in l.2. ſup.de fide inſt.et And.de Iſer.in c.1.quid ſit inueſt.et Bal.in prælud ijs feud.et in l.de quibus,ff.de leg.

And. Barb. Per tradi. Inueſtitus per baculum poteſt poſſ.propria authoritate occupare.uide Bal.in c.j.§.nulla.per quos fiat inueſti.

3 ſi nollem poſtea mācipia tradere,pñt a me vendicari.† Ibi, em-
ptionū,i.inſtr̄is cōtinentibus emptiones mancipiorū.Exercere,
q̲a illa traditio, & donatio inſtr̄orum repreſentat donationem,
& traditionem in rei inſtr̄o cōtentæ,& qđ illa ciuilis tradō ſuffi-
cit ad trāslationē dñij.Intelligit gl.qđ intelligātur mancipia tra-
dita,ſi erant p̄ſentia.ibi,& hoc tene,vel dicit gl. ſpeciale in dona
tione prima verior,& iō poſui caſum primo.quia glo.dicit,ſi tñ
ſit ſolutum p̄tiū,&c. qñ aliquid repreſentatur in aliquo tradito
repreſentante, intelligit̄ traditū repreſentatū. hoc dicit hæc lex.
Pone ergo, qđ interueniat actus retro ſimilis, ſ. traditio inſtru-
menti, nunquid intelligit̄ retradita poſſeſſio? Dic qđ ſic.j̃.eod.
4 l.ſi ea.& plene no.ff.de pac.l.ab emptione.† Quæro, vtrū quis te-
neat̄ inſtr̄a tradere? Rñdeo, aut ↄ̄ctus celebrat̄ directe ſuper iſtis
inſtr̄is,vt q̲a dono,vel vēdo inſtr̄a, & teneor tradere ipſa origi-
nalia,& ipſa corpora uendita,& donata;aut ↄ̄ctus celebrat̄ prin
cipaliter ſup̲ re,de qua loquuntur inſtrumenta,& dic vt no.in l.
Titius,ff.de act.empt.& facit j̃.ad leg.Falc.l.ſi prædiorum.

LEX II.

1 *Vaſallus eo inuito,an,& quando donari poteſt.*

Si nominis. Vbi donat̄, vel cedit̄ actio, nō eſt neceſſa-
rius ↄ̄ſenſus debitoris,ↄ̄ quē actio cedit̄,vel
1 donat̄.h.d.Nunquid† idē ſi habeo vaſallū, poſſim eum inuitum
a donare*a*vel cedere alteri,puta duriori domino.In ſeruo non eſt
dubiū qđ ſic,niſi talis eſſet ſeruus, q̲ deberet ad libertatē perdu-
ci.Nam ille p̄t eligere ſibi patronū,vtrum velit alienantē, in pa-
tronū,an ſuſcipientē,ff.de acti.empt.l.Titius.Sed in vaſallo dic,
vt ff.de fideic.lib.l.inuitis.vbi dicit glo.quod ſi volo alienare va-
ſallū per ſe,nō poſſum in duriorē dñm,ſi vellem alienare uaſal-
lum cum vniuerſitate,puta cum territorio, q̲a ſi alieno caſtrū,
b in quo ſunt vaſalli,non reqritur cōſenſus*b*vaſallorum,arg.l.qui
dā,de acq.rer.do.Caſus.Pater emācipauit filiū,& ei ceſſit actio-
nes ↄ̄ debitores,citra conſenſum debitorū,filia emancipata agit
ipſis actionibus ceſſis.debitores dñt, quod non fuerunt requiſi-
ti,nec præſentes,nec conſentientes.Nunquid bene dicunt? Re-
ſpon.qđ nō,q̲a non eſt neceſſarius eorū conſenſus, & iō poteſt
experiri ↄ̄ debitores mandata a creditore,qui poteſt de iure ſuo
diſponere,& irrequiſito,& non conſentiente debitore.

ADDITIONES.

a Donare.An poſſim vaſallum inuitum alteri cedere,uide per Cyn. in l.1. ſupra de noua. Barto.& Doct.in l.2.in prin.ff.ſol. mat.& in l.ſi non ſortē,§.libertus, ff. de cond.indeb.contra iſtam vltimam partem tenui idem,quod Bal.in c.1.§.in generali,ſi de feu.fue.controuer.item hoc limita, niſi ex cauſa neceſſitatis ſecundum Bal.in l.1.in fi.ff.de oper.lib.& quod no.Bar.in l.ſi is qui,§.fin.ff.de pig. & Bal. in l.debitorem,ſupra de pac.& Imo.in d.l.2.in fi.prin.

b Conſenſus.Eſt tex.in c.2.§.ex eadem,in tit.de leg.Conra.Iaco.de Are. Bal. in l.2. in princ.ff.ſolut.matr.

LEX III.

1 *Refutatio generalis facta de omni eo,quod etiam ſperatur poſſe peti,ex præcedenti cauſa intelligitur.*

2 *Spes dicitur duplex.*

Spem. Ius conditionale pōt cedi,& donari,& iura condi
tionalia appellantur ſpes.Inſti.de verb.oblig.§.ex ↄ
ditionali.Caſus,ſpero dñium alicuius rei ex aliqua cauſa ad me
peruenturum.volo donare iſtā ſpem,& iſtud ius, nunquid poſ-
a ſum? Reſpon. qđ*a*ſic.Duplex*b*eſt ſpes,q̄dā ordinata ſiue cauſata
b a præcedenti cā,& illa poteſt vendi, & donari, ut dixi, quædam
non eſt ordinata nec cauſata a præcedenti cauſa,vt dono,vel vē
do iactum retis, vel quicquid me in ludo continget vincere, &
ſimiliter poſſet iſta ſpes vendi,vel donari,tñ in hoc ſecundo ge-
nere ↄtrahendi nō venit euictio,nec habetur reſpectus ad aliud
quam ad ipſam ſpem ſimpliciter.ff.de contrahen.emp.l.ſi iactū
retis.De hoc ponit gl.exemplum.Vnde pone,quod ſperem, qđ
Rex donet mihi caſtrum.Vel pone,quod in contractu dono ti-
bi omnia bona quę habeo,& habere ſpero,eram piſcator,vnde
ea die piſcando acquiſiui multos piſces magni ualoris, nunq̲d
iſti piſces intelligantur donati? Reſpon.quod non, quia intelligi
debent verba de ſpe ordinata, & cauſata a præcedenti cauſa.&
1 † eodem modo ſi facio tibi generalem refutationē de omni qđ
petere poſſum,vel ſpero poſſe,quia intelligit̄ ex præcedenti cau
ſa,non ſi de nouo contrahitur inter nos.hoc ponit Bart.de ver-
bo.obl.l.qui Romæ.§.duo fratres. Additio.Et per iſtam l. dicit
ſing.Io.And.in addi.Specu.de exe.ſen.circa fin.qđ licet in dote
ex delicto mulieris, nō poſſet ſingulariter fieri executio, fiet in
noīe dotis,& vendetur illud nomē,quanti poterit vēdi, & in p̄-
tio eius executio fiet, quod eſt ſingulariter notandum, & mēti
2 tenēdum.† Quæro,q̲d eſt ſpes? dicit Auguſtinus,qđ ſpes eſt cer-
ta expectatio futurę beatitudinis,& dēt eē fundata ſpes ſup̲ alio
exiſtēti firmamēto, alias non dicitur bona ſpes, licet ſperē me
Titio ſucceſſurum, & ſi iſta ſpes non hēt fundamentum dr̄ va-
na ſpes.ſed ſi Titius eſſet pater,uel auus, & tunc iuſte ſpero; q̲a
talē ſucceſſorem obſequiorum mihi paro,ff.de adopt.l.nec ei.fa
cit l.in ſuis.ff.de lib.& poſth.s̃.de pact.l.fin.vbi Bar.in fin.ↄ̄ dicit,
& l. poſt emancipationem,ff.de libe.leg.ubi idē no. per eum cō-
tradicendo vbi omnino vide.

ADDITIONES.

a Philip.Dec.Quod.Et adde quod cedi poſſit,& eidem renunciari,ut per Specu. in ti.de remi.& concluſ.uerſ.quid ſi quis.Aduerte tamen, quod ſpes non dicitur eſſe,niſi fundata ſit de præſenti ex quo fit ut patri ſuccedendi ſpes non ſit in conſideratione,de quo per Bar.in l.poſt emancipationem,§.1.de lib.leg.& l.fi. ſup. de pact.Et an ea in vltimis uoluntatib.tranſmittatur, & quid in cōtractib. uide per Card.in cle.fi.in xvi.quæſt.de elect.& Bar.in l.ſi filius.de uerb.obli.

b Duplex.vide quod no.Bar.in l.fi.in fi.ſup.de pact.

LEX IV.

1 *Soluens functiones publicas, an efficiatur dominus.*

1 Si functiones. † Solutio datiorum,& collectarum fa
cta ab eo.cuius res non eſt, nō tribuit
dñium.h.d.Caſus Ego donaui rem Titio amico meo, tu crede
bas te eſſe illum Titium, iſtā rem donatā feciſti poni in æſtimo
tuo,& ſoluiſti datia,& collectā,poſtea eſt q̄ō inter te, & illū ve-
rum Titium donatarium,tu dicis ad te rem p̲tinere, quia ſolui
ſti publicas functiones,q̲d iuris? Rñd,qđ ſiue per te,ſiue p̲ alium
a ſoluiſti,non tñ es effectualiter dñs.*a*h.d.Additio. Solutio datio-
rum,& collectarum facta ab eo,cuius res non eſt,ei non tribuit
dominium.h.d.Vel ſic,ſolutio publicarum functionum facta p̲
tertium,dño non p̄iudicat,h.d.concor. j̃.eo,l.cenſualis,& l.ſolē
nibus,s̃.de rei vendic.Ibi.tibi donatario,vel vero dño,& intelli-
ge ignorāti,vel inuito,ſi.n.fuiſſet ſciens,& patiens,& conſentiēs
ſecus eſſet. vt in iuribus hic alle. Caueant ergo habētes bona in
æſtimo, vt non p̲mittant alios ſoluere collectas p̲ illis bonis, q̲a
ſibi præiudicarēt in illis.Ibi,tibi donatario,vel vero domino,pu
ta Abb.donauit tibi rē,quā nemini donauerat, ſoluiſti publicas
functiones,nunquid es effectus dominus? reſp.quod non.

ADDITIO.

a Dominus per ſolutionem collectarum non probatur dominium, nec *poſ. l. ſi pa*ter,& ibi Bar.& Bal.ſup.de act.emp.

LEX V.

1 *Confirmo,verbum inducit de nouo diſpoſitionem.*

2 *Demonſtratio falſa,ſcripturam non uitiat.*

Si donatio. Commemoratio donationis inter viuos fa
cta in teſtamento,ſi nō apparet de donatio-
ne inter viuos,habet uim teſtamēti. h.d. Caſus in teſtō meo ita
a dixi, talē domū meam, q̃ Titio donaui,eidem confirmo.*a* non
apparet de aliqua donatione,q̃ ei fecerim: nūquid iſte Titius ui-
1 gore teſtamēti dēt habere iſtā domū? reſp.ꝙ ſic.† Not. ꝙ verbū,
cōfirmo,inducit diſpoſitionem de nouo,& de per ſe.qđ eſt no.
facit ff.de dona.l.ex hac ſcriptura.No.ꝙ licet illud proprie dica
tur confirmari,qđ mō aliquo confirmatur,de lib.leg.l.Aurel.§.
teſtamēto. tñ hic dicit confirmari,quod per ſe diſponitur. No.
2 ꝙ falſa demōſtratio nō uitiat ſcripturam.† No.ꝙ quādo in uno
b inſtrumento *b* fit mentio alterius inſtrumenti, non eſt neceſſe
de primo conſtare,quādo ſecundum poteſt per ſe principaliter
diſponere. ¶ Additio.In gl.in ver.teſtatricis.ibi.§.quiſquis.hāc
tenet Dyn.aliter ſentit Petr.Cy.nullam tenet,ſed dicit,qđ hic fa
cit fidē, eo qđ inſtr̄m,quod profertur,eſt eiuſdem authoritatis,
cuius illud originale,ad qđ fit relatio.& eſt no.dictum,& ideo ſi
Notarius de inſtrō rogatus,in eodē diſtinguat,quod continetur
in alio inſtrō ab eodē ſimiliter rogato,puta quidam ut procura
tor ↄtrahebat,& notarius ſcribebat ↄtractum,& dixit,de qua p̲
curatione conſtat manu notarij infraſcripti;probatur illa procu
ratio, licet procurationis inſtr̄m nō oſtendatur,facit optime qđ
no.in aut.ſi quis in aliquo documēto.s̃.de eden.ubi dicit ꝙ quo
ties aliqđ exēplum ſumit authoritatem ab eodē notario, a quo
robur ſumit originale,illud facit plenam fidem.tu aūt dicas,ꝙ ē
neceſſe,ꝙ oſtendatur per regulā doce,aut eſt falſus,recte intuen
ti.Nā teſtator enunciat ſe donaſſe,& tñ probatio requiritur.dic
ergo quod agitur ex teſtamento,non donatione,ut l.Lucius.§.
quiſquis.infra,de leg.ij.& l.j.§.fi.de fal.cau.adiec.leg.

ADDITIONES.

a Confirmo.Vide in l.more,ff.de iuriſd.om.iud.

b Quando in vno inſtrumento.Tene menti ad limitationem auth.ſi quis in aliquo, ſup.de eden.& vide Dyn.in l.ex hac ſcriptura,ff.de don.& omnino Bal.in d.auth. ad fi.ad limitationem eius,quod hic dicitur ad Bal. hic adde Bar.in l.admonendi, ff.de iureiur.& Bal.in l.inciuile,ff.de leg.Ang.& Imo.in l.ſciendum,in princ.ff.de verb.obl.

LEX VI.

1 *Donatio non eſt perfecta ſi donatarius ex voluntate donantis nactus eſt poſſeſſionem.*

Nec ambigi. Donatio poteſt fieri inter abſentes, &
adepta poſſeſſione ex ea cā,tranſit dñiū
hoc dicit.Caſus.Tib abſenti per nuntium,vel epiſtolam donaui
fundū meū,cuius poſſeſſionē tu es adeptus,vtrū donatio ſit p̲fe
1 cta? Reſpōdeo ꝙ ſic.† Sed pone*a* quod ego coram teſtibus dixi,
a vos teſtes ſitis ꝙ dono fratri meo, q̲ eſt in ciuitate Florentiæ,do-
mū,q̃ ibi habeo,tñ nō interuenit nūcius,uel epiſtola mea ad eū
ſed hoc ei notificato, ipſe ex dicta uoluntate nactus eſt poſſeſ-
ſionē domus,nunq̲d donatio eſt p̲fecta;gloſ.hic dicit qđ non,ut
ſupra

ADDITIO.

a Sed pone. Vide Bar.in l.abſenti,in prin.ff.eo.& idem in conſtitutione dotis,ut no. Bar.in rub.ſud.de do.promiſ.& quod ibi in gl.& uide glo.hic.

ſupra de ſacroſan.eccle.l.illud,& de polli.l.2.Sed hic tex. innuit contra,quia ad tranſlationem dominij videt̃ ſufficere ſola voluntas,licet nõ interueniat medium organum nuntij,vel epiſtolæ,ar.ff.de rei vend.l.quędam mulier,ſupra,de acqui.poſ.minus inſtructus.ff.ſi ſer.ven.l.ſi a te.dic,quod iſta donatio non eſt perfecta quantum ad contractus,& donationem, quia nõ interuenerunt organa media,quę requiruntur in donatione, ſed forte eſt perfecta quantum ad dominium.

LEX VII.

1 *Aeſtimo de partium voluntate facto,eſt ſtandum.*

Cenſualis. Poſſeſſio cenſualis non nocet domino, niſi cõſentiat:quo caſu tacite donare vr̃,h.d. Ad euidentiam no.ꝙ quis cogitur aſſignare in æſtimo cõis nõ ſolũ bona immobilia,ſed mobilia & ſe mouẽtia.& ſeruos. le. forma

a de cenſi.de immu.nemi.conce.l.per Bithiniam.li. 10. Pone *a* ꝙ in libris cenſualibus aſſignaui ſeruũ tuum tanq̃ meũ, nunquid

b tibi præiudico? Rñ.ꝙ tacite donare videris.h.d. hic eſt caſus *b* ꝙ ſi de tua voluntate ponerem rem tuam in cataſtro meo, & ita apparet ſcriptum in libris armarij,ꝙ res efficitur mea. ¶ Caſus eſt hic hoc verũ,niſi probetur,ꝙ alia mente,hoc tu conceſſiſti, puta non animo donandi:ſed vt inuenirem meliorem vxorem vt no.j̃.eo.l.ſi præſes.vbi tex.& gl.no. Vel hoc factum eſt, quia habebas intentionẽ cõmittẽdi maleficiũ,vnde ad hoc, vt poſſis iſta bona euadere a fiſco,iõ hoc factũ eſt,vt no.Spe.in ti.de *dona in quarta parte*,vbi vide.Ibi,dño.allegat̃ hæc l.pro caſu, ꝙ ſi rẽ ꝓpriã recognoſco a monaſterio in cenſualẽ ex certa ſcientia, ſtatim efficitur cenſualis.& ſi res erat tertij, non ꝓpea efficitur

1 cenſualis.caſus eſt ſ.e.l.ſi functiones.† No.ꝙ ſtandũ eſt æſtimo facto de partiũ voluntate,vide qđ no.in l.rura, de oĩ agro deſer. li.11.& ff.de acq.re.do.l.q̃ quiſq;,& ff.de prob.l.cũ de ætate.priuign.No.ꝙ vitricus,& ẽt nouerca poſſũt donare priuigno ibi, ꝯtuliſſe.no.ꝯſenſum ſimplicẽ ad donationẽ trahi,& eſt donatio preſumpta,que recipit probationem in cõtrarium,vt j̃. l. prox.

ADDITIONES.

a Pone.Vide Barto.in l.quicquid,ff.de aquir.rerum do. & Barto. dicit quod ſi frater meus emit rem proprio nomine tãtum,& eam poſui in cataſtro nomine cõmuni, efficitur etiam mea & vide eum in l.rura per illum tex.inf.de omni ag. deſer. lib. 11.& quæ habentur in l.prox.

b Hic eſt caſus.Vide Bar.in l.ſi aliquam,ff.de acqui poſ.& Bald.in l.ſi certis annis,ſupra de pact.& in add.Spe.in tit.de emphiteu.ver.an ſoluens.

LEX VIII.

1 *Conſenſus ſimulatus non inducit donationem.*

1 Si præſes. Cõſenſus præſtitus ſimulate non inducit donatiõnẽ.h.d.¶ Caſus.Mr̃ fecerat poni bona ĩ æſtimo filiorũ,nõ animo donandi,ſed ad hoc,vt inſpiciẽtes ęſtimum crederent filios ditiores,& ꝑ hoc inuenirẽt meliores vxores.Quærit̃ vtrũ illa bona intelligant̃ donata filijs?Rñ.ꝙ nõ,h.d. tex.cũ gl.tene bene,dico illa bona obligata pro reſtitutione dotis.quia dolus matris ęquiparatur cõſenſui.ſ.ad Velleia.l.ſi ſine ibi.non donandi.no.hic negatiuam probari: & ꝙ etiã iſta, quę publice fiunt apud acta,ſi ſimulata probantur, non valent.

LEX IX.

1 *Pactum poſitum in donationibus eſt ſeruandum.*

1 Legem † Pactũ in donatione poſitũ,eſt ſeruandum.h.d. ¶Caſus.ꝫ Vltramon.Quidam donauit ſub quodam pacto,puta de aliquo dando, vel recipiendo. nunquid põt agi ex iſto pacto?Reſpõdeo, ꝙ ſi interuenit ſtipulatio. agitur ex ſtipulatione,vel agitur ꝓſcriptis verbis &c.Vltramontani dicũt ꝙ pactum non veſtitur cohærentia ꝯtus,niſi facta relatione pacti ad ꝯtum,reſultat ꝯtus innominatus,id eſt vltro citroq; obligan.ff.de preſcriptis verbis.l.naturalis. Sed lex iſta determinat contra.Cum autem pactum veſtitur rei traditione, non tradũt illam regulam de reſultantia contractus,& non accipiunt ꝯtractum proprie,prout eſt vltro citroque obligans.de verb.ſig.leg. Labeo;§.contractum.Iſta examinantur ſ.de pact.l.petens.

LEX X.

1 *Veritas potentior eſt ſcriptura.*

2 *Inſtrumento ſtatur in dubio.*

1 Nec ignorans. † Potẽtior eſt veritas,q̃ ſcriptura,& actus agentium nõ operatur deficiẽte conſenſu.concor.ff.de actio.& oblig.l.ex maleficijs. §. longe minus.¶ Caſus.in inſtrumento cõtinebatur.ꝙ tu donabas mihi fundũ Seianũ.tu aũt errabas in nomine fundi, quia credebas ꝙ ille fundus Seianus eſſet Sempronianus, & de Semproniano ſentiebas.Nũquid iſte fundus nomine Seianus,intelligatur donatus.Rñ.ꝙ non,quia potius attenditur conſenſus,q̃ ſcriptura.

2 &|ideo ſicut nemo inuitus donat.ita nec ignorans.in †dubio,tñ ſtatur in inſtrumento:quia non præſumitur error,nec diſſẽſus. h.d.textus cum gl.In dubio id creditur verum & actũ inter partes.quod inſtrumentum ſolat.ſ.de proba.l.cum precibus.

LEX XI.

1 *Donatio patris facta filio in poteſtatẽ eſt declaratio futuræ deſtinationis voluntatis.*

Cum de bonis. Donatio facta filio in ptãte eſt potius quędam donandi deſtinatio, q̃ perfecta donatio,ſed ſi filius eſt emãcipatus, donatio eſt ꝑfe-

a cta.h.d.Caſus.ꝑr̃ hẽbat controuerſiã cũ filio ſuo.filius.n. dicebat patri da mihi partẽ meam. dixit pr̃, dono tibi hanc partem, & aliam partem retineo,nunquid iſta donatio eſt ꝑfecta? Rñd. ꝙ non,donec filius eſt in ptãte.vñ pr̃ põt eam pro libito reuocare:ſed ſi filius eſſet emãcipatus, pr̃ põt ei donare,& res,& actiones.h.d. Diuiſio,q̃ facit pater cum filio,q eſt in ptãte non transfert dominium in filium,ẽt ſi expreſſe donaret.h.d.concor.ſ.de inoſ.dona.l.2.dicit gl.ſinaũt ante fuerit filius emãcipatus,& donet pater.Itẽ,& in ipſa emancipatione, ualet donatio.habuiſtis caſum in l.fi.ſ.de emanci. lib. Ibi, efficiunt,qñ lex utitur aliquo verbo effectiuo,ſignificat ꝑfectionem actus.Additio.Iſta lex hẽt locum ẽt hodie:q͠a in ꝑfectitijs nihil eſt immutatũ,vt not.in alle.l.2.& donatur filio vt extraneo. ꝑp benemerita præcedentia, vt l.ſi donatio.ſ.eod.& per Bar.qui plene ponit in l.ſi forte,ff.de caſtren.pec.vel niſi donetur in peculium, vel. filium quem habentem.ff.fam.erciſ.Idem ſi donaret pr̃ in præmium emancipationis,vt eſt tex.in l.fi.ſ.de emancip.lib.& per Bar.in l.j.§. nec ca

1 ſtrenſe,ff.de colla.bono.& uide gl.voluntatis.Not.†bene,ꝙ inutilis donatio collata per patrem in filium, eſt declaratiua futuræ deſtinationis voluntatis paternæ,quantum velit ad filium ꝑuenturum.Non obſt.quod donatio vtilis efficiatur.quando lex vtitur aliquo verbo effectiuo ſignificante perfectionem actus.

ADDITIONES.

a Caſus.Vide quę habentur ſupra l.prox.

maiorem partem,q̃ ego,iudex dẽt deferre tibi circa licitationẽ,
vnde ſi non uadunt de pari,ille debet anteferri , cuius eſt maior
pars,quia aliquid debet operari maior pars. ibi,oriatur.quia va-
let pro parte donatio , pro parte non. Additio. in re. donata ha-
buit , ſiue habẽs ſummã maiorem ſit donator,ſiue donatarius
Eſt ẽt ſpeciale hoc caſu, vt minor pars cedat maiori. quantũ ad
hunc articulum,& in quibuſdam alijs caſibus,minor pars cedit
maiori,ratione validioris potentiæ. argumen.ff. ad municipa.l.
quod maior. cũ ſimi. quinimo & fauore fiſci maior pars cedit
minori,non econtra,nec defertur optio minori ætati aut maio-
ri. Sed oportet hoc committi iudicio fortunæ,aut per licitatio-
nem,vbi dixi rem diuidit,vt l.fina.s̃.de lęg.& ita de conſuetudi-
ne obſeruatur. Quid aũt ſi tu ponis ante me magnum aceruum
pecunię animo donãdi,& ego partẽ accipio,poſtea pęnitẽtia du
ctus nihil dare vis,an habes potẽtiam pęnitendi? Dic ut no. Bar.
in l.j.in pen.quęſ.ff.de acq.hære. Quæro, quæ res dicit̃ non poſſe
diuidi,quæ non poteſt diuidi ſine deterioratione.& contra, illa
9 dicitur poſſe diuidi quæ põt diuidi ſine deterioratione. † Not.
ꝙ qñ eris Iudex ſuper cõi diuidundo, quod optio defert̃ habẽti
minorem partem, & ſi non acceptat , tranſit optio ad habẽtem
maiorem partem,alias per breuia,& fortunam.l.2.§.hæres.inf.
quando, & qui.quarta pars deb.lib.x.

ADDITIONES.

a And.Barto.Maieſtatem firmam. Si donatio fit ab aliquo Barone,qui habet merum imperium,an requiratur inſinuatio. & an teſtamento coram eo factum dicatur inſinuatum. Mon.referunt iſtud dictum in l.omnium,ſup.de teſt.ego in donatione,quę occurrit Mantuę in Marchione mantuano,conſului,quod valuit,& ſic tenui cum Bart.& facit quod voluit Bald.in l.precibus , C. de impub.& alijs ſubſt. ubi text.innuit,quod dominus terrę eſt princeps in terra ſua.& per id quod voluit Bald.in l.certum,C.unde cog.& in l.pe.C.de donat.inter vir.& vxor.per id, quod uoluit Lud.Roma.in quodam conſi.& per rationem l.data,quia in domino terræ non poteſt cadere deceprio in donatione,quia pro prium Principum eſt largiri.uide ibi in conſilio.

b Quid dominis.vide Barto.in l.ſi conſul.ff.de adop.& ideo dubitaui quid in donatione facta a regibus.de quo per Io.An.in addi.Spec.in tit.de inſtr.edi.§.porro,in ult.addi.per Imolam.in et cum contingat.extra,de iureiu.per Oldr. in conſi.220. & uide inf.prox.

c Recordor.Vide quod no.Bald.in p̃cibus,ſup.de impu.& alijs ſubſt.circa dominos terrarum,& faciunt.q̃ dixi ſup.prox.& hic uide Ro.in l.j.ſup.vnde legi.

d Exceptio.No.Bald.in l.peremptorias,ſup.ſent.reſcin.non poſſe,& dicit, quod exceptio facti ſeu intentionis non eſt proprie exceptio.

e Si habemus Dixi in l.iubemus in maiori.ſup.de ſacroſ.eccl.

1 *Modus ad irritandum actum introduci non debet , ſed ad obſeruandum , ſi obſeruari poteſt.*

§.Si quis autem.

Hoc quod ſequitur , eſt etiã val-
de not. Diuerſitas temporẽ plu-
ralitatẽ donationum inducit,& ideo quot ſunt ſummæ,tot do-
nationes,& non fit cumulatio, hoc dicit uſque ad §.ſi quis autẽ
talem Caſus. Dictũ eſt ſupra, ꝙ donatio bene ualet vſq; ad 300.
aureos ſine inſinuatione,s̃.non ualet,ego uolẽs donare tibi om
nia bona mea ualentia mille teneo iſtum modum,quia una die
dono tibi de bonis.meis tantum,ꝙ valet trecentos, ſequẽti die
tantum,ꝙ valet alia.ccc.ſequenti die tantundem.quarta die do
no reſiduum,& non interuenit inſinuatio , nunquid iſtæ dona-
tiones ualeant ſine inſinuatione? Quidam ꝙ non,quia debet fie-
a ri cumulatio.*a* Alij ꝙ valeant,quia erãt plures donationes diuer
ſis temporibus factæ, & erant numeri diſcreti,qui non debebãt
aggregari. Imperator determinat,ꝙ ſi ſunt inſtrumenta diuerſis
temporibus celebrata,tot ſunt donationes, vnde in caſu prædi-
cto non indigẽt inſinuatione. Caue tibi, quia litera loquitur qñ
diuerſis temporibus factæ ſunt , ſed ſi in eodem inſtr̃o fiant illæ
donationes, quia dono tibi oĩa mea bona ualentia mille hoc pa
cto ꝙ intelligantur eſſe decem donationes,quælibet centũ au-
reorũ ? Dicit Iac:de Are.& cõiter Doc.ꝙ talis donõ indiget in-
ſinuatione,quia reputatur vna;rõne eiuſdẽ loci , & tp̃is,& rõne
eiuſdem actus donãdi,& ita cõiter tenemus in l. Modeſtinus,ff.
de ſol.& ponitur in Spe.de don. In quarta parte,diuerſa.ar.qđ te
ſtes loquentes de diuerſis tẽporibus,ſunt diuerſi,& ſingulares.
ibi,exaggerate.id eſt,aggregate.ibi redundare: id eſt, excedere,
mare non dr̃ redũdare,ſed flumina dicũtur redundare,qñ exce-
dunt fines ſuos.ibi,non uideatur.hic rñdet qõni,nunquid ſit ne
1 ceſſaria inſinuatio?& dicit quòd nõ.† ibi, introducere.hic dicit
Imperator, quod non debemus introducere modũ ad irritan-
dum actum,ſed ad obſeruandum,ſi obſeruari poteſt. Obtineat
Domin⁹ Ray.per hũc textũ,& p l.vbi,ff.de ſol.dicit,ꝙ ſi ſtatutũ
eſt,qđ ɔdẽnatus a libris centũ s̃.poſſit ĩpune offendi,& quidã eſt
ɔdẽnatus primo in quinquaginta lib. ſecundo in 80. ꝙ nõ eſt ɔ-
dẽnatus a cẽtũ li.s̃.qa non dẽt fieri coaceruatio,& hoc probat̃ p
gl. in dicta l.ubi.ibi,vnam.pro quibus facit,ꝙ not.s̃.de euict.i.ff.
de leg.3.l.nomen. §.filio.ubi omnino vide.vr̃ enim,ꝙ ultima re
ducatur ad primas,& prima ad ultimas per cumulationem.

ADDITIO.

a Phil.Dec.Cumulatio. Ad hãc quæſtionem poteſt addi,quod iſta Pa.de Ca.& Ale. tractant in l.ſi plures, de pact.poſt Bar.in l.eos,ad princ.de duob.reis quod ſi fiat duobus donatio de ſexcentis,non debeat inſinuari,quando tunc non eſt facienda cumulatio,quia intelliguntur factæ donationes duę trecentorum cuilibet,quòd limita,niſi illi eſſent correi,de quo dic,ut ibi per eos.

1 *Tempus uitæ hominis eſt incertum.*

2 *Vita hominis intelligitur durare centum annos.*

3 *Actus mere diſtincti in quolibet appellatiuo habent ſuum effectum.*

4 *Donatio facta eccleſiæ non indiget inſinuatione.*

§.Si

§.Si quis autem talem. Donatio facta ad vitã donationis,& donatarij de certa annua quantitate non excedente legitimã ſum
mam,nõ indiget inſinuatione,ſecus ſi ex vtraq; parte, vel ex altera hæredis fiat mentio, & non reperitur alibi. Caſus. Donaui
tibi ex cauſa donationis trecẽtos aureos quolibet anno, donec
viues, & donec ego viuam, ſuperuiximus pluribus annis, agis
ex donatione, petis trecẽtos quolibet anno,dico ꝙ nõ potes,ni
ſi trecentos,quia abinde ſ. donatio exceſſit legitimũ modũ, &
non fuit inſinuata.tu dicis ꝙ iſta donatio non fuit facta ab initio
vltra legitimã ſummam,licet ex vitæ prolixitate, & fortunæ fælicitate plus petatur,tñ legitimus ꝯtus non dẽt reſolui. Reſp,ta
lem donationem valere, & agi poſſe pro quolibet anno. Nam
poſſibile erat nos ĩ primo anno mori,& ſic donatio nõ excederet legitimũ modum, & poſito,ꝙ eſſet poſſibile nos ſuperuiuere,tñ duobus poſſibilibus poſſitis in eſſe,vnum qđ ſuadet ꝯtum
valere,aliud quod non ſuadet.debemus accipere illud poſſibile
ſm quod ꝯtus valet. Sed inſtat,pone quod ex altera parte facta
eſt mentio hæredis, quia tunc donaſti per te, & tuos hr̃e.mihi
trecentos quolibet anno, donec viuam,nunquid talis donatio
requirit inſinuationem? Rñdeo ꝙ ſic, ꝑꝑ hæredis mẽtionẽ. Nã
tunc non eſt poſſibile ex parte illa, ex qua eſt facta mentio hæ
redis ſtatim donationẽ pro futuris annis euaneſcere,h.d. Varia
1 batur inter Doctores,caſum poſui ſm vnam lecturam glo.†ibi,
incertus eſt enim. Not.tex.ꝙ tp̃s vitæ hominis eſt incertum, &
a nemo poteſt eſſe certus,vtrum uiuet una die ẽt, vel vna *a* hora.
aliter obſeruatur in l.hæreditatum,ad leg.Fal.in iſta materia.ibi
vel adijciãtur.hunc ver.gloſſ.intelligit,vt poſui caſum ſup. quaſi
dicatur ꝓmitto tibi vſq;ad x.ann. trecentos quolibet anno do-
nec uiues,ꝙ tunc requiritur inſinuatio. Alia expoſito, ꝙ aut do
nans donat ad vitã donatarij, aut ad vitam hominis in genere.
2 ſi ad†vitam donatarij,non requiritur inſinuatio, ſi ad vitam ho
minis(qa intelligitur durare ad centum annos) requiritur inſi
nuatio.& iſtam expoſitionẽ gl.amplectitur hic Cyn.& no.hanc
mirabilem cõſiderationem,quam ſuper hac donatione habuit
Imperator,conſiderauit ẽt an vere fiat mentio hæredum.In gl.
in ver.intelligant.ibi,l.ſi quis ſeparatim, ſed ibi plures appella-
3 lauerũt ſeparatim,vnde actus mere diſtincti, in quolibet appellantium habẽt ſuum effectum,& ideo non fiat cõiunctio,ſed ſe
paratio.In gl.in ver.intelligent.ibi vbi plures. dic eſſe plures ſti-
pulationes ꝑꝑ duplicitatem diſtributiui. Nam ſi ſtipulatus fuit
quis decem ſua quaq;die dari,illud ſua quaq;die, veram diſtri-
butionem inducit annorum & ideo ſunt plures ſtipulationes,
quot ſunt anni, alias ubi quis ſimpliciter decem ſtipulatur,ſtipu
latio eſt vnica ꝑꝑ vnicam conceptionem verborũ. Sed quo ad
acquiſitionis effectum,inſpicitur initium cuiuſcunq;anni, ac ſi
ſtipulationes veræ eſſent plures, ut l.ſi fundus.ff.de uerb.obl.&
ẽt quantum ad tollendam inſinuandi neceſſitatem, vt hic. Te-
ne menti. Et dum dicit gl.in verbo,vitæ.ibi diſtingue.dic hanc ſo
lutionẽ nõ eſſe bonam, quia eſt ꝯ tex.dum dicit,ex vtraq; parte
ſuerit mentio,vel adijciatur tp̃s uitę,vel donatoris. Item & a pri
4 uatis. No.iſtam auth.†ꝙ donatio facta *b* in fauorem eccleſiæ per
quemcunq;fiat,non indiget inſinuatione,quia ſic placuit Prin-
cipi,nam Romana eccleſia Princeps.eſt.

ADDITIONES

a Phil.Dec.Vna.præſumitur quis uiuere ad centos annos,ut per gl.& Bar.in l.2.§.ſi dubitetur,ad prin.ff.quemad.teſt.aper.Et per Guil.de Cun.in l.ab hoſtibus,ff. ex quib.cau.maio.Supra uero annos certum regulariter,non uiuit homo,ut l.fi.C.de ſacro ſan.eccl.& Car.in cle.1.de rebus eccle.non alie.

b Donatio facta. Vide Hoſt.& Ioã.And.in c.fi.extra,de ſolu.quid in alia eccleſia,Io.And.in tit.de inſt.edi.§.porro,in addi.inci.l.illa.
Cel. Adde Guil.de Cu.in l.illud,num.1.& quod ibi poſui in apoſt.ad ipſum,ĩ uer. utrum hoc ſit uerum,ſup.de ſacroſan.eccel. Ang.in Auth.de non alie.§.ſancimus, col.1.Panor.in c.relatum,extra de teſti.Pau.de Ca.conſi.30.

LEX XXV.

1 *Debitum in materia, ſolui poteſt in materiato.*
2 *Frumenti certam quantitatem promittens in genere,de ſuis fundis promittere uidetur ſi eos habebat.*
3 *Taxatum a lege,homo aliter taxare non poteſt.*
4 *Donans promittendo pondus,ſoluere põt vaſcula, vel pecuniã numeratam.*
5 *Pecunia an una pro alia poſſit.*
6 *Petere quis non debet cuius contrarium non eſſet poſtulaturus.*
7 *Habẽs ptãtẽ ponendi Abbatẽ in monaſterio,de ſuo gremio ponere debet.*
8 *Emphyteuta a principio totum ſoluere poteſt pro quindecim annis.*

Si quis argentum. Pro materia poteſt ſolui materiatum,& econuerſo,hoc pri-
mo, Pro redditibus debet cedi,ſed dari tantum prædiorũ,quan
tum ad percipiendum redditum ſufficiet.hoc ſecundo.Quod in
determinate promittitur, nec peſſimum ſolui põt, nec optimũ
ſolui debet,ſed mediocre.hoc tertio.Qui promittit in donando
ſeruos,quos in patrimonio non habet,vel redditus,cum nõ ha-
beat poſſeſſiones tot redditus afferentes, tenetur ſoluere iuxta
æſtimationem hic deſignatam. hoc dicit vſq;ad §. ſed & ſi quis
a vniuerſitatis. Caſus. Quidam *a* promittendo donauit mihi de-
cem pondo,aurei,vel argẽti, iſte vult ſoluere aurum in materia
facta,puta in vaſculis,vel vult ſoluere in pecunia numerata tan-
tam pecuniam,quæ ſm uſum frequentatum valet tm̃, quãtum
pondus,nunquid põt? Rñ. ꝙ ſic. Inſtat, quidam promiſit mihi
quolibet anno dare centum corbes frumenti ex poſſeſſionum
ſuarum redditibus, dicit donator, nolo habere laborem con-
ducendi ſemper ad domum tuam illud frumentum,ſed accipe
tm̃ terrenum de meo,quod reddatur tibi iſtud debitum, nun-
quid poteſt? Reſp.qđ ſic, ita tamen, ꝙ teneatur aſſignarę poſſeſ-
ſiones optimas,nec poſſit deteriores,ſed in qualitatibus debeat
mediũ obſeruari. Inſtat,quidã hẽt magnam familiam ſeruorum
puta quinquaginta ſeruos in patrimonio,ꝓmiſit mihi ex cau-
ſa donationis octo,vult ſoluere de deterioribus,ego volo de me
lioribus, quid iuris? Reſpon. de mediocribus ſolui debere, illa
enim eſt iuſtitia æquitatis.ꝙ nec ſummum petit,nec infimũ,ſed
mediocre. Inſtat, ille qui donauit tot ſeruos, vel tot redditus
non hẽt ſeruos in patrimonio quæritur q̃tum ſoluet pro quo-
libet ſeruo? Reſpon.quindecim aureos. Iſta enim eſt taxa lega-
lis,a qua non licet recedere. Quid in eo.qui promittendo dona-
uit mihi decem corbes frumenti? Dictũ eſt,ꝙ poteſt tradere fun
dum ferentem hũc redditum. Sed cuius æſtimationis debet eſ-
ſe iſte fundus,vt præſumatur ferre hunc redditum? Reſpon. ꝙ
dẽt præſtare fundum, cuius fructus in quindecim annis æqui-
ualeant æſtimationi ipſius fundi, & ſic eſt neceſſaria inſinuatio,
quia excedit legitimam ſummam.h.d. Ibi,donauerit. ſ. promit-
1 tendo pondus,puta decem libras auri in vaſis.† No. ꝙ debitum
in materia,poteſt ſolui in materiato. ibi, non tamen prioribus.
id eſt cõtaminatis ære,ſi fuit promiſſum aurum, vel argentum.
Aeſtimatione. Not. ꝙ pro mã, pondere põt ſolui numerus,ſeu
quantitas,in eadem ſubſtantiali mã. concor. ff. de auro. & arg.
leg. l. j. & l. Titiæ amitæ Frequentata. ecce. ꝙ valor pecuniæ eſt
ſm frequentiam,& cãbium ipſius loci. Vnde cum dubitatur q̃-
tum pecunia valeat,recurrendum eſt ad cambium,& frequen-
tiam loci ex poſſeſſionibus in genere.ibi,edixerit, qa non diſtin-
xit poſſeſſiones per vocabula, & terminos. Et not. hunc ꝯtum
2 non vitiari rõne incertitudinis poſſeſſionũ. Subſtantia.† Not. ꝙ
b promittens certã quantitatẽ frumenti in gñe, *b* vr̃ promittere
de ſuis fundis,ſi hẽt fundos, Ibi,tradere.ad percipiendum reddi
tum non vr̃ proprie in perpetuum. Ibi, anteponũtur. rõne ſub-
ſtantialis qualitatis,vel ratione loci vicinitatis. Nã carior eſt fun
dus ciuitati ꝓpinquus.ſeruos.i.ſeruorũ perſonas. Figuræ.i.quali-
tatis No.hic,in qualitatibus hoĩum,& ẽt prædiorũ,medium ſer
uari,non hr̃e. No.quoſdam hoĩes eſſe, quos expedit, & prodeſt
non habere. Imperator ſequitur hic viam virtutis, quæ ꝯſiſtit in
medio. Habens.ſupple,neq;fundos redditum promiſſum affe-
rentes. Quod deeſt, id eſt,ꝓ ſeruis vel fundis,qui non ſunt in pa-
3 trimonio. Ibi, non amplius. vbi † taxatur aliquid a lege, homo
non põt aliter taxare. Facit ad ſtatutũ,ꝙ taxat ſolutionem deci-
mæ in cauſis compromittẽdis,nam ſi dicit,ꝙ ſoluat ſm æſtima
tionem cataſtri, & ſoluit ſm æſtimationẽ maſſariorũ cõis. non
valet ſolutio, nec eꝯ. Sed qñ Papa concedit beneficium. ſm ta-
xationem decimæ,oportet, ꝙ ſeruetur formaliter taxa legalis.
Ibi,in redditibus.ſ.promittẽdo donationem,ſed gl. vr̃ dicere, ꝙ
præſentialiter ſoluatur,hoc modo,ſi promiſſa ſunt decem quo
libet anno,ſoluantur ad redditus ꝑcipiendos, vel tanta quanti-
tas deponatur,ꝙ facta ratione contingat in 15. ann. 10. pro ſin-
gulo anno,vt no.ext.de do.inter vir.& vxo.c.per veſtras. Ibi, ꝑ-
ſtet,ſi pręedium conſtat centum quinquaginta, & debentur de
cem quolibet anno,iſtud erit pręedium competens.in 15. id eſt
in tanta quantitate quãtum facit illud quod eſt promiſſum ſin-
gulis annis in x.annis. vel tantum prædium,quantum facit æſti-
4 matio ꝑdij. Vel dic correſpõdens ꝑdiũ. Gl.† Dicit hic, ꝙ donans
promittẽdo põdus,põt ſoluere vaſcula vel pecuniã numeratã.
Contra,aliud pro alio inuito creditore,ſolu. nõ poteſt ff. ſi cert.
pet.leg.2.§.1. ſed hic ſoluit aliud pro alio,ergo &c. Dñt quidam,
ꝙ ſpeciale eſt,vbi agens egit ex cauſa lucratiua,vt hic,& l.j.& le.
Titiæ amitæ. de auro.& argento. Sed veritas eſt, ꝙ pro materia
poteſt ſolui materiatũ eiuſdem ſubſtantiæ, & econtra, quia qđ
in ſubſtantia,& in vtilitate recipit functionem.non dr̃ aliud,ſe-
cus ſi eſſet diuerſitas in ſubſtantia, vel in vtilitate, vt patet hic
de ſubſtantia, in verbo, prioribus. de vtilitate patet, dum dicit,
5 æſtimationem frequentata.† Quærit gl.quid in pecunia,nũquid
vna pecunia poteſt ſolui pro alia? Rñdeo, ſi pecuniæ ſunt eiuſdẽ
potentiæ ſiue ſubſtantialis materiæ,puta Bolognini, & ancho-
nitani,poteſt fieri,ſed ſi non ſunt eiuſdem materiæ, vt quia de-
bebat aurum, & vult ſoluere bologninos, & Anchonitanos,
de iure non poteſt. Item ſi debet Bolog.quia non poteſt ſolue-
re ſextinos, qui ſunt de ære, quia quod non eſt in obligatione,
non eſt in ſolutiene inuito creditore. Fallit ſi conſuetudo aliter
ſe

ADDITIONES.

a And.Barb.Caſus.quidam.Si quis promittit certum pondus auri.poteſt ſoluere ęſtimationem.uide Bar.in l.1.ff.de auro,& arg.leg.

b Frumenti in gener. Vide Bal.& Bar.in l.3.ff.de uino,triti,& oleo leg.Dy.Cy.Bald. & alios in l.ſi domus,in prin.de leg.1.

ſe habet,& hoc caſu,ſ.ꝙ creditor cogatur recipere,diuerſitas in
ſtipulatione non nocet.de verb.obl.l.quæ extrinſecus. Adde qđ
no.ff.de ſol.l.ſi quis ſtipulatus fuerit decem in melle,& l.Paulus.
6 † Conſului pauci ſunt dies. In Vrbino erat ſtatutum, *a* ꝙ ibi ex-
a pederetur florenus pro quindecim Anchonitanis,poſtea creuit
florenus ad 16.Anchonitanos cum dimidio,vtrum iſte debitor
qui poſt illud ſtatutum ſe obligauerat, debeat ſoluere ſ'm nouā
conſuetudinem,vt in ca.vlt.de dec.in Cle. ad hoc, litera hæc fa-
cit dum dicit,frequentata. Nam iſta verba per aliam conſuetu-
dinem generalem mutātur,& quia ſeruata eſt forma,& vtilitas
ꝯctus,& hoc ꝓbaui per rōnē caſus diuerſi. Nā nō dēt quis pete-
re,cuius ꝯrium nō eſt poſtulaturus,vt habuiſtis s̄.de ſol.l.1.in gl.
Sed ita,eſt ꝙ ſi florenus ꝑcurſum tpis p̄teriti nō valeret niſi 15.
Anchoni.nollet ſoluere. 18.& ita hac rōne ꝯuerſi caſus debem⁹
inſpicere currētē ꝯſuetudinē,& nō ſublatā, & qñ ſolutio pōt fie
ri in forma ſua propria. Hęc quæſtio.examināda in l. cum qd,ff.
ſi cer.pet.de mulieribus quæ habuerunt dotē in moneta melio-
b ri,c.cum olim,extra de cēſi.ſi vero. No. ꝙ ſi *b* debitor non vult
habere onus portandi fructus ad domum creditoris, pōt credi-
tori dare fundum, vnde eos ſuſcipiat, dicunt quidam, ꝙ hoc eſt
ſpeciale ꝑꝑ libertatem,& munificentiam, & liberalitatem donā
tis.eſſet ne ita in decimis, vel alio caſu? pone,teſtator fecit teſta-
mentum,& inſtituit me hæredem,& mandauit,ꝙ quolibet an-
no dare cuidam loco religioſo quindecim ſalmas muſti. dico
ego religioſis,volo de bonis teſtatoris aſſignare vobis vnam bo-
nam vineam,& vos habeatis curam circa eam,dicunt religioſi,
nolumus iſtam curam,imo nolumus hr̄e facere aliud niſi bibe-
re,quid iuris? Vr̄ caſus ꝯ religioſos, ꝙ ſi datur eis poſſeſſio ſuffi-
ciens arbitrio boni viri,ꝙ ipſi hanc curam declinare nō pñt. no.
c in §.ſinautem,ꝙ qñ quis promittit *c* ſeruos in genere,aut nō ha-
bet in ſuo patrimonio,& de eis videtur promittere, aut non ha-
bet in ſuo patrimonio,& tunc poteſt ſoluere vel æſtimationem,
vel de alienis,qui non valeant minus quindecim ſolidis pro quo
libet,tñ iſta litera mandat ſolui æſtimationem, & ideo non rece
7 das a litera.† Facit in arg.ꝙ ſi quis habet poteſtatem ponēdi. Ab
batem in quodā monaſterio,ſi in ſuo gremio habet monachos
ſufficientes,debet ponere de gremio ſuo,alias de alieno. Iſta sūt
arg.a lōge. In redditus. No.mirum, ꝙ debens aliquid annuum,
teneretur ſoluere in principio pro 15.annis.& hac pecunia ſolu
ta liberatur iſte,& non eſt caſus huius literę,ſed caſus iſte,Dono
tibi decem corbes frumenti,valentes quolibet anno decem,vo-
lo ita ſoluere, ꝙ liberer, qūo ſoluam? Reſpōdeo, ꝙ ſoluam pro
8 decem annis totum a principio.† Et facit ꝙ emphyteuta *d* poſſit
d a principio ſoluere totum pro quindecim annis. Pone ꝙ ille,cui
iſtud prędium debetur ad alimenta,interim moritur, nunquid
iſta pecunia reuertitur ad ſoluentem ? Reſpondeo ꝙ ſic nunqd
ſic ſoluēdo detrahitur interuſurium medij tpis, quidā ꝙ ſic,qđ
eſt falſum,quia ad ſoluēdum incōtinenti pro quindecim annis
non compellitur , quia poteſt ſoluere quolibet anno.ſed ſi vult
ſoluere ſemel ꝓ ſemper, ſoluit ad finem iſtum, vt ex redditibus
iſtius quantitatis percipiat illud annuū.ff.de vſuris,l.in fideicom
miſſi,§.cum Pollidius,& in c.per veſtras. Quæro, promitto tibi
de redditibus meis quolibet anno decem ſalmas vini,nō recol-
ligo tot ſalmas,nunquid teneor ſupplere in pecunia? Reſpon. ſi
promiſi nullo prędio demonſtrato,teneor ſupplere promiſſum
in gñe,ſed ſi promiſi ex certo,& determinato fundo ſoluere ti-
bi decem ſalmas pro quolibet anno,pro illo anno. pro quo non
percipio,non teneor,quia tacita ineſt conditio, ſi fructus naſcā-
tur,vt ff.de cond.& demon.l.j.in fi.& ff.de contrah.emp.l. ſi de-
bitor.§.veriſimile,uel plenius,vt hic per Cy.& Mod.in l.inter ſti
pulantem,ff.de verb.oblig.

ADDITIONES.

a Statutum. Vide l.Paulus,ff.de ſol.
Cel. Adde iſtum in l.acceptam,nu.18.verſ.17.quæritur,& quod no.in addit. ad ip-
ſum in apoſt.j.eodem ver.ſup.de vſur.& Bar.in l.cum quid,nu.11. & ibi etiam po
ſui in apoſt.ad ipſum,in ver.antiquam,ff.ſi cert.pet.
b No.ꝙ ſi. Facit ad ea,quæ habentur in l.fundi Trebatiani, in princ.ff.de vſufru.leg.
cum ibi no.
c Quando quis promittit Vide quod no.Bart.in l.3.in prin.ff. de vino, & tritico, &
oleo leg.
d Quod emphyteuta. Vide Bar.in l.cum qui,de accu.

1 *Donatio cauſa mortis valet,ſi eſt facta inter uiuos.*

§.Sed & ſi quis. Valet donatio vniuerſitatis, ſiue
quotę,ſiue totæ ſubſtantiæ, tñ re-
1 quirit inſinuationem. h.d. vſq; ad §.ſinautem.† Hic eſt caſus ex
a preſſus, *a* ꝙ valet donatio inter viuos omnium ſuarū rerum, &
bonorum,de qua quæſtione diſputatur in l.fi.s̄.de pac. & ſi dica
tur,nonne donator pōt deducere ne egeat? Rñdeo ꝙ ſic, niſi ſit
b artifex, *b* qui ex arte poſſet acquirere victum,dicit hic gl.hoc idē
no.ff.ſol.mat.l.ſi maritus. Vltra gl.dicit aliquis,nōne per hoc ꝑ-
dit liberam teſtandi facultatem,quia nō habet,de quo teſtetur?
Reſp.non,quia quandiu viuit acquirere pōt, & ſic poterit teſta-
ri,ff.de ſep.bo.l.pe.facit de mu.& hon.l.cura,§. deficiētiū. Quid
ſi donat omnia bona p̄ſentia & futura, & ſic non ſeruat ſibi, de
quo poſſit teſtari l. Dicunt quidam non valere,quia eſt pactum
futurę ſucceſſionis, quod eſt verum, ſi donat hæreditatē ſuam
irreuocabiliter,ſed donando hoc mō,dono tibi præſentia,& fu
tura,dñt quidam,quòd ualet in præſentibus,non in futuris. Alij
ꝙ valet in eo,quod minus eſt, in futuris,& non in præſentibus.
Tertii ꝙ nō pōt aſſignari rō,quare magis valeat in uno,q̄ in re-
liquo,in nullo ualere,dicunt, quia hoc totum unitum impedit
liberam teſtandi facultatem. Tu dic,vt dixi in l.fi.s̄.de pac. uide
c quod uniuerſalis donatio,quia eſt multum extenſiua, *c* ſemper
requirit inſinuationem.facit quod not.in l.Lucius,de fun.inſtr.
¶ Additio ibi,ſinautē. Not.bene tex.ꝙ qñ donatio fit pacto nu-
do,ut fuit hic,agitur cōdictione ex hac lege,ꝯ donantem,vt im-
pleat,ꝙ promiſit,non ergo agitur ex pacto nudo,ſed condictio-
ne ex lege,ut j̄.eod.§.ſin autem ibi, ex lege noſtra neceſſitatem
ei imponi.ſic s̄.de ſuffra..l.1. Attende tñ, ꝙ tunc ſufficit pactum
nudum,cum expreſſe apparet,ꝙ quis animo donandi ꝓmittit.
ſi autem cauſam donationis non adijcit, tunc litē p̄ſumatur cā
donationis,ff.de don. l.hoc iure, §.ſi quis dederit,not.ff.de doli
excep.l.2. §.circa.tamen cauſa donationis non præſumitur, eū
fit promiſſio pacto nudo.& hoc tenet Bart.in l.iuriſgentium,in
prin.& §.quinimo,& l.ſi tibi,ī prin.ff.de pac. Itē limita, ꝙ pactū
nudum tunc perficit donationem,qñ in pacto deuoluitur dari.
Secus ſi requiritur merum factum,nam tunc requiritur ſtipula
tio,ſicut olim,ſ'm Guil.quem ſequitur Bart.in alle. l.iuriſgētiū,
§.ſed cum nulla.glo.tñ tenet ꝯ.in l.ſi cum mihi permiſiſſes,ff.de
dolo.ſed pōt rñderi,ꝙ ibi non eſt promiſſio de donando,ſed ꝓ-
miſſio quædam doloſum effugiendo.ibi,totius. Not. valde hūc
tex. Tantum quantum.& ſic ſolidū omnino vr̄, ꝙ qñ donatur
tota vel quota uniuerſalis,omnimodo requiratur *inſinuatio.*

ADDITIONES.

a And.Barb. Hic eſt caſus expreſſus. No.caſum,in quo ualet donatio *omnium* bono
rum, uide Bar.in l.ſtipulatio hoc modo,de verb.obl.in quæſtione ſua.
Celſus. Vide de hoc iſtum in authen ſi qua mulier,nu.16.& quod ibi poſui *in apo*
ſtil.ad ipſum,in uer.ſi donator eccleſiæ.& Barto.in l.ſoluta,& ibi dixi in apoſt.ad
ipſum in eo,uer.ſu.de remiſ.pig.& conſ.76.incip.pater.filio per Phil.Cor.conſ.76.
incip.in præſente,uol.2.Ang.in conſi.181.incip.in Dei nomine, & ſuæ Matris.&
Bar.Socin.conſi 235.incip.uiſa,in prin.uerſi.adduco etiam Pau. de Caſt.vol.2.&
in ſuo tract.fallen.reg.108.
b Niſi ſit artifex. uide l.ſi quis liberis.§.ſed ſi filius,& ibi Bar.ff.de lib.agn.
c Extenſiua. Sed Cy.tenet quod non.

1 *Præcarium vniuerſale an trahi poſſit ad præſentia, & futura.*

§.Sed ſi quidem. Vide dubitari in palatio ſi gñā
lis uel ſpecialis conſtitutio p̄ca
rij transfert aliquam poſſeſſionem rerum per uniuerſalem,vel
ſpecialem conſtitutionem precarij.caſus eſt hic,& iō pone,do-
naui alicui vl̄r omnia bona,uel quotam bonorum meorum,&
reſeruaui vſumfructum , nunquid intelligor tradidiſſe vniuer-
ſalem fructus reſeruationem? Rñ. quod in omnibus caſibus s̄.
dictis ſiue donetur res certa, ſiue uniuerſalis, illeq reſeruat ſibi
a uſumfructum, intelligitur tradidiſſe poſſeſſionem. *a* Ex hoc ar-
gum.ꝙ idem operatur conſtitutio precarij,ergo precarium uni
uerſale tranfert poſſeſſionem uniuerſalem,& ad hoc not.valde
1 iſtum uerſi.† Facit ſi aliquis conſtituebat ſe precario poſſidere
p̄ſentia & futura, nunquid iſtud precariū vl̄e poſſit trahi ad fu-
tura,puta dono, quod habeo, & habebo in diſtrictu caſtri ſan-
cti Angeli, & retineo vſumfructum , nūquid poſſeſſio præſen-
tium intelligit̄ nūc tradita,& futurorū,tūc cum acqro,& ſic nō
b dico,ꝙ ſimplex conſtitutio precarij trahit̄ ad futura. *b* allegaba
tur l.ea vero.ff.pro ſocio.ibi,ſupradictis, ſ.qñ datur vniuerſitas,
Nam in rebus ſpecialib. iſte uer. eſſet ſuperfluus, per l.quiſquis
Eſt hic caſus,ꝙ reſeruatio in qbuſdā,cætera ꝯfirmat & ampliat
& reſeruans ſibi vſumfructum,non ſolum donationem confir
mat,ſed ampliat ad tacitam traditionem,quæ alias nō inerat ſi
ne ulla reſeruatione.

ADDITIONES.

a Poſſeſſionem. Vide l.ſi quis,ſup.eo.& Bar.in l.fi.ſup.quæ res pig.obl.poſſ.
b Futura. Præcarium num ad futura trahatur, & in his aliquem habeat effectum
operari,uide per Bar.in l.fi.C.quæ res pig.obl.poſſ.Alex.in l.3.§.incerta, ff. de ac-
quir.poſſ. & Lud. Roma.poſt.Io. de Imo. & Alexan.in l.ſtipulatio hoc modo, de
uerb.obl.

1 *Donator compellitur præciſe ad obſeruandum promiſſa.*
2 *Donatio facta religioſis perſonis æquiparatur ei,ꝙ donatur ad pias cās.*
3 *Donatio nudo pacto facta ad pias cauſas,requirit inſinuationem.*

§.Sinautem. Hic dicit Imperator ꝙ licet donatio nō
ſit uallata ſtip̄lone , vel traditione, ſed
a nudo pacto, *a* tñ agitur ex eo, & maxime ad pias cauſas. h.d. iſta
actio appellatur ꝯdō ex lege. Caſus. Quidā ꝓmittendo donauit
mihi quādā q̄titatē.& nō eſt mihi traditio uera,nec ficta ꝑ reſer
uationē uſufructus , nec eſt ibi ſtip̄lo appoſita,nunquid iſte do-
nans poſſit ꝯueniri, ut impleat,qđ promiſit? Rñdeo, ꝙ ſic,quia
liberum eſt a principio donare,ſed poſtea eſt neceſſe ſeruare,&
præſertim

ADDITIO.

a Nudo pacto. No. quod omnia pacta nuda appoſita in contractu donationis nudo
pacto celebratæ,ueſtiuntur cohærentia contractus, vt eſt gloſſ.& ibi Bald.in l.2.
ſup.de euict.

præſertim hoc eſt verũ,qñ donãtur ad pias cauſas,vnde donator qui non ſeruat,ꝙ ꝓmiſit,non ſolum pęnã incurrit legalem, ſed ẽt cœleſtẽ.Ex hoc apparet, ꝙ iſtarum donationum ad dies cauſas,ẽt ẽps eſt exequutor ad hoc,ff.de pet. hær.l.hæreditas, in
1 fi.† Ibi,detinuerit.ſ.donator,omnimodo,arg.ꝙ donator præciſe compellatur.uide quod not.ff.de eo,l.hr̃ditatem.ibi,arbitrio atbitrariũ & voluntariũ eſt donare,ſed poſt donationem eſt neceſſarium,& non põt a promiſſione recedi,& loquitur in actu libero inter viuos,& ſine aliqua reſeruatione,ibi, vel religioſis.
1 id,quòd religioſis *a* perſonis donatur,æquiparat̃ ei,ꝙ donat̃ ad
a pias cãs.Reſq; id quod imminet donanti, imminet eius hæredi, qa donario in dubio præſumitur realis ex qualibet parte, &
3 ideo tranſit aſt hæredes,† No.ꝙ donatio *b* facta nudo pacto, etiã
b ad pias cauſas, vel perſonis religioſis,requirit inſinuationem,ſicut donatio cõmunis,vt hic vr̃ innuere litera.forte ideo,ne duo ſpecialia concurrant,ꝙ valeat donatio nudo pacto,& nõ requiratur inſinuatio, quod nõ placet, quia hodie eſt ius commune, ꝙ donatio ad pias cauſas valet nudo pacto,l.ſi qs rem,in princ. ff.de pollic.dr̃ etiam,quando donatio incipit a promiſſione,perficitur nudo pacto,alias non.Nam ubi eſt traditio pręuia nõ eſt aliud neceſſarium,nec eſt ibi tractandum de nudo pacto.

ADDITIONES.

a Religioſis.Et dicit Bal.in l.ſi quis ad declinandam,ſupra de epiſ.& cler. quod idẽ fauor attribuitur miſerabili perſonæ,quod piæ cauſæ.
b And.Bar.¶Donatio.No.quod donatio ſi fit pacto nudo,oritur condictio ex iſta lege,vide Mode.in l.ædibus,§.1.ff.de donat.

ADDITIO.

1 *Piæ cauſæ non dicitur datum omne,quod religioſo datur.*
2 *Obligatio deſcendens ex donatione facta per ſtipulationem tranſit hæredi, & in hæredem.*

§.ſin vero. Si ꝓmiſſio de donando eſt ſtipl̃one vallata, ex ea agitur ꝯ donator ẽ. Sed ſi ſolũmodo
pacto nudo,tradõne non vallata, tunc agit̃ condõne ex l.iſta:a principio enim nullus dare cogitur, ſed poſtq̃ quis donare promiſit,ad ſatisfaciendũ cõpellit̃,& maxime ſi in eccleſias religioſasq; ꝑſonas,aut alia pia loca donatio fuerit,q̃ inſinuatiõe eget ſi excedit ſummam 50. aureorũ,alias non, de quo ĩ.l. proxi.in fi.vbi dicã. Vel breuius,licet donatio non ſit ſtipl̃one vallata, vł traditione,ſed nudo pacto tñ, agit̃ ex ea, maxime ad pias cauſas,& iſta actio appellat̃ condõ ex hac.l.h.d.ibi,eius.l.ſtipulationis,quia ſtipl̃o olim erat neceſſaria, nõ aũt perficiebatur nudo pacto; ſed hodie ſecus per hanc l. & idem dicas in donatione cauſa mortis,vt no.gl.in l.cum pater,§.nemo,de le.2. quam gl. dñt Doct.nõ eſſe alibi,ſed ſolitus ſum dicere in l.2.in fi.glo.ma. de iu.dot.Vel religioſis,per iſtã dictionem,vel,vr̃ ꝙ illud, quod dat̃ religioſis perſonis,æquiparat̃ ei, quod ſoluitur ad piã cãm,
1 tñ ex quo dicit, religioſis, & ſup.dicit de pijs actibus,dicas,† ꝙ non omne qđ datur religioſo,dr̃ datum in piam cauſam. Quid enim ſi det̃ monaſterio,vel Abbati ditiſſimo? iſtud certe nõ vr̃ pium,cum nulli neceſſitati ſubſit:tractari tñ debet vt piũ, vt hic
2 hæredibus. Not.† ꝙ obl̃o ex donatione deſcendẽte,facta per ſtipl̃onem,vel pactum, actiue, & paſſiue tranſit hr̃di,& in hæredem, quia donatio in dubio p̃ſumitur realis ex qualibet parte.

LEX XXXVI.

1 *Pecuniam in reſtitutionem eccleſiæ eſſe conuerſam ſtatur ſacramento fratrum prædicatorum.*
2 *Donatio valet uſque ad quingentos aureos regulariter.*
3 *Executores rationem ſuę adminiſtrationis redunt per ſuum iuramentum.*
4 *Caſus,in quo defertur ſacramentum loco probationis integralis ſine vllo teſtimonio.*

Si quis pro redẽptione. Iſta lex hẽt duo,vel tria dicta notabilia. Et diuiditur in duas partes; in prima ponit quoſdã caſus ſpãles, in quib.donatio quãtæcunq,ſummę inſinuationem non exigit, In ſecunda parte ſtatutũ vſq; ad trecentos aureos, ampliat̃ vſq; ad 50.in donationib.quę a iure cõi cenſetur.ſcđa ibi, Cæteris ẽt.
a & h.d.Datum,vel promiſſum in redemptionẽ captiuorũ, *a* inſinuationẽ ñ exigit, nec donatũ a Duce belli,ſeu a magiſtris militũ,nec datũ, vel promiſſum ꝓ refectione domus,vel ædificij incẽdio,vel ruina corrupti.h.d.in prima parte. Scđo đt. ꝙ hodie eſt rł̃a gñalis,ꝙ q̃libet donatio valet ſine inſinuatione vſque ad 50.aureos. Audiui ab euntibus ad ſepulchrũ,ꝙ omne lucrũ, qđ fit qñ Chriſtiani intrant locum ſanctũ, Saraceni conuertunt in redemptionẽ ſuorum captiuorum.Caſus, in quodam conflictu inter Saracenos,& Chriſtianos fuerũt multi captiui,pro redemptione iſtorum.Seius dedit Titio mille,vel promiſit,tãdem pęnitentia ductus vult dicere,ꝙ iſtud datum,vel ꝓmiſſum non valuit,quia ſupra legitimum modum fuit datum,vel promiſſum, nec interuenit inſinuatio, quid iuris? Rñ.hoc ſine inſinuatione valere.Inſtat,quomodo iſte executor probat in redemptionem captiuorũ ſe expendiſſe? Reſpon.& eſt no.ꝙ per proprium iuramentũ.Inſtat. Gẽs noſtra habuit victoriam contra inimicos noſtros,& multa & magna ſpolia venerũt ad manus magiſtri militũ,vel Ducis belli,ex quibus ille Dux, vel magiſter fecit Conmilitonibus ſuis magnas donões,nunqd requirit̃ inſinuatio? Reſp.ꝙ nõ.Inſtat,qdam hẽbat magna & ampla ædificia,q̃ incẽdio,vel ruina ſunt corrupta vel ꝯſumpta, ad reparationem iſtorũ ædificiorum qdam alius donauit vltra lĩmam ſummã quinquecentum,nunqd iſta donõ eget inſinuatione? Rñdeo ꝙ non tñ dr̃ notabilr ꝙ hoc eſt donum, ꝙ reſpicit decus vrbiũ. & iſta eſt rõ finalis, quare non reqritur inſinuatio hoc caſu & nõ põt conuerti in alium vſum.Sed inſtat,qualiter probetur,ꝙ hæc q̃titas ſit expenſa in refectione domus? Reſp. ꝑ ſacr̃m dñi domus. & h.d.tota prima pars. Sed inſtat, leges dñt, ꝙ donõ hodie valet ſine inſinuatione vſque ad 300.aureos.nunqd hoc non ampliabimus;Reſp.ꝙ ſic,nam ſtatuit hic Imperator, ꝙ hodie valet indiſtincte vſque ad 50.aureos.In caſib.aũt ſpãlibus ſupradictis, valet.ẽt in immenſum tranſcendes donõ.h.d. Promiſerit. Not. hic merum executorẽ agere ꝯ promiſſoram. & eſt rõ,qa eſt ipſi mero executori ꝓmiſſum.vñ agit ex proprio ꝯctu. Cuiuſcunq; ẽt excedẽtis ſummã lgĩmam.Ibi,cognoſcat,& ſciat iſte,q̃ donõnem fecit.Repetitionẽ.ſ.datorum.Vt pote.i. ea rõne ꝙ nõ ſit inſinaũt.iſta exceptio non põt opponi.Ibi,poſt cautionem.ex qua agit & pecuniã habuit neceſſitatis hñdæ. non mirũ, qa iſte erat
b executor *b* ad pias cãs,& officium acceptauerat,ad cuius execu
c tionẽ p̃ciſe cogit̃.Et dico,ꝙ iſta *c* redemptione captiuorum nõ currit annus,qa non põt determinari certo tpe. Nam non ſunt ſemper captiui,q pñt redimi.Ibi adimplere.cum primum p̃t,cogitur.dic ergo cum ſe facultas obtulit, & iõ dixi non currit annus,quia qñq;non adeſt facultas ab alijs.q̃runt Doc.q̃ ſit rõ ad-
d miniſtrõnis *d* reddendæ ꝑ executorem ad pias cãs? & certe cuiuſq;cuius intereſt,vt no.Cy.in l.id,qđ pauperib.de epiſ.& cler. & eſt caſus hic.hoc reqrere ſupra probõnem extrinſecã. Et ibi, vel ab alijs,põt ẽt loqui de Ep̃o,& ẽt de Præſide,vt s̃.l.prox.§.fi. & l.ciuitatibus,de leg.j.Ibi, omnem quantitatem. ecce, ꝙ nihil dẽt remanere penes iſtum executorem. Dolo. dolus p̃t eſſe in gratificando,qa plus dedit,q̃ oportet pro redemptione,qa forte ille,a quo redemit,erat eius amicus.Ibi,ſił̃e ẽt mõ. hic eſt ſecundus caſus ſpecialis,in quo non requiritur inſinuatio mobilium,
e quia dicit de mobilib. *e* & ſe mouentibus,certe quia immobilia hoſtiũ nõ fiunt militũ,ſed Principis, & ideo dux belli vel magiſter militũ nõ p̃t donare caſtra, vel terras, quas occupauit iure belli,ſed ſpolia ſic,No.ꝙ iſta ſpolia dẽnt aſſignari duci ſeu magiſtro militũ. ſeu capitaneo guerræ, & ipſe poſtea diuidit inter milites,ſicut ſibi placet,fortiſſimis de præda,ille q fugit non dẽt hr̃e quicq̃ ex ſpolijs.Si licet donare ſpolia hoſtiũ, ergo ſunt capientũ ẽt in bellis modernis,dũmõ ſit bellum iuſtũ ex parte bellum inducentium.c.ſicut, de iureiu. ꝑ Inn. vñ ſpolia & ẽt captiui,& mobilia efficiunt̃ capientiũ, ſed caſtra & immobilia ſunt ciuitatis,q̃ bellũ indixit.Ibi,eãdẽ.hic eſt.tertius caſus, in quo nõ acqritur inſinuatio.rõ,qa ex refectione domorum. decus eſt vrbium,vt l.fi.2.rub.11.lib.Cod.Et ipſi,ſ.donatarij.Repetitionẽ. ſ. datarum pecuniarum s̃.promiſſarum.Ibi,nulla.Not. ꝙ datũ ad
f certum *f* vſum, non põt in aliũ conuerti,vide c. quia contingit, de relig.do.in Cle. Nam ſolum hoc eſt verum,qñ ad pios vſus. ſcđo,qñ ad vſus,q reſpiciunt decus vrbis,vt hic.Quod ſi aliqua.
1 † Not.caſum,& eſt arg. ꝙ ſi fratribus *g* Prædicatoribus vel Mi-
g noribus eſt relictum aliquid pro reſtauratione eccłę,eorum ſacr̃o ſtatur,ꝙ illa pecunia ſit ꝯuerſa in reparationem eccłę,& nõ põt in alium vſum ꝯuerti. Ibi,dñi domus, id eſt donatarij,q erat dñs domus ruinoſæ. Cæteris. ibi ſcđa pars principalis, & loqtur de cæteris donõnibus.i.rł̃r diſtinctis, Vbi lex prohibet diſtingui,
2 nec nos diſtinguimus, qa illud ſeruamus pro regula. † Ibi, hoc & enim tantummõ, ſ. ꝑ modum regulæ,ſ.vt valeat donatio vſque ad quingentos aureos rł̃r regulando. quaſi dicat donationes præcedentes hanc legem regulantur ſ̃m legem præcedentẽ. ſed futurę regulabuntur ſ̃m hãc legem primam vſque ad quin-
3 gentos aureos.hęc lex allegatur principaliter. † Et primo quod
h ratio adminiſtrationis *h* exequutorum redditur per iuramentum eorum,facit de dote prælega.l.Theopompus, quod eſt verum in his,quæ non poſſunt commode aliter probari,ſicut ſunt expreſſæ minutæ,vel q̃ fiunt in partibus valde remotis.Cy.in d. l.id,quod pauperibus,in 5. q.& s̃.de iure del. l.fi.§. in computatione.nam propter fidem electam & difficultatem probationis,

lis

ADDITIONES.

a Captiuorum.Sed an hæc lex habeat locum in redemptione carceratorum pro maleficio.Bal.in l.illud,in princ.ſup.de ſacroſ.eccl.tenet quod non.no.hic tres caſus,in quibus donatio non requirit inſinuationem,alios tres enumerat hic & gl. & vide Spe.in tit.de inſtru.edi.§.porro.
b Exequutor.Vide Bal.in l.nulli.ſup.de epiſ.& cle.in l.id quod pauperibus eod. tit.
c And.Barb.Et dico quod in iſta.Not.ꝙ exequutor piæ cauſæ tenetur reddere rationem adminiſtrationis,vide Bal.in l.id quod,de Epiſc.& cler.
d Ratio adminiſtrationis.Aliquid de hac reditione ponit Bal.in l.id quod pauperibus,in l.fi.ſup.de Epiſ.& cler.
e De mobilibus.Vide in l.ſi quid in bello,de capt.
f Datu ad certum.Vide in l.legatum ciuitati,ff.de vſuf.leg.
g Eſt arg.quod fratribus.Vide quod infra ſequitur.
h Ratio adminiſtrationis.Vide Lucius,ff.ſi cui pluſquam per l.Falc.Bal. in l.id,quod pauperibus,& in l.nulli.ſup.de Epiſc.& cler.

lis iuꝛ̃o dimititur,l.non omnes,§.a Barbaris,ff. de re milit. Item
no.ĵ.Simili etiã modo.Eſt caſus de butino, qñ magiſter militũ
diuidit prædam.Item no.ꝙ quãdo aliquid datur ob cauſam, q̃
habebat in ſe pietatem,vel decus publicum, talis præſumitur fi-
nalis,nec poteſt in aliã cauſam ↄtineri.hic vide l.legatũ, de vſuf.
4 le.& l.legatũ,de admi.re.ad ciu.pert. No.ex prædictis,†& ex ver.
ꝙ ſi aliqua.caſum, in quo defertur. ſacr̃m loco integralis ꝓba-
tionis,ſine vllo teſtimonio.adde quod no.Bar.in l.2. ff. eod. vbi
ponit,quando cauſa præſumatur finalis,& quando impulſiua.

LEX XXXVI.

1 *Fruſtra proprie dicitur,quod omiſſum non vitiat.*

Verba ſuperflua. Verba ſuperflua omiſſa non vi
tiant,nec etiã ſi apponant̃ hñt
vitiare.h.d.notabiliter.¶ Caſus.olim ponebantur in donatione
quedã verba ſuperflua. Dicit Imperator,ꝙ illa verba omiſſa nõ
vitiant,& ſi ponant̃,fruſtra ponũtur,& ſimiliter nõ vitiant.h. d.
1 † Dat hic diſtĩctionẽ,*a* quid eſt fruſtra.nã fruſtra.proprie eſt, qđ
omiſſum non vitiat, nec ẽt adiectũ habet vitiare. Hoc ẽt modo
debet diffiniri impertinẽs,ſi q̃ratur quid eſt impertinẽs.Imperti
nens eſt,qđ omiſſum non vitiat,nec edictũ.ſi.n.adiectũ hr̃et vi-
tiare,nõ diceret impertinens,nec fruſtra.Ibi,ſed ſi quiſquam.s̃.
dixit,ꝙ omiſſa non vitiant:hic dicit,ꝙ adiecta nõ hñt vitiare fa-
cit de verb.obl.l.quæ extrinſecus,de au.& ar.leg.l.pediculis. Ibi
nullã dr̃ia.quia donatio valet,ſiue omiſſum, ſiue nõ omiſſũ ſit.

ADDITIO.

a And.Barb.Dat hic diſtinctionem.De dictione,fruſtra,uide quod no. in l.pen.§.ad
crimen,ff.de pub.iud.

De donationib.quæ ſub modo vel conditione. *Rub.*

LEX PRIMA.

1 *Donatio reuocatur,ſi donatarius donatori alimenta non præſtat,quæ ex pa*
cto præſtare tenetur.
2 *Condictio omnis eſt actio in perſonam.*
3 *Vtilis rei vendicatio eſt actio.*

a SI doceas. *a* †Si donatarius nõ præſtat alimẽta dona
1 tori,quæ ex pacto p̃ſtare, tenetur, dona-
tio reuocatur.& põt donans rẽ ſuã vẽdicare.h.d.¶ Caſus
Lucolus Pullani donauit hoſpitali Miſericordiæ oĩa bo-
na ſua,hoc pacto,ꝙ deberet alimentari:hoſpitale non alimẽta-
bat,agit ↄ̃ hoſpitale rei vend.ad bona donata, quid iuris? Rñ.ꝙ
iſte donator hẽt duas vias,quia põt agere directe cond. ob cãm
ad ea,q̃ donauit.itẽ hẽt.rei vend.vtilẽ ad ea vendicanda.Canoni
ſtæ non ↄcederẽt hoc in eccleſia & hoſpitali.ſed apud Legiſtas
caſus eſt verus.Si vis fugere Canoniſtas, pone caſũ in alio q̃ ho-
ſpitali,vel eccleſia:vide extra de ↄd.app. verũ.caſus huius le.eſt ĩ
eo,qui donauit nepti;ſed idẽ de extraneo,& de quocũque quia
hic caſus cã exẽpli dr̃.No.perſonalẽ actionẽ cũ vtili rei vend.cõ
2 currere.No.† ꝙ oĩs ↄdictio eſt in ꝑſonã actio,vt Inſt.de act.§.ap
3 pellamus.† No.ꝙ vtilis rei vend.eſt actio,qua dñium priſtinũ.i.
directum reſtituitur vendicanti,vtile autem dñium non reſtitui
tur,ſed competere declaratur,tñ reſtitutio directo,euaneſcit vti
le,ff.ad Treb.l.ſi hæres.Glo.dubitat hic, qũo datur condictio ob
cauſam,cum ſit ↄ̃ctus innominatus? Dic vt in ea. ¶ Additio.Et
eſt hic vnus caſus,in quo quis condicit rem ſuam ab alio,quã a
fure.ratio,quia non erat ſua pleno iure,ſed quantum ad dñium
tantum,& ideo agebatur vtili. vnde non mirum,quod de illa re
iudicatur,vt de re aliena propter tale ius deficiens.l.in bello, §.ſi
quis ſeruum,ff.de cap.& l.certi condictio, in prin. ff.ſi cert.pet.

ADDITIO.

a Si doceas.Rationem huius legis ponit Bal.in l.quoties,in fi.inf.eo.

LEX II.

1 *Verbum,redeo,obligationem inducit.*

Si rerum. Si donat̃ alicui ad vitam ſuã poſt mortẽ eius,
res redit ad donatorẽ.facit s̃.ti.j.l.ſancimus. §.
1 ſi.& redit ex pacto expreſſo,ñ tacito.Ibi rediret.Not.† de verbo,
rediret,ꝙ obligationẽ inducit.adde ꝙ no.ff.de don.l.j.in gl.mag.

LEX III.

1 *Actio utilis acquiritur ſequenti, ex pacto inter donantem, & donatarium*
celebrato.
2 *Actio vtilis ſi ſtipulatio interuenit,acquiritur ex ſtipulatu: ſi nudum pactũ*
interuenit,condictione ex lege.

1 Quoties. †Lex iſta eſt ſingularis. Ex pacto celebrato ĩter
donantem & donatariũ acquiritur vtilis actio
ſequenti,ſeu ſecundo donatario, ſine aliqua ceſſione. hoc dicit.
¶ Caſus, donaui tibi quãdã rem ad certũ tp̃s, vel ad uitam tuã,
ita vt poſt illud tp̃s, vel poſt mortẽ tuam debeat ipſa res donata
reſtitui Titio,nunquid adueniente tp̃e vel caſu,Titius poſſit age
re,vt ſibi res reſtituatur? Rñ.ꝙ olim agere non poterat,quia al-
teri paciſci donator non poterat, ſed ipſe donator bene poterat
ↄdi.ob cauſam ad repetendũ,quia non ſeruat pactũ. Sed poſtea
ſtatutũ fuit per Prĩcipem nouũ ius.ſ.ꝙ ille, cui debet res reſtitui
poſſit agere vtili actione ex ſtipulatu ſ̃m vnam opin. vel ↄd. ex
2 hac lege ſ̃m aliam ſine aliqua ceſſione.h.d.† Potes dicere, ſi ĩter
uenit ſtipulatio,aget vtili ex ſtipulatu; ſi interuenit nudũ pactũ,
cond.ex lege. Si is.i.ille tertius abſens.Liberalitatis.hoc verbum
ſoluit ↄ̃rium, nam hic pactum dirigebatur in abſentẽ ex mera
liberalitate,& leges multũ fauent liberalitatib. & donationibus.
ſecus ſi illud pactũ contineret aliã cauſam, q̃ merę liberalitatis,
quia directũ in abſentem non valeret quantum ad agendum,vt
a s̃.de dona.l.cum res *a* filio.ſ̃m Cyn.ibi,ego tangebam,ꝙ illa lex
loqueretur in honore extrinſeco, hic in intrinſeco.ar.l.Publia,
in princ.ff.de poſ.Cyn.tangit hic in additione. Aliud,ſ.ꝙ hoc eſt,
iõ, quia pactũ erat appoſitũ ſuper re noſtra in poſſeſſione mea,
qui paciſcebar alteri.ſecus ſi apponeretur ſuper alia re.Bart.in l.
certi condictio,ſi cer.pet.ff.dicit,ꝙ lex Publia,loquitur in pacto,
qđ apponitur ſuper re,quæ durat ſua,i.paciſcentis, & hãc opi.s̃.
poſui. Nunc ego dico,ꝙ vbi re ↄ̃hitur obligatio,valet pactum vt
b in mutuo,vt in d.l.certi,§.ſi nummos.*b* & in depoſito, vt in d.l.
Publia.ſed ubi obligatio ↄ̃hitur verbis non valet. Fallit hic,& eſt
ratio,quia futurus obligari,prætendebat cauſam lucratiuam,&
ideo facilius oneratur.Itẽ futurus onerari ſimiliter, & iõ beni-
gne agitur ſi dono tibi rem, vt poſt tp̃s reddas Titio;tu præten-
dis cauſam lucratiuam,nimirum ſi graueris, & ille ẽt alter præ-
tendit donationem, & in donatione benigne agitur, vt l.ſi quis
argentũ,s̃.tit.& iſta eſt ratio in l.j.s̃.eod.qñ datur cond. ob cau-
ſam ſorori,ponit exemplũ eius,quod dixi in genere.quia dona-
tũ erat tibi, vt poſt tempus reſtitueres ſorori donantis:deceſſit
interim illa ſoror, itaque hic dr̃, ꝙ tranſmittit hoc ius ad hære-
dem. Et not.hic tranſmitti ſpem, quia ſumus hic in contractib.

ADDITIONES.

a L.cum res.Vide ibi per Baldum, & per Bartolum in l.*ſtipulatio* iſta,§.ultimo.in
ver.nono quero,de verb.obl.
b §.Si numos.Vide Paul.de Caſtro.

LEX IIII.

1 *Conditio non põt apponi in contractu,niſi apponatur in traditione de volun*
tate partium.

Perfecta. Poſtq̃ donatio eſt perfecta, forma ſubſtantia-
lis ipſius nõ poteſt mutari volũta te vnius.h.d.
Iſta eſt ratio nãlis, quia forma ſubſtantialis aduenit enti in po-
tentia;poſtq̃ aũt eſt ens perfectum,non recipit formã ſubſtantia
lem,niſi deſtruatur prius prima,& prima forma in ↄ̃ctibus non
põt deſtrui voluntate vnius tm̃.ponit exemplum in eo, qui do-
nauerat nepoti ex filio emancipato. Vide quod notatur in l.le-
cta,ſi cert.peta.nepotibus,quibus erat efficaciter donatum.No.
1 †gloſſ.conditio non põt apponi,niſi apponatur in traditione de
voluntate partium: & non tradens rem libere, non vr̃ tradere.

LEX V.

1 *Iura interpretantia ultimas uoluntates trahuntur ad contractus.*

Si quid mater. Etiam in ↄ̃ctibus ſufficit aliquid fieri
per ęquipollens, vide l.fina.ff.mand.
¶ Caſus. Mater donauerat filio ſub conditione, ſi intra bieniũ
emanciparetur;filius non fuit emancipatus intra biennium,ſed
pater deceſſit inf.biennium,& ſic eſt effectus ſui iuris:nunquid
intelligitur conditio extitiſſe? Videtur ꝙ non,imo defeciſſe,q̃a
non erat emancipatus. Contrarium determinatur.Nam ſicut
donatum,& donatio cauſa mortis deberetur hoc caſu,ita in do
1 natione inter viuos idem eſt cenſendũ.h.d. † Not. ꝙ iura inter-
pretantia ultimas voluntate, trahuntur ad ↄtractus, ibi non re-
fert quia non facimus dr̃iam in modo dummodo habemus fi-
nalem intentionem & effectum, & uide hic l.mulier, in princ.
a ff.ad Treb. Canoniſtæ *a* in materia interpretationũ reſcriptorũ
dicunt oppoſitum,quia valde refert ſ̃m eos,qd ex ęquipollen-
tibus fiat; quia ſ̃m eos caſus ab interpretatione omiſſus, ſem-
per habetur pro omiſſo,vt in c.ſuſceptum,de reſcrip.lib. vj.

ADDITIO.

a Canoniſtæ. Vt d.c.ſuſceptum,de reſcrip.in 6.& c.cum illis,de præb.in 6.Bald.in l.
3.ſup.de inſtitu.& ſubſtit.ſub condit.fact.

De reuocandis donationibus. *Rub.*

LEX PRIMA.

1 *Donatio remanet firma,ſi ſigna uoluntatis mutatæ non appareant.*
2 *Beneficium recipiens inclinatur ad obſequium.*
3 *Poſſidere poteſt pleno iure,id quod ſuperuenienti poteſt reuocari.*
4 *Petitorium intentat,qui dicit rem ad ſe pleno iure pertinere.*

ET ſi perfectis. Libertus ingratus perdit res do
natas:ſed ſi fuit gratus donec vi
xit, ingratitudo hęredum nihil nocet. hoc dicit. ¶ Ca-
ſus patronus donauit liberto certas res. quas iſte liber-
tus longo tp̃e tenuit pleno iure. poſtea incepit fieri ingratus,
nunquid patronus põt reuocare? Rñdeo ꝙ ſic:donatarius enim
a ſemper dẽt eſſe gratus,& maxime libertus. Pone,*a* ꝙ iſte dona-
tarius deceſſit, hæredes non ſunt grati, nunquid poteſt donatio
reuocari? Rñdeo,ꝙ non.hoc dicit.ibi quantolibet tp̃e. etiam ſi
tenuiſſet xl.ann.& poſtea cępiſſet eſſe ingratus,poſſet reuocari.
ibi,

ADDITIO.

a Pone. Iſte non intellexit cum reuerentia hanc l. vel habuit librum corruptum ꝙ
potius credendum eſt,nam lex loquitur in hæredes donatoris.

a Ibi,pleno iure.*a* not. † pleno iure poſſideri ēt id,qđ ex ſuperue-
1 nienti caſu p̄t retractari. Mutata.ſed ſi ſigna mutatæ volūtatis n̄
apparent donō eſt firma,j̄.eo.l. fi. qn̄cunq; agitur de feudo re-
uocando,vel de donōne reuocanda,ſp voluntas dn̄i dēt inqui-
ri,an dēat reuocari. Quid in dubio? nunqd p̄ſumitur reuocaſſe
ob ingratitudinem?certe ob inimicitias ſic.ſed ſi alias eſt ingra-
tus,non p̄ſumitur mutata voluntas.facit ff.de prob.l.cum taci-
tum.& l.ſi inimicitiæ,de his quib. vt indig. Obſeruabitur.id qn̄
eſt emptum ex pecunia donōnis,reuocatur pp ingratitudinem
Prouocauerunt a principio. Nā gratitudo inducit quem ad do-
nandum. Negligere,no. rōne negligentiæ donōnem reuocari.
2 Ibi,cum magis. No.ꝙ † recipiens bn̄ficium inclinatur ad obſe-
quium, & ad pmerendum. Bn̄ficiū.ſ.reuocandi. hoc tn̄ ius,qđ
non retractat defunctus,non p̄t retractare hæres.ſiće j̄.de decu.
l.ſi ille.lib.x. ¶ Additio. Donatio ex cā ingratitudinis reuocat̄ p
donatorem: non aūt p eius filios,vel hr̄des.h.d. Et eſt hoc ſpecia
le,vt res empta ex pecunia p̄roni donata liberto reuocetur, cū
non ipſa,ſed pecunia donata fuit.& hoc tenet glo. hic. Pleno iu
3 re.† No.pleno iure poſſideri ēt id,qđ ex ſupuenienti caſu p̄t re-
tractari. Intelligitur aūt poſſediſſe pleno iure, ſi fructus recolle-
git ex re,& de his diſpoſuit pro libito volūtatis. Aliter. n. hoc p-
bari nō pōt,nam p teſtes bn̄ pōt probari poſſeſſio, q̄ facti eſt, vt
l.ſtipſo iſta §.hæc quoq;.ff.de verb.ob.& cadit in ſenſum teſtis.
p Cyn.in l.2.s̄.de acq.poſſ.ſed qūo,vel quo aīo poſſederit, hoc
*nō p̄t proba*ri p teſtes,qa nō cadit in ſenſum teſtiū qualitas poſ-
ſidendi.licet.n.poſſeſſor dicat ſe poſſidere vt dn̄s , tn̄ hoc nō ca-
dit in ſenſum teſtiū,ꝙ ille ſit dn̄s,uide qđ dixi s̄.qui pot.in pign.
hab.l.aſſiduis niſi qa ille đt.iuxta not,ſinglr per Doct.in c.cum
cām,de teſtib. Intrinſeca aūt conſcīa poſſeſſoris ignota eſt.vt đt
gl.ſing.Inſti.de actio §.aliæ.in gl.magna,in fi. Vn̄ talia p iurm p
bantur.đt gl.in l.Fulcinius.§.qd ſit autem latitare.ff.ex qui.cau
in poſſ.eat. Sed ſi apparet de titulo,q pōt probari per teſtes, &
inſtr̄a,ex eo,qa teſtes interfuerunt,qn̄ poſſeſſionem rerum, vel
traditionem recepit;tunc ex illo titulo præſumitur poſſidere. l.
quædam.ff.de rei vend.probatur ergo p̄ſumptiue,non uere. Et
nota hanc lr̄am,qa Aduocati quotidie articulantur,ꝙ talis poſ
ſedit pleno iure,& vt dn̄s,& p̄ronus oīa fecit.ff.de ſol.l.Titia.ſu.
de fur.l.apud antiquos.ad fi.ff.qui,& a qbus.l. gn̄aliter. ff. de rei
vend.l.pomponius.s̄.de ſacroſ.ecc.auth.hæc vſus præſtatio.ex-
tra,de priuil.c.cum & plantare.vbi vide quis dicatur hr̄e pleno
4 iure. Qui † ergo đt rem ad ſe pertinere pleno iure , petitorium
intētare dr̄.de elec.c.querela.per Inn.de priui.c.paſtoralis. Qui
tn̄ dicat ſe pleno iure exemptū, nihilominꝰ p̄ſtare tenet̄ reuerē
tiam.s̄.de ꝯmu.ſer.man.l.1.§.ſin aūt ſocius.& de uerb.ſign.li.6.
c.veniens.circa fi.per Inn.& dixi s̄.de bo.quę lib.l.fi.

ADDITIO.

a Phil.Dec. Pleno iure. De hac clauſula,pleno iure,qūo intelligatur,no. in l.Titia,de
ann.leg.& in c.querelam,de elect. hic alleg. & quomodo ponatur, egregie tradi-
tur per Pau.de Caſt.in conſi.132.& conſ.148. Et qualiter in omni materia ſoleat
vſurpari,vide Fel.in c.conqueſtus,de fo.compe.

LEX II.

1 *Donatio firma remanet etiam combuſtis inſtrumentis.*
2 *Ira non eſt ſuper iram mulieris.*

1 Si apud †Licet inſtr̄a ſint ꝯbuſta, tn̄ donō remanet fir-
ma.h.d.Caſus. Auia materna donauit filiæ tuæ
domū,& ꝯfecta ſunt inſtr̄a,poſtea iſta auia ſubtraxit nepti, & ꝯ
buſſit iſta inſtr̄a,nunqd donō eſt ſublata? Rn̄deo ꝙ nō,qn̄ mu-
2 lier eſt irata:nā † nō eſt ira ſup irā mulieris,vt dicit Salomon.

LEX III.

1 *Donator rem donatam & traditam vni, alteri non poteſt,donare.*

1 Poſſeſsionem † Donator rem donatam & traditā
vni,non poteſt donare alteri.h.d.

LEX IIII.

1 *Turpitudinem propriam allegans,non auditur.*
2 *Simulationem allegans auditur.*

re, ut l. filius. §. j. ff. de procu. & l. ſi longius. §. j. ff. de iud. & aduerte, quia Bald. hic
non videtur approbare iſtum intellectum.
b Simile dicit. Vide Ang. in l. ſi uacantia, inf. de bo. uacan. lib. 10. ſed quid ſi offenſus
uult accuſare, an audiatur, uide Bald. in l. prox. & hic, uide eũdem in l. quamuis a-
dulterii, infra de adult.
c Vtrum plures. Vide quæ habentur in l. ſi plures, ff. de accuſ.

vnus per iudicem, quia ſi plures admitteret, poſſet vnus proba-
re, & alius in probōne deficere, & iudex poneretur in perplexi-
tate. Itē poſſet vnus confiteri, alius negare, & vide quod no. 2.
q. 6. c. forma. in gl. pñt ergo, & ff. de cur. l. fur. conſilio. §. fin. Item
quod eligatur idoneus, vr̄ probari, ff. de accuſ. l. ſi plures, & ff. de
collu. detē. l. fi. §. fi. Solu. aut volunt accuſare ſimul eodem libel
lo, & pñt; quia ratione vnius officij plures habentur loco vnius,
& probatio vnius patrocinatur alteri, & non poteſt emergere
in conuenientia perplexitatis, ad hoc j̃. de re milit. tam collato-
res, §. quoq;, maxime ſm̄ illos, qui dñt accuſationem inſtitui tu
torio, vel curatorio noīe, aut volunt accuſare diuerſis libellis,
& tunc aut vnus ꝑuenit alterum, & ille præfertur, qui præoccu
pauit, aut ſimul veniunt, & tunc aut coram eodem iudice, &
iudex dēt eligere idoneiorem: aut coram diuerſis, tunc forte
reus p̄t eligere iudicem, ſi ſunt pares iudices, arg. in l. ſi quis in-
grauescente, §. ſi tñ oēs, ad ſenat. Sillania. Sed ſi vnus eſt maior
altero, dēt ɔparere coram eo, qui maiori prǣeſt tribunali, vt no.
l. 2. §. fi. ff. de cuſ. reo. & no. in l. 2. §. ſimili mō, ff. ſi quis caut. Et iō
ſi de eodem maleficio ſimul cœperunt cognoſcere Ptās Aſſiſij
& Rector ducatus, qui præeſt prouinciæ, dēt qō dirimi in curia
rectoris, tanꝗ in maiori curia. Nam magis dignum trahit ad ſe
minus dignum, vt l. ɔ pupillum. §. is qui ad maius. ff. de re iudic.
a Si aūt *a* minor curia ꝑuenit in procedendo, non tenetur defer-
re maiori curiæ, nec dimittere proceſſum ſuum, nec dimittere
malefactorem, quem legitime detinet in carcere, ar. ff. de accu.
l. ſi cui. §. fi. & quod no. Inno. de ſen. excom. c. vt famæ, & Arch.
11. q. 1. c. de perſona. & ad hoc facit l. 1. in fin. C. de off. præfe. urb.
Et hoc qñ reus ɔparet; ſed qñ ɔparet coram aliquo, vterq; po-
terit ɔdemnare, quia ex quo neutri obtemperauit, ab vtroque
pōt puniri, & poni in banno. ar. ff. de leg. 2. l. cum ꝗdā, & l. ſiquis
Titio, ergo citatus, qui non ɔparet coram aliquo, non hēt exce
ptionem, quod eſt tractus coram diuerſis tribunalib. & iſta eſt
opi. Pe. & facit ad hoc quod no. Iac. de Bel. in l. 1. s̄. vbi de cri. agi
opor. in qōne per eum diſputata, & adde quod dicam. s̄. eo. l. de
b crimine. Et quod dixi in plurib. accuſantib. idē dicere *b* in plu-
ribus iudicibus procedentib. per inquiſitionē, & facit de excuſ.
5 tut. l. ſi duas, in prin. † Et iſtud eſt no. dignum, ꝙ ille, ꝗ cepit ma
c lefactorem, intelligiť præueniſſe *c* in citando; quia captura eſt
citatio realis. & eſt caſus in d. l. ſi cui. §. fi. & ī d. l. 2. ī fi. đ cuſt. reo.

ADDITIONES.

a Si autem. Vide Bal. in l. ſepulchri, ff. de ſepul. vio. & in l. 2. §. 1. ff. ſi quis cau.
b Idem dicerem. Vide Bal. & doct. in l. ſi pluribus, de leg. 1.
c Præueniſſe. Vide Bal. poſt Bar. in l. ſepulcri, ff. de ſepul. vio.

LEX VI.

1 *Poſſeſſio cauſam non requirit.*
2 *Liti renuncians amplius non auditur.*
3 *Nolens agere ſepulchri violati pœnitere poteſt.*
4 *Renuntians ſimpliciter, quocunque modo renunciaße videtur.*
5 *Odio litium validum eſt quod fit apud acta.*
6 *Negatio facta apud acta inducit confeſſionem, quod negans non facit ius.*
7 *Remedia, quæ ordine concurrunt, non tolluntur electione.*
8 *Pacto priuatorum ius publicum tolli non poteſt.*
9 *Accuſandi, & non puniendi ius habens, pœnam remittere non poteſt.*
10 *Prælatus offenſus, de inimicitia, & rancore, pacem facere poteſt.*
11 *Epiſcopus eſt iudex corporum, & animarum.*
12 *Hæreſis ſpecies eſt, iurare per membra pudenda Chriſti.*
13 *Contumax in criminali, nunquam habetur pro confeſſo.*
14 *Confeſſio ficta non tranſit ad hæredes.*
15 *Reſponſio preſumitur ex certa ſcientia, quando deliberatū eſt reſponſum.*
16 *Pœnitentiæ in criminibus, an ſit locus.*
17 *Inſcriptionis vinculum inducit perſeuerationis neceſſitatem.*
18 *Emendationis remedium ceſſat poſt litem conteſtatam.*

Accuſationem. Qui profeſſus eſt in iudicio ſe ab
accuſatione īſtituta diſcedere, ad
1 eā redire nō p̄t. h. d. ꝙ iſta ꝓfeſſio nō reqrit cām. facit. ff. de pact.
l. tale pactum, in prin. & an differat ꝓfeſſio, & cōfeſſio, not. j̃. de
2 ꝓba. l. nō nudis. † No. ꝙ ille qui renunciat liti, amplius nō audiř,
ſic. s̄. de pac. l. poſtꝗ liti. Idem ſi renunciauit vni teſti, vel vni in-
ſtrō, in ꝑpetuū nō vtitur, vt s̄. de fide inſtr. l. 3. & ꝙ no. j̃. de fal. l.
3 ſi falſos. † Opp. l. caueť, ꝙ ille qui noluit agere ſepulchri violati
pōt penitere, & agere, vñ vr̄ obſtare. ff. de ſepul. vio. l. 3. §. ſi is cu-
ius. Sol. in l. ɔria voluit accuſare, & diſtulit: hic voluit, & renun-
ciauit. p̄t ergo ibi mutare nudū ꝓpoſitum volūtatis: at hic ꝓpo-
ſitū nō ſtetit in nudis finib. volūtatis, ſed trāſiuit ad renūciatio-
4 nem, & ſic non obſtat. † Quidam reprehendunt iſtā ſolutionē,
quia idem eſt dicere, nolo, quod renuncio, vt l. qui ſe pris, vnde
lib. Cy. dicit, iſta reꝓbatio non eſt bona, quia aliud eſt nolle, aut
renūciare, vt l. filij mater, ff. ad Tertul. vbi tamen quis interroga
tur, & dēt reſpondere certum, tunc ſunt paria, & ita intelľr glo.
in l. qui ſe patris. Secundo ſoluitur ɔrium de §. ſi is, quod ibi fuit
extra iudicium, & lite non inchoata, facta renunciatio. hic in iu
5 dicio, & lite mota. † Nam † validum eſt, quod fit apud acta, o-
dium litium, facit quod no. ext. de pact. c. cum pridē. per Inn. &
6 ext. de accuſat. c. licet. Item † per negationē factam apud acta,
videtur quis confiteri ſecus nō habere, vt no. ff. de adul. l. ſi mari-
tus, §. ſi negauerit, & ideo contra ſuam confeſſionē nō auditur.
ſecus ſi fiat nuda renunciatio extra iudicium, quia habet locum
pęnitentia. Sed contra iſtam ſolutionem oppon. de l. ſi maritus
§. ſi negauerit, ff. de adulterijs, vbi dicit quod ille, qui ſe negauit
acturum, perpetuo repellitur, & loquitur ibi in accuſatione in-
cipienda, nō in iā cepta, vt ibi no. Propterea magis debet repel-
li ille, qui nō inchoauit accuſationem, quam ſi inchoaſſet, quod
ſic probo, quia poſtquā inchoauit, fortius ius eſt quæſitum Rei-
publicæ, quam ante: Ergo non poteſt reſpublica ius ſuum amit-
tere, vt ff. de pact. l. ſi vnus, §. ſi pacifcar. Tertio modo ſoluiť iſtud
cōtrarium, quod aut ille qui negauit ſe accuſaturum, eſt ab alio
præuentus, & tunc excluditur perpetuo, & ita intelligitur §. ſi ne
gauerit, & lex noſtra. aut non eſt ab alio præuentus, & ſic pœni-
tuit re adhuc integra; & tunc habet locum pœnitentia, & ita lo-
a quitur §. ſi is. Et ſi arguis, quod offenſus dixit *a* ſe nolle accuſare,
& ideo iudex formauit inquiſitionem, & formata inquiſitione
oſtenſus producit accuſationem, quod ſua accuſatio nō debeat
recipi, quia iudex præuenit eum antequam reuocaret volūtatē
ſuam, quod eſt no. ſed iſta ſolutio, quo ad legem noſtram eſt di-
uinatio. & ideo Petr. ſoluit quarto modo, & dicit ipſe. Quidam
ſunt, qui admittuntur ad accuſandum duplici conſideratione,
tunc ſi renunciaui ſub vna conſideratione, puta proprii intereſ-
ſe, poſſum accuſare ſub alia, puta ſub cōſideratione publicæ vin-
dictæ, & tanquam quilibet de populo, vt d. §. *ſi is*. Quidam ad-
mittuntur vnica conſideratione tm̄, tunc ſub vna renunciatio-
ne omne ius eorū clauditur, & nulla via illis reſtat ad accuſan-
7 dū & ita loquitur hic. † Notandū eſt tñ, ꝙ ille ꝗ habet plures vias
b ſimpliciter renunciando, *b* videtur renunciaſſe quocūque mō,
vt plene intelligatur renunciatū, vt l. j. §. ſed videndū, ff. de ſucc.
edic. ſm̄ Pet. quod Do. Cyn. dicit eſſe notan. Mihi vr̄, ꝙ differen-
tia ſit inter remedia, quæ concurrunt origine, & effectu, nec tol
lunť electione: nāq; remiſſo vno, remanet reliquū, vt l. ſi domus
ff. de ſeru. vrb. præd. & s̄. de iure delib. l. ſuū hæredem, ſi aūt tol-
lunt electione ſicut eſt in omnibus criminalib. vt l. ſenatus cen-
ſuit, ff. de accu. tunc diſtinguo, aut electio præcedit renūciationē
& tunc omnis via abolita eſt, vna per electionem, alia per renū-
ciationē, vt inf. ad Turp. l. quamuis. Aut renūciatio præcedit ele-
ctionem, tunc aut eſt tacita renūciatio, & ſublata vna via rema-
net altera, a qua quis nō inuenitur excluſus, vt ff. de adul. l. miles
§. quod priuilegium. aut eſt expreſſa, tūc aut eſt definita & coar-
ctata, & vnum nō nocet alij, de tranſac. l. ſi de certa. C. de excep.
l. ſi ex maiore. Aut eſt indefinita, & tūc omnibus nocet, vt l. em-
c ptor, §. Lucius. ff. de pac. & ibi no. Sed ɔ hoc *c* oppo. & vr̄, ꝙ talis
renunciatio non præiudicet. vnde vr̄ obſtare, ff. de pact. l. iuriſgē
tium, §. ſi paciſcar. nā ille, qui accuſat, agit ad commodū reipu-
8 blicæ. † ſed pacto priuatorum ius publicū tolli nō poteſt, vt eod.
tit. l. ius publicum. Sol. aut nos loquimur in ciuilib. cauſis, in qui-
bus ius publicum verſatur; tunc renūciatio priuatorum non no
cet reipublicæ, vt in ɔrio. aut nos loquimur in cauſis criminalib.
& tunc refert, aut quæritur an valeat pactum in præiudicium pa
ciſcentis, vt ipſe amodo repellatur: aut in præiudiciū publici iu-
ris. Si loquimur quo ad ꝑiudiciū ꝑſonæ excluſæ, tūc aut tale cri-
mē in quo eſt licita pactio, & vlterius nō auditur, vt hic, & s̄. de
tranſ. l. trāſigere, vel paciſci, aut eſt crimen, in quo eſt improbata,
pactio tūc aut turpiter pepigit, & repelliť, tñ iudex ſupplet ēt de fa
cto, vt l. 2. de abol. aut ñ turpiter, tūc aut īcidit ī Turp. & ſic ñ tur-
piter pepigit, tñ turpiter deſtitit ſine vllo pacto repelliť, vt l. ꝗ de-
ſtitit, ad Turp. Aut nō īcidit ī Turp. ꝗa ñ erat lis ɔteſtata, & ſic nō
turpiter pepigit, nec turpiter deſtitit, ſed fecit, ꝙ nō potuit, vel o-
miſit facere, qđ facere debuit, tūc nō repelliť, imo tūc idē admit
titur, ar. ī l. 3. §. ſi is, de ſepul. vio. Si aūt loquimur, an valeat renū-
ciatio vel pactū in ꝑiudiciū reipublicæ, vt crimen non puniatur,
tūc refert, aut eſt crimē priuatū, de quo nō competit alteri ꝗ pa-
ciſcenti accuſatio, tunc remanet delictū impunitū, ꝗa nec aliꝗs
pōt accuſare, nec iudex inꝗrere, vt inſt. de iniur. §. fin. Aut eſt tale
crimen, de quo alius pōt accuſare, vel iudex īquirere, tūc refert
aut eſt delictū in omittendo, & ſufficit abſolutio offenſi, vt ff. de
ſenatu ſcō. Sylla. l. diuus. Aut in faciendo, tūc licet offenſus abſol
uať, Reſpublica non abſoluitur, vt ibi no. & facit ff. de manu. l. ſi
qui. alij dicūt, qđ delictum ēt ī omittendo, nō eneruatur pactio-
ne. Fallit in d. l. diuus, ꝗa ibi ſicut pęna excedit ſuos terminos: ꝗa
pęna ibi excedit delictum. ita per contrariū indulgentia operať
ibi plusquam alibi. Item ibi remittens erat dominus, quoniā ha-
bebat

ADDITIONES.

a Offenſus dixit. Facit ad no. per Bar. in l. ſi maritus, §. ſi autem extraneus, ff. de adul.
b Renunciando. Sed certe d. §. ſed videndum, hic alleg. videtur expreſſe velle contra
rium, & vide Bar. in l. nec is, §. hæres, ff. de acquir. hær. Bald. in qui admit. in 6. q. &
per Ang. in l. ſuum ſup. de iure delib. vbi ſi filius inſtitutus repudiat ſimpliciter, vi-
detur repudiare ex teſtamento tantum. & poteſt ab inteſtato venire vt agnatus,
vt l. ſi ſolus, ff. de acquir. hæred. & vide gl. in §. ſed videndum. ſup. alle. ſi vero repu-
diaret filius ab inteſtato, vel agnatus expreſſe, tunc ſecus, vt l. illud, ff. de acq. hær.
de quo per Ang. d. l. ſuum.
c Sed contra hoc. vide Bar. in l. j. §. vſque adeo, ff. de iniur. cum concord.

bebat ius occidendi demerentē ſeruum, vnde erat ibi tanquam
pars, & tanq̃ iudex. de leg. j. l. qd ergo. §. ſi hæres, ff. de verb. obl. l.
9 qui ſeruũ mihi merito eius remiſſio multũ operat̃. † vbi aũt qs
hẽt ius accuſandi, ſed non ius puniendi, non pōt remittere pœ-
nam, quæ non eſt in ſua ptāte. & diſtingue, & vide qđ not. 2. q. 3.
c. in oĩb. extra, de iniur. c. in noſtra. p Inn. Dic de pace, vel remiſ-
ſione, ꝙ interdũ fit pax de inimicitia & rancore, interdũ de ma-
leficio & pœna. Interdum fit renunciatio de lite & inſtātia. In-
terdum nō fit pax, ſed accuſator confitetur aliquid ꝯ ſe, & con-
tra Rempublicā, & vbi per ſtatutũ eſt data certa forma faciendi
ꝯcordiam, debet obſeruari, de verb. obl. l. qui Romæ. §. Flauius.
Sed. vbi non eſt data certa forma, fit ꝯcordia quo ad remiſſionē
rancoris, ſi ſimul comedāt aduerſarij, vel bibāt ſocialiter, vt not.
Inſt. de iniur. §. fi. cōcordia. n. dr̃ quies vel pax, vt l. j. C. de irenar.
lib. 10. facit qđ no. in l. j. ff. de pact. in gl. no. tria, & ibi Bart. in l. iu-
riſgentiũ. §. ſi paciſcar. eod. tit. & vide Doc. in d. l. tranſigere. s̃. de
tranſac. & Bar. in l. abolitionē. inf. de abolit. de inimicitia. n. & rā-
10 core pōt facere pacē quilibet offenſus. † Prælatus tamen iniu-
a riam ſuam remittere pōt, *a* ſed non iniuriam eccleſiæ, vt no. 90.
diſt. c. diſcordātes. & 24. q. 4. c. ĩter querelas. & c. ſi is. in gl. imò, &
b c. ſi illic. puto. n. *b* ꝙ Eps̄ non pōt facere pacem de maledictione
Dei, vt no. 23. q. 8. c. vt pridē. in gl. ergo. argm̃, ff. qđ vi aut clam. l.
prohibere. §. plane, de pact. l. ꝯ iuris. §. fi. ff. mād. l. ſi hoĩem, de ver-
bo. obl. l. q Romæ. §. Callimachus, C. de epiſco. & cle. l. ſi quis in
hoc genus, licet Eps̄ dicat̃ legatus Dei, vt no. 7. q. j. c. ſicut iuris. &
11 vide qđ no. 12. q. j. c. fi. & c. q̃rit̃. Item † Eps̄ eſt iudex corporum,
& aĩarũ. 36. diſt. c. oportet. & vide quod no. 22. q. j. c. quæritur, &
22. q. 4. c. qd ergo. & q. 8. c. ꝯuenior. in vlt. gl. & in c. pridē. in glo. j.
12 † Idem dico ſi qs iuret per mēbra pudibunda *c* Chriſti. nā ſpe-
c cies hæreſis eſt, vt no. inf. ad leg. Iul. maieſt. l. 2. ſi iurat aĩo indubi-
to, ſecus ſi per laſciuiā ebrietatē, vt faciũt Peruſini: tunc non eſt
tm̃ ſcelus, plectendi tñ ſunt, nec eſt veniæ locus, vbi Maieſtas di-
uina tam deteſtabiliter vilipenditur, vt j̃. ſi qs Imper. maled. l. j.
Interdum fit pax de maleficio & pœna, & tunc dic, vt s̃. dixi in
ꝯ̃rio ſignato de §. ſi paciſcar. Interdũ de lite & inſtantia litis, tunc
d dic, vt dixi s̃. in ꝯ̃rio ſignato de l. 3. l. ſi is. Interdũ fit ꝯfeſſio, *d* & gl.
dicit expreſſe in §. ſi negauerit, ꝙ valet confeſſio ad repellēdum
confitentem, quaſi calumniatorem, non tñ probat innocētiam
rei quo ad alios accuſantes, & hoc in criminali iudicio, ſed in ci-
uili ſtaretur ꝯfeſſioni, vt ff. de furt. l. inter omnes, §. recte, de iniu.
l. eum qui. §. in popularibus. Alii dicunt ꝯ̃rium, quia in crimina-
libus ideo non reſpondet accuſator poſitionibus, quia non præ-
iudicat confeſſio: licet ꝯ̃iſtos facit, quia in criminali iuratur de
calumnia, ſed vnũ de capitulis eſt, quod ſi quæritur veritas, non
inficietur. ſed reſpon. non quæritur per viam poſitionis, ſed offi-
e cio iudicis *e* per modum interrogationum. ff. de quæſtio. l. j. §. fin.
& *l. vnius.* §. cogniturum. Super hoc melius diſtingue, aut fit po
ſitio de aliquo facto, quod examinabitur ante crimen, vel ſeor-
ſum a crimine, tunc poteſt fieri de hoc poſitio, quia ciuilis inci-
dit in criminali, inf. de adul. l. qm̃ Alex. inf. eod. l. non ignorat. &
inf. de plag. l. præſes, aut de ipſo crimine, vel de eo, quod infert ne
ceſſario crimen: & tunc aut fit interrogatio ſuper libello, ad litis
inchoationem, & debet accuſatus præciſe rñdere, ſi eſt præſes,
ēt per torturam, ſi non vult reſpondere ſponte: nō tñ torquetur
ad eruendam confeſſionem, quia præcedunt indicia, ſed ad er-
uendam rñſionem affirmatiuam, vel negatiuam, vt l. neganda,
& l. is qui reus, aut ſuper capitulis factis ad probandum poſt lit.
conteſt. & tunc non tenetur reſpondere, quia nunquam in cri-
minali tenetur quis inſtruere ſuum aduerſarium, ff. de iure fiſ. l.
ex quibuſdā. §. diuus. in fi. Et hoc ſi criminaliter procedit: ſi au-
tem ciuiliter agitur, aut fit interrogatio ad cauſæ præparationē,
& tenetur quis reſpondere, de noxa. l. quoties, §. prætor. aut ad
lit. conteſta. & idem, quia aliter non poſſet procedi in cauſa, aut
ad aduerſarii inſtructionem, ſeu oneris probādi releuationem,
& non tenetur quis reſpondere poſitioni criminoſæ, de elect. c.
dudum. per Inn. 50. diſt. c. ex pœnitentibus, aut ad litis deciſionē,
vt qa defertur iuramentum deciſorium, & tunc præciſe cogitur
reſpondere, vt l. Marcellus, ff. rerum amot. Nam hæc reſpon-
ſio non eſt oneroſa ſibi, immo eſt valde fauorabilis, cum ſuo di-
cto ſtetur, hoc verum, cum ciuiliter agitur. Nam in criminali
non ſtatur confeſſioni, vbi non valet pactum, argu. not. in l. ſi cũ
emptore. ff. de pact. ſed vbi valet pactum, & confeſſio valebit. fa-
cit quod not. in l. maritus, de quæſt. & l. 3. §. quacunque, de iure-
13 iuran. † Et no. ꝙ de iure communi nunquam contumax habe-
tur pro confeſſo in cauſa criminali, vt l. diuus, de cuſtod. reorũ.
14 † Item ficta confeſſio non tranſit ad hæredes, vt l. eius qui dela-
torem, de iure fiſ. & facit eod. tit. l. ex quibuſdā, §. 1. & de diuort.
15 c. ex literis. † Item no. ꝙ quando reſponſum *f* eſt deliberate, prę
f ſumitur ex certa ſcientia reſponſum, non per errorem, vt not.
16 2. q. 3. ſi quis iratus. in glo. ordin. † Denuo oppo. ꝙ indiſtincte ſit
g locus pœnitentiæ, *g* vt ſup. de app. l. ſi quis libellos. Sol. tres ſunt
caſus, aut quis vult deferre, & tunc præfigitur ſibi terminus. inf.
eo. l. ſi ea. Aut vult renunciare, vel deſiſtere vult, & loquit̃ lex no
ſtra, aut emendando libellum vult procedere, & tunc ante lit.
conteſt. pōt emēdare, ſed poſt lit. conteſta. non pōt, quia non eſt
res integra lit. conteſt. vt l. edita. s̃. de edē. hæc diſtinctio tollitur
h expſſe in gl. in d. §. ſi denegauerit. & hęc bñ no. qa Gul. de Cu. *h*
in l. edita. ſup. de edē. dicit, ꝙ in criminali libellus non p̃t emēda
7 ri pp inſcriptionē. † Nam vinculum inſcriptionis inducit neceſ
ſitatē pſeuerationis, & ad hoc facit qđ no. Cyn. j̃. de omni agro
i deſer. l. rura. *i* vbi no. ꝙ deſiderium apud acta publicatum, non
p̃t corrigi. Sed gl. ord. in §. ſi negauerit, dicit contrarium, & idē
dico ĩ libello inq̃ſitionis, q pōt emēdari antequam reus rñdeat,
K non poſtea: qa nō eſt res integra. & hoc niſi libellus ſit ineptus, *K*
qa tunc iudex dēt pronũciare libellum ineptum, & nouus libel
lus eſt neceſſarius, ff. de adult. l. accuſatores. & facit quod no. 5.
8 q. 6. c. Epiphanius. † Poſt litē ergo cont. ceſſat remedium emēda
l tionis, & eſt neceſſarium remediũ abolitionis. & iō *l* vbi eſt ſta-
tutum, ꝙ productio accuſationis hẽat vim litis ꝯteſtatę, non dēt
ꝯfidere actor in emēdatione libelli, q eſt impoſſis, ſed petat abo-
litionē, ne error a principio in crimē falſi tranſeat ex poſtfacto.

ADDITIONES.

a Poteſt. Vide Bal. in l. præſes ſupra, de tranſa. an autem iniuria, quæ fit prælato, fiat eccleſiæ, uide quod no. Bar. in l. j. in fi. ff. de iniur.
b Puto enim. Sed quomodo fiat pax, Barto. conſuluit, & ego dixi poſt eum in l. damni. §. Sabini, ff. de dam. infecto.
c Per membra pudibunda. Vide Bal. in l. 2. in fin. ſup. de reb. credit. & quod idem ſit maledicere Deum, & de Deo uerba pudibunda proferre, tenet Bal. in l. 1. per illũ tex. infra, ſi quis imp. maled.
d Confeſſio. Vide Bal. in l. tranſigere, ſupra de tranſact.
e Officio. Vide Bal. in l. 2. infra, de exib. reis.
f Quod quando reſponſum. Vide Bal. in l. cum precum, in fin. ſupra de libe. cauſa.
g Pœnitentiæ. An in criminalibus libellus poſſit emendari, & quando, & quid in inquiſitione, uide quę no. Bar. in l. edita ſup. de eden. in uer. qñq; eſt talis defectus. ibi per Bal. in repet. Peruſina, in uerſ. 6. principaliter, ubi dicit quod debet fieri ante nomen receptum inter reos. & uide quod no. Bar. in l. in delictis. §. ſi detracta. ff. de noxa. per illum tex. & gl. in l. quæſitum, ff. ad Turp. & ibi Bar. & dixi poſt Bal. in d. l. edita, in repet. Paduana, in uerſ. ex prædictis collige.
h Guil. de Cu. Idem tenet Bar. in l. edita, in emendante, ſed in mutuante, uel deſiſtēte ſecus, ut ibi per eum.
i L. rura. Alleg. etiam Bal. in d. l. edita, ver. ſed contra prædicta.
K Ineptus. Vide Bal. in d. l. edita.
l Et ideo. vide Bal. in l. 1. ſupra eo. & in l. 1. ſup. qui admit.

LEX VII.

1 *Diffidere de cauſa videtur, hoc ipſo, quod quis comparere non vult.*
2 *Accuſatio nō dicitur producta, ſi Tabellioni eſt p̄ducta, vt iudici oſtendat.*
3 *Termini lapſus, an habeat uim renunciationis.*
4 *Terminus ad comparendum, petitionem, vel exceptionem non excludit.*
5 *Termini aſſignatio, dicitur ſententia interlocutoria.*
6 *Terminus ſi ſtatuatur ad id, quod aduerſarij non intereſt fieri, tunc quis excluditur per terminum.*
7 *Termini datio ſi labi permittatur, iuri ſuo tacite renunciatur.*
8 *Iudex accuſatorem non poteſt arctare ad terminum.*
9 *Terminus a iudice aſſignari p̃t, ubi actor ad iudicium cauſam prouocauit.*
10 *Iudex an poſſit cogere accuſatorem, ut procedat, non autem terminum aſſignare.*
11 *Terminus vbi a lege aſſignatur, iudex ſe intromittere non debet.*
12 *Iudex dilationem partibus aſsignare poteſt ad teſtes producendos.*
13 *Defenſio poſt terminum fieri non poteſt.*
14 *Terminus quando currat abſenti.*
15 *Moræ purgatio admittitur in termino hominis.*
16 *Terminus a lege ſuppletur.*
17 *Terminus ſi eſt alicui datus ad producendum accuſationem, per ſolam productionem abſque citatione aduerſarij ſatisfieri poteſt.*

Si ea. Accuſatori differenti ſtatuitur terminus ad proceden
dum in cā, & ſi non procedit in termino, poſtea nō au
a ditur. h. d. Et vide quod no. ff. de inoff. teſt. l. Papinianus, §. 2. & l.
qui teſtm̃. de murileg. li. 11. & de agr. & cenſi. l. fin. lib. 11. & de oĩ
1 agro deſer. l. locorum. † Et no. argm̃, ꝙ hoc ipſo, ꝙ quis non vult
comparere, vr̃ de cauſa diffidere, vt no. 74. diſt. c. honoratus, & fa
2 cit C. de coarct. l. ſi apparitor. li. 12. † Item no. ꝙ non dr̃ producta
b accuſatio, *b* ſi eſt producta Tabellioni, vt oſtendat iudici, vt ff. de
c fur. l. Sempronia. *c* † No. de præfixione termini. an lapſus termi-
3 ni habeat vim renunciationis? vide quod no. in l. 1. s̃. de in integ.
reſt. uide pro ĩtellectu legis noſtræ, quod no. Cyn. in l. j. s̃. vbi cau
d ſa ſtatus. ibi, iuxta hoc q̃ritur. vbi dicit Cy. ꝙ ſolæ minę *d* verba-
les non faciunt quem neceſſarium accuſatorem, vel reus neceſ
3 ſariũ in pœnis corporalibus. † Et no. ꝙ terminus operatur ſuper
eo, ad quod præfigitur, non ſuper alio. & ideo terminus ad com
parendum, nō excludit petitionem, vel exceptionem; ſed ad pe
tendum excludit petitionem, vel exceptionem. de exce. c. paſto
e ralis. Cyn. no. ꝙ debet eſſe certus. *e* ibi, certa, &c. Et ſic no. ꝙ illa

ſubſtantia

ADDITIONES.

a §. 2. Et ibi gl. & Bar. an hęc lex habeat locum in ciuilibus.
b Accuſatio. Vide Bar. in l. eos. §. ſuper his. ſupra, de app. cum concor. & eſt tex. in l. ſi quis ſe. infra de accuſ.
c L. Sempronius. Iuncta gl. in uer. Lucius:
d Solæ minæ. In contrarium facit l. Titia. ff. de accuſ. & uide ibi Bar. in vlt. q.
e Certus. Quid in citatione, vide in l. liber homo. §. decem. de uerb. oblig.

ſubſtantia dilationis eſt aſſignatio certi termini,terminus ergo
nõ valet ſine appoſitione diei.Et ideo dicit alibi Pet.ꝙ qñ iudex
ſtatuit alicui terminum ad ꝓcedendnm in cauſa,vel ad excipiẽ
dum,vel ad ꝓbandnm,nõ pñt dici eſſe duo præcepta; vnũ cum
tpe,aliud ſine tempore,vt dicit l.Celſus,ff.de arb.quia l.Celſus,
loquitur præcepto , in quo ad eſſentiam ſui non requiritur tps,
vt ſi arbiter iubet ſolui:ſed quando eſt actus , qui neceſſario re-
quiritur tẽpus,tunc non poteſt dici, ꝙ ſint duo præcepta, qa ex
iſtis duobus præceptis illud quod remaneret abſque tpe , eſſet
nullum ipſo iure ſm Pet.& Cyn.s̃.de fer.l.dies feſtos.ad fi. quæ
verba ſunt bene notanda.gloſſ.tamen Decretorum dicit, ꝙ vbi
non apponitur dies,intelligitur cum primum põt,vt no.5.q.j.c.
5 quidam maligni.†Item no. ꝙ termini aſſignatio eſt ſentẽtia in-
terlocutoria,ff.de accuſ.l.Titia.Item omne præceptum , qđ fa-
cit ad cauſam, dr̃ interlocutoria. vt not.in Authent.de litig.§.1.
6 †Item not. quod aut terminus ſtatuit̃ ad id,qđ intereſt aduerſa
a rij *a* non fieri,tunc excluditur quis per terminum,vt hic: aut ad
id, quod intereſt aduerſarij fieri , tunc non excluditur quis per
terminum,vt l.Celſus,ff.de arb.facit extra de conſti.c.ex literis,
& l.nonnunquam,de collat.bon.& no.in l.quandiu, de acquir.
7 her.ad fi.† Tertio no. quod quis vr̃ tacite renunciare iuri *b* ſuo,
b permittens labi terminum præfixum, & idem vr̃ in terminis p̃-
fixis a iure,vt no.in l.ſi ego,ff.de neg.geſt. imo qñque tps plus o-
peratur,q̃ termini datio,ff.ad Trebel.l. facta, §.ſi quis per laco.
8 Oppo.& vr̃, ꝙ iudex non poſſit arctare accuſatorem ad termi-
num,vnde videtur obſtare.s̃.nemo inuitus.l.j. Sol.ibi loquit̃ in
eo,qui nunq̃ adiuerat iudicẽ;hinc eſt,ꝙ non poteſt ſtatui termi-
nus ad accuſandum,vt ff.de acc.l.diui fratres hic in eo, q adiuit
judicem ſolenniter,offerendo libellum. Nam ſemel iudex adi-
tus,acquirit ius ꝓcedendi;item ſi iudex non eſt aditus,per libel-
lum tñ corã eo eſſet reus diffamatus:quia reo inſtante,ſtatuitur
diffamanti terminus ad accuſandum,ff. de falſ.l. Athaletus. ff.
de accuſ.l.Titia,& extra eo.c. licet in beato Petro. Et licet aſſi-
gnatio termini ſit ſnĩa interlocutoria,tñ hoc caſu poteſt appella
ri a grauamine,d.l.Titia,quia talis dilatio perimit cãm, & adde
9 quod no.s̃.de dilat.a præcedente.in gl.ſi ab aduerſa.† Not.quod
vbi actor ꝓuocauit ad iudicium,tunc iudex cãæ aſſignare ei põt
c terminum,aut non prouocauit,& tunc non põt. Fallit hic *c* pp
diffamationem,vel accuſationem,vt d.l.Athaletus.p l.diffama-
ri,de ingen.manumiſ.illa lex loquitur in cã ſtatus. Nam ſi aliqs
eſt in poſſeſſione exiſtẽtiæ ſui iuris.& diffamatur;videtur in ſua
poſſeſſione turbari, & iõ turbanti aſſignatur terminus ad agen-
dum,quo elapſo imponitur ſibi ſilẽtium,ar. de noui oper. nũc.
l.ſi prius.& quod no.de lib.leg.l.legaui; §. cẽtum.alias non cre-
d do,quod deffamans cogatur indirecte *d* ad accuſandũ,imo põt
dicere,nolo accuſare adhuc,ſed accuſabo cum volã,ff.de ſepul.
viol.l.3.§.ſi is, niſi diffametur in iudicio, vt d.l. Athaletus. Itẽ in
alio caſu cogitur actor , ſcilicet quando ius rei periret propter
10 moram actoris,vt no,ff.de fideiu.l. ſi contendat.† Scđo oppon.
e & vr̃,quod iudex debet cogere accuſatorem, *e* vt procedat, nõ
autem debet ei aſſignare terminum ; nec ponere in actoris po-
teſtate an procedat , vnde videtur obſtare. infra titulo primo
l.ſi quis homicidij.in verbo coges,Sol,ibi intelligitur de coactio
ne cauſatiua,non præciſa:quia ſi nõ proſequitur in termino,pu
nitur arbitrio iudicis,vt l.qui crimen.s̃.eo & hic per gl. vł punit̃
pęna iuris,ſi lis eſt conteſtata,quia eſt facta diuerſa,ut no. j̃. ti.j.
l.ſi accuſatoribus,& j̃.de adul.l.ob commiſſa. Tu dic, qđ gl.hic
poſita eſt vera ante litis conte,aliæ gl.ſunt verę poſt litis conteſ.
item no.quod aliud eſt ꝯtemnere,aliud nõ parere.10. diſt. cap.
quis autem.item quando propter moram partis lis intelligitur
eſſe deſerta,an ſit neceſſe iudicem interloqui ſup hoc ? vide qđ
no.s̃.de app. l. eos,in gl.magna.j̃.vt intra cert.temp.l.fina.ſu.ad
Treb.l.penult.in fi.& facit j̃.de abol.le.2. in fine.Quædam gloſ.
dicit , qđ officio iudicis quis cogetur deferre crimino ſos,ff.de
condic.ob turpem cãm.l.idem,§.ſi tibi ob iudicium.ſed illa gl.
11 intelligitur in teſte,nõ in accuſatore.† Tertio opp.nam vbi ter-
minus aſſignatur a lege abſque miniſterio iudicis , tũc iudex ſe
non debet intromittere,de appel.auth.hodie.& no. in ca.indul-
tum ,per Dyn.ſed per leg.aſſignatur hic biennium.vt s̃.de iud.l.
properandum.ergo iudex non põt abbreuiare. Solu. concedo,
quod iudex non põt taxare metam inſtantiæ , quæ duret bien-
nio,niſi iudex interim pronunciet.Hic ergo non aſſignatur per
iudicẽ meta inſtantiæ,ſed terminus ſtatuitur litigatori, quo ela
pſo nihilominus inſtantia durat,donec iudex ꝓnunciet , & im-
ponat actori ſilentium.& facit l.j.s̃.vt oẽs iud.tam ciuiles,&cæ.
quia quædam dilationes incidunt inſtantię,& in iſtis iudex ha-
bet poteſtatem.Quædam incidunt ſententiæ,& idem,vt le. 2.ff.
de re iudic.Quædã dilationes legales non incidunt eidem inſtã
tiæ,de ſeruiendo inſtantiæ,vel ſnĩæ,ſed contrariando , & impu-
gnãdo,unde ea quæ impugnãt proceſſum iudicis ratione iniqui
tatis,merito non ſunt commiſſa iudici,ſup.de app.l.eos,in prin.
vt eſt dilatio ad appellandum,& in iſtis,quæ nõ ſunt iudici com
miſſa per legem,nec officium eius deſiderant,iudex nihil poteſt
quod dic,vt plene no.in leg.de die, ff.qui ſatiſd.cogan.per Guil.
12 & Iac.de Butr.† Denuo gl.inducit in arg.hanc legem , quod iu-
f dex poſſit *f* aſſignare partib. dilationem ad teſtes producendos,
& ad faciendũ eos iurare, vide Bart.in l. Titia,in fi.de accuſat.&
in l.qui pro tribunali,ff.de re iud.& deponere, & ſimilia,& elap-
ſo termino non audiatur contumax.facit quod no. in l.ſed & ſi
per prætorem,§.ſed & ſi dum decreto.quib.ex cau.maio. & ar-
gu.ff.de execu.tu.l.ſcire oportet,§. conſequens.docto. modificãt
iſtam gl.& dñt, ꝙ ſi res eſt in eodem ſtatu , in quo ius probatio-
nis aduerſarij nõ eſt factum deterius,ꝙ teſtes poterunt vltra ter-
minum recipi,& valebit receptio extra terminum,quod eſt no.
Ita tenent Iac.de Are.& Cy. de hoc in c. ſępe, de verbo. ſign.in
cle.alibi tenet Cyn.quod non valet dictũ teſtis recepti extra ter-
minum.vt ipſe no.inf.de ſepul. vio.l.j.ſed illud dictum dẽt intel-
ligi in caſu , in quo mora non poteſt purgari , & teneas menti .
13 † Vltimo no.ex gloſ.quod defenſio non põt fieri per terminũ ,
alias fruſtra daretur terminus,ſi nihil operaretur. ff.de re mil. l.
3.§.ſi ad diem.extra de reſtit.in integ.c.coram.niſi iudex reo ve-
lit facere grãm; vt quia de benignitate vult expectare eũ,vt extra
de offi.deleg.c. cõſuluit. intellige hoc cũ p̃dicta modificatione ,
& hoc verum , ſi terminus eſt aſſignatus reo poſt litem conte-
ſtatam:ſed ſi ante li.cõteſt.nunq̃ excludit exceptiones,& defen
14 ſiones rei,l.diuus,de cuſt.reo.† Item no.ꝙ terminus, *g* qui pure
g & ſimplr̃,puta decem dierum,aſſignatur abſenti,nõ currit a die
aſſignationis,ſed a die notificationis, & quod illa dies,in qua fit
notificatio,quæ dẽt fieri idem per literas , non cõputatur in ter-
mino,vt not.4. quæſt. v.in ſumma.& l.1.§.annus, de requir.reis .
15 Et no.ꝙ *h* in termino hominis.l.iudicis admittitur purgatio mo
h ræ,ſecus eſt in termino iuris,vt ff. de execu.tu.l. ſcire oportet, §.
cõſequens.extra de excep.c. Pia.in 6.non ob.ff. de arbi. l. ſi cum
dies,§.fi.quia ibi reus purgat morã:ſed hic loquit̃ ex parte acto-
16 ris,non rei.† Quæro vtrum qñ ſtatuitur terminus per legem;vel
ſtatutũ alicui certæ , vel incertæ pſonę ad agendũ ; vel accuſan-
dum,& non dr̃ in ſtatuto, ꝙ poſtea non audiatur , an re integra
poſtea auditur. Rñ.non. C.de adul.l.ob cõmiſſa. ff.de mino.l.au-
i xilium.extra de excep.c.Pia.li.6.Sed quid *i* ſi ſtatuit̃ per iudicem.
Rñdeo,ſi nõ cauetur in interlocutoria iudicis,ꝙ non audiatur :
poſtea re integra auditur,vt no.in l.iſta per Cyn. Si autem iudex
interloquitur ſe poſtea non auditurũ,vr̃, ꝙ non audiat̃,quia ta-
lis interlocutoria valet , donec reuocet̃ . Alij dñt, quod auditur
re integra,quia illa potius videtur cõminatio , quam interlocu-
toria,tranſiens in rem iudicatã,vt no.Inn.extra qui matri.accu.
poſ.c.cum in tua.vbi omnino videas.& ibi no. Imo. qđ poſt ter-
minum banni quis auditur,donec res eſt integra . Item ibi dicit
Inn.quod in facto, ꝙ non tangit certam perſonam,ſufficit ban-
num,& edictum gñale; ſed vbi tangit certam perſonam , reqri-
tur citatio ſpecialis. Et nota, ꝙ non currit dilatio ei , qui eſt dili-
gens; & qualiter probet diligentia,vide ff.de adul.l.2 §. ſi ſimul.
ibi, accuſatione probante , & probationibus inſtante atque im-
K minente no.Pone,ſtatuto cauetur , *K* quod reus bis citatus ſi nõ
compareat,ponatur in banno, in quo bãno aſſignet̃ ei terminus
octo dierum , intra quem terminum ſi non cõparet , habeatur
pro confeſſo; modo iudex per errorem aſſignauit ei terminum
ſex dierum,quęritur vtrum lapſis ſex diebus,habeatur reus pro
confeſſo.& videtur quod non,quia in aſſignatione termini non
fuit ſeruata forma ſtatuti. In ꝯrium, quia ſupplet̃ terminus a le-
ge,vt l.4.§.ſi qs de re iud.& no.extra de regu. c.ſtatuimus . Et an
l bannum *l* poſſit dari die feriata in honorẽ Dei, vr̃ ꝙ non, 15.q.4.
c.placita & C. de fer.l.fi. in ver.vxor p̃conis. Et no.ꝙ nõ ſatiſfe-
cit termino ille,qui cõparet corã Tabellione,& nõ coram iudi-
17 ce,vt no.in l.iubemus de lib.cau.† Item no. *m* ꝙ ſi alicui eſt datus
m terminus ad prouidendũ accuſationẽ,exceptionem, vel inſtru-
men-

ADDITIONES.

a Aduerſarii non fieri.Vide per Bal.in d.l.diffamari.ſup.de ing.man.& in authen.ad hæc,de vſu in ver.quæro etiam altius.
b Renunciare iuri.Vide l.1.cum ibi no.ſup.de in integ. reſt.
c Fallit hoc.Propter diffamationem , vel iactationem accuſandi , quis cogitur intra terminum ſtatutum accuſare,quod intellige,vt hic,& intellige,ſi ſit diffamatio ſine iuſta cauſa,alias ſecus.gl. & Bar.in l.ob commiſſa.inf.de adul.
d Cogatur indirecte.Sed Bar.in l. Titio,ff.de accu, videtur tenere contrarium cuius op.etiam videtur ſequi Bar.in auth.ad hæc, ſup.de vſur.in ver. quæro etiam vbi dicit, quod etiam in ciuili propter diffamationem poteſt ſtatui terminus ad agendum .
e Accuſatorem. Quando iudex poſſit cogere accuſare, vide Bar.in l.eum,ff.de accuſ.
f Quod iudex poſsit. Vide per Bar.in l.mancipiorum,ff.de ope.le.& quæ no.Bal.inf. & ſup.plene Ang.& Imo.in l.quandiu,la vlt.ff.de acq. hær.
g Quod terminus.vide qđ no.Bar.in l.Labeo,ff.de iureiu. & Bal.clare ĩ l.j.ff.ſi qs c.
h Et no.quod vide per Bar.in auth.ad hæc,in uer.quęro,ſup. de vſu.
i Sed quid.Vide Bal.in auth.ad hęc,prealleg.in d.c.uer.quęro etiam,& in l.diffamari,de ingen.manu.& in l.2.ſup.qui admi.ſup.ea.
K Statuto cauetur.vide Bar.in auth.qui ſemel,ſup.quo.& quan.iud.& in auth. iubemus,ad fi.ſup.de iud.cum Bal.hic ſimpliciter tranſit Petr, de Anch.in c.canonum ſtatuta,uer.nunc quæro,ſtatuto cauetur,quod reus de conſtit. In contrarium uide Bal.in l.1.inf.de requir.reis.
l An bannum. Vide Bal.in l.fi.hic alle.
m Item no.uide Bal.in l.1.ſupra quando libell.prin.datus.

mentum, ſatisfacit termino per ſolam productionem abſque ci
tatione aduerſarii, ff. de adul. l. mariti, §. hoc quinquennium, per
Bar. facit. glo. de bon. poſſ. l. fin. per Cy. non obſtat. 9. q. 3. c. charta
quia ibi quo ad præiudicium non parendum non citato. Vide
Bar. in extrauag. ad reprimēdum, ſuper verbo, de plano, hic quo
ad ſatisfaciendum iuri.

LEX VIII.

1 *Defendere, ponitur interdum pro accuſare.*
2 *Ordo iudicij licet mutetur, non tamen permiſſionis effectus mutatur.*

1 Non prohibentur. † No. ꝙ defendere *a* ponitur
a pro accuſare, vnde vr̄, ꝙ pro-
curator conſtitutus ad defendendum, vr̄ cōſtitutus ad accuſan-
2 dum. † Secundo no. ꝙ licet mutetur ordo iudicij, non tñ mutat̄
effectus permiſſionis, vt hic, vel pœnæ impoſitionis, vt l. ordo, de
publ. iud. hoc ſecundum eſt verum, ſi res inter præſentes cū ple-
na cauſæ cognitione diſcutiatur. Sed ſi ordine mutato procede
tur contra abſentem, tunc eſt ſecus; quia vbi vna tm̄ pars audi-
tur, & alia pars abeſt, etiam contumaciter, proceſſus dr̄ ſumma
b rius, *b* & proceſſus ſummarius non præiudicat in tantum, in q̄n-
tum præiudicat proceſſus ſolemnis, & plenarius, ar. eorum quę
no. in l. ſi iudex, de his qui ſunt ſui, vel alie. iur. ff. de re iud. l. a di-
uo, §. ſi ſuper. non ergo curamus de ordine mutato, vbi plene ē
cognitū; ſed vbi ſummarie, & ſemiplene, ſic; quia quæ ſumma-
rie fiunt, minus pręiudicant, quam ordinatiſſime peracta. Quæ-
dam namque ſunt, quę nullo ordine peraguntur; & iſta ſi quidē
prætermiſſo ordine debito fiunt, nihil valent. vt ſupra commin.
Epiſto. l. interlocutio, & l. programma, & l. ſi quædam ſunt, quæ
ſummatim diſcuſſa, ſua natura dirimuntur, & iſta operātur mi
nus præiudicium, vt ff. ad exhib. l. theſaurus. Quædam ſunt, quæ
pleniſſime ventilata debito calculo ſopiuntur, & iſta conſueue-
runt parere perpetuos effectus, & radicare iura victoribus cum
quadam perpetuitate, vt ff. de arb. l. inter Caſtell. & inf. de pęnis,
l. ſeruus, & facit extra de conſt. c. ex literis, & quod no. in l. fin. ff.
de poe. & de offi. deleg. c. 1. l. 4. §. j. de bon. poſſ.

ADDITIONES.

a Defendere. Vide Bar. in l. j. in princ. ff. de excep.
b Summarius, Iuxta no. in l. j. ſup. quo. appellat. non recip.

LEX IX.

1 *Qualitas probari debet.*
2 *Qualitas eſt probāda, quando eſt cauſa introducendi perſonam iudicium.*
3 *Qualitates ſingulares quædam ſunt, quæ generibus ſingulorum inſunt.*
4 *Filius cenſetur filius, qui per patrem, & matrem appellatur filius.*
5 *Vxor qualiter probari poteſt.*
6 *Poſſeſſio qualiter probari poteſt.*
7 *Iudex qualiter interloqui debeat, ſi clericus ad Epiſcopum eſt remttt ēdus.*
8 *Poſſeſſio ſi allegatur rudis, & nuda, nunquam præſumitur dominiū ex ea.*
9 *Rector eccleſiæ quis eſſe non poteſt, niſi ſit clericus.*
10 *Probationes præſumptiuę ſufficiunt in modicis præiudicijs.*
11 *Præſumptio in factis multum antiquis habetur pro eo qui poſſidet, propter difficultatem probationis.*
12 *Ratio de factis, quæ ætatem hominum exceſſerunt, reddi non poteſt.*
13 *Teſtis per viſum, probare non poteſt ea, quibus intereſſe non potuit.*
14 *Ius perſonarum, an ſufficiat allegare ad executionem impediendam.*
15 *Poſſeſſio ſufficit, vt excludatur præpoſterationis quæſtio.*
16 *Officia quædam exercentur tantum nomine alieno.*
17 *Obligationum iura, an quaſi poſſideantur.*
18 *Probatio matrimonij non valet, ſi coram poteſtate eſt facta.*

1 Non ignorat. † Allegans qualitatem, debet eam pro-
bare, antequā vlterius procedatur, &
hoc qn̄ qualitas eſt cauſa introducendæ petitionis in iudicio: ſed
qn̄ qualitas eſt cā pronunciationis diffinitiuæ, tunc dēt ꝓbari lite
ꝯteſt. qn̄q; eſt cā exaggerādæ executionis, tūc ante ſnīam dēt li-
quere, vt l. in delictis, §. ſi detracta, ff de noxal. qn̄q; ex cā mitigan
dæ executionis, tunc pōt opponi in executione, vt l. ex diuerſo,
§. fi. ff. ſol. mat. & vide Inn. de fo. comp. c. cū ſit gn̄ale, & extra, de
2 priu. c. ex parte Abbatiſſæ. † No. ꝙ qn̄ qualitas eſt cā, ſeu rō intro
ducēdi perſonā ī iudiciū, dēt talis qualitas (ſi aduerſarius negat)
probari ante li. ꝯteſt. Itē ſi qualitas ſit cā excludendi ꝑſonā a lim
ne iudicij, dēt in limine iudicij probari, & ante lit. ꝯteſt. inf. de ai
3 dul. l. qm̄ Alex. † No. tñ ꝙ q̄dā ſunt qualitates *a* gn̄ales, q̄ inſun-
a gn̄ibus ſingulorum, & illæ præſumuntur ineſſe, niſi ꝯ̃rium pro-
betur, vt ꝙ aliquis ſit popularis. Nā hoc præſumitur, niſi probet̄
magnas, in Auth. de quęſtore. poſt prin. quędā inſunt ſingulis ge
nerū, vt eſſe matrē Titij. Nā ita ineſt vni, ꝙ nō alij, tunc illa qua-
litas non pręſumitur, niſi adeſſe probetur, de cond. & dem. l. Lu-
cius. & hic. Sed quęro, quis erit modus probādi iſtam qualitatē?
Item coram quo Iudice? Rn̄. modus probādi eſt duplex. ſ. verus
b & præſumptiuus, quantum ad matrem *b* poteſt probari filiatio
vere, licet difficiliter dignoſcatur, quia pueri multas faciunt mu
tationes, vt l. j. §. de inſpiciēdo, ff. de vē. inſpic. Item p̄ſumptiue, qa
lactabat, nutriebat, tractabat in omnibus verbis, & factis tanquā
filiū, de prob. c. per tuas. ſ. ne de teſt. defun. & in l. ſi mr̄, de li. ag. l.
j. §. Iul. ad Carbon. l. quod Labeo. & ar. eorum, quæ no. in l. mo-
4 ueor, ff. de ſer. expor. † Nā in quo habitu q̄s reperitur, talis eſſe
præſumitur, donec ꝯ̃rium probetur, l. item apud Labeonem, §.
quis virgines, ff. de iniur. Item conſcientia legis hæc eſt, ꝙ ille q
per matrem, & patrem vocatur filius, ſit filius. Tria aūt ſunt. ſ.
veritas, conſcientia legis, quæ dr̄ præſumptio. Item determina-
tio, vt ſtatutum, quod qn̄q; dr̄ fictio, vbi figit pedes ꝯ̃ certos, &
veros terminos veritatis; alias præſumptio iuris, & de iure, vbi
factum eſt dubium. Eſt & conſcientia iudicis, quæ quanto ma-
gis eſt cauſata ab indicijs proximis, tanto eſt validior, & qn̄ indi
cia ſunt a veritate magis remota, tanto eſt debilior. & hoc dixit
tex. in l. ob carmen, §. ſi teſtes, in ver. vero proximiora, vnde ma
gis præſumitur filius ille, qui alimentatur vt filius, q̄ ille, quem
ſolo verbo vocat filiū, quia alimentatio eſt magis ꝯiuncta nāli
charitati, q̄ nudi noīs appellatio. & facit, ff. de manumiſ. conteſ.
5 l. vxorem. † Sīr, ſi vis probare, ꝙ Berta ſit vxore mea, non eſt tā
ta præſumptio, quia vocabam eam vxorem; quam ſi honorifi-
ce eam tractabam in veſtimentis, alimentis, menſa, & lecto. Nā
facta, vero proximiora ſunt, q̄ nuda vocabula, cum ēt plerūque
quis fictitie loquatur. facit. ff. de leg. 3. l. item legato, §. parui. &
quod no. Innoc. in c. ex parte, de reſt. ſpol. & l. 1. ſi ea. de vent. in
poſ. mit. & de ri. nup. l. in liberæ, nunq̄ tñ tm̄ valet conſcientia le
gis, vel iudicis, qd̄ non plus valeat aperta probō, vt l. filiū, ver. ſed
mihi vr̄, ff. de his, qui ſunt ſui vel alien. iur. Sic ergo inter ipſas p̄-
ſumptiones, illa eſt potior, quæ vero proximior vr̄. Item poſte-
rior præſumptio tollit priorem, ff. de in integ. reſt. l. diuus, pares
.n. præſumptiones oppoſitæ, inuicē ſe ꝯfundunt; quia nulla vi-
ctoria fit a pari, ff. de ri. nup. l. non ſolum, §. de vno, ar. de fideiuſ.
l. gn̄aīr, in rōne ſui. & ff. de excuſ. tut. l. ſed & milites, in prin. vn-
de pariter operatur, & non p̄ponderatur altera alteri, ſed rema
net factum ſimplex ab oī pręſumptione abſtractū; ſi tñ plures
eſſent p̄ſumptiones pro vna parte, q̄ pro alia, plures rōnes vin-
cunt vnam, ſi q̄libet per ſe eſt ita bona, ſicut illa vna, q̄ eſt in ꝯ̃-
rium. ar. in Auth. de ꝯſan. & vte. fra. §. 1. præſumptio ēt violenta
vincit non violentam, ext. de pręſumpt. c. literas. Contra deter-
minationē āt legis, qn̄ lex determinat ſuꝑ certo, n̄ cadit probō,
vt l. 1. ſ. de rei vx. act. Si āt ſuper dubio, nulla probō valet, niſi ꝑ
ꝯfeſſionē partis, in cuius merū fauorē lex pręſumit, & ſtatuit, vt
no. in Auth. de æqua. do. §. illud, & ibi no. dico igitur, ꝙ ex actib.
probat̄ quaſi poſſeſſio, ex quaſi āt poſſeſſione p̄ſumit̄ filiatio, &
ſic ad aliqd̄ ius probandū ſufficit quaſi poſſeſſio. Suꝑ quo tñ eſt
ꝯſiderandū; nā q̄dā ſunt iura ꝑſonarū, q̄dā rerum, q̄dā officio-
rum, q̄dam oblonum. Iura ꝑſonarum ſunt ſeruitus, filiatio, va-
ſallagium, homagium, & ſilīa, q̄ ſunt de ſtatu perſonarum. ſilr
clericatus, profeſſio regularis, & hmōi. Quędam rerum, vt ſer-
uitutes p̄diorum emphyteuſis, & ſilīa q̄ inſunt reb. corporalib.
Iura officiorum ſunt duplicia; nā q̄dā ſunt officia nudi minſte-
rij, vt tutela, & procurō; q̄dam ſunt de adminiſtrōne ꝯmodi, &
iuris proprij, vt p̄latura, iuriſdō, & ſimilia, vt no. 5. q. 3. c. qd̄ Eps
in gl. ord. Iura oblonum ſunt incorporaliſſima, & non ſunt in
reb. corporalib. ſed per ſe ſtant, ut Inſt. de reb. corpor. & incorp.
6 † Dico ergo, ꝙ in iurib. perſonarum cadit quaſi poſſeſſio: vn̄ in
paternitate, filiatione, maternitate, fraternitate, & hmōi, cadit
quaſi poſſeſſio, vt leg. & not. ff. ſol. matr. l. Titia, ſ. de prob. l. neq;
natales. extra, de prob. c. per tuas, ff. de prob. l. j. per Iac. But. Et ꝙ
reperiatur quaſi poſſeſſio patrię poteſtatis, patet per rationem.
Cum. n. actiones reales reperiantur pro dotis iuribus, vt Inſt. de
act. §. pręiudiciales. multo etiam fortius poſſeſſoria iudicia re-
periuntur, quia poſſeſſorium, & petitorium, ſibi inuicem corre
ſpondent. fratres etiam inuicem poſſident iura fraternitatis, qa
in poſſeſſionibus correlatiuis idem eſt poſſidens, & poſſeſſus,
ſic ēt patet in viro, & vxore; nam in duplicibus (vt ſic dixerim)
poſſeſſionibus vterque eſt poſſeſſor, & vterque poſſeſſus, ſimile
ff. ſi cert. pet. l. eius qui in prouincia, §. fi. ſicut in duplicibus iudi
cijs, vterque eſt agens, & patiens, non tñ poteſt petere frater fra
trem petitorio, vel poſſeſſorio iudicio, quia inter fratres nulla
poteſtas eſt, & in nā pari nulla ſuperioris eſt; nihil. n. poſſidetur,
ꝙ non ſubalternetur poſſidenti, vt in perſonis ſuperior poſſidet
inferiorem, non par parem. non dico, ꝙ homo poſſideat homi-
nem liberum, ſicut homo poſſidet aſinum, ff. de acq. poſſ. l. cum
hæredes, ſed poſſidet, ſicut quis poſſidet aliquid in homine libe
ro, ſic poſſidetur iuriſdictio, prout concernit perſonas, ſic Rex
poſſidet ſubditos, i. ius Regis eſt in ipſis. Si. n. plena eſſet poſſeſ-
ſio, ſequeretur, ꝙ ſubditi, quia poſſiderentur, non poſſent ali-
7 quid poſſidere, quod falſum eſt, vt no. Inſti. de iu. perſ. † Hoc er-
go præſuppoſito, ꝙ in iurib. perſonarum cadit quaſi poſſeſſio.
Quæ-

ADDITIONES.

a Sunt qualitates. Nota, ꝙ quilibet præſumitur popularis, facit quod not. Bal. in rubr. ſup. eod.
b Quantum ad matrem. Qūo probatur filiatio in patre, & matre, vide no. per Bart. c. Michael. ext. de fil. presb. vbi præſumitur natus ex clerico, qui natus eſt ex concubina cum eo habitante, & alleg. Bal. in l. fi. de prob. maxime in reper. antiq.
c Quod Berta ſit vxor. Vide Bal. in ea l. & Bar. in l ſi vxor, §. ſed ſi ea, ff. de adul. Bal. in l. 1. in reper. antiquis, ff. de proba. & Salyc. in l. non nudis, & in l. non epiſtolis, ff. de prob.

a Quæritur quis eſt eius *a* effectus quo ad probationē, & dico, ꝙ
aut loquimur in præparatione iudiciorū, aut in deciſorij, aut in
executione. In primo dico. ꝙ quaſi poſſeſſio introducit actorē
ad proponendū vt hic, & introducit reum ad opponendū, vt in
c. ſi iudex laicus, extra de ſen.excom.lib.6. vnde laicus iudex te-
netur remittere eum, qui probatur eſſe in habitu clericali, quia
Eps̄ cognoſcet. Sed ſi inueniret eum culpabilem puniet: imo ſi
non eſt clericus remittet ad laicum, vnde non prodeſt poſſeſſio
ad finalē defenſionem, ſed ad declinandū examē iudicis ſecula-
ris, & prodeſt ad præparatoria, nō ad deciſoria. Et per hoc dico
ꝙ ſi Poteſtas remittit aliquē, qui apparet in habitu clericali, ꝙ
non debet interloqui ſe non eſſe iudicem, ſed bene debet inter-
loqui remittendum ad Epm̄, eo ꝙ ꝓbauit de habitu, & tonſura
8 clericali.† In ſecundo, ſ. in decidēdo cauſam, aut allegatur nuda,
& rudis poſſeſſio: & tunc nunꝗ̄ præſumit dn̄ium ex ea, vel ius
aliquod: quia quod non allegatur, non p̄ſumitur etiā, ſi ſub eo,
quod allegatur tacite includatur, ff.de adult.l. ſi adulterium cū
inceſtu.ibi, ſi error allegat̄, &c. & quod no.ff.de vſur.l.cum de in
rem verſo. & de pac.l.iuriſgentiū, §.quod fere, cū ſim. Aut alle-
gatur ius, & ad probandū ipſū ius inducitur quaſi poſſeſſio, &
ſic nō allegat̄ ſola quaſi poſſeſſio, tūc refert; Aut allegat̄ principa
liter, aut incidēter. principaliter. vt accuſo te de ſacrilegio, quia
percuſſiſti clericū, & non ſufficit probare, ꝙ ꝓceſſus gerebat ſe
pro clerico, ſed debet clericatus plene probari, vt l.prætor, §. di-
cet, de vi bo.ra. & ſi maritus accuſet de adulterio, nō ſufficit pro
bare ad cōdemnationem adulterij, ꝙ gerebat ſe ꝓ marito, ſed
dēt probari plene mr̄imonium, vt no.in l.j, §.ſi ea de vēt. in poſ.
mit. Vel aliter in hoc puncto dic, vt no.ff.de adul.l.ſi vxor, §. ſed
ſi ea.per Bar. Sed ibi conſtabat de matrimonio facti, nō de ma-
trimonio iuris. vnde ibi erat titulus coloratus, ſ. matrimonij pu-
tatiui, qa titulus, etſi nō meretur priuilegiū legis, tn̄ meret̄ pri
b uilegiū iuris cōis. ſecus ſi conſtat *b* de titu. facit ꝙ not.Inn.extra
de reſtit.ſpol. c. ex parte. In crimine vero adulterij ſufficit ꝓbari
matrimonium ɔ̄tractum eſſe, licet non probetur valere, ad hoc, vt
accuſator admittat̄ de iure extranei. Sed ſi de iure priuilegiato
mariti, nō ſufficit eſſe ɔ̄tractum. niſi de iure ſubſiſtat. quod eſt no-
9 tandum.† Si autem incidenter, verbi gratia, petit quis *c* decimas
c tanꝗ̄ prælatus, dubitatur an ille ſit clericus; na ſi nō eſt clericus,
non pōt eſſe rector eccleſiæ, vnde qō clericatus eſt incidenter, ꝙ
ſic probo, Incidens dr̄ quoddam præambulum; per ꝙ perueni-
tur ad diffinitiuam ſentētiā. Emergens quæſtio dr̄ ad deciſionē
litis. Quæſtio vero principalis dr̄ illa, quæ continet finalem intē-
tionē, & finalem cauſam; & quæ diſputatur principaliter pp ſe,
non indirecte pp aliud, & hæc probantur de adult.l.qm̄. Alexā-
drum, de plag.l.præſes, ff.de lib.cau.l.libertis, §.fin.de p̄uaric. l.3.
ff.de min.l.intra vtile, de ord.iud.l.j.extr. de ord.cog.c.j. & c.tuā.
Et quæſtio incidens, eſt diuerſum capitulū a principali, i. capitu-
lum, quod nec incidit, nec deſeruit ſibiipſi, ſed alteri. Et interdū
incidit quæſtio minor maiori, interdum maior minori, interdū
par pari. Et aliud eſt incidēs quæſtio, aliud iuſtificatio petitionis
per cauſam, vel titulum, vel dn̄ium. Incidens quæſtio eſt, quam
d rō iuris a principali quæſtione *d* ſeparauit. Et incidens qō dicit̄
duobus modis; vno modo dr̄ incidens, capitulum deſeruiēs in-
tentioni actoris fundandæ, vel coadiuuandæ, vt l.fi.s̄.de eden. &
d.l.intra vtile. & in c.vlt.de appel.lib.6. & in Clem.j̄.eo.ti.qn̄que
dr̄ incidens quæſtio, ſeu capitulum deſeruiens reo, vt excep. pa-
cti, & ſimiles, vt s̄.de excep.l.ſi quidē. Dico ergo, qn̄ qō clerica-
tus incidit cauſæ decimarum, ꝙ non ſufficit probare, ꝙ ſe gere
bat ꝓ clerico, qa agitur de pleno præiudicio, argu.in l.iudices,
10 s̄.de iudic.† in modicis enim præiudiciis ſufficiunt probationes
e p̄ſumptiuæ, *e* ff.ad exhib.l.theſaurus. Idem in ſummarijs, ff.ad
Carb.l.3.§.duæ autem ſunt cauſæ, de re iud.l.a diuo Pio, §.ſi ſu-
per.ne vxor.pro mari.l.ob maritorū. Idē in ſeruitutibus, vt not.
in l.ſicuti, §.ſed ſi quæritur, ff.ſi ſer.vend. & rō aſſignatur pp par
uum p̄iudicium, eo.tit.l.ſi quis diuturno, ſm̄ quoſdam. & quod
non ſufficiat probare de quaſi poſſeſſione clericatus, tenet Cy.
in l.1.C.vbi cā ſtatus. & de fide inſtrum.l.ſi ſolennibus, de nume.
& actuarijs, l.actuarios, lib.12. & facit quod notat̄ 25.q.2.c.in fe
rioris, & quod notat Azo in ſūma, in auth.de fide inſtrum. & vr̄
expreſſum, ff.de adult.l.ſi vxor, §.ſed ſi ea. In contrariū facit glo.
in d.l.ſi ſolennibus. quæ dicit ſufficere quaſi poſſeſſionē priuile-
giorum, quia ille, qui eſt in quaſi poſſeſſione, præſumitur priui-
legiatus, donec ɔ̄rium probetur. Nā commodum poſſeſſionis
eſt hoc, ꝙ releuat poſſeſſorem ab onere probandi, & transfert
onus probandi ɔ̄rium in aduerſarium, vt ff.de ꝓba.l.circa eum.
de lib.cau.l.libertis, §.de noui oper.nunc.l.ſi prius. & Inſtitu. de
interdi.§.commodum, niſi conſtet, ꝙ poſſideat mala fide, de ꝓ-
ba.vis eius. & no.in c.j.extra, quod met.cau. per Inn. Iura enim
poſſeſſionum in facti cauſa poſita ſunt, nam a factis iura cæpe-
runt. Quædam autem ſunt poſſeſſiones, quaſi conformes iuri
ciuili, naturali, vel gentiū. & iſtæ præſumuntur legitimæ, niſi ɔ̄-
rium probetur. Quædam ɔ̄riæ iuri, & iſtæ non preſumuntur le-
gitime, niſi producatur titulus. C.de ſerui. & aqua. l.2. de reſtit.
ſpoliat.l. ad decimas. & interdum euenit, ꝙ titulus nō iuſtifica-

f poſſeſſionem, *f* ſi eſt contrarius iuri titulus & poſſeſſio, vt l.quē
admodum, inf.de agri. & cenſi.de fund. & ſal.rei domi.l.fi.lib.11.
g cum ergo priuilegia *g* nemini nocent, tunc ſunt iuri ɔformia; cū
vero alteri nocent, tunc ſunt iuri contraria, de vulg.ſubſt.l.ex fa-
cto, in prin. vr̄ diſtinguendum inter priuilegium & priuilegium.
nam ſi priuilegium confertur alicui, quod nemini nocet, vt or-
do ſacer, vel officium Tabellionis, præſumitur pro poſſeſſore, fa
cit quod no.ff.de tut. & cur.da.ab his, l.1.in glo.vt & s̄. Vnde ex
quo Comes ſacri palati eſt in poſſeſſione officij creandi Tabel-
liones, vel legitimandi baſtardos, legitima prole non exiſtente,
præſumitur pro his, quæ publice fecit, vt l.Barbarius, ff. de of.p̄t.
Si autem priuilegium alij nocet, vt priuilegium exercendi iuriſ-
dictionem cōtentioſam in ſubditos alienos, & priuilegium per-
cipiendi reditus alienæ iuriſdictionis, vel decimas alienæ diœce-
ſis, tunc non preſumitur pro nuda poſſeſſione, quia ratio facit ɔ̄
11 poſſidentem, vt d.c.ad decimas.† In factis tn̄ multum antiquis
h *h* facilius præſumitur pro eo, qui poſſidet pp difficultatem pro-
bationis, quam in factis recentibus, vt no. Inn.de verbo. ſign. ca.
veniens. ea enim, quæ congruam probationem non recipiunt,
admittunt incongruam, l.j.in fi.ff.de verb.obl. & arg.l.fin.ſup.de
12 teſt. & de repu.l.conſenſu, §.ſeruus.ſolu.mat.l.ſi quidem.† de fa-
i ctis enim, *i* quæ ætatem hominis exceſſerunt, non poteſt reddi
ratio per viſum, vt no.Inno.extra de iuram. calum. c. cum cau-
ſam, & ipſa natura manifeſtum eſt; quis enim oculo corporali
ex his, qui nunc ſunt, Vidit Cæſarem, vel Federicum; nemo em̄
ex illis viuit, vt ff.de iudi.l.proponebatur. multiplex tn̄ eſt oculus.
vt no.in c.quorundam, de elec.li.6. & licet oculo corporali, qui
eſt inſtrumentum iſtius aīæ ſenſitiuæ, non videatur; tn̄ oculo ra
tionis ſcitur, & iſta non appellatur notitia intuitiua, ſed appella-
tur notitia abſtractiua, ſicut nunc video Florentiam abſens cor-
K pore, p̄ſens mente. Verbū tn̄, viſus, *k* ſimpliciter prolatum, intel
ligitur de viſione perſpectiua, ſeu intuitiua, nō de intellectiua, ab
ſtractiua p̄ſentia corporalis obiecti, vt l.j.ff. de his quæ in teſta.de
len. obiecta oculorū.i.viſibilia corporali viſione, ſunt x.lux, & te
nebræ, color & corpus, figura & ſitus, remotio & propinquitas,
13 motus & quies.† Super *l* his talis datur rl̄a, ꝙ nō pōt teſtis pro-
l bare per viſum ea, quibus per rerum natura nō potuit intereſſe,
vt in Auth.hęc conſtit.Inn.poſt prin.coll.8.idem ſi non potuit vi
dere, pp loci diſtantiam, ff.ad Syll.l.j.§.hoc autem. Idē ſi non po
tuit videre, pp interpoſitionem medij parietis, l.2. §.pen. ff.de a-
qua plu.arcen. Idē ſi non potuit videre pp noctis tenebras, ff. ſi
de vent.inſpic.l.1.§.tria lumina. Item cęcus nō teſtificat̄ de colo
ribus. Obiectus tn̄ auditus, i.audibilia ſunt ſoni. Et eſt triplex ſo-
nus, ſ.rōnis, & attribuitur homini, vt vox hoīs, §.de ſup.leg.l. La-
beo, §.idem Tubero. Irrationabilis, vt beſtiarū, & volucrū, & iſti
duo ſunt ſoni animalis; tertius ſonus eſt nō animalis, vt ſonus
cytharæ, cāpanæ, colliſio lapidum, & ſimilia. Et no. ꝙ vox ꝓut in
eſt hoī & brutis, pōt hr̄e ſignificationē naturalem. Nam & ge-
mitus ſignificat dolorē, cātus alacritatem. Significationē vero
induſtrialē nō pōt hr̄e vox, niſi prout īeſt homini, quia ſolus ho-
mo viuit arte, & rōnibus, vt in primo Metha. de his dicit Boę-
tius, ꝙ voces ſunt notæ earū, quę in anima ſunt paſſionum. vnde
ſi quis audiuit aliquem ſtridentem & plorātem in palatio, ſatis
probat,

ADDITIONES.

a Quis eſt eius. Quis eſt effectus quaſi poſſeſſionis in iuribus perſonalibus, vide quę no.Bal.in l.2.ver.nunc de quinto puncto, ſup.de ſerui. & ver. iuxta hoc quæritur, & in l.2.ſu.de ſent. & interlo.om.iu. & hic per totam iſtam l. & in l.circa, ff. de proba. & quæ no.Bar. & Ang in l.ſi prius, ff.de ope.no.nunc. & pulchre Bald. in l.eam quam ſup.de fideic. Inn. in c.veniens, de accu. & in c. Abbate, extra de verb. ſigni. Ant.de But.in c.Abb.eo.tit. & in c.innotuit.extra de eo qui fur.or.ſuſ. & in c.peruenit, de cenſ. & in repet.Io.And.in add.Spec.in tit.de inſtru.edit. §. reſtat, ver. & ſcias. Dom.de S.Gem.in c.ſi iudex, de ſent.excom.in 6.vbi refert, Dom. de Ro. & Bal.in l.indicia.ſupra de rei ven. & in l.ſicut ſemel.ſupra de lib.cau.Cy.in l.j.in pe. & vlt.q.ſupra vbi cauſa ſta. & in l.2.nu.4.ſup.de ſer. &c.

b Secus ſi conſtat. Vide per Bal.in l.2.ſupra de ſer. & ibi plene de hac materia, quæ hic tractatur, & in l.pen.ff.de prob.in fi.

c Petit quis. Vide omnino Dom.de S.Gem.in c.ſi iudex, per totum, de ſent. excom. in 6. & Doct.in c.illud, de præſum.

d Phil.Dec. Quæſtione. Ipſum tamen factum principale, de quo lis eſt, concernit qd̄ non eſt ita in emergenti, quæ proceſſum habet concernere, vt per Abb. in c. fin.de ord.cogn.vbi per gl. & plenius, & melius per iſtum in l.1.ſup.de ord.cog. Et an plenam diſcuſſionem deſideret, vide plene per Bar. & iſtum in l.1.ſup. de ord. iud. & Alex.in l.qui Romæ, §.duo, vbi etiam per Bar.de ver.obl.

e Præſumptiuæ. Vide Bal.in l.eam quam, ſupra de fideic.

f Poſſeſsionem. Vide Bar. & Imo.in l. titia, ff.ſol.matr.

g Priuilegia. Vide Bal.in l.2.ſupra de ſeruit, & in l. ſi ſolemnibus, & ibi Cyn. ſup.de fi.inſtr. & in l.2.ſupra de ſen. & interlo omn.iud. & in l.Titia, ff.ſol.mat. & Iac.Bu. & Flo.in l.circa, ff.de prob. & Ang.in l.ſi prius, in fi.ff.de ope.no.nunc.

h Antiquis. Vide Bal.in auth.quas actiones, ſup. de ſacroſanct.eccle. & quod in ſimili no.Bar.in l.in illa, in fi.de verb.oblig. & per Inn. & Hoſt.cap.illud, extra de præſumpt.

i De factis. Vide quod no.Bal.in l.conuenticula, ſup.de epiſ. & cle.

K Viſus. Vide Bal.in rub.ſupra ſi ex fal.inſtr.

l Phil.Dec.Super. Adde qualiter teſtis ſuper his quinque ſenſibus, de quibus hic per iſtum, habeat examinari, & inquiri, in Spec.de teſt.ver. nunc tractandum, vbi fuſiſsime. Reſpondere autem debet clare, & intelligibiliter, alioquin nō valebit eius depoſitio, vt per Bar.in l.filiusfam.ff.de teſt. & adde per Imo.in c. cum clamor, de teſt & no.in c.cum ſuper, eo.tit.

probat, ꝙ ille ſit tortus, qa plãctus hẽt nãlẽ ſignificationẽ dolo
ris,vt dicit Author tractatuũ in prin.ſuę Dialecticę.Obiecta gu
ſtus,i.guſtabilia ſunt nouẽ:dulcedo,amaritudo,ſalſedo,vinoſi-
tas,acetoſitas,īſipiditas,põticũ,ſtipticũ,acutũ.Qualiter aũt cau-
ſent̃ ſapores, ñ ptinet ad Legiſlatores inqſitio, ſed ad Phyſicos.
& ex iſtis cauſat in guſtu delectabile, & triſte. Obiecta tactꝰ sũt
calidũ & frigidũ,aſperũ & leue,durũ,& molle,velox & tardum
ſicut medicus noſcit in pulſu; & ex iſtis ɔprehẽdit phyſicus, an
morbus ſit mortale,de quo põt reddi rõ per tactũ.Obiecta odo
ratus ſunt corpora,quibus ineſt odor.Sunt aũt quidam odores
extremi,quidã medij;item qdã delectabiles & ſuaues,quibꝰ re-
ficitur natura, vt odor roſarũ.& ſimiliũ; quidam ſunt fœtores,
non odores, ex odorib.multi multa cognoſcunt, maxime ex-
perti. Nam experiẽtia magiſterij obtinet principatũ, vt inſt.de
ſatiſd.§.fin.& efficaciſſimũ arg.eſt a rebus expertis,j.Metha.Re
gula aũt eſt,ꝙ nõ fit ſenſatio,niſi ꝑ approprinquationẽ debitam
ſenſibus rei ad ipſum ſenſum. & iõ de rebus nimis diſtantibus
nõ põt teſtis reddere ꝓpriã & efficacẽ rõnem ꝑ ſenſum, ſed in-
terdũ ꝑꝑ cãę neceſſitatẽ tranſit ad impropriam rõnem.hoc eſt
qđ dixi. Itẽ ꝙ vbi maior neceſſitas imminet, ibi exigitur leuior
14 probatio,vt l.fin.ff.de reu.ſm And.Ziff.† In tertio paſſu qñ alle-
a gatur aius pſonarũ,ad impediendã executionẽ,v.g.reperitur Ti
tius ɔdem atus per Poteſtatẽ ad furcas.Eṗs petit eum ad ſed re
mitti,tanq̃ clericũ, nõ tñ ꝓducitur inſtr̃m clericatus, ſed appa-
ret, ꝙ incedebat ut clericus, officiabat in Eccleſia, vt clericus,
erat bñficiatus,ut clericus,& ita tractabatur & reputabat.Quę-
rit,nunquid hæc probatio ſit ſufficiens?& vr̃ ꝙ nõ,quia ꝑ bene-
ficiũ non ꝓbatur offĩn,vt ff.de Decu.l.Herennius.In ɔ̃rium, qa
per inſtr̃m dotis ꝓbatur mr̃imoniũ, vt in auth. ut fratrũ filij, §.
illud.ibi ꝑ monumenta &c.ergo a ſimili ille, qui reperit poſſi-
dere bñficiũ,p̃ſumitur clericus Idem ſi ſit lata ſnĩa, & iſta ſnĩa
eſt nulla ipſo iure. & iõ perinde eſt ac ſi non eſſet pronunciatũ.
ad hoc c.ſi iudex laicus,extra de ſen.exc.li.vj.& qđ not.Inn.ext.
de ſen.excõ.c.vt famæ.In clericatu credo hoc verũ,quia clerica
tus eſt priuilegiatus in via defenſionis:in alijs vero qualitatibus
perſonarum,vt ſi magiſter militũ petit ad ſe remitti militem,vr̃
ꝙ requiratur vera,& ɔcludens ꝓbatio,& qđ appareat, ꝙ ſit de-
ſcriptus ĩ numero,& matricula militari, ut no.ĩ l.3.de off.mag.
15 mi.vbi dicit gl.ꝙ nõ inuentus in matricula,pro priuato hr̃.† De
iurib.rerũ,an per poſſeſſionẽ præſumatur ius, refer: aut eſt poſ-
ſeſſio longiſſima,& præſumitur,ꝙ ex ea ius oritur,vt l.ſi qs em-
ptionis.s̃.de p̃ſcr.xxx.ann.Aut eſt poſſeſſio longa:tunc aut cum
titulo,& præſumitur ex ea ius ꝓprietatis,ſeu dominij, vt l.Cel-
ſus,de vſuc.Aut ſine titulo,tunc aut loquimur in iuribus,q̃ præ
ſcribuntur ſine titulo,& præſumitur ius illud ex tpe, vt l.ſi quis
diuturno, ſi ſer.vend.& l.ii.de ſerui.& aqua.aut in his,quæ nõ ꝑ
ſcribuntur ſine titulo: & tunc debet diſtingui,ut dicam in mem
bro ſequen.aut allegatur poſſeſſio non longa, ſ. minoris tp̃is,&
tunc aut allegatur dñium directum in iudicio,vt quia peto rem
per rei uen.& non ſufficit præſumptio poſſeſſionis habitæ, imo
debet plene probari dñium, vt ff de rei ven.l.ſi in rem.de admi.
tu.l.Titiũ,& Meuium,§.a matre.s̃.de alie.iud.l.j. aut nõ deduci
tur dñium directum in iudicio prĩcipaliter,ſed acceſſoriæ,vt qa
ego accuſor l.Aqui.in qua venit quęſtio de dñio diſputanda,&
tunc ex præſenti poſſeſſione præſumitur quis dominus,vt ff.de
ſolu.l.Titia.& not.in l.pen.ff.de cond.inſt. Vnde ſufficit proba-
ri uiſum,vt ſe uidiſſe dominũ colere,fructus percipere,& ſimi-
lia,ar.ff.ad l.aqu.item Mela.§.fi.nam cum dicat ibi dari fructua
rio,apparet quod non ueniat ea probãda,quę indirecta rei uen.
incumberent probari.& hoc qñ actor allegat dominiũ ſuũ ſe-
cundũ Iac.de Are.& licet Pet.contradicat,dicens,quod ubi do
minium deducitur in iudicium incidenter ſufficit probare poſ-
ſeſſionem, & ea probata præſumitur dominiũ,idem tñ eſt in a-
lijs iuribus realibus,vt no.Cy.s̃.quę ſit lon.conſuetu.l.2.in 2.q̃ſt.
qualiter cõſuetudo probetur;& allegat.l.1.ff.fami.erciſcun. vbi
dicenti ſe cohæredem,& petẽti diuiſionem hæreditatis,ſufficit
ꝓbare, quod pro indiuiſo poſſedit ſimul cũ aduerſario, & hoc
ꝓbato p̃ſumit cohęres & obtinet ĩ diuiſorio iudicio.Si aũt agẽs
diuiſorio nõ eſt cum poſſeſſor cum aduerſario ſuo, tunc debet
de iure ſuo ꝓbare per directã, & dilucidam probationem, ſ.ꝙ
ſit cohæres,vel ɔſor rei,quæ petĩt diuidi, & hoc dicit illa lex ſm
Pet. ad hoc facit gl.ordi.in l.ſicuti,§.ſed ſi quęratur,ſi ſerui. vẽd.
Nam agens confeſſoria, debet ſe docere dñm fundi dominan-
tis.ſed ad hoc docendum ſufficit poſſeſſio eius fundi, ſecundũ
Pet.& Cyn. Mihi videtur, quod aut eſt talis quæſtio incidens,
ſuper qua generetur perpetuum præiudicium, & tũc ſufficit ꝓ
bari poſſeſſionem ſolam; aut non generatur perpetuũ præiudi-
cium ſuper illa incidenti,& tũc ſufficit probare poſſeſſionem il-
lius temporis, cuius temporis debet probari dominũ:uerbi gra
tia,ſi ago actione legis Aquiliæ,eo quod dediſti damnum in fũ
do meo;& licet abſoluaris.proprietas,quã habeo in fundo, mi-
hi non aufertur,ideo ſufficit informatio iudicialis per uiam poſ
ſeſſionis.Item ſi ago confeſſoria,& ſuccumbo; nõ propterea ꝑ
do proprietatem fundi mei,nec poteſt fundus meus tibi adiudi-
cari merito in iſto præambulo non requiritur probõ plena, ff.
de exerc.l.ſi tñ.Sed ſi peto diuidi fundum inter te, & me, & tu
habes titulum, ego non:certe fatuum eſſet dicere, quod iudex
aliquid mihi adiudicaret,& quod præſumeret dñs:quia adiudi
catio iſta præiudicat habenti dñium, & hoc cognoſcetur ꝑ ſuũ
ɔ̃rium.Nam ſi eɔ̃ iudex te abſolueret adiecta cã,ꝙ ſum dñs,ex-
cluderet perpetuo te a qõne dñij,& vide quod no.Cyn.s̃.cõm.
vtriuſq; iud.l.1.Non ob.l.1.ff.fami.erciſ.quia concedo, ꝙ ſuffi-
b cit poſſeſſio, vt excludatur *b* quæſtio præpoſterationis,non vt
obtineatur ſnĩa vigore poſſeſſionis. poſſeſſio ergo facit agentẽ
audiri, licet prius non intentet petitionem hæreditatis:ſed non
facit, quod reportet victoriam per ſententiam ex nuda poſſeſ-
ſione. Quia vbi eſt plenum præiudicium, ibi debet eſſe plena
probatio;vbi ſemiplenum, ſemiplena,ff.ad exhi.l.theſaurus, &
hoc de actore.Reus vero qñq; deducit dñium in modum exce
ptionis:& tunc aut poſtq̃ actor fundauit intentionem ſuam,&
tunc reus debet plene probare eo mõ, quo probaret ſi ageret,
vt l.1.ff.de excep.& in l.in exceptionibus,ff.de proba.aut in ten-
tione actoris non fundata, & tunc ſufficit reo probatio poſſeſ-
ſionis,vt l.1.de priuil.fiſ.ſm Iac.Oldr.& Cyn, Sed nonne actor,
qui ſnĩam reportauit,fundatam habet intentionem per proba-
tiones,& ſententiam,& tamen ſufficit reo probare de poſſeſſio
ne,vt l.ob maritorum,ne vxor pro marito,& l.a diuo.§.ſi ſuper
de re iudicata. Reſp.illa leges loquuntur in tertio excipiente,ɔ̃
quem nil eſt probatum:imo proprie illa dicitur proteſtatio,nõ
exceptio:quia contra illum tertiũ nulla petitio erat directa, un-
de nõ eſt proprie reus,cum nõ ſit actio directa ɔ̃ eum.item ſen-
tentia lata in perſonali,non excludit exceptionem dñii,quia nõ
eſt ɔ̃ria exceptioni,dictum ergo doctorum intelligitur,quando
eſt fundata intentio actoris contraria defenſioni rei,& eſt incõ-
16 patibilis cum defenſione rei,ſecus ſi vna cõpatitur,cũ alia.† De
iuribus officiorum dicendum eſt, quod q̃dam officia exercent̃
noĩe alieno tãtum,vt officiũ tutelæ & curiæ,& tũc quaſi poſſeſ-
ſio nihil operatur,quia nomine alieno,non proprio exercet of-
17 ficium.† Quædam nomine proprio,vt pręlatura,præſidatus,di-
gnitas,& ſimilia,tunc prodeſt quaſi poſſeſſio,ſi alteri quęſtioni
ea incidit.extra de iure pa.c.conſultationibus,& facit in ratione
ſui,l.vlt.ff.quemadmo.ſer.amit.De iuribus obligationum dicẽ-
dũ eſt ꝙ aut cõputantur ĩter immobilia,& annuos reddituſ; &
tunc non dicuntur poſſideri,vel quaſi,niſi in petitione,hęredita
tis,quæ eſt munitiſſima & vniuerſalis ad omnia.ff.de pe.hæred.
l.ſi.quorum bonorum.& no.in l.ſi certis annis,s̃.de pac.per Cy.
ff.qui ſatiſd.cog,l.ſciendum,per Gui.& Cy.Quęro,corã quo iu
dice probẽtur iſta?Reſp.aut ſunt eiuſdem fori principalis, & ꝓ-
bantur coram iudice cauſę,l.quoties,s̃.de iu.aut ſunt diuerſi fo
ri principalis,& tunc refert,aut loquimur de cõtradictoria pro-
batione contra negantem,& debet remitti ad ſuum iudicẽ, de
a ordi.cogn.c.tam.Aut de probatione,quæ fit de plano *a* ꝑ cõfeſ-
ſionem aduerſarii,tunc non oportet,ꝙ fiat remiſſio,quia nõ in
digemus diſceptatione,vbi reus fatetur,vt no.Spec.in ti. de con
18 uen.& reconuen.& iſtud eſt vtile ſcire.† Vnde ſi corã Poteſta-
te vertitur quęſtio adulterii,non debet Poteſtas pati,quod reus
b neget matrimonium,*b* quia tũc debet probatio remitti ad Epi
ſcopum ſuper matrimonio,& nõ valeret probatio matrimonij
facta corã poteſtate,niſi ſtatutũ loci diſponeret valere, qa ſicut
c pars *c* põt inutilẽ probationẽ ɔfirmare,vt no.Inn.ĩ c.cãm,de te-
ſti.ſic & ſtatutũ põt hoc facere ĩter ſuos ſubditos vt no.in ru.inf.
de dec.lib.11.& ita ſeruat ɔſuetudo.Et hęc ſufficiant in hac l.no.

ADDITIONES.

a Allegatur ius.Vide Bal.in l.ſi qua per calumniam,ſupra de Epiſ.& cle. & quod ip
ſe no.in l.eos,§.ſuper his,ſupra de ap.& ſupra,ea.l.

b Poſſeſſio vt excludatur.Ad illam l. vide Bal. in l.quoniam Alexandrum,infra de
adul.& in l.præſes,in fi.inf.de plag.& in l.indicia,ſup.de rei vend.

c De plano.Vide Bal.in l.3.ſupra de iud.

d Cel.Quod reus neget matrimonium.Videtur Bald. hic ſentire, tunc demum poſ-
ſet iudicem ſecularẽ de adulterio cognoſcere, niſi quæſtio ſit de matrimonio, de
cuius veritate uide Collect.in c.cum ſit,nu.8.& quod ibi poſui in addi.ad ipſum,
in ver.adulterium ext.de fo.comp.& ibi etiam notaui in apoſt.ad Pa.nu.23.in
ver.crimen adulterij,& de hoc per Pet.de Anch.conſi.197. Lud. Ro.ſin.ſuo 670.
inci.Nos ſumus in materia adulterij.& Fel.in præall.cap.cum ſit verſ.ſic reſpectu
adulterij.

e Quia ſicut pars.Vide gl.l.j.ff.de fer. de ſtatuto an poſſit diſponere,ꝙ probationes
recipiantur ſuper matrimonio per iudicem laicum,uide Bal.in l.3.ſup.de iu.Lud.
Rom.in l.Titia,ff.ſol.mat.licet non faciat mentionem de Bald.in iſtis locis,vide-
tur tenere contrarium,uidelicet,quod non ualeat tale ſtatutum laicorum in præ-
iudicium iuriſdictionis iudicis,per c.cum omnes extra de teſt.& ita dicit tenere
Io.Cal.in conſ.18.facit tex.in c.eccleſia ſanctę Mariæ.extra de conſtitu.ſed reſpõ
de ad hoc,ut per Bal.in d.l.3.& Lud.Ro.non annullat ſtatutum non committens
cognitionem, quod non eſt contra hæc dicta.& uide quæ not.Bald.in l.prima.§.
ſimili de contro.inue.Fede.de Sen.in conſ.ſuis,& conſ.incip.quia & Anto.de Bu.
in c.cum ſit generale extra de foro compe.

LEX X.

1 *Accuſator,qui non vult ſe inſcribere,repellitur.*

1 Si crimen. † Ab auditorio pretoris repellitur accuſator qui non vult ſe inſcribere.h.d.

LEX XI.

1 *Incendiarius qualiter ſit puniendus.*

Exi-

2 Exiliorum ſunt quatuor genera.
3 Pœnæ plures ſpeciales vbi per eandem legem imponuntur, iudex debet omnes imponere.
4 Culpa lata quando committitur, tūc pro magno incendio imponitur minor pœna corporalis, quam pro dolo.
5 Iudex per inquiſitionem de leui culpa procedere non poteſt.
6 Ebrietas magna delictum attenuat.
7 Culpa punitur pœna pecuniaria, & non capitali.
8 Maleficium caſu fortuito commiſſum an ſit maleficium.
9 Delicta committuntur quatuor modis.
10 Ius commune in maleficijs puniendis trahitur ad ſimiles caſus.
11 Ratio vbi inuenitur eadem ibi tacite ineſſe videtur.
12 Pęnæ per ſtatuta, & conſuetudines mutari poßunt.
13 Iudex pęnam ſtatuti omittere non debet.
14 Statuta quandoque imponunt pęnam mortis ſub conditione.
15 Fideiuſſoribus interdum reus non eſt relaxandus.
16 Pœna ſecundaria an ſit pœna maleficij vel contemptus.
17 Statuta aliquādo faciūt de aliquo maleficium, & de maleficio non maleſiciū.
18 Ignorantia vbi a crimine non excuſat, a pœna etiam non excuſat.
19 Delicti nomen aliquando tranſit in aliud nomen delicti.
20 Teſtis falſus pœna talionis eſt puniendus.
21 Quantitas eſt duplex coniuncta ſcilicet & communis.
22 Teſtis dicens quia ſum vicinus inducit ſolam præſumptionem.
23 Teſtis in qualitate deponit falſum ſi dicat frumentum optimum, cum eſſet minus bonum.
24 Relatio quintum prædicamentum quod.
25 Teſtes duo in correlatiuis, probant interdum vnum capitulum.
26 Teſtes vbi torqueri debent, duos vel tres factum ſcientes torqueri ſufficit.
27 Quando eſt ſextum prædicamentum, in quo teſtis de facili periurium incurrere poteſt.
28 Teſtimonium cadit ſuper ſitu.
29 Regnum ad monachum non tranſit.
30 Teſtis probans aliquem ebrioſum vel prodigum, rationem dēt aſſignare.
31 Continens quomodo dicatur habere contentum.
32 Poſſeſſionem vel proprietatem, vel obligationem, quod habere dicatur.
33 Obligatio ſequitur neceſſario contractu poſito, vel conceſſo.
34 Teſtis quādo dicit vnū ex quo aliud ſeqtur ſup vtroq; depoſuiſſe videtur.
35 Ratio diſtinguit dictum.
36 Interrogatoria in ciuili & in criminali dari poßunt.
37 Iudex per uiam interrogationum, non poteſt cogere partē ad reſpondendum petitioni partis.
38 Teſtis qui non dicit totum factum, non probat.
39 Teſtium probatio iudicem non ligat in eo, quod ex officio facit.
40 Metus teſtem falſum non excuſat.
41 Teſtis vnus interdum facit fidem quando alij deſunt.
42 Ratio neceſſaria quoties aliquo poſito & cōceßo alterū ſequitur neceſſario.
43 Habere infamiam potius eſt priuatio quam habitus.
44 Teſtibus affirmantibus plus creditur quam negantibus.
45 Teſtes duo maleficium notorie commiſſum, probare poſſunt.
46 Diuerſitas factorum teſtium contrarietatem excludit.
47 Teſtis approbari per eum videtur, qui ad teſtimonium eum vocari fecit.
48 Teſtis ſi teſtificari promiſit an repelli poſſit.
49 Teſti amico aliquantulum minor fides adhibetur.
50 Lex vbi de amputatione mēbri mentionem facit, qualiter ſit intelligenda.
51 Pœnę perſonales requirunt delictum conſummatum.
52 Conſilium punitur pœna mortis aliquando.
53 Error in fide, habetur pro dolo.
54 Delictum quando dicatur conſummatum.
55 Titulus criminis vbicunque reſultat delictum dicitur eße perfectum.
56 Condemnati ad mortem per formam ſtatuti, an bona eorum publicentur.
57 Condemnatus ad pœnam corporalem ſi per eum non ſtetit quominus vltima hora termini pecunia ſolueretur, pœnam non incurrit.
58 Sententia ſi eſt conditionalis, præſcriptio currere non poteſt.
59 Bannitus excipiendo in perpetuum an poſſit dicere bannum nullum.
60 Condemnatus in pœnis capitalibus habetur pro mortuo.
61 Pœna perſonæ intelligitur in ſuo potiore ſignificatu.
62 Diffidatio non eſt pœna capitalis.
63 Dans cauſam rixæ non tenetur de homicidio.
64 Tyranni violentia dicitur ſemper in fieri.
65 Subditi mei ſi per metum tibi obediunt, non ſolum ipſis, ſed mihi vim inferre videris.
66 Bellum facere pro recuperatione ſuorum iurium, an ſit licitum.
67 Spoliatus ſua poſſeſſione, an propria authoritate eam recuperare poſſit.
68 Proprietatis ſola ratio inter priuatas perſonas iuſtum bellum non facit.
69 Poſſeſſio quanto eſt iuſtior tanto magis eſt a proprietate cauſata.

Data opera. Incendiarius doloſus punitur lege Cor.
1 de ſica.h.d.† Quæro; q̄ pęna *a* ſit iſta; que
a dam.n.puniu.tur eadem lege, & eadem pęna, vt ff.de mi.l. auxi
lium, §.fi.quædam eadē, lege, non eadem pęna, vt hic. q̄dā eadē
pæna, nō eadem lege, vt ff.de cuſ.re.l.ad ꝯmentarienſem.ita no.
gl.in l.j.de fi.inſtr. Reſp. incendiū quinque modis cōmitti.ſ.dolo
malo, lata culpa, leui culpa, leuiſſima culpa, & caſu fortuito. itē
quandoque cōmittitur in ciuitate nel intra oppida, quandoque
in villa & rure. Dico ergo ꝙ quinque cōcurrunt, ꝙ incendium
fiat dolo, & in ciuitate, vel oppido, & ꝙ delinquēs ſit vilis perſo-
na, & ꝙ incenſa fuerit domus, vel aliqd ædificiū, uel aliqua por
ticus poſita iuxta ædificiū. Quia qđ fit iuxta domū vr̄ fieri in do
mo, & ꝙ incendiū ſit magnum, tunc incēdiarius dēt cōburi, ff.
de inc. rui. nau.l. qui ædes. & eſt rō, quia incendium in ciuitate
mortem multis p̄parat. & ideo incenſor mortem, quā minatur
experiat̄.de extraord.cri.l.ſaccularij, in rōne ſui. Si aūt quatuor
ꝯcurrunt, ꝙ incendium ſit miſſum dolo, & in ciuitate, & incen-
ſa domus. vel ędificium, vel quod ſit aceruus iuxta domum, vel
ędificiū, & incendiū ſit magnū, ſed ſi delinquens eſt in aliquo
gradu ꝯſtitutus, decapitabit̄, vt l.capitaliū, §.nōnunq̄, ff.pœn. vel
b dic, quod inter pęnas mortis. Iudex arbitrabit̄ *b* an igni ſubij-
ciat̄, vel furcæ, vel decollet̄, q̄a gratiā facere pōt nō vitæ, ſed le-
nioris mortis, ꝑut dictauerit ſibi ęq̄tas arbitrij, ſm̄ dignitatē, ſm̄
ętatē, ſm̄ merita prioris vitę, vt l.q̄d ergo. §. pęna grauior, ff. de
infa.l.& ſi ſeuerior.ff. illo tit. viles ergo ꝑſonæ, vel infames con-
burunt̄, vel beſtijs lacerandę tradunt̄, vel forca ſuſpendunt̄. ſed
Nobiles, & Barones decapitant̄. Et hoc eſt no. q̄a nobiles ſępe
hn̄t guerras ad inuicē, & faciūt īcēdia in caſtris, & domib. hinc
inde magna, & enormia. Nā de incēdijs pęna capitis eſt eis. Sed
ribaldi q̄ faciūt guaſtum, dēnt igne cremari, & ſuſpēdi. Itē ſi in-
cēdiū fiat extra męnia ciuitatū, vel caſtrorū, aut in alijs locis, &
ſit incēdiū magnū, & dolo malo factū. Nā pęna mortis eſt niſi
ꝑſona delinquēs ſit ī tali gradu dignitatis, vel ſtatus, ꝙ vita dēat
ei ꝯcedi ex benignitate diſpēſationis, & tūc dēt deportari, ff. de
incen.rui.nau.l.fi.& hoc cū incendiū eſt poſitū dolo malo, & p̄-
ſumit̄, dolus, ſi p̄ceſſit inimicitia, vt ff.de pe.l. capitaliū. §.*qui ob*
inimicitias, ꝙ eſt no. Collige ergo, qn̄ incendiū ſtudio mittitur
in domū, vel iuxta domū vel alibi, & eſt magnū, ꝙ qn̄q; q̄s igne
cremat̄, qn̄q; beſtijs datur, qn̄q; furcæ traditur, qn̄q; decollatur
qn̄q; dānat̄ in metallū, vel ī opus metalli, qn̄q; deportat̄ ex miſe
ricordia potius q̄ ex rigore. Prima pęna cremationis eſt magna.
Secunda beſtijs ſubijci. Tertia furcæ tradi, q̄a non deeſt ſepultu-
2 ra corpori. Quarta decollari. Quinta exilio plecti.† Quatuor sūt
exiliorū gn̄a, & primū & maximū dānari in metallū, ſm̄ in opus
metalli, tertiū deportari, quartū relegari, q̄ntū vero eſt eijci đ ci-
uitate: ſed iſtud nō eſt exiliū, ſed miſſio ad ꝯfinia, vt eiectio cor-
poralis de habitaculo ciuitatis. C.de Epi.au.l. Mathematicos. in
Auth.iuſſu.qđ p̄ſt.ab his, §.fi.facit C.de ſum. Tri.l.j.in fi. Incēdia
rij doloſi, a rebus humanis tanq̄ inimici nāæ eximēdi ſunt. Fal-
3 lit, vel ꝑꝑ ꝑſonæ qualitatē, vel ꝑꝑ incēdij paruitatem.† Et no. ꝙ
vbi ꝑ eandē legē ꝓ vno crīne imponuntur plures pęnæ ſpāles iu
dex oēs dēt imponere: ſed ubi diuerſis legibus, iudex dēt eligere
inter pœnas, vt no.63.diſt.in gl.ſummæ, & de ſepul.vio.l.q ſepul
chra. & d.l.fi.de incē.ru.nau.vel dic, aut pœnæ imponūtur copu
latiue per eandem, vel aliam leg. tunc oēs imponuntur, l.qui ſe-
pulchra. aut alternatiue: tunc iudex elegit, l.2.C.de ſer.fug. idem
ſi imponat̄ incerta pœna de certis, l.1. §. expilatores, de effr. &
expil. aut abſolute, tunc aut ꝑ eandē legē: tunc orō abſoluta hēt
vim copulatiuæ, de verb.ſig. ſæpe, Aut ꝑ aliam le. tunc ſecus, &
vna tm̄ dēt imponi, vt l. Senatus cenſuit, ff.de accu. & vide quod
not.de pœn.diſt.1.c.pœnæ.in gl.& ibi not.qđ in verbis legis, &
in verbis iudicis, ſp minor pœna vr̄ impoſita, qđ not. & hoc in
pœnis miniſterio iudicis indigendis, & qn̄ ambę pœnę ſunt ſpā
les. Sed ſi vna ſit ſpecialis, alia gn̄alis: tunc aut veniunt ex eadem
lege, & ſpālis, dēt imponi, ff.de pęn.l.ſanctio legum. Aut ex diuer
ſis legibus, & tunc aut vna pœna eſt ordinaria, alia arbitraria, &
extraordinaria, & illa pœna dēt imponi, q̄ per legē poſteriorem
imponitur, vt no. j.tit.1.l.1. aut vtraq; eſt pœna ordinaria. tunc
aut vna pœna applicatur parti, alia fiſco, vt pœna annullationis
ꝯ̄ctus, q̄a applicatur parti, & pœna ꝯdemnationis fiſcalis, & vtra
que imponitur, vt no.in l.2.de ſacroſan.eccl. ſicut incendiarius
ꝯdēnatur fiſco, ita & parti: q̄a emendat dāna edita, l.q ædes. aut
neutra pœna reſpicit partem, ſed rēpu. tunc aut vna reſpicit ſo-
lutionē, & alia non, vt pœna infamiæ, tunc vtraq; imponitur, vt
ff.de pęn.l.qui vltimo, vna per legē, & alia per iudicē, quia lex, &
Iudex in puniendo ꝯcurrunt, aut per alteram pęnā purgat̄ deli-
ctum, & ſatisfit legi & iuri, q̄cunque pœna imponatur, tunc ſi-
ue vna pœna includatur in altera, vt in homicidio, & parricidio
ſiue non, vnicum delictum, & vnus titulus maleficij punit̄ vna
pœna tm̄.ff.de acc.l. Senatus cenſuit. & adde qđ no.de teſt.l.nul
lū, & extra de iud.c.at ſi clerici. & hoc de primo mēbro, qn̄ in-
4 cendiū cōmittitur dolo.† Nunc de ſcđo, qn̄ cōmittitur lata cul-
pa, tunc ꝓ magno incendio īponitur pęna corporalis, mitior tn̄
q̄ pro dolo, ff.de inc.rui.& nau.l.ſi fortuito. & eſt ſpale, nam pœ
na mortis, vel quaſi mortis naturalis, vt cum mēbrum abſcindi
tur, regulariter nō imponitur, niſi pro dolo. Fallit in incendiario
ſm̄ Ia.de Are. intelligo de vili ꝑſona. Sed certe l.ſi fortuito, non
cogit dicere nos de pęna corporali mortis, vel mutilationis mē
bri, & ideo intelligam de alia pæna corporali, vel grauiſſima pæ
na

ADDITIONES.

a Quæ pęna. Vide Bar.in l.j.ff.de offic.præfec.uig.
b Arbitrabitur. Vide quæ not. Bald.in leg. j. ſupra de his, qui ad li. perue. non poſſ.

na pecuniaria, arg. ff. de leg. Cor. de ſic. l. j. §. diuus. & ff. de pœn.
l. ſi quis aliquid, §. qui abortionis, ut iura iurib. ↄcordentur. nã ſi
lata culpa non infamat, ut not. Inſt. de ſuſp. tut. §. ſuſpectus. er-
go multo minus inducit pœnã mortis. Itẽ ſi pp latam culpã qs
non excõicatur, ergo non dẽt mori, ut not. ff. de in lit. iuran. l. in
actionibus. intelligo tñ, quod damnũ ſemper dẽt emendari ex
eadem inſtantia, quia ciuilis & criminalis ueniunt ex eadem le
ge, copulatiue Iudicis mandato. Iõ non ſunt neceſſarij diuerſi
proceſſus. d. l. qui ædes, ſed qñ ciuilis & criminalis oriuntur ex
diuerſis legibus, tunc ſunt duæ inſtantiæ neceſſariç, ſi principa-
liter agatur ad utrunque ĩ. qñ ciuilis actio. l. 1. Sed ſi officio iu-
dicis incidenter damnũ petatur, tunc ex eadem inſtantia ciuilis
incidit criminali officio iudicis, & ſufficit vnus proceſſus ad me
ram rei proſecutionem incidenter conſequendã. ĩ. de calum. l.
ſi ab alio, & l. interdum. §. furem, ff. de fur. & ſimile habemus in
fructibus, qui officio Iudicis ueniũt, ubi per uiam accuſationis
obſtantibus regulis cumulationum, non poſſunt peti, vt not. de
excep. l. fundum, & ita obſeruat conſuetudo. Adde. tñ quod di-
xi ſ̃. eo. l. qui crimen. vbi allegaui in ↄ̃triũ. Nunc de tertio, qñ
incendiũ fuit exortum culpa leui, dicit Cyn. non punitur crimi
naliter aliqua pęna, ſed emendatione damni: qui tñ non poteſt
emendare, luit in corpore, d. l. qui ædes. unde ex leui culpa non
oritur duplex uia agendi, ſ. ciuiliter, & criminaliter, ſed una tan
tum uia. ſ. ciuiliter, & idem no. per eum. in l. ſi quis non dicam
5 repere de epiſc. & cler. † Ex hoc ſequitur quod de leui culpa non
poteſt procedi per inquiſitionem, quia reſpubl. non reputatur
offenſa, nec intereſſe Reipub. poteſt iudex requirere ad cõmo-
dum priuatorum, ut no. in c. ad noſtram, de iureiur. per Innoc.
Et ex hoc multæ inquiſitiones poſſent impugnari, quia ſi con-
ſtat dolum & latam culpam abeſſe, ex leui culpa, non poteſt for
mari inquiſitio. vel accuſatio, ſecundum Cyn. ad hoc. ff. de abig.
l. 1. in ff. de lib. cau. l. illud. & inf. ad leg. Flauiã. de plag. l. plagium,
de his, qui ſibi adſcribunt, l. Senatus, & l. pen. Sed contra Cyn. vr̃
caſus in d. l. ſi fortuito. ibi criminaliter punitur culpa dolo proxi
ma, iſta eſt lata culpa. Item criminaliter punitur culpa proxima
latæ culpæ, in d. l. ſi fortuito. Non ob. l. qui ædes. quia ibi loquitur
de culpa leuiſſima, quæ non punitur criminaliter, vel diſtingue,
aut leuis culpa eſt in faciendo, & punĩt criminalr̃, aut in negli-
gendo, & non punitur criminalr̃, nam quodam modo maior
culpa eſt facere, quam omittere, ff. de vſufru. l. ſi cuius, §. de p̃te-
ritis. & quod no. in l. more, ff. ſolu. mat. Bart. allegat, ꝙ eius cul-
pa puniũtur criminaliter l. reſpiciendũ, §. delinquũt, ff. de pœn.
Sed ibi loquitur de lata culpa, cum delinquitur per ebrietatem,
nam lata culpa eſt per ebrietatem delinquere: & non loquitur
de leui culpa, vnde nihil facit ad hoc. ff. de re mili. l. omne deli-
6 ctum, §. pęn. † Ebrietas a magna delictum extenuat, non autem
a in totũ excuſat: ſed parua ebrietas non minuit delictum. in diui
na ſcriptura habemus exemplum de Loth, quem inebriauerũt
b filię eius; c & delictum per leuem ebrietatem, ſeu calorem leui
mente turbata, non tñ cum exilio mentis, dr̃ impetu factum nõ
dicit ibi textus culpa, ſed dicit impetu, id eſt non appenſate, &
deliberate, ſed inconſulte. ſubito motu. Nam iſte eſt minor do-
lus quam ſi cũ deliberatiõe eſſet ſcelus perpetratum, nã maior
dolus eſt iſte. vñ poteſt dici quod §. delinquunt, loquitur in tri-
bus caſibus: ſcilicet in dolo præmeditato, & maiori, in dolo nõ
pręmeditato, & minori, & in caſu fortuito, & ſic nullo modo
facit pro Bar. ſed pro eo facit l. ſi fortuito, quã ipſo non allegat.
Sed pro Cy. quia ubi lex de pœna loquitur, figit pedem in dolo
& lata culpa: & per hoc ſequitur, ꝙ aliud eſt in culpa leui, ut ff ſi
quis teſt. lib. eſſe iuſ. fue. l. 1. §. non aũt. Sed reſpon. ibi edictũ Præ-
c toris requirebat c dolum. & iõ culpa a dolo remota, id eſt leuis
culpa, non continetur. ſed ubi lex ſimpliciter punit factum, nec
facit doli mentionem: tũc punitur culpa, niſi ſit leuiſſima, quę
7 criminaliter non punitur. † Et hoc uerũ, eo quia culpa punitur
pęna pecuniaria, non autem capitali, ff. ad leg. Corn. de ſica. l. in
lege crimẽ. Et ex hoc infero ad talẽ quæſtionẽ. dictat ſtatutum
quod homicida condemnetur in centum. & ſi non ſoluerit in-
tra menſem, decapitetur. Nam dico ubi eſt culpa, cõdemnatur
in centum tantum, & licet non ſoluat, nõ decapitabitur, & hoc
Iudex debet declarare in ſua ſñia, inſerta cã, quia ſemper cauſa
condemnationis quærenda eſt, ff. de re mili. l. qui cum uno, §. id
tempus. Item ſi ſtatutum præciſ. punit homicidiam ad mortẽ,
& non facit doli mentionem, tñ Iudex vbi non eſt dolus, debet
ſñiam tẽpora re, ut in §. pęna grauior. & d. l. qui ædes. Nam ſta-
tuta reſtringuntur per rõnem iuris communis, ſ̃. de nox. l. ſi ſer
ui veſtri. nam voluntas & propoſitum diſtinguũt maleficia, ff.
de fur. l. qui iniuriæ. Et affectio tua operi tuo nomen imponit.
8 C. de iniu. l. ſi conuitij. † Quæro, vtrum maleficium commiſ-
d ſum caſu d furtuito, dicatur maleficium? Videtur quod non,
quia non punitur aliquo modo, niſi culpa præcedat caſum, vt
d. l. ſi fortuito. In contrarium vr̃ tex. in d. §. delinquunt. eſt ergo
maleficiũ, ſed abſque pęna. Et prodeſt hoc ſcire. Dictat ſtatutũ
quod ſyndici teneantur omnia maleficia denunciare, quæritur
an debeant denunciare homicidiũ factũ caſu fortuito? Videtur
dicendũ quod ſic, ſufficit enim prima facie, quod ſit maleficiũ.
Iudex enim poſtea hẽt inquirere, an ſit punibile, vt ff. ad Turpi.
l. 1. §. accuſationis, ſyndici. n. officium non eſt iudicare, ſed iudi-
care, & denunciare. ſecus dico, ſi quis occidat hoĩem ſe defen-
dẽdo, qa iſtud non eſt maleficiũ. Rõ differentiæ eſt, qa hoc fit le
ge pmittente, & nãli rõne ↄcedente. ſed homicidiũ caſuale non
fit legis authoritate, ſed eſt p̃ter legẽ, & ideo eſſentialiter eſt ma-
leficium, ſed nõ quo ad punitionẽ. & facit extra de deli. puero. c.
1. ver. qs vero. & ff. de fur. l. inter oẽs, §. pen. Dico ergo, ꝙ aut ho-
micidiũ fit ſ̃m legẽ, & nõ eſt maleficiũ, nec eſſẽtialiter, nec quo
ad punitionẽ, qa lex occidit miniſterio hoĩs, ar. ff. de ritu nup. l.
palã, §. fi. & 23. q. 8. c. occidit, in gl. Aut p̃ter legẽ, tunc eſt malefi-
cium eſſentialiter, ſed non quo ad punitionem. Aut fit ↄ̃ legem,
& tunc eſt maleficium eſſentialiter, & quo ad pœnam, vt no. in
9 l. 2. ſ̃. de ſacroſanc. eccle. † Vltimo in hac lege. no. caſus, e in qui-
e bus per leg. nominatim imponĩt pœna mortis. Præmittẽdũ eſt
autẽ, ꝙ delicta cõmittuntur quatuor modis. ſ. facto, dicto, conſi
lio, ſcriptura, ff. de act. & obl. l. ex maleficiis. in princ. & in quoli-
bet modo reperiunt caſus mortis. Ecce in facto. Qui Chriſtianũ
odio nominis Chriſtiani lapidat, ſ̃. de Iudæis. l. 2. Qui maius ſacri
legiũ facit. ff. ad le. Iul. pec. l. ſacrilegii. Qui virginẽ, maxime Deo
dedicatã, vel vxorẽ alterius rapit, ĩ. de rap. vir. l. 1. Qui idolis ſacri
ficat, C. de ſara. & pa. l. 1. Qui officia diuina doloſe turbauit, vt de
Epiſ. & cle. l. ſi quis hoc genus. Qui ↄ̃ nãm luxuriatur, ĩ. de adul.
l. fœdiſſimam, & l. cum vir. Qui ſcienter rebaptizauit, vt ſ̃. ne ſa-
crum baptiſ. reit. l. 2. Qui in ſilice ſignũ crucis in vilipendium Di
uini nominis ſculpit. C. nemini licere ſignum Salu. l. 1. Qui emit
muricẽ, & tingit purpurã, C. q̃ res vendi non poſ. l. 1. Qui muros
violat, ff. de rerũ diui. l. fin. Qui frumentũ exercitus per rapinã &
ſubdolã diſtinctionẽ & cõmercationẽ lucrifacit, C. quæ res vẽ.
non poſſ. l. 3. Qui monetam falſificauit. C. de fal. mon. l. fi. Qui a-
ctorẽ rerũ priuatarũ vel caſtaldiũ, vel pcuratorẽ ſubiectũ depræ
dauit, C. vbi cauſę fiſ. l. vniuerſi. Mulier q̃ ſe animali brutto ſubie
cit, 15. q. 1. c. mulier. Qui in ciuitate, vel oppido incendiũ facit. de
incen. rui. & nau. l. qui ædes, & l. capitaliũ, §. nonnunquã, & §. fi.
de pęnis. Qui ad hoſtes cõfugit, & eis conſiliũ manifeſtat, de pœ
nis, l. ſi qs aliqd, §. 1. Fautores ſeditionis, id eſt tradimẽti, eodẽ ti.
l. fautores. Proditor patrię. de abol. l. fallaciter. Latro in inſula,
vel nemore, vel in frequẽtatis itineribus deprędãs, de pęn. l. capi
taliũ, §. graſſatores. Publicus & famoſus fur. ea. l. §. famoſos. Prę̃
dator Principis, vel Regis, vel domini ſui temporalẽ, vel ſpiritua
lẽ iuriſdictionẽ habẽtis, puta Comitis, Epiſcopi, vel Baronis, cui
ſubeſt. C. ad le. Iul. maie. l. quiſquis. quia eſt crimẽ leſæ, vel quaſi
lęſę maieſtatis. Homicida parentũ, ĩ. de his, q pa. l. j. Homicida q
cũq; qa quod fecit, expectet, l. 3. ſ̃. de Epiſco. aud. Qui pacẽ iura
mento firmatã frangit occidendo, vel vulnerando, in Auth. de
pace ten. & eius viol. c. 1. §. ſi qs hominẽ. Cõcitantes populũ cri
dãdo, viuat, uel moriatur, ĩ. de ſeditioſis. l. 1. Seruus, q dominũ
prodit, uel occidit, d. l. capitaliũ, §. ign. Seruus, q cũ domina ↄcu
bit, ĩ. de mul. q̃ ſeruis propriis ſe iunx. l. 1. Qui adulteriũ cõmit-
tit, ĩ. de adul. l. q̃uis adulterii. Qui eã, cuius tutor eſt, corrũpit. C.
ſi tutor eã cuius, & c. l. 1. Qui manus ſibi infert, ff. de pę. l. ſi qs ali-
qd, §. fi. de re mi. l. omne delictũ, §. q ſe. Miles turbator pacis ff. đ
re mili. l. fi. Qui fulcit hoſtes, vel uẽdit eis arma, de publican. l. co
tem. Tenens puellam in proſtibulo, in Auth. de leno. Qui homi
nes caſtrat, C. de eunuch. l. 1. Qui fracto carcere fugit, ff. de effra.
l. j. de re mil. l. milites argum. §. eius fugã. Miles cuſtos, q captiuũ
dimiſit. de pę. l. ſi qs aliqd, §. miles. Cõmentariẽſis, q reũ mortis
euadere ſinit, de cuſt. reo. l. ad cõmẽtariẽſem. Qui priuatũ carce
rẽ facit, de priuat. car. l. 1. Qui ſua authoritate erigit furcas, vel cũ
ſit priuatus, utĩt Imperio, vel inſignia ſeu rep̃ſentantia magiſtra
tũ gerit, qa iſtud eſt crimẽ læſę maieſtatis, vt ff. ad legẽ Iul. maie
ſta. l. 3. §. fi. de fal. l. eos, §. q ſe. Miles q ſociũ ↄmilitonẽ ferit, i. fer-
ro percutit, nã ferire pprie eſt cũ ferro, ff. de re mil. le. oẽ delictũ
§. ſi qs. Qui Prępoſito, vel Duci, vel Poteſtati, vel Capitaneo illi⁹
terræ, manus intulit. ea. l. 1. §. q manus. Iudex, q ſubtraxit publicã
pecuniã. Inſt. de pub. iud. §. ſi lex. Miles. qui fugit in bello integra
acie. d. l. oẽ delictũ, §. qui in acie. Qui prægnantem necat, de pœ
nis, l. ſi qs aliquid, §. qui abortionis. Qui duos, uel plures occidit,
ar. eiuſdẽ, §. Author. aggreſſuræ & violentiæ, ubi cædes facta eſt
ad l. Iul. de vi. l. qm̃ Muſellantes liberos homines, ĩ. ad leg. Iul. de
vi. l.

ADDITIONES.

a Ebrietas. Vide per Bar. in l. reſpiciendum, hic alleg.
b Filiæ eius. Vt in c. inebriauerunt, 15. q. 1. & dicit Bal. in rep. l. 1. ſup. vnde vi. ꝙ pro-
pter ebrietatem minus punitur, per l. omne delictum, hic alle. nam punitur eo; ꝙ
fuit in culpa inebriando, quæ culpa in criminalibus non punitur tanquam dolus,
ſed mitius arbitrio iudicis, vt l. lege Cor. §. 1. & in l. lege Cor. & quod ibi Bal. ff. de
ſica.
c Prætoris req̃rebat. Vide Bar. in l. 1. §. non aũt, hic all. & Ang. & alios in l. 1. ff. de le.
d Commiſſum caſu Vide quod no. Bar. in l. decuriones, ſupra, ex qui. cau. infa. irro.
e No. caſus. Vide hic caſus infinitos, in quibus quis punitur pœna mortis, & primo.
ponit de his maleficijs, quæ facto committuntur inter alios caſus, in quibus quis
punitur morte propter maleficia commiſſa. vide in hac lege in verſic. hic ad ſola-
tium interpoſitis.

vi.l.fi.Miles,q ne pugnet,lãguorẽ ſimulat.Cõtumacia ẽt in mili
te,capite punit,d.l.oẽ.§.ↄtumacia.Qui iudex matremf.in publi
cũ trahit,ſ.de off.diuer.iu.l.1. Qui Nili aggeres,i.ripas deſtruit.
de Nili agge.non rump.l.1. vel in ciuitatibus maris,vt Ianuæ,&
Venetijs,cluſas publicas deſtruit, vnde pt idem exitus ibi ſequi,
qui in Aegypto de aggeribus Nili. Vel q latrones receptant vel
alios inſignes reos,l.fi.ad leg.Iul.de vi pub.l.2.ſ.de his, qui latro.
Qui furatur pueros alienos,j.ad le. Flau.de plag.fi.l. Qui furan-
tur,vel q inuadũt caſtra,ciuitates,vel oppida;j.de ſedit.l.1. §.lo-
ca.ff.ad leg.Iul.Maieſt.Qui pmittit venire hoſtes, quos ratione
officij dẽt prohibere,C.de re mi.l.ſi quis a barbaris,lib.12.& ibi
no.item facientes in vineis,vel campis vaſtũ de nocte,l.1.qñ li-
ceat ſe ſine Iud.vin.item abſtrahentes aliquẽ de religione,puta
10 rapiẽtes nouitios a fratrib.de apoſt.l.eũ qui.† Hæc maleficia &
ſimilia,capite puniũtur,quia in maleficijs puniendis ius cõe tra
a dit ad ſimiles *a* caſus,ſed ius municipale iuri cõi ↄriat.vide Bart.
ff.de re mili.l.milites agrum,§.fi.Et eſt triplex ſimilitudo, ſ.pro-
babilis & neceſſaria,qñ l.aſſimilat,l.fi.ſi quadr.paup.fec.dic. iſta
eſt ſimilitudo,a qua nõ põt appellari, de verb.ſig. l.ſi qua pœna,
quia a ſtatu legis nõ appellat,l.pen.de ap.rec.Alia eſt ſimilitudo
q̃ non eſt adeo vera, ſed pbabilis, vt qñ iudex aſſimilat, ſi iudex
in hoc errat,põt appellare,& vide ꝙ no.in Spe.de diſput.adu. &
in Auth.de inſtru.cau.& fi.§.ſi qs igit.ibi,q̃ in ſunt velut ſimilia,
nõ tñ p oĩa ſimilia.Quædã eſt aſſimilatio,q̃ adeo non eſt proba-
bilis,vnde qñq; Aduocatus allegãdo nititur facere aſſimilatio-
11 nẽ perſonæ ad pſonã,vel rei ad rẽ,vel facti ad factũ.† Et no.ꝙ ta
b cite *b* vr̃ ineſſe,in quo eadẽ rõ reperitur,vt in mã pena, reuocã.
don.l.his ſolis.& l.fi.de in diẽ addic.& de ritu nup.l. non ſolũ,§.
Senatus.& de le.l.ſed & poſteriores.Et vbi duo ſunt ſimilia,ma
c gis ſimile eſt eligẽdũ,*c* vt no.Inn.in l.de quib.ff. de leg.per Guil.
& Cy. Et vbi arguimus de ſimili ad ſimile, ex quo arguitur dẽt
eſſe certum.ſimile,ad qđ trahitur,oportet eſſe dubiũ, de cõd.&
dem.l.in teſtõ.& C.de fide inſtru.l.ↄparationes. Et adde, vbi eſt
d eadẽ rõ,ibi nõ dr̃ ſimilitudo, *d* ſed identitas,j. de ſacroſan.eccl.
l.illud.Sed vbi eſt ſimilis rõ,ibi dr̃ extenſio fieri,q̃ non fit vbicũ-
que caſus legis vel ſtatuti eſt in ↄrium.Nã arg. a ſimili,eſt argm̃
ex ↄiectura,& iõ in caſu nõ dubio ceſſat arg.a ↄiectura,vt no.in
12 auth.quas actiones.ſ.de ſacroſ.eccl.† Item notãdũ eſt ꝙ iſte pę
næ pñt per ſtatuta & ↄſuetudines locorũ pmutari,tã in terra, q̃
in mari.Nã ↄſuetudo maris dẽt obſeruari,ſicut ↄſuetudo ciui-
e tatũ,ut in auth.de vſu.nau.§.fi.coll.2.& ibi.no. Vñ ſi ſtatutum *e*
loci delicti imponit pęnã nõ capitalẽ receſſũ eſt a pęna capitis,
vt ff.de re mil.l.qui.cũ uno,§.poſt.ibi dũ dicit, receſſũ a capitis
pæna.Et idem ſi cõſuetudo mutat pænã capitalẽ in non capita-
f lẽ.& hoc ẽt patet eↄ ſi ſtatutũ pænã *f* non capitalem mutat in ca
pitalẽ,quia receſſum eſt a minori pæna,& crimẽ factum eſt ca-
13 pitale,ff.de extraord.crimi.l.ſaccularii,§.ſunt quidã.† Et fatuus
eſſet iudex,qui imponeret minorem pœnam, quæ deſcendit a
iure communi & omitteret imponere pęnam ſtatuti,cum iura
uerit ſeruare ſtatuta,ut extra de iureiuran.c. debitores. & adde
quod no.de ſepul.uio.per Cy.in l.qui ſepulchra.Extincta eſt er-
go pęna iuris cõis. immutata in aliam pœnam conſuetudinis
vel ſtatuti.& ita teneo,quia cum aliquid additur, vel detrahitur
iuri communi, ius proprium illius ciuitatis efficitur, & non eſt
amplius commune in illo loco,de iuſt.& iu. l. ius ciuile. Sed in
pænis recluſis in corpore iuris ciuil.vna nõ tollit aliam quo ad
natiuitatẽ,de act.& obl.l.quoties.& j.de ſepul. vio. l. qui ſepul-
chra.item in pluribus pœnis recluſis in eodem volumine ſtatu
torum,vna pęna non tollit aliam,ſed iudex habet electionem.
Sed ſi vna eſt recluſa in volumine iuris cõmunis,alia in volu-
mine ſtatutorum, tunc pæna ſtatutoria eſt imponenda, qđ ſic
probo,quia ſpecies derogat generi.& uide hic quod notatur ff.
de publicia.l.de precio.vbi gloſſ.bene facit ad hoc,ſed ſtatutum
ad ius commune habet ſe vt ſpecies ad genus,vt l.omnes popu-
li.quia ſtatutum minus loco continet, qa eſt ſpecialiſſimum in
loco illo tantum.& illud habetur loco ſpeciei, quod eſt minus
gñale,& illud habetur loco generis, quod eſt magis gñale, &
iſta eſt theorica,quæ ponitur in c.generi per ſpeciem, per Dyn.
ergo ſtatutum habetur loco ſpeciei,quia ſpecialiter puidet in
illo loco tantum,vnde dicimus qđ leges locales ſunt leges ſpe-
ciales,non gñales.de Epiſc.& cle.l.priuilegia,& leg. generaliter
14 † item notandum eſt,quod ſtatuta *g* terrarum quandoque im
g ponunt pænam mortis ſub cõditione,ſi pecunia non ſoluatur,
verbi gratia,dicit ſtatutum,quod homicidia cõdemnetur in cẽ
tum,& ſi non ſoluit intra decẽ dies,decapitetur.vel perdat ma-
num,& iſtud maleficium dicitur capitale,attenta aptitudine,&
potẽtialitate,qa pt ↄtingere,ꝙ nõ ſoluetur pecunia,& ſic ↄmit
tetur capitalis pęna.Nam actio quod met.cau.hac ratione dici
tur pænales, pp aptitudinem,vt l.ſi cum exceptione,§.j.verſi.ſa-
tis.n.clementer, quod me.cau.itẽ actio leg.Aquil.Inſti. ad leg.
Aql.§.his aũt verbis.& actio ex teſta.in aliquo caſu,Inſt.de act.
§.itẽ mixta eſt actio ↄ reos.Nã dubius euentus debet in omnẽ
partem ſui conſiderari,ff.de cõd.ind.le. ſufficit. Et in dubio ui-
15 detur ſemper,ꝙ iudex debet facere id, quod ſecurius ſit.† Vn-
de in caſibus iſtis reus non eſt relaxandus fideiuſſoribus.nec in-
teruenit procurator,quia dubia in deteriorem partem interpre
tanda ſunt propter rigorem iudiciorum conſeruandum,vt j.đ
h iniu.l.fin.Dubitari tamen conſueuit,an iſta pęna *h* ſecundaria ſit
pæna maleficij:vel contemptus,ſiue contumacię?& videtur qđ
ſit pæna maleficij,nam pro contumacia nemo iudici tradit, vt
no.4.q.j.in glo.ſiue uerſ.quis enim diceret,&c.Ad idem, quia
actione,quod met.cau.eſt pęna maleficij argumentata ratione
contumaciæ,ut d. l.ſi cum exceptione,in §.quatenus, ibi dum
dicit,qa tripli pæna propter facinus.Item quia ↄtumacia ñ pari
i vltimum *i* ſuppliciũ,nec eſt hoc de natura ↄtumacię,l.diuus,de
cuſto.reo.Itẽ ad hoc facit,qđ pęna q̃ ſubrogat loco alterius pæ
na indebitæ,vr̃ eſſe in diſpoſitione ab ipſo prin.& retro fingitur
debita.ad leg.Fal.l.prius,§.item ſi ita,& l.j.de pænu. leg.In ↄriũ
id qđ venit ex accidẽti pp moram,dr̃ venire ex ↄtumacia,ñ ex
priſtina cã,vt l.j.ff.de ĩ li.iur.& l.ſi quis rem.de arb.vnde dñt ad-
uocati,qđ ſtatutum dicit,qđ ↄtumax ↄdemnetur in pluri,quod
iſtud quantum non eſt propria pęna contumacię,ſi iſtud quãtũ
plus ſoluetur,nõ tamẽ propterea incurrit pæna mortis propter
dictam rationem,quia contumacia non eſt cauſa mortis. Item
pæna,quæ debetur propter non factum,eſt pæna cõtumacię,vt
no.extra de cõſt.c.ex literis.& facit quod no.de præb.c. extirpã
dę.per Inn.Sol.teneo primam partem:quia iſta eſt pęna malefi-
cij per quem cum ſoluitur,plena liberatio inducit:quod cogno
ſcitur in hoc,quia ſubrogatur in locum pęnę primitiuæ,& ideo
dico,quod quædam ſunt pęnę principales,& de iſtis eſt certum
quod ſunt proprie pęnę maleficiorum,quia veniũt propter *ma*
leficia, & iſtæ ſunt pęnę delictorũ alterate propter moram,quæ
dam veniunt ex mora propter moram, & iſtæ ſunt pęnę contu
macię,& eſt ſimile ff.ſi cer.pet.l.lecta,§.fi.& ſic loquitur l.j. de ĩ
lit.iur.quia ibi intereſſe non poteſt claudi ſub propria & *forma*
li natura actionis realis, quia actio in rem nõ datur ad quan*tita*
tem in genere,de pigno.l.ſi fundus, §.in venditione, & not.in l.
ij.ſ.communia de legatis, & ideo uenit officio iudicis mercena
7 rio.† Itẽ no.quod ſtatuta aliquando de aliquo faciunt maleficiũ
& de maleficio faciunt ñ maleficiũ: puta dictat ſtatutum,quod
vnus qſq; poſſit incedere armatus,nam tũc de maleficio,ideſt đ
re illicita & punibili, tranſitur ad permiſſionem, quod ſit licitũ
ferre arma,patet ff.ad le.Iul.đ vi pu.l.j.& ĩ auth.de armis,col.vj.
K Vnde qui armatus *K* inſultũ facit in alium,dicitur facere inſultũ
cum armis,vt no.in d.l.j.facit quod no.Inno.extra de cler.perc.
l c.continentiam.Quandoque de nihilo,ſtatuta faciũt *l* aliquid,vt
cum per ſtatutum inuẽitur nouum genus delicti,quo ad mate-
riam facti, vt quia ſtatutũ dicit,quod non poſſunt vendi quędã
res,vel quod incolæ nõ poſſint ſtare prope tabernam,& ſimilia
Quia de iure cõmuni,nec materia nec forma,nec nomẽ ſit ali-
cuius delicti, tale ſtatutum non ligat aduenas vel nouos ciues,q
poſſunt dici tyrones, qui propter iuſtam ignorantiam excuſãt
nam ignorantia q̃ excuſat a crimine, excuſat etiam a pęna, ff.đ
re mili.l.qui cũ vno.§.fi. vbi dicitur,quod ignoranti tyroni par-
8 cit. ad idem de adul.l.ſi ad adulterium cũ inceſtu.† Sed ubi igno
rantia non excuſat a crimine,tunc non excuſat a pęna,licet delĩ
quens errauit:quia nõ credebat eſſe tam magnam pęnam,vt ff.
de public.ueſtig.& cõmiſ.l.fi.§.licet.Nam qui credit, vel crede
re debuit delinquere implicite, in omnem pænam ↄſenſiſſe vi-
detur ff.de poſtulan.l.j.§.beſtias.& facit quod no.in l.cũctos po-
pulos,per Cy.& hoc in faciente:ſed in nihil faciẽte excuſat igno
rantia.l.fin.de decretis ab ordine faciendis, & de actio.& obli.l.
9 ex maleficijs,§.longe minus.& ibi not.Qandoq;ſtatuta faciunt
de aliquo maleficio aliud maleficium, & tranſit vnum nomen
delicti in alterum nomẽ delicti: verbi gratia,dicit ſtatutum ꝙ p-
ducens

ADDITIONES.

a An ſimiles.Vide in l.j.§.ſi quis ſeruum,& ibi dixi ſup.de fur.
b Tacite.Vide Bal.in l.his ſolis hic alle.& quod ibi dixi.
c Eligendum.Vide in l.j.ſupra de interdi.
d Similitudo.Contrarium dicit Bald.in l.ſi quis non dicam aperte, ſuper de Epiſco.
& cler.l.illud,ſupra de ſacroſan.eccle.
e Si ſtatutum.Vide quod no.Io.de Imo.in l.j.ad fi.ff.de pub.iud.
f Pænam.Vide Bar.in l.j.ff.ui bon.rap.
g Quod ſtatuta,Vide doct.in l.ii.ff.de pub.iud.
h An iſta pęna Vide per doc.in l.j.ff.de pub.iud.
i Vltimum.Nam maleficium contumaciam eſſe nullo iure cauetur.idem Bald.tra-
dit in l.fin.C.de crimine ſtellion.& l.ſi filia.la ii.ver.ſed nunquid,ſol.mat.ubi di-
cit eſſe fictum,non ueniunt delictum.An autem delictum ſit idem, quod malefi-
cium,uide per Feli. in c. ex literis.extra de conſt. qui ait contumaciam adeo eſſe
delictum,vt peccatum mortale habeatur, & ſit excommunicatioue dignum.Et
uide bene per Alex.de Imo.in l.ſi moræ,ff.ſolu.ma.in l.j.§.fi.ff. ſi quis ius dic.non
obl.& in l.omne delictum,§.contumacia, ff.de re mil.Dicit tamen idem Alexan.
in l.iii. ad fi.inf.qui ſatiſd.cogan.quod contumaciæ pæna, delicti pæna non dici-
tur.de quo uide ibidem per eum.
K Vnde qui armatur.Vide Bar.in l.iii.§.armis,ff.de vi,& ui arma.
l Statuta faciunt Not.in l.cunctos populos,ſupra,de ſum.Trin.& fi. cat.& ſequitur
Lu.Ro.in l.ſi uero,§.de uiro,ff.ſol.mat. & tua dicit tenere Bald. tamen non alleg.
Bald.hic,nec alibi.

ducens falſam accuſationem, teneatur crīe falſi, cum iure cōi
non tenetur lege Cornelia de falſis, ſed lege iniuriarum, ſic cri-
men calumniæ transfertur in nomen criminis falſi, & iſtud ſta
tutum eſt Peruſij, & ſic vnus titulus criminis tranſit in alium
titulum, ſeu nomen criminis dictante ſtatuto; poſſunt.n.ſtatu-
ta nomina facti imponere, & impoſita tollere, & in aliud tranſ-
mittere. facit quod no.j̃.ad leg. Iuliam amb. in gloſ. rubricæ ibi,
eſt crimen falſi, &c. no. ꝙ qñque falſum habet aliquod nomen,
& tñ non punit̄ ſub illo nomine. Vnde non omne falſum puni-
tur, vt falſum, ſed tm̃ illud falſum, quod lex Cornelia de falſis,
vel alia punit ſub titulo falſi criminis, ff. de fal. l. quid ſit falſum.
2 *Delictum promotionem ad alium honorem temporalem non impedit.*
3 *Clericus poſt delictum non gaudet priuilegio clericatus.*
4 *Sriptura cuiuſcunque officialis cenſetur priuata, niſi ſit Tabellio.*
5 *Decuriones torqueri non poſſunt.*
6 *Tabellio dicitur teſtis iuris.*

Si quis Decurio. Decurio, q̲ de falſo imputat̃, non
obſtante decurionatus honore,
torquet̃, ſiue imputet̃ de falſo cõmiſſo poſt decurionatũ, ſiue de
falſo commiſſo ante, interim tñ pendente proceſſu Decurio eſt.
Itẽ cũ dubitat̃ de fide ſcripturę, recurrendũ eſt ad ſcribentẽ. h.d.
1 † In text. ibi, priuatis. hic eſt expreſſum, ꝙ pro ſcriptura *a* priuata
a falſa, imponit̃ pęna falſi, & hoc apparet in teſtõ facto in ſcriptis,
quod eſt priuata ſcriptura. vt no. ff. quemadmo. teſt. apert. l. 2. &
tñ ſcriptor tenetur de falſo. Itẽ apparet s̃. eo. l. qui veluti. licet ibi
ſcriptura priuata contineret falſi nominis mutationẽ, quia erat
formata in p̲ſona eius, q̲ nunq̃ ſcripſerat. Itẽ apparet hic, & j̃. eo.
l. damus. & s̃. de fide inſtru. l. fin. licet iſtæ duæ loquantur de ſcri-
ptura priuata, & in iudicio producta. Item patet in l. 1. §. q̲ rõni-
bus, ff. eo. q̲. loquit̃ de ſcriptura priuata probatoria, q̃ poterat in-
b duci ad probãdũ. In tex. ibi, depoſito. quo ad vsũ. nã per *b* delictũ
nõ perdit officiũ, donec q̲s priuet̃ officio p̲ ſñiam, vt j̃. patet, qđ
r. Vnde licet Tabellio conficiat multa inſtr̃umẽta falſa, tñ do
nec ſit condemnatus, & depoſitus ab officio, eſt Tabellio, & ꝯtẽ
ta in inſtr̃is valent. de hoc eſt caſus hic, ibi, ſed non ſtatim, &c. &
hoc no. Inno. extra de hær. c. fraternitatis. In tex. ibi. propoſuerit
eã. q̲a præcedunt indicia, vt s̃. eo. l. ſicut. In tex. ibi, nec vero. no. p̃
2 dicta. qñ delinquit in decurionatu, hic quando ante. † Et not. qđ
delictum non impedit promotionem ad alium honorem t̲pa-
lem. Et iõ dato, ꝙ aliq̲s commiſiſſet homicidium, vel falſitatem
& nõ eſſet ꝯdemnatus, ſi crearetur Prior ciuitatis, vel ad alium
officiũ, poſſet hoc fieri. & nõ poſſet ſibi opponi. vide tñ per iſtam
literã, & p̃cedentẽ, quod Priores, qui de iure cõi vocantur Decu
riones, poſſunt cõueniri de falſo, & de quolibet crimine, ſecus
puto in prioribus ciuitatis Tuſcię, q̲ vſurpant ſibi poteſtatẽ, &
3 ideo poſſunt vocari magiſtratus. † In tex. ibi, deſinit eſſe Decurio
arg. ad quæſt. de facto clerico, ꝙ poſt delictum nõ proſit clerica
c tus *c* ad aliquid, nec ad torturam. In tex. ibi, probari. no. quod Ta
bellio dr̃ probare p̲ ſcripturã, & ſcriptura habet p̲bare facto. In
4 glo. 1. ibi, non vt Tabellio. † Ex hoc no. ꝙ ſcriptura cuiuſque of-
ficialis (niſi ſit Tabellio) cenſetur eſſe priuata, vnde ſcriptura v-
nius de Prioribus eſt ita priuata, ſicut mea, & hoc probatur
per id, quod dicitur, Decuriones æquiparantur. Prioribus. hoc
fallit in his officialibus, quibus eſt permiſſum habere authenti-
cũ ſigillũ, ſicut ſunt Epi, q̲a in his q̃ ſunt ad publicũ, literæ eorũ
ſunt authenticæ, & facit ad probationẽ, vt extra de prob. c. poſt
ceſſionẽ, per Inn. extra de fide inſtr. c. 1. & 2. facit qđ not. s̃. de E-
piſc. & cler. l. ſi qua p̲ calumniã, & l. Publiciani, §. 1. ff. de public.
5 † In gl. ergo duplex. ibi, l. Decuriones, ibi dr̃ qđ Decuriones non
poſſunt torqueri, hic dr̃ ꝯ̃riũ. Reſpond. qđ hic fungebat̃ duplici
officio, & deliquit in eo officio, in quo nõ habebat priuilegium,
ibi aũt fungebat̃ ſolũ vnico officio, in quo habebat priuilegiũ,
& facit ff. de ſuſpec. tut. l. 3. §. q̃ri. & j̃. de ſuſce. & archa. l. ſi aliqui,
lib. x. quod eſt no. ſ̃m Petr. & Cyn. & facit ad q. dicit ſtatutũ qđ
ꝯ̃ Aduocatũ nõ poſſit inquiri. Aliud dicit, ꝙ ꝯ̃ militẽ poſſit in-
quiri, mõ quidam eſt miles & Aduocatus, an poſſint inquiri? &
vr̃ primo arguendũ, ꝙ iſte caſus videat̃ omiſſus, vt l. Titię textо-
res, de lega. 1. & in iſto caſu ſtat̃ diſpoſitioni iuris cõis. Breuiter,
aut deliquit vt Aduocatus, & nõ põt inquiri, aut vt miles, & p̃t
inquiri p̲ l. noſtrã, aut eſt delictũ indifferens, quod non reſpicit
aliquod iſtorũ, & tunc illa pars debet aſſumi, cui magis fauetur
a iure cõi, q̲a non ita ius cõmune de facili tollitur, ſicut ſimplex
priuilegium, vt l. eius militis, §. militia, ff. de milit. teſt. vnde ſi ſit
delictum, in quo de iure communi poſſet inquiri, inquiremus,
& iudicabimus de eo vt de milite, ſi non poteſt inquiri de iure
cõmuni, nõ inquiremus, nec iudicabimus de eo vt de Aduoca-
6 to. † In glo. & ei ſoli. *d* ibi, ſpeciale, ratione publici officii, qđ ad
d hoc gerit, vt ff. de eden. l. quædã, §. nũmularios, & qua Tabellio ẽ
teſtis iuris, quia quodãmodo lex producit eũ in teſtẽ, vnde cum
fides eius ſit approbata a lege, ergo creditur ſibi ſoli. ſecus eſt in
teſte priuato, qui producitur ab homine, & ita loquitur l. ꝯ̃ria,
quod bene no. & ad hoc facit. c. ad audientiam, de præſcr.

ADDITIONES.

a Scriptura. Vide tex. & ibi Bar. & Doc. in l. damus, inf. eo.
b Nam per. Vide no. per Bal. in l. 1. in uer. b tertio caſu, ſup. de teſti. & in auth. habita, ſupra ne fi. pro pat. ſed aliter loquitur ipſe in l. in exercendis, ſupra. de fide inſtr. & quod no. gl. Bar. & Bal. in l. ſi quis, §. 1. ff. de eden. & quod no. Bart. & quæ ibi dixi, in l. ea. ff. ad l. Iul. repe. & Bal. in c. 1. §. ſi autem inter pares, in fi. prin. de le. Com.
c Clericatus. Vide plene in l. j. ff. de pę. & d. l. ſi aliquid. quando in vno concurrunt duæ qualitates diuerſimode iudicantes, quæ inſpiciantur, vide quod no. Bar. in l. ſi vir, ff. de do. inter vir. & vx. faciant quæ no. in materia, an mixtum veniat appellatione ſimplicis, & cum Bal. hic tenet præciſe Pet. de Ancha. in ca. canonum ſtatuta. in verſic. ecce. alia q. de ſtatuto, quo cauetur quod contra Aduocatum, &c. de conſtit.
d Ei ſoli, Tabellioni creditnr, vide tamen Bar. hic, & Bal. in l. iuriſiu. ſupra. de teſt. & in auth. ſed nouo ſupra ſi cer. pe.

LEX XXII.

1 *Auditor in aliqua cauſa deputatus non habet poteſtatem determinandi.*
2 *Pœna extraordinaria imponi poſſit.*

Vbi falſi. In crimine falſi acerrima fit indagatio, ẽt per
torturam, & non ſolum accuſati, ſed etiã ac-
cuſantis. Nec iudex dẽt animi ſui finalem motũ exprimere, niſi
in probatione ſñiæ, quam proferre debet intra biennium a die
exordij quæſtionis, & ſ̃m delicti atrocitatem reo conuicto, vel
accuſatori calumnianti pœna imponitur. h.d. Et primo inſtruit
iudicem, qualiter & quomodo debet procedere pro indaganda
veritate obiecti criminis falſitatis. Secundo inſtruit iudicẽ, ꝙ ip-
ſe ſit medius inter partes. Tertio inſtruit iudicẽ, ꝙ taceat, quod
ſentit circa diffinitionem cauſæ, donec proferat diffinitiuam, di
cens quod ſicut auditor aliud nõ habet facere niſi audire, & ita
iudex interim dum examinat negotiũ, debet audire & examina
re, nõ autem debet proferre quod intendit finaliter. Quarto in-
ſtruit iudicẽ de tempore inſtantiæ. Quinto vnde initium illius
temporis inſtantiæ iudex dẽt aſſumere. Sexto inſtruit iudicem
de qualitate pœnæ imponendæ, vnde quilibet iudex debet ha-
bere iſtã legẽ præ oculis, qñ eſt in iſta materia. Secũda ibi, ſed in-
ter vtraque. Tertia ibi, nec vllã. Quarta ibi, vltimum autẽ. Quin-
ta ibi, cuius exordium. Sexta ibi, capitali. In text. ibi, inciderit. ſ.
principaliter, & ſic improprie loquitur. In tex. ibi, quæſtio. 1. qõ
nis actio per tormenta. Nam ſicut torquetur reus, ita actor, ſi in
dicia ſunt contra actorem. Nam ſi exponeres vt gl. iſta litera eſ-
ſet ſuperflua, per id, quod ſequit̃, nec probationis ei tota neceſſi
1 tas, &c. In tex. ibi, interlocutione. i. animi manifeſtatione. † Ĩ tex.
a ibi, audiendi, not. ꝙ auditor *a* deputatus in aliqua cã, non habet
poteſtatem determinandi, ſed audiẽdi. Sed hoc dẽt intelligi ſ̃m
limitationem c. audito, de reſcript. in Cle. & hic loquit̃ de vi ſer-
monis, vel ĩterpretatione ſui iudicis, in tex. ibi, poſtrema. i. finali
& deciſiua. in tex. ibi, ſtrepitus. no. verbum, & habes ſimile s̃. de
adul. l. adulterij, & dr̃ hic ſtrepitus vocum, qñ clamant partes, ſi-
cut fit in iudicijs. facit l. 1. in fi. de ſtud. lib. vrb. li. 11. in text. ibi, di-
ſceptantẽ a iudice, & no. ꝙ terminus appoſitus inſtantiæ, intelli
git̃ appoſitus ẽt iudici, ſed nõ cõuertitur, vt l. 1. s̃. vt omnes cauſę
tã ciui. & facit ff. de exc. tu. l. ſcire oportet, §. conſequẽs. in gl. dic
b ſ̃m Bu. ibi, ſine accuſatore, an ſi *b* p̲bat̃ falſitas in modũ excipiẽ-
di, iudex poſſit inquirere, alias non. Canoniſtæ dicũt, ꝙ ſi iſta ta-
lis

ADDITIONES.

a Adiutor. Vide Bar. in l. a diuo Pio, ff. de re iud.
b An ſi. Vide late per Bart. in l. 2. §. ſi publico, ff. de adult.

lis exceptio deſcendit a crimine quod pōt punire,alias non. Pe.
dicit ꝙ pōt punire extra ordinem;non ad ordinariam pœnam,
2 vt ſup.de teſtib.l.nullū.& ibi no.† Sed quæritur,*a* an impoſita ex
a traordinaria pœna,ordinaria imponi poſſit? Dicit Pet.ꝙ ſic, qa
per iſtam extraordinariam pœnam crimen nō eſt punitum,er-
go &c.Ad quod facit in l.j.ſup.de ſportu. Alij contra, quia vna
pœna ad vindictam aliā tollit.Sed dic quod iſtud eſt verum,qñ
qlibet per ſe ſufficit,vt no.extra de iu.c.at ſi clerici.tu dic, quod
Pet.dicit verum alia ratione: qa iudex puniens extraordinem,
non proſequitur niſi iniuriam ſuam,vt l.nullum,ſup. de teſt.er-
go poterit ordinarie procedi quia duæ perſonæ ſunt iniuriatæ,
ergo &c.vt ff.de iniur.l.1.§.vſque adeo.

ADDITIO.

a Sed quæritur.Vide gl.Cyn.Bar.& Bal.in l.nullum.ſup.de teſti.quod no. Bar.in l.2.
§.ſi publico,ff.de adult.

LEX XXIII.

1 *Ciuiliter & criminaliter poteſt agi de falſo,& electa via ciuili debet ſuper
ſederi in criminali.*

1 Damus †De falſo pōt ciuiliter, *a* & criminaliter agi; &
a electa via ciuili,dēt ſupſederi in crīali:ſed ea fini
ta pōt criminalis quęſtio inchoari,& conuictus ſubijci pœnis le
gitimis,h.d.ī tex.ibi,priuatas,dic vt dixi ſup.eo.l.ſi quis decurio.
in tex.ibi,epiſtolas.pone exemplū in epiſtola obligatoria, vt ff.đ
poſi.l.Publia,in fi.Idē in epiſtola,q̄ eſt vltima volūtas. & facit s̄.
eo.l.q veluti.in tex.ibi, leuior examinatio. not. ꝙ minus aſpere
dēt ꝓcedi ī cā ciuili,q̄ in criminali,& vide qđ dixi ſup.eo.l.ſicut.

ADDITIO.

a Ciuiliter.Sed an ſit datus aliquis ordo, vt prius agatur ciuiliter quā criminaliter,
contra quem,uide Bal.in l.ſi.ſupra,ſi ex fal.inſtr.& in l.ſi quis teſtibus,inf.de teſt.

LEX XXIIII.

1 *Inſtrumentum ſuſpectum producens, prius debet probare an ſit verum, &
aduerſarius poſtea probare contrarium.*

1 Præbemus.† Producenti inſtrm̄ ſuſpectum imminet
prius probatio,ꝙ ſit verum: & aduerſario
imminet poſtea probare contrarium.h.d.& in hoc addit iſta lex
ad l.iubemus,ſup.de prob.in tex.ibi, requiratur veritas & falſi-
tas.In gl. 2.ibi,vel volens.no.ergo ꝙ licet vna pars aſtringat ſe in
crimine falſi ad probandum:tñ per hoc reliquæ parti non con-
ſulitur, quominus habeat probare; & hoc eſt ſpeciale, vt iſta a-
ſtrictio non faciat quominus onus probandi incumbat vtrique
parti:alias eſſet ſecus,vt ff.de prob.l.circa.

De iis, qui ſibi aſcribunt in teſtamento. Rubrica.

LEX PRIMA.

1 *Factum quod ex ſpeciali æquitate fouetur,non incidit in delictum.*
2 *Scribere per alium, vel per ſeipſum, ſunt idem.*

QVanquam. Filius emancipatus ſibi aſcribēs
in teſtō patris patre dictante, de
æquitate a pœna leg.Cor.excuſat:qa idē eſſet habitu-
rus ſine delicto,qđ cū delicto.h.d.Vel ſic,Factū quod
1 ex † ſpeciali æquitate fouet,non indicit in delictū,licet ſit de ge-
nere prohibitorum.h.d.in tex.ibi,ſucceſſor æque.ſ.ab inteſtato,
& per cōſequens hoc alicui nihil nocet, nec nocere pōt. & hæc
2 eſt ratio.in tex.ibi,atque ſi ſua manu. not.ꝙ q per alium ſcribit,
ipſe videtur ſcribere.& eſt arg.quod qui per alium iurat,ipſe vi-
detur iurare.ad quod facit c.circa,de elec. lib.6.

LEX II.

1 *Scribens ſibi in teſtō. ſi teſtator id recognoſcit verum,parcitur ſcribenti.*

Si teſtator. Vbi teſtōr ſcribēti codicillos aſcribit ceſ-
ſat pęna:ſed vbi ſcribēs ſibi aſcribit, & te-
ſtōr in eadem voluntate,vel in alia hoc recognoſcit,ſcribēti par
1 cit.h.d.in tex.† ibi,remittit.ſpeciale eſt in iſto quaſi falſo,ꝙ quis
a ex poſt facto purgetur. Quæro hic,an in teſtō *a* nuncupatiuo ha
beat locum hęc pœna?videtur ꝙ non:quia teſtamentum in ſcri
ptis eſt:& quia teſtamentum ex ſcriptura ipſa aſſumit vim, vt l.
ex ea,ff.de teſt.ſed teſtamentum nuncupatiuū non aſſumit vim
ex ipſa ſcriptura,ſed ſolū ex probatione. Præterea qui ſibi aſcri-
bit in teſtō nuncupatiuo, poteſt ſuam innocentiam purgare te-
ſtibus:quod non eſt in teſtamento in ſcriptis.

ADDITIO.

a An in teſtamento. Vide Bar.& Doc.in l.j.§.ex illa quoque,ff.de fal.

LEX III.

1 *Ignorantiam vere alleganti & a delicto deſiſtenti,remittitur pœna.*

1 Senatuſconſulto. Vere † ignorantiam alleganti,
& a delicto deſiſtenti,pœna re-
mittitur quam incurrerat,quia ſibi aſcripſerat.h.d. facit ff. de a-
dulter.l.ſi adulterium cum inceſtu,§.idem Pollioni,in text. ibi,
dederunt.quidam dicunt, ꝙ iſta indulgentia datur a lege mor-
tua.Richar.dicit,ꝙ debebat a Principe impetrari.prima pars eſt
mihi verior.Non obſt.l.diuus Claudius, quia ibi loquitur de ri-
gore,hic de æquitate.In glo.duo,ibi,non committitur,vt ſup.ti.
j.l.nec exemplum.

LEX IV.

1 *Maritus aſcribens ſibi in teſtamento vxoris,incidit in pęnam legis, & ip-
ſa ſcriptura non valet.*

1 Quę in teſtamento. † Maritus ſibi aſcribens
in teſtō vxoris, incidit in
pęnam leg.& iſta ſcriptura non valet,h.d.& no.

LEX V.

1 *Miles ſibi aſcribens,præſumitur iuris errore,& non malitia in legem inci-
diſſe.*

1 Quod adhibitus. †Miles ſibi aſcribens præſumi
tur iuris errore, nō malitia ī le
gem incidiſſe;& ideo ſibi parcitur quo ad pęnā, ſed relictū non
a poteſt petere.h.d.In tex.ibi,credo.no. ꝙ vbi error *a* eſt tolerabi-
lis ſemper præſumitur error potius quā malitia.facit l.Senatuſ-
conſulto,s̄.eod.l.ſi adulterium cum inceſtu,§.fratres,& §.idem
Pollioni,ff.de adult.

ADDITIO.

a Vbi error.Facit quod no.Bar.in l.ſupra de iur.& fac.ign.

LEX VI.

1 *Seruus non poteſt venire contra domini voluntatem.*

Si libertatem. Parcitur ei,q ſibi libertatē aſcribit do
mino impetrante: tamē quod ſcribit
1 eſt pro non ſcripto.h.d.No.† ꝙ ſeruus non poteſt venire contra
domini voluntatem.imperium ergo domini excuſat ſeruum a
crimine,ſed non habilitat ad relictum.

De falſa moneta. Rub.

LEX I.

1 *Monetæ falſatores debent inquiri, & ſupplicijs puniri, & eadem pœna pu-
nitur cuſtos,qui permiſſit delinquentem aufugere.*
2 *Regula quæ ſit communis.non poteſt dari ſuper diffamibus.*
3 *Ignorantia non excuſat ſyndicum, qui non denunciauit maleficium, quod
tenebatur denunciare.*
4 *Ignorantia pręſumitur in eo,qui longiſſime abeſt a loco,vbi quid fit.*
5 *Tutor non debet ignorare ea,quæ fiunt in domo pupilli.*

1 QVoniam †Falſatores monetę debent inquiri,
& tradi Iudici vltimis ſupplicijs pu-
a niēdi.& eadē pœna punit̄ cuſtos, *a* quia permiſit ta
lē delinquentem aufugere.Itē domus, & locus vbi
falſa moneta funditur,& fabricatur.dño negligente,publicant̄.
Fallit in domo viduæ,& pupilli,h.d.in tex.ibi, inquirendi, Not.
quod iſta eſt inquiſitio facti, quia nō fit per viam iuriſdictionis,
2 qa fit in priuatis.in tex.ibi, quoniam diſpar. No. † ꝙ non poteſt
dari ſuper diffamibus regula, quę ſit cōis, ſed oportet cap.& ſi-
gillatim diſtingui.in tex.ibi,in curia præſumpta ex vicinitate.ꝓ
conſtanti habes,ꝙ dominus erat ita in proximo,quod ipſe ſcire
3 potuerat ergo neſcire fuit ſui culpa in tex. ibi. niſi dominus. iſte
b verſic.facit in argu.quod ſi ſyndicus *b* non denunciauit malefi-
cium propter ignorantiam,ꝙ cum primo ſcit,tenetur denūcia-
re,alias ignorantia non excuſat eum.in tex.ibi,longiſſime. Not.
4 ꝙ qui longiſſime abeſt,præſumitur ignorare, quæ fiunt in loco
5 remoto,nec eſt in culpa,ēt ſi non inquiritur.& not.† In tex. ibi,
pupilli.No.ꝙ tutor non debet ignorare ea, quæ aguntur in reb.
pupilli,imo debet inueſtigare.

ADDITIONES.

a Cuſtos.Vide quod per hanc l.dicit Bar.l.1.inf.de deſer.& occul.lib.xij.& pro eius
dicto etiam tex.in l.2.inf.de his qui a latro.
b Syndicus.Facit ad no.per Bar.in l.diuus,ff.de cuſt.re.& hic uide Bal.expreſſe in l.
cum ancillis,ſup.de nup.ubi etiam quid ſi ſtant finito ſuo officio ſyndicatus,an te
neantur denunciare.

LEX II.

1 *Cæſaris monetam falſam eſt reus læſæ maieſtatis,& debent igne comburi,
& eius bona omnia debent confiſcari.*
2 *Læſæ maieſtatis crimen non ſubditus non committit.*
3 *Populum qui uult prodere.incidit in crimen læſæ maieſtatis.*

1 Si quis nummos. †Falſans monetam Cęſaris, eſt
reus lęſę maie. & dēt igne com
buri,& oīa eius bona debent confiſcari. h.d.In gl.quid ergo.ibi,
permiſſione.ſ.tacita,quia Princeps ſcit,& non ꝯdicit, argu.ff.de
leg.de quib.in fi.in tex.ibi,maieſtatis,qa imago, & ſuperſcriptio
dicebat.Cęſar,& hoc falſum.vñ cū falſum hoc ſpālitez ꝯmittat̄
ꝯ Cęſarem, & in derogationem ſuæ maieſtatis, idem dicerē in
Ciuitate iſta,ꝙ eſſet crimē læſæ maieſtatis,ſi quis ſubditus iſtius
a *a* ciuitatis falſaret iſtam monetam,ideo dico,ſubditus,quia non
b *b* ſubditus non incidit in crimen læſæ maieſt.ut not.Pan.in capi.
2 paſtoralis,†extra de re iud.in Clem. vnde qui uult prodere po-
c pulum,incidit in crimē læſæ maieſtatis.Iſtud eſt verum de ſub-
dito,ſecus eſt de non ſubdito.

ADDITIONES.

a Phi.Dec.Si quis.Quod not.Et id uidetur accedere ad id,ꝙ ēt pulchre dicit Ale. in
l.eleganter,§.qui reprobos,de pig. actio. nempe quod falſificans monetam. quæ
in loco ſtatuti falſæ monetæ fabricationē punientis, non habet curſum, non pu-
niatur ſtatuti pęna ,quod dicit ſe aliqñ uidiſſe practicatū Ferrariæ in eo,qui baga
tinos cuderat,qui Ferrariæ non currebant,nec expendebantur, de quo etiam uide
per eundem in conſi.104.in 4. parte, unde ſit ut monetæ appellatione in ſtatuto
ea tantum ueniat,quæ in loco ſtatuti currat,ſecundum eundem ubi ſupra.
b Ideo dico. Vide Bal.in l.nihil.ſupra.de uendic.lib.& per Bar.in extraua.qui ſint re-
belles,in uer.rebellando.
c Prodere. Vide l.fi.& ibi gl.& Bal.de abo.

LEX III.

1 *Reſcriptum obreptitium non excuſat a crimine læſæ maieſtatis.*

2 *Monetam veram cudens incidit in pœnam arbitrariam, quando credebat ſibi licere authoritate reſcripti.*

1 Si quis. † Obreptitiū reſcriptum impetratum non excuſat a crimine læſę maieſt. nec a pęna. h.d. † In text. ibi, pœnam arbitrariam. quia iſte cudebat veram monetam, & putabat ſibi licere ratione reſcripti, tamen punitur, quia non habet authoritatem cudendi, quia reſcriptum, quod non tenet, authoritatem non tribuit, vnde in moneta duo requirunrur. ſ. veritas, & authoritas, & veritas conſiſtit in qualitate materiæ, & in impreſſione veræ formæ, & in iuſtitia pōderis, vt extra de iurei. c. quanto. & in l. j. ff. de contrahen. empt. authoritas autem conſiſtit in habendo merum imperium, vt patet per l. precedentem.

De mutatione nominis. *Rub.*

LEX VNICA.

1 *Nomen ab initio imponere, & ex poſt facto ſine alterius præiudicio cuilibet licet imponere, & mutare.*

2 *Nomen non ſolum ſed cognomen facit quem cognoſcere.*

1 Sicut. † Ab initio poteſt cuilibet imponi nomen ad beneplacitum, ex poſtfacto vero bona fide, & ſine alterius damno poteſt nomen mutari, aliter non. h.d. in text. ibi, recognoſcendi. not. ꝙ quis cognoſcitur non ſolum per
2 † nomen, ſed etiam per cognomen. dic de iſta materia vt plene dicit Iac. in proœ. Digeſt. & no. bene.

Ad legem Iuliam de ambitu. *Rub.*

LEX VNICA.

1 Nvllus. † Nemo poteſt redire ad officium, quo ante functus eſt. & ambitioſus, qui per obreptionem officia impetrat, eſt caſſandus, & etiam deportandus. h.d. Per hāc legem no. quod ſi data eſt vacatio triū annorum Priorib. ut qui fuit prior non poſſit eſſe ante trienniū, & aliquis qui fuit Prior, procurauit cum amicis, quod intra triēnium eſſet prior, quod ſi de iſta procuratione poteſt conſtare, nedum debet caſſari, ſed debet deportari, & banniri.

Ad legem Iuliam repetundarum. *Rub.*

LEX PRIMA.

1 *Officialis quicquid ipſe, vel eius domeſticus rapuit, vel per barataríam extorſit, in quadruplum reſtituit.*

1 Vt vnius. † Quicquid Præſes, Dux, vel alius officialis eiuſq; domeſticus, aut miniſter, ab his, Quos obrepſerit rapuit, vel per barataríam extorſit: in quadruplum reſtituit. h.d.

LEX II.

1 *Hæres officialis tenetur in quadruplum de omni eo, quod extorſit officialis.*

1 a Sciant. † Pœna itius legis tranſit in hæredes, & eſt ſpeciale. h.d. In text. ab hæredib. quos puto teneri *a* vſque ad vires hereditarias, & etiam vltra, licet fecerint inuentarium & hoc, quia conueniuntur ex delicto defuncti contra omnes regulas iuris, vt extra de ſepul. c. parochianos.

ADDITIO.

a Teneri. Vide Bal. in l. fin. verſ. 6. quæro, ſupra de in. deli.

LEX III.

1 *Officiales omnes debent habere puras manus.*

1 a Omnes. † Officiales *a* debent habere puras manus, nec eas ad pecunias conuertere. h.d.

ADDITIO.

a Officiales. An officialis delinquens in officio ſit puniendus & deponendus uide Bal. in l. mancipia, ſup. de ſer. fug.

LEX IIII.

1 *Officialis, qui commiſit concuſſionem, barataríam, & ſimilia, poteſt a quolibet accuſari.*

1 Iubemus. † Concuſſionem inferens, & proceſſum venalem faciens, ſēt ſnīam venalē proferens, pt a quolibet accuſari dignis ſubijciēdus pœnis, accuſatore ex hoc gloriam, & honorē reportante. h.d. In tex. ibi, approbet. Not. qđ qui allegat concuſſionem, & barataríam, debet eam probare.

LEX V.

1 *Magiſtratus ſuperior ſi aliquid per barataríam extorſit, debet illud intra legitimum tempus peti, quo elapſo non auditur.*

1 Vnuſquiſque. † Is a quo ſuperior magiſtratus aliquid per barataríam extorſit, poteſt illud intra legitimū tps petere, quo elapſo adiri non dēt, & extorſio facta ab officiali non libera teum a rōnib. reddendis. h.d.

LEX VI.

1 *Officialis debet publice iurare, quod faciet officium bona fide, & ſine fraude.*

1 Sancimus. † Omnes officiales publice debēt iurare, ꝙ officiū facient bona fide, & ſine fraude, remoto pretio, & qualibet illicita petitione, quo preſtito preſumitur pro eo, quod faciunt ex officio, quia ſuę ſalutis immemores eſſe non creduntur.

De crimine peculatus. *Rubrica.*

LEX VNICA.

1 *Receptator pecuniæ aliæ debet capitaliter puniri.*

2 *Delinquenti opem ferens eadem pęna, qua delinquens, punitur.*

1 2 a Ivdices. † Receptator pecuniæ alienę debet capitaliter puniri. h.d. † in tex. ibi, miniſterium allegatur per Doct. quod opem ferens *a* punitur eadem pœna, qua delinquens, quod eſt verum, ſi fert opem per actum proximum facto, puta quod aſſiſtit facienti. Si autem infert opem per actum remotum, tunc mitius punitur, quod bene no.

ADDITIO.

a Opem ferens. Vide Bal. in l. 1. inf. de Nili ager. non rumpen.

De crimine ſacrilegii. *Rubrica.*

LEX PRIMA.

1 *Sacrilegij crimen committit qui contra legem diuinā facit, vel non credit.*

1 Qui diuinæ. † Crimen ſacrilegij committit, qui contra legem diuinam facit, vel non credit.

LEX II.

1 *Dignus præſumitur, qui a Principe electus eſt.*

2 *Spiritualia non pertinent ad Imperatorem.*

1 Diſputare. † Præſumitur dignus, qui eſt electus a Principe. h.d. In tex. ibi, dignus ſit, quia princeps aut dignum recipit, aut dignum facit, & ideo impoſſibile eſt qđ non ſit dignus. † In gl. ex certa. ibi, eccleſiaſticis, & quibuſcunq;
2 ſpiritualibus, quia ſpiritualia non pertinent ad Cæſa. ſed ad Panam. econuerſo ſi Papa intromitteret ſe de temporalibus ad ſe non pertinentibus, poſſet opponi, nec opponēs committeret ſacrilegium, quia Papa non poteſt ſe intromittere de temporalibus, niſi in terris, in quibus habet iuriſdictionem, vt extra qui fil. ſint leg. c. per venerabilem, & no.

LEX III.

1 *Officium publicum gerens prouinciæ cuius eſt, committit ſacrilegium, niſi Princeps ſuo proprio motu concederet.*

2 *Principis motus proprius tollit vitium obreptionis, & gratiam confirmat.*

1 Ne quis. † Gerens officium publicę adminiſtrationis, ꝓuinciæ vnde eſt, cōmittit ſacrilegium, niſi Princeps eidem ſuo proprio motu concederet. h.d. In tex. ibi, vltronea. no. † quod proprius motus *a* principis non ſolum tollit vi-
2 a tium obreptionis, ſed confirmat gratiam, & hoc verum in his, in quibus princeps habet plenam notitiam, vt hic, & ff. de excu. tut. l. idem Vlpia. ſed in his quib. princeps non habet plenam notitiam, proprius motus tollit obreptionem, tñ non firmat gratiā ꝯ obſtantia, quę non erant nota principi, & ita no. Cano. in c. ſi motu proprio, de præb, lib. 6.

ADDITIO.

a Celſus. Proprius motus Principis. Adde de hoc quod poſui in apoſ. ad Bar. in auth. quas actiones, nu. 4. de ſacroſ. eccl. et dixi in trac. clauſularum, in clau. reſcr. in uer. motu proprio.
Proprius motus. Vide quæ dixi poſt Bar. in auth. quas actiones, ſup. de ſacroſ. eccl. & Bal. in l. Imperialis, §. ſimiles, ſupra de nupt.

De ſeditioſis. *Rubr.*

LEX PRIMA.

1 *Caſtrum rebellatum contra rempublicam tenens, debet mori.*

1 Si quis. † Tenens caſtrum rebellatum contra rempublicam, debet mori, h.d.

LEX II.

1 *Tumultū, & clamorem in populo prouocans, debet mori pęna ſeditionis.*

1 a In nullis. † Prouocans *a* tumultū & clamorē in populo debet mori pœna ſeditionis, & ēt ꝙ ſit ad clamorem populi nō ſortitur iuris effectum. h.d. in text. ibi, emiſerint No. pro ſtatutis dicentib. ſi quis fecerit collectam gentium.

ADDITIO.

a Prouocans. Vide plene in l capitalium, §. ſolent, & ibi Bar. ff. de pœn. & in l. ſi quis aliquid, §. authores, eo. tit. & vide l. 1. ff. ad l. Iul. maie.

De crimine expil. hæredi. *Rubr.*

LEX PRIMA.

1 *Hęreditatis expilatę crimen habet locum pro delicto commiſſo poſt aditā hęreditatem.*

2 *Clauium traditio ſiue principali fiat ſiue procuratori transfert poſſeſſionē illius rei, cuius claues traduntur.*

1 Expilatę. † Crimen expilatę hęreditatis habet locum pro delicto commiſſo poſt aditam hęreditatem, & apprehenſam poſſeſſionem. Item ſpeciei ad ſpeciem, & ſpeciei ad quantitatem non ſit compenſatio. h.d. In tex. ibi, intentare. ſ. contra cohęredes, & hoc planum, quia pro ſuo iure feciſſe videtur, ff. pro ſoc. l. merito, vel ꝯ quemcunque, qa hęreditate, & poſſeſſione apprehenſa, non cōmittitur

mitti tur crimen expilatæ hrditatis ſed furti,vt l.1.§. Scæuola.ff.
2 ſi qs teſta.li.eſſe ius fuer.In gl.j.ibi,qlibet.no. † ſiue tradō clauiū fiat mihi,ſiue alii de voluntate mea me pñte, videor poſſeſſionem apprehendiſſe de eo, cuius claues traduntur, facit ff.de ꝗhen.emp.l.clauibus,& per Dy.de reg.iur.c.1.lib.6. quod no.

LEX II.

1 *Priuignus poteſt agere contra vitricum crimine expilatæ hæreditatis.*

1 **Expilatæ.** † Priuignus poteſt agere contra vitricū crimine expilatæ hæreditatis.h.d.

LEX III.

1 *Priuignus poteſt agere contra nouercam crimine expilatæ hęreditatis.*

1 **Si aui.** † Priuignus contra nouercam poteſt agere crimine expilatæ hæreditatis. h.d.

LEX IIII.

1 *Vxor non tenetur crimine expilatæ hęreditatis pro rebus ſui mariti quondam amotis.*

1 **Aduerſus.** † Vxor non tenetur crimine expilatæ hrditatis pro rebus ſui mariti quondam amotis, ſed tenetur rei vendicatione pro rebus, & fructibus extantib. ſed pro conſumptis tenetur condítione ex lege.h.d.

LEX V.

1 *Crimen expilatæ hęreditatis non impedit, quin legatum in teſtamento relictum peti poſſit.*

1 **Obtentu.** † Vxor expilans hęreditatem, vel libertus, vel quicunq;, nō propterea cadit a legatis in teſtamento.h.d.& licet loquatur in liberto, tamen intellige de omnibus alijs legatariis,& not.hanc l. pro ſtatuto Peruſij,quod ſi quis expilauerit hęreditatem,cadat a legato.

Vi bonorum raptorum. Rubr.

LEX I.

1 *Actio bonorum raptorum ad mobilia, non immobilia competit.*

1 **Vi bonorum.** † Actio vi bonorum raptorū ad mobilia, non ad immobilia competit pro vi illata in eis,h.d.

LEX II.

1 *Hæres donatoris res a donatario auferre non poteſt, quod ſi facit tenetur donatario intra annum ad quadruplum, poſt vero ad ſimplum.*

2 **Si res.** † Hæres donatoris a donatario auferre res non poteſt,quod ſi faciat donatario intra annum tenetur ad quadruplum, poſt annum in ſimplum.h.d.

LEX III.

1 *Creditor rapiens rem ſibi obligatam, tenetur vi bonorum raptorum.*

1 **Res.** †Creditor rapiens rem ſibi obligatam, tenetur vi bonorum raptorum,& intra annum ad quadruplum.h.d.

LEX IIII.

1 *Actione negotiorum geſtorum, vel vi bonorum raptorum, agi poteſt contra raptorem,qui vendidit rem raptam.*

1 **Siue.** †Contra raptorē,q vendidit rem raptam,poteſt agi vi bonorum raptorum,vel actione neg.geſt habēdo qđ fecit ratum in ſubſidium.quod nota.

De crimine ſtellionatus. Rubr.

LEX PRIMA.

1 *Purgatio admittitur in crimine ſtellionatus, quia eſt crimen extraordinarium.*

Improbum. Pignorans rem duobus ſucceſſiue, tenet crimine ſtellionatus,a quo euadit, ſi creditores ſeruat indemnes.h.d.In tex.ibi, fateris. ſtatur ergo huic confeſſioni,nec diſtinguitur vtrum emanauerit in ciuili,vel in criminali,nam ex quo euenit in iudicio, facit plenam ſi
1 dem,etiam ſi poſt criminaliter agatur. † In tex.ibi, verum no.in hoc crimine ſtellionatus,quia eſt extraordinariū delictum purgari,& adde,ꝙ illis delictis,quæ poſſunt reduci in priſtinum ſtatum,habet hoc locum:ſecus autem in illis delictis, quæ nō poſſunt reduci in priſtinum ſtatum.de hoc tangit Cy.ꝗ.tit.1.l. ſi nō cōuicij.facit ad id,quod dixi de iſto crimine extra ordinem, qđ le.& no.in l.ex hoc delicto,§.j.ff.de alie.iu.mu.cau.fac.

LEX II.

1 *Pater rem filij emancipati obligare non poteſt,etiam ſi filius in ea re a patre cauſam habeat.*

1 **Si pater.** Etiam rem filij donatam ſi pater obligat ignorāti,tenetur crimine ſtellionatus.h.d.†Nota,qđ pater non poteſt obligare rem filij emancipati, etiam ſi in ea re filius habeat a patre cauſam.

LEX III.

1 *Obligans rem duobus,incidit in crimen ſtellionatus.*
2 *Bannitus,quando dicatur ob maleficium bannitus.*
3 *Maleficium ſtricte loquendo non continet delictum.*

1 **Ignorantia.** † Obligans rem duob, ſucceſſiue, incidit in crimē ſtellionatus,& ille,q poſtquā obligauit vni, ſcribit, quod primo obligauerat alteri, tenetur cri-
2 mine falſi.& hic no.caſum,q eſt,ff.de fide inſtrō.l.repetita.† di-
a cit ſtatutū, ꝙ bannitus a poſſit impune offendi, qō ſtat in hoc, vtrum bannitus contumax dicatur bannitus ob delictum,finaliter ſic diſtingue,quod aut ipſe eſt verus cōtumax,& tūc intelligitur ob maleficiū bannitus,aut ipſe eſt fictus contumax,& tūc non intelligitur ob maleficium. Ego dico aliter, ꝙ aut qs eſt in aliquo maleficio ex contumacia, & tūc ſi eſt bānitus ex aliquo maleficio ꝑꝑ ꝯtumaciam.puta quia erat accuſatus de furto, & quia non comparuit,fuit bānitus,& tunc ſine dubio fuit iſte bānitus pro maleficio.Nō obſt.de inoffi.teſta.l.qui repudiantis,in fi. vbi dr̄,quod magis ob cōtumaciam, q̄ ob factum ꝓcedens vr̄ ſnīa tum.tñ illud eſt verum,quo ad præiudicium tertij, ſed quo ad ipſum cōdemnatum intelligimus,ꝙ ꝑꝑ iuſtitiam cauſæ ſuæ, vt ſ.de iud.l.properandum,§.finaūt reus.Secūdo caſu,qñ qs eſt bānitus ex ꝯtumacia ꝑꝑ ꝯtumaciā.i.dicere,ꝙ nō imponebaẗ ſibi aliud crimē niſi crimen contumaciæ,exemplū in l.j.§.quid er go,de ven.inſp.tunc dico iſtum non eſſe pro maleficio condem natū.quia nulla lex dicit,quod coutumacia ſit maleficium,nec habemus in tractatu maleficiorum,ꝙ contumacia puniatur,vt maleficium,& in iſta opi.fuit Mar.de Fa.vt refert Gan. & facit
3 pro ſoc.l.cum duobus.§.fin. † Preterea maleficium b ſtricte loquendo non continet delictum, ſed eſt in omittendo, ſed ſolūmodo qđ eſt in facien.& quod ita ſtricte debeat accipi in ſtatu-
c tis,conſuluit c Bar. Dicit ſtatutum quod in palatio duplicentur pęnæ maleficiorum,nūc quidā maledixit Deum in palatio, an duplicabitur pęna? & conſuluit, quod non, quia iſtud non erat malefactū, licet maledictum, & verba ſtatuti erant ſtricte accipienda ſecundū eum,tamen non bñ dixit per l.atrocem,ꝗ.tit.1. nam ſtatutum duplicat atrocitatem delicti, & hic reſultat maior atrocitas ratione loci,ergo habet locum pęna ſtatuti.

ADDITIONES.

a Bannitus. Vide Bar. in l.omne delictum,§.contumacia,ff.de re mil.et Barto.in l.ſi ideo,ff.de euic.cum fi.
b Maleficium. Vide.in præal.§.contumacia.
c Conſuluit. Non placet iſtud conſilium,uide Barto.in l.aut facta, ff. de pœnis.

De iniuriis. Rub.

LEX II.

1 *Patri competit actio pro iniuria facta filio, & marito pro iniuria vxoris, quia ipſis uidetur facta.*

1 **Iniuriarum.** †Patri competit iniuriarum actio pro iniuria filij, & marito pro iniuria vxoris.h.d. Vel ſic, Iniuria illata ī perſonam filij,vel in perſonam vxoris, uidetur illata in perſonam propriam patris,& mariti.h. dicit.

LEX III.

1 *Opinio iniuriati non grauatur per verba iniurioſa.*

1 **Si nos es.** †Per verba iniurioſa non grauatur opinio iniuriati.h.d iſta lex.

LEX IV.

1 *Sacerdotalia ſigna grauant iniuriam factam ſacerdoti.*
2 *Libellus generalis non admittitur in criminali.*

1 **Atrocem.** Ornamenta,& habitus iniuriati,habent iniuriā aggrauare.h.d.&†no.qđ maior eſt iniuria,q̄ ſit ſacerdoti dum refert ſacerdotalia ſigna, quam quan-
2 do non defert.In gl.ibi,non † no. quod in criminali non admittitur libellus generalis.& facit ff.de dolo.l.item exigit.

LEX V.

1 *Verba iniurioſa emittens in aliū.ꝓſumitur dolo facere,& aīo iniuriandi.*
2 *Verba iniurioſa q̄dam ſunt, q̄ per pęnitētiā in priſtinū ſtatū reduci poſſunt.*

1 **Si non conuitij.** †Emittens in aliū verba iniurioſa, ꝓſumitur dolo facere, & animo iniuriandi,niſi probetur oppoſitum: & etiam ſi dicat ſe ī rixa calore iracundię dixiſſe conuitium, & iſta actio iniuriarum anno tollitur.h.d.in tex.ibi,conuitium.nota hic, qđ iſte habet probare negatoriā,vt ſ.ad leg. Corn.de ſic.l.1.& qualiter probetur,dic vt ſ.dixi.In gl.1.ibi,qa verba. no. quod ſicut ſe habent verba,ita vr̄ ſe habere animus.& concor.quod no.ſ.de inſt.& ſub.l.repenhendēda.facit quod no.in l.Fulcinius.§.2.qui.ex cau.in poſſ.ea.
2 & per Dy.in c.pro poſſeſſore,de re.iur.lib.vj.†In gloſſ. ſed vr̄, in fi.vel dic ſm Pet.quod quædam ſunt, quæ poſſunt per pęnitentiam reduci in priſtinum ſtatum,& illa talia non ſunt curanda, ſi calore iracundiæ ſunt facta,quia non perſiſtitur in propoſito, imo pęnitet illum, qui fecit,& ſic pnīa ſequens, purgat factum præcedens.Quædam ſunt, quæ per pęnitentiam non poſſunt reduci in priſtinū ſtatū,& iſta licet fiant calore iracūdiæ, tñ puniūtur,vt hic,quod eſt notandum.Vel dic quod quædam ſortiūtur iuris effectum,vt repudium,& iſta nihil operantur, ſi fiunt calore iracundiæ,quia non procedunt ex animo,ſed potius ſm quādam alterationem.Quędā ſunt, quæ ſortiuntur effectum, ſicut ſunt maleficia,& in illis non diſtinguitur, an emanauerint calore iracundiæ,vel non,quia nunquā maleficia debent remanere impunita,& facit ſ.ad leg.Iul.de vi.l.quoniā multa.in glo.fin.ibi ſi cum exce.§.fi.quidā dicūt,quod iſte annus eſt vtilis, cum iſta actio ſit prætoria.de hoc per Cy.in ea.gl.ibi,ſm Mar.idem tenet Odof.quod vbicunq; iniuria punitur ex eo capite,quod deſcendit per ius ciuile,cū iura ciuilia ſint perpetua, quod actio ſit perpetua.& hoc eſt verū,nec eſt aliqua lex, quia lex nr̄a loquiẗ in actione iniuriarū ciuili,& ita tenet gl.in l. lex Cor.ff.e.

LEX

LEX VI.

1 *Patronus non poteſt atrocem inferre iniuriam liberto.*

1 Cum nec patronus. † Patronus non poteſt atrocem ĩiuriam inferre liberto,nec eius hæres.h.

LEX VII.

1 *Damnum in actione iniuriam non venit principaliter,ſed vindicta.*

Dominum. Pro atroci iniuria facta ſeruo , dñs hẽt in iuriã actionẽ , & dãnorũ petitionẽ.h.d. in
a tex.ibi,euidenter.ſed intellige *a* ꝙ hoc fit ex offõ iudicis aditi ſuꝑ
actione iniuriarum,vel dic ꝑincipalis,ſed intelligas qđ hoc per
viã principalis actionis,q̃ dãnũ proſequit̃,ſicut ꝑ viã leg. Aqui-
1 liæ.de quib.no.in l. Pretor edixit,§.ſi dicat̃,ff.eod.†in glo.2.ibi,&
duas fieri ꝯdemnationes.hoc verũ,ſi ab Aquilia eſt inceptũ.Sed
ſi ab actione iniuriarũ,licet in ea non veniat principaliter dãnũ,
ſed vindicta,tñ venit incidenter.facit l. fina.ff. de his,qui deie.vel
effu.Ita poſſunt ſolui oppoſitiones,quæ ſequuntur in glo.

ADDITIO.

a Sed intellige. Vide Bar.in l.item apud,§.ſi quis ſeruo.ff.eo.

LEX IX.

1 *Iniuria facta per uiam iudicij,non poteſt de ea conueniri,ſi non deſiſtit, vel vel iudicium ſit terminatum.*

1 Si quidem. †Dicens alicui verba iniurioſa per viam iudicij ſi deſiſtit a procedendo,poteſt iniuriarum conueniri.Sed ſi non deſiſtit, non poteſt conueniri donec iudicium terminetur.h.d.

LEX IX.

1 *Bannitorum vxores dicuntur perpetuo bannitæ.*

2 *Reſcriptum non tenet, vbi aliquod conceditur, quod eſt contra ordinem iudiciorum.*

3 *Pena vbi eſt arbitraria,procurator admitti non poteſt.*

Si quando, In crimine iniuriarum crĩaliter moto illuſtres,& eorũ liberi,& vxores viuente marito illuſtri poſſunt per procuratorẽ comparere.& nihilominus
in dñm fertur ſnĩa.Ceteræ vero perſonæ.q̃ iure cõi cẽſentur per
1 ſe,debent in hoc iudicio comparere.in tex.ibi , ſuperſtitib.†Fa-
a cit ad qõnem *a* ſtatuti dicentis,ꝙ vxores bannitorũ ſint ꝑpetuo
bannitæ, quod dẽt intelligi.ſ. viuente marito , ſicut.n.priuilegiũ
2 non extenditur vltra mortem,ita nec odium.†in tex.ibi,poſtula
re not.ꝙ non tenet reſcriptũ,vbi conceditur aliquid, quod eſt ꝯ̃
b ſolitũ ordinem iudiciorũ , vnde vr̃, ꝙ ſi imperator *b* mandaret
in aliqua cã procedi ſummarie,nec adijceret clauſulã,nõ obſtã-
te iſta lege , non teneret reſcriptum. Nos videmus oppoſitum
ſeruari,& de iniuria poſſe inſtitui actionem crĩalem.in gl. fi. ibi,
§.publice.Tu dic,ꝙ illa diſtinctio habet locum in criminib.ex q
bus certa pena venit imponenda, in illis vero in quibus non venit imponenda certa pena,imo arbitraria , & quorum pena eſt
incerta ab initio cauſe,iudex non dẽt admittere procu.ꝗa ſemper in dubio iudex dẽt eligere viam tutiorẽ pro ꝓceſſu , ad hoc
vt ex poſtfacto iudicium non poſſit irritari,arg.s̃.de appel.l.am-
3 pliorẽ,in fi.†Et per hoc *c* dicunt Doct.ꝙ vbi pena eſt arbitraria,
ꝓcu.non p̃t admitti.facit l.fi.ff.eod.facit ẽt,ꝗa in dubio eſt excluſionis cã,ergo,&c.vt ff.de cond.& demonſt.l.ſufficit.facit ẽt pro
hoc , quia ius proceſſus nõ debet eſſe in pendenti , vt ff. de iud.l.
ñ quemadmodũ , & adde quod dixi s̃.de adult.l.q̃uis indubitati.& s̃.de accu.l.reos capitalium.

ADDITIONES.

a Facit ad q. Vide Bar.in l.Titia Seia,§. vſuras,cum concor.ff.de leg.2.
b Si Imperator. Vide ad hoc,quod no.Bar.in extrauaganti.ad repri.in ti.non obſtante:& quod no.in l.fi.ſup.ſi contra ius uel uti.pub.
c Et per hoc. Vide Bal.in l.eos.§.ſuper his,de appe.
Celſus.Et ratio eſt,quia quamuis pena ſit arbitraria, poteſt tñ in tantum eſſe delictum atrox,vt ex pena illa arbitraria poſſit iudex arbitrari mortem , ut not. fin. Matth.ſing.ſuo 102.inci.no.unum dictum,cuius ſolent uulgares.

De famoſis libellis. Rub.

LEX VNICA.

1 *Libellum famoſum pateſaciẽs in alterius præiudicium,capitaliter punitur.*

2 *Libellus famoſus diſſamat.*

1 SI quis. †Prefaciens,vel faciens famoſum libellum in alterius præiudicium,capitaliter punitur,vnde nõ debet quis per libellum diffamare.Sed ſi verum putat, qđ
2 obijcit,iudicem adire debet.h.d.†No.quod famoſus libellus dif
a famat, *a* vt patet de vi ſermonis.hoc declarat Azo s̃. tit. præcedenti.

ADDITIO.

a Diffamat. Quomodo capitur diffamatus,uide Bal.in l.diffamari, in prin. ſupra de ing.ma.

De Nili aggeribus non rumpendis. Rub.

LEX VNICA.

SI quis poſt. Rumpens aggeres nili . vel eius aquam vltra ſolitun occupans, debet igni comburi, & eius criminis particeps deportatur ſine ſpe veniæ.hoc dicit.in tex.eo loco facit pro iudib.qui mittunt furem ad ſuſpendium in eo loco, in quo fecit furtum ſicut fit in multis locis.in textu ibi,conicijs, hic quærit Cyn. de illa quæſt.q̃ examinaui s̃.in l.1.de cri.pec.videlicet, an opẽ captis
ꝓſtãs,puniat̃ eq̃ vt principalis? Dic qđ opẽ ferẽs punit̃ eadẽ pena
qua delinquẽs,hoc eſt verũ,qñ fert ope per actũ proximũ facto,
puta aſſiſtẽdo facieti.Si aũt fert opẽ ꝑ actum remotũ,tũc mitius
punit̃.& q̃tũ ſit iſtud mitius,arbitrariũ eſt.ita conſuluit Dyn. de
quo no.per Cy.hic,facit extra de hom.ca.ſicut dignum, & ff.de
fur.l.pignoris,§.ferramẽta,& ff.de verb.ſign.l.ſepe. Ideo vr̃ dr̃ia
inter opem proximam facto,& remotam a facto, ꝗa mitius punitur facto remotum,quã proximum,vt l.fi.ff.de extraor.crim.
quod no.quia Cyn.dicit,quod neſcit,quid dicat, nam cum opẽ
ferens coadiuuet in actu ſi aliquod preparatorium fecerit, quia
ferramenta ei accommodauit, iſte non æque deliqui , ſed minus,& ideo mitius punitur,ff.ad leg.Cor.de ſica.l. infans.

De iis,qui latrones,vel in aliis crim.reos occultant. Rub.

LEX PRIMA.

1 *Aſſocians ibi criminoſum,dicitur ſocius criminis.*

2 *Scientia plena requiritur ad pœnam corporalem imponendam.*

3 *Iudex vbi pœnæ arbitrium habet,vſque ad ſupplicium pœnę corporalis procedere poteſt.*

EOs,qui ſecum. Duo dicit, primo quod occultans latronem,pari pena cum eo punitur.ſecundo,qđ ille ad quem latro confugit, tenetur ipſum apprehendere , & tradere in manibus curiæ , & talis
1 punitur pena arbitraria.h.d.In tex.ibi,ſociarunt. † No. quod aſ-
ſocians ſibi criminoſum.licet hoc faciat pro occultando,intelli
gitur eſſe ſocius criminis. Vnde eſt arg.quod occultans hæreticum ex certa ſcientia,poſſit puniri de heresi.pro hoc facit id, qđ
gl.no.& dicit s̃.eo.in rub.vbi dicit , qđ occultans alienũ delictũ
facit ſuũ.vide s̃.ad leg.Iul.de vi.l.pe. In tex.ibi,perſonæ. hoc verum in extraneo occultante, ſed coniunctæ perſonæ , quæ non
faueret criminoſo licet occultauerit , minor pœna imponitur.
a ſm Cyn.& alios.In tex.ibi,ſciens. arg. quod ſi ſtatutum *a* dicit,
quod quilibet teneatur capere bannitum, vel malefactorem,qđ
ſtatutum arctat demum eum , qui habet plenam ſcientiam de
banno,vel maleficio,arg.in l.Metrodorum,ff.de pen.& in l.qui-
2 cunque.s̃.de ſeru.fug.de quo hic per Cyn.Ego credo,quod quãtum ad imponendum penam corporalem, ſit verum, quod requiratur plena ſcientia,arg.ff.ad legem Corneliam de ſicar.l.in
lege.ſed quantum ad imponendum mitiorem pœnam,quæ ex
culpa cõſueuit imponi,ſufficit ſcientia per famam,vel ſuſpicionem,vt ꝗa malefactor fugiebat,& rumor erat poſt eũ, nam rumor inducit ſuſpicionẽ,vt ff.de adul.l.capite quinto. & facit qđ
3 no.ad le.Cor.de ſica.l.ſi (vt allegas.) † In tex.ibi,corporali. not.
b ꝙ vbi iudex *b* habet arbitrium pœnæ impoſitionis, poteſt procedere vſque ad ſupplicium pœnæ corporalis, ſi hoc deſiderat criminis magnitudo,ſup.de iniur.l.fin.& inſt.de iniu. §.pœna.

ADDITIONES.

a Statutum. Vide Bar.in l.omnes,inf.de agr.& cenſi.lib.11.& faciunt no.per Bar.in l.diuus,la 2.ff.de cuſt.reo.& quæ no.per gl.& Doct.in l.1.ff.de recep.& Bar.in l.j. §.occiſorum,ff.ad Sylla..
b Cel. Iudex. Adde remiſſionem, quam poſui in apo.ad iſtum , in l. ſi quando n.3. ver.& per hoc dicunt Do.in apoſt.inc.verſ.ſup de iniu.

LEX II.

1 *Malefactores qualiter debeant præſentari Iudici.*

2 *Iudex ciuilis brachium militare, vel Eccleſiaſticus ſeculare implorare nõ debet,niſi in ſubſidium.*

3 *Iudex in criminalibus a captura perſonæ incipere poteſt.*

4 *Faciens capi innocentem,puniendus eſt ſimilitudine ſupplicij.*

1 Si quis latrones. † Dat modum qũo malefactores debent iudici ꝓſentari & capi,permittẽdo ꝑ hoc inuocare brachiũ ſeculare, alias militare vbi expedit.Itẽ punit dños ꝓdiorũ,& eorũ proc.& quoſcunq; habẽtes
poteſtatẽ ꝓſentãdi malefactores iudici , & ad iuſſũ iudicis nõ ꝓ-
ſentantes.h.d.In tex.ibi ſcienter.ſimile verbũ.s̃.de ſica.l.1.dic vt
ibi.facit ꝙ ciuilis iudex nõ ĩploret brachiũ militare,vel Eccl̃aſti
cus ſeculare niſi in ſubſidium,qñ exercuit vires ſuas,ſm Ia. Bu.
facit extra de offi.ord.c.j.& extra de iud.c.cum non ad hoĩe . In
tex.ibi,obiecerit.no qđ manui militari nõ licet reſiſtere,ꝯcor.ff.
de rei ven.l.qui reſtituere.In tex.ibi,ꝯuicti.no.ergo,ꝙ ꝗs eſt con
uictus eo ipſo,qđ reſiſtit ne capiat̃ , nã hic reſiſtentiã fecerat , &
tñ poſt capturã oportet ꝙ ꝯuincat̃.In tex.ibi,nocentiũ.ergo per
3 miſſio iſtius l.hẽt locũ in quolibet criminoſo. † Et no. quod iu-
a dex in criminalib.*a* põt incipere a captura ꝑſonę, tñ ſi ipſe caperet innocentem,dẽt puniri,vt hic . Item dr̃ hic , ꝙ ille cuius brachiũ implorat̃,punit̃,ſi nõ det.In tex.ibi,tribuni,patet.In tex.ibi,
ꝑ lr̃as.hic arg.ſi Ep̃s vult ĩuocare.& facit s̃.de iud.l.ꝓperandum
§.fin.

ADDITIO.

a Iudex in criminali. Vide Bar.in l.ſacrilegij,§.Labeo,ff.ad l.Iul.pe.& quod ibi dixi, & quod no.Bal.in l.fi.in verſ.no.hic quod abolitio,inf.de apoſt.

§.ſin autẽ res.In tex.ibi,admoniti.not.'hic parificari, ſcire & ad-
monitũ eſſe,vñ q poſt admonitionẽ detinet aliquem,nõ p̃t alle-
gare ignorãtiã,puta qa nõ credebat eũ eſſe bãnitũ.In tex.ibi,pa-
a lam.no.qui tenetur *a* capere & p̃ſentare malefac. ſi hoc nõ põt
pp impotentiam dẽt tñ hoc iudici nunciare & intimare. In tex.
ibi,ſi poſſe ſufficeret.ergo ſi poteſtas cum ſua familia põt face-
re executionem, vel aliquid, non debet inuocare brachiũ alie-
num,quia in ſubſidium debet inuocare, qñ vires proprij officij
non ſufficiunt,vt patet hic,& dixi s̃.eo.in tex.ibi,innocẽtes.not.
ergo,ꝙ licet quis ſit captus inuitus.tamen de innocentia ſua põt
doceri.in text. ibi,nihil criminis not.quomodo poteſt conſtare
iſta negatiua,ſe nihil criminis commiſiſſe, & quomodo p̃t hoc
4 conſtare,no.per Doc.in l.j.ſup.qñ ciuilis actio. † in text.ibi,calũ-
niatores,no.quod qui facit aliquem capi,qui poſtea apparet in-
nocens,debet puniri ad ſimilitudinem ſupplicij.& ſic pro hoc
fuit decapitatus quidã Peruſij,quod no.in tex. periculum, quia
nec innocentes debent capi,nec grauari in ſumptibus, nec in a-
liquo alio.ſup.ea.l.§.tribuni.

ADDITIO.

a Quid tenetur.No.ad intellectum eorum.quæ no.Bar.in l.j.§.occiſorum,ad Syll.

De requirendis reis. Rubrica.

LEX PRIMA.

1 *Sententia non eſt feſtinanda.*
2 *Bannum intra terminum banni mortuo imponi non poteſt.*
3 *Accuſatus quando non fugit,accuſatori onus incumbit.*
4 *Citatio trina,vel vna tantum interuenire debet,antequam bona banniti annotentur.*
5 *Dilatio in criminali abbreuiari non poteſt.*
6 *Bannũ dicitur nullum,ſi iudex in termino, vel in tempore banni errauerit.*
7 *Impeditus aduerſus bonorum annotationem, an poſt annum reſtitutionem petere poſſit.*

CVm abſenti. Abſens in cauſis capitalib. nõ
debet diffinitiue damnari, ſed
eius bona annotari:quæ recuperat, ſi intra annum ve-
niens purgat,& ad hæredem ea tranſmittit, ſi interim
decedat: ſecus poſt annum. h.d. Vel ſic, Annotatus intra annũ
veniens bona recuperat, ſed poſt annũ veniẽs licet audiatur ſup
1 crimine,nõ audietur ſuper bonis.h.d.in tex.ibi,† non ſolet. Not.
ſn̄iam feſtinari non ſolere.& facit qđ not.ff.de app.l. ex conſen-
ſu,in fi.vbi gl.dicit,ſe excuſabat,quia putabat, iudicem nõ ita fe
2 ſtinare ſn̄iam.†In tex.ibi,Sin vero intra.hic eſt expreſſum,quod
qñ aliquis eſt mortuus intra terminũ banni,quod bannum ſibi
non poteſt imponi,nec bona poſſunt auferri hæredib. eius. In
gl.3.ibi,requiruntur.no.quod accuſatus a non legitimo accuſa
tore,non eſt citandus per iudicem.hoc verũ, ſi vitium accuſato
ris eſt patens,puta qa eſt mulier,vel pupillus.vt l.non ignorat,s̃.
de his,q ac.non poſ.ſecus vbi vitium eſt latens, vel quia eſt infa-
mis,quia vbi vitiũ non eſt patens, non præſumitur, vt s̃. de edi.
di.Ad.tol.l.fi.dico ẽt,ꝙ ſi iudex vellet citare,& citaret,citatus ha
beret neceſſe cõparere,& excipere,ar.ſup.de adul.l.q̃uis indubi-
tati,& s̃.de acc.l.ſi accuſatorib.& facit quod no.Innoc.extra,de
reſc.c.ſciſcitatus.& in c.præterea,de dilat.facit ſup.de exh. reis,l.
2.& l.neminem.In gl.ſic ergo.ibi,præſumitur qualiquali p̃ſum-
ptione.& ſic leuis præſumptio,non magna,vt patet ff.de cu.reo.
3 l.diuus.† In ea.gl.ibi,vt probet no.effectum fugę, de quo nõ ha-
betur alibi,quod qñ qs non fugit,incumbit onus ſolum accuſa-
tori,qñ qs fugit,incumbit tam accuſatori, quam accuſato. hæc
a gl.*a* nõ placet Cyn.quia nullo iure probatur, nam fuga in crimi
b nali *b* nec probat,nec probationem transfert,nec imponit onus
probandi,niſi vbi põt ex præſumptionib. iudicari, vt dixi in l.1.
4 ſup.ad l.Iul.maieſt.† Quærit hic Cyn.vtrũ antequam hæc bona
annotent̃, in ſcriptis redigantur, confiſcanda poſt annũ; ſi non
ꝯparuerit citatus,debeat interuenire prima citatio, vel ſufficiat
vna?Cy.tenet hic,qđ requiritur trina citatio,ſicut in cauſis ciui-
libus.Nam quantum ad citationem, & præparationem cauſæ,
idem dẽt eſſe ordo in ciuili,& criminali,vt l.abſentẽ, in fi. prin.
de pę.ff.ſ̃m eũ.qđ not.& vide quod not.in ſimili, in l.ſi finita, §.
5 Iul.& §.ſi plures,de dã.inf.Scđo q̃rit̃ † hic, vtrum in cr̄iali iudex
poſſit abbreuiare dilationẽ,& dicit,quod nõ,licet ſecus ſit in ci-
uili.Inn.dicit aliter extra de acc.c.ad petitionẽ. Breuiter,aut loq
mur de dilatione cõparitoria,& vr̃,ꝙ terminus iſtarũ dilationũ
poſſit abbreuiari,ſicut in ciuili;quia eadem vr̃ ratio, per d.l. ab-
ſentem,de pę.aut loquimur de dilatione anni,quæ conceditur
ipſo iure,ſine miniſterio iudicis, & iſta nõ poteſt abbreuiari, &
de illa intelligit forte Cy.& ratio prima eſt,quia iſta dilatio non
eſt commiſſa iudici,ſed lex per ſeipſam tribuit iſtam dilationẽ.
Secunda ratio eſt,quia vbi iudex aſſignat certam dilationem,&
ex eius lapſu aliquid ſtatuit,dilatio nõ poteſt mutari.vnde ſi ſta-
tutum dicit,ꝙ ſi accuſatus nõ cõparet intra 8.dies a die bãni,ha
c beatur pro ꝯfeſſo,an iſtud tp̃s põt abbreuiari?*c* & dic,ꝙ nõ,quia
per iſtã cõfeſſionem ius nõ inducit,niſi ſub certa forma, & poſt
lapſum certi tp̃is.ergo ſi non ſeruatur forma,ceſſat legis diſpo-
ſitio,arg.eius,qđ hic dr̃ de anno,ꝙ p lapſũ ipſius tp̃is lex aliquid
ſtatuit,& ideo non poteſt mutari. Præterea iſta pęna fictæ con-
feſſionis inducit̃ ſub quadã ꝯdõne;ergo ſi ꝯdõ nõ eſt impleta in
6 forma,ceſſat pęna,vt ff.de cõd.& dẽ.l.ĩ teſtõ.& l.j.circa fin.†Ex
d his*d* apparet,ꝙ ſi iudex erat in termino,ſiue in tp̃e banni, quòd
iſtud bannum hr̃ perinde ac ſi non eſſet datum.item patet,ꝙ p̃-
cepta p iudicem facta alicui,ꝙ compareat,ſemper auditur vo-
lens ſe defendere.idem in pæna perſonæ,q̃ non comparuit,ſem
per auditur volens ſe defendere.idem in pęna bonorum,niſi in
caſu annotationis.vt l.noſtra.idem tenet gl.ĩ Auth.de arm.cir.
7 med.coll.6.† Quærit hic Cyn.an q *e* intra annũ fuit impeditus
e iuſto impedimento;poſt annũ poſſit petere reſtõnem aduerſus
annotationẽ bonorum?& vr̃ ꝙ non,quia iſta eſt pęna & ſn̄ia le
gis,non hoĩs,ergo &c.vt ff.de ver. ſig.l.ſi qua pœna. Contrariũ
determinat Pe.ꝙ reſtõ cõpetat ex cl̃a generali,ſi qua mihi iuſta
cã videbitur, per l.1.ff.ex qui.cau.ma. & facit ff.de dam.infe.l.ſi
finita,§.ſi forte.Dicit ſtatutũ Peruſij,ꝙ ſi accuſatus non compa
reat intra octo dies a die dati banni,habeat̃ pro ꝯfeſſo.& in oĩb.
tanq̃ contumacem poſſit ꝯ eum procedi. Modo datur cuidam
bannum,qui propter infirmitatẽ non potuit comparere,an po
terit petere reſtitutionem?& patet ex prædictis,ꝙ ſic.

ADDITIONES.

a Hæc gl.Sed iſtam gl.indiſtincte ſequitur Bald.in l.j.ſupra qui accu.non poſ.
tum eſt, ꝙ in alternatiuis electio eſt debitoris, vt l.plerunq; §.fi.
de iur.do. & l.3.ff.ſi certum peta. Pręterea donec iſte paret ban-
no, ſatisfacere videtur, quæ ſatisfactio conſiſtit hic in nõ facien
do, ergo ſi ſatisfacere vr̃, non poteſt ad aliud compelli, vt l.dedi,
in prin. ff.de condict. ob. cauſam.† Ex hoc ſequitur, ꝙ ſi iſte mo-
reretur in banno, ꝙ executio non poſſet fieri ꝯ̃ eius hęredem,
quia eſt ſatisfactum, nam qui luit in corpore (ſicut quilibet ban
nitus) non debet compelli ad ſatisfactionem pecuniariam, vt l.
ſed ſi unius, §.ſi ante iudicẽ, ff.de iureiur. Pręterea ſi fieret iſta
executio iſtius banniti, conſequeretur præmium, quia rebanni-
retur per ſolutionem, ſed iſtud non debet fieri, cum ſtatutũ ſic
factum in eius odium. Non obſtat. l.ſi qui ita, cum ſimilibus. qa
illæ l. dicunt, ꝙ debet fieri executio in eum & eius bona, & vrge
ri ad ſoluendum, alias non ſolueret aliquam pęnam corporalẽ
propter bannum, & ita loquitur & ſeruatur de practica, an ſit ve
rum de iure, cogitabis.

ADDITIONES.

a Bona. ad iſtam auth. vide no. Bart. in l.poſt contractum, in fin. ff.de don. & Bald. in in l.2. ſup. qui teſt. facere poſ.
b Arg. quod epiſcopus. Vide no. in rub. ſup. de priuil. fiſ.
c Sed de iure. Vtrum autem hodie quælibet ciuitas habeat ius confiſcandi, uide Bar. in l.1. inf. de bon. uacan. lib. x.
d Hoc venit. Vide Bar. in l.2. ſup. qui teſta. facere poſſ. in ver. item ſcias.
e Contumacis. Vide per Bal. ib l.1. in prin de bon. dam.
f Contractus. Vide Latius per Bar. in l.1. de bon. dam.
g Statutum. vide Bal. l.data opera, ſup. qui accu. non poſ.
h Statutum Facit ad no. per Bart. in l.ſi quis a liberis, §.ſed utrum. ff. de lib. agno. & Bal. in l. ſi quis inceſti, & in auth. inceſtas, ſup. de inceſt. nup.
i Item quæro, dicit Vide, quæ dixi poſt Barto. in l.2. de requiren. reis. quid autem ſi ſtante ſtatuto reus comparuit, & oppoſuit declina. & iudex uult eum pro delicto carcerare, ipſe dicit non carceretis, quia uolo prius eligere uiam ſtatuti, ſiue pęnam contra contumaces, & non comparere. quid iuris. uide no. Bald. in l.peremptorias, ſup. ſen. reſ. non poſ. ad Bal. hic uide quod ipſe no. ſu. in rub. commi. uel epi. in ver. quæro una.

De bonis eorum, qui mortem ſibi conſciuerunt. *Rubrica.*

LEX PRIMA.

1 *Teſtamentum eius, qui ſe occidit, non valet.*

EOrum demum. Bona occidentis ſeipſum
non metu criminis, ſed ex
1 infamia, vel dolore, non auferuntur hæredibus. h.d.† in
tex. ibi, ex teſtamento. Nota m̃ non valet teſtamentum
eius, qui poſtea ſe occidit, & dic de hoc plene per Cyn. in l.2. qui
teſta. fa. poſ.

De ſententiam paſsis & reſtitutis. *Rub.*

¶ Supra dixit. de deſtitutis, hic dicit de reſtitutis.

LEX PRIMA.

1 *Reſtituus per principem, bona, honores, & famam recuperat.*
1 **CVm ſalutatus.** † Reſtitut⁹ p Principẽ, bona
recupat, & honores & famã
h.d. Vel ſic, de vi ſermonis. Reſtitutio eſt plene in pri-
ſtinum ſtatum repoſitio, etiam quo ad honores & bo-
na. h.d. ꝙ ſit de ui ſermonis patet, quia quod eſt de ſignificatio-
ne verbi, eſt de ui ſermonis ſeu diffinitione, ꝙ autem verbum,
reſtitutio, ſ̃m propriam naturam expoſitionis ſit plena repoſi-
tio in priſtinum ſtatutum apparet per l. noſtram. in tex. ibi, pro-
ceſſiſſet. deambulando.

LEX

L E X II.

1 *Indulgentia ſolam pœnam remittit.*

1 **Cum patrem.** †Indulgētia ſolā pœnā remittit nec ꝯtinet reſtitutionē ad bona ꝗ ſui nā niſi hoc exprimat̄ ſpecialiter.h.d.non obſtat, l.præcedens, quia ibi loquitur in reſtitutione; hic in indulgentia, quæ minor eſt.

L E X III.

1 *Bona ſi perduntur ab eo,qui deportatur, a prioribus creditorib.liberatur.*
2 *Actiones perſonales paſſiuæ non tranſeunt in miſſum in poſſeſſionem bono rum.*

Si debitor. Deportatus poſtea reſtitutus ad rem certā prioribus creditoribus non tenet, ſed ſi fit reſtitutio ad certam partem,pro rata teneatur.is autē,cui ob pe cuniariū debitum bona ſunt adempta, nō eſt a cęteris credito-rib.liberatus.h.d.Et adde, ꝙ legitur & not. in l.controuerſia.de
1 tranſa.in tex.ibi,liberatus eſt, qñ quis perdit bona nō manente integro ſtatu.vt quia tunc deportatus,a prioribus creditorib.liberatur, vt l.i.ſ.de fideiuſ. & in l.ſi deceſſerit.ff.qui ſa.cogā.ſed qñ quis perdit bona,integro ſtatu manente,tunc dic vt ſ.dixi ad
2 leg.Iuliā de vi.l.tutoris.†in tex.ibi obligatus.not.ꝙ,in miſſum in poſſeſſionem omnium bonorum non tranſeunt actiones perſonales paſſiue.

L E X IIII.

1 *Fiſcus an hēat actiones pſonales ſi bona ex forma ſtatuti ſunt publicāda.*

Tutor filiorum. Ex indulgētia reuerſus ab exilio, non tenetur prioribus creditoribus.h.d.prima pars.Nec agit cōtra primos debitores.h.d.lex ſequēs.Vel ſic,qui non recuperat bona, nō recuperat actiue,nec
1 paſſiue.h.d.cū l.ſequē.†in tex.ibi,nō tenet. Sed qd ſi ex forma ſtatuti bona ſunt publicanda ex delicto, an actiones denē in fiſcū.Vr̄,ꝙ non,qa bona intelligūtur ære alieno deducto,vt l.mulier,de iud.do.& l.ſubſignatū,§.bona,de verbo.ſign. Alij ꝯ,quia tale ſtatutum ſuccedit loco legis,ex qua olim publicabatur hæreditas,ergo hoc caſu bonorum appell.comprehendit hereditatem.ff.ad Treb.l.cogi.Iac.But.dic de hoc, vt ſ.ad le. Iuliā de ui. l.tutoris.

L E X V.

1 *Deportatus,cui remiſſum eſt exilium non poteſt agere ex ante geſtis.*
2 *Bannitus per cancellationem banni recuperat bona confiſcata.*

1 **Si ademptis.** †Deportatus,cui remiſſum eſt exilium non pōt agere ex antegeſto.h.d.in text. ibi, cōi.puta quia princeps poſuit edictum, ꝙ quiſcunque iret in exercitum,eſſet rebannitus. pro hoc enim non recuperarentur bona,quia diuerſa ſunt capita, vnum enim eſt caput exilij. aliud confiſcationis bonorum, vnde licet vnum ſit ſublatū,remanet alterum,vt l.ſi domus,de ſer.vrba.præd. patet ex hoc,ꝙ
2 † per cancellationem banni bannitus non recuperat *a* bona cō
a fiſcata. Si autem non eſſent bona confiſcata, ſed eſſent condēnati,ꝙ ſtarent in banno,donec ſoluerent tm̄, tota iſta pœna tolleretur per rebannitionem,!alias ſi rebannitio nihil operaretur, duraret pęna pecuniaria,cum ſit integra,& qua perſoluta ab oī bñficio debebat rebanniri;in ſolutione ꝯcedendo, patet an banniti habeantur loco reſtitutorum,& facit l.prox. in verſ.regreſſus,& hic in ver.rediſti,& ĩ.eo.l.generalis.in ver.reditum.

A D D I T I O.

a Recuperat.Contrarium tenet Bal.poſt Iac.But.in l.fi.in inf. eo. & vide etiam ibi Bal.in fi.
Celſus.Adde ad hoc quod dicit hic per iſtum in fi.huius l.Bar.in tracta. banni.nu. 31.& in q.inci.Lucanæ ciuitatis poſt prin.

L E X VI.

1 *Reſtitutio facta ad aliquod crimen ſolum,quo ad illud reponit in priſtinum ſtatum.*

1 **In inſulam.** †Reſtitutio facta ad aliquod crimen ſolum, quo ad illud eſt in priſtinum ſtatum recuperatio,non quo ad alia, vnde filius patriæ dignitati reſtitutus,non vr̄ reſtitutus patriæ poteſtati.h.d. Vel ſic, Limitata reſtitutio limitatum producit effectum h.d.In gl.imo vr̄, ibi,§.cū autem Sol.ibi fuit plena,& indefinita reſtitutio, hic autem reſtitutio limitata & ſecundum quid,non ſimpliciter.

L E X VII.

1 *Principis indulgentia remittit exilium , ſed non reſtituit bona & famam.*
2 *Cancellatio idem importat, qu d reſtitutio.*
3 *Cancellatio dupliciter conſiderari debet.*

1 **Generalis.** † Per indulgentiam principis remittitur exilium,ſed non redimuntur bona nec reſtituit̄ fama.h.d.In tex.ibi,loca.ratio dubitationis erat, quia per indulgentiam,res videbatur deducta ad non cām,cum abolitionem crīs contineat,vt l.ſi vnius, §.ſi aūt iudicem, ff.de iniur.ergo videbatur,ꝙ reducta re ad non cauſam!, oīa deberent reſcindi,tñ
2 non eſt verum,ꝙ cauſa ſit reducta ad non cauſam . † Quid de
a cancellatis *a* de libro deportatorum,'an iſta cancellatio importet idem,quod reſtō vel indulgentia.De hoc tangit Cyn.ĩ.eo.l. fi.& vr̄,ꝙ ſit idem,quod reſtō,quia per redditionem inſtri, contingit plena liberatio,vt l.Labeo,in §.& iō, ff. de pac.ſed hic interuenit cancelatio inſtrī,ergo &c.Breuiter,cancellatus de cōdemnatione,quæ infamiam irrogat, ſi eſt cancelatus a populo
b non recuperat famam. *b* quia ad famam non poteſt reſtituere niſi princeps,& Senatus,ut l.j.§.de qua,ff.de poſtulā.& no. Inn. in c.cum te,de re iu.honores autem illius municipii,qui deferūtur per ſuam l.municipalem,vr̄ recuperare,quia quantū ad iura ſuæ ciuitatis,dēt haberi pro reſtituto.Nec obſ. ꝙ ſit infamis, quia ꝙ infamis repellatur,eſt ex iure poſitiuo , cui poteſt dero-
1 gari p ſtatutū,vt l.gradatim,§.ſed ſi lege de mu.& ho.† Vel dic,
c ꝙ eſt inſpicienda cā,ex qua fit cācellatio,aut.n.iſta cancellatio *c* arguit inquitatem iudicate rei, & tunc æquiparatur reſtitutioni,aut confirmat rem iudi.puta cancellat,quia ſoluit, & tūc nō intelligitur reſtitutio,& hoc puto verum.

A D D I T I O N E S.

a Quid de cancellatis. An cancellatio de libris deportatorum æquiparetur indulgētiæ,vel reſtitutioni,vide qđ no.Bar.iñ l.fi.inf.e.& uide ibi Bal.in vlt.q.an rebannire ſit reſtituere,quod no.Bal.in l.emancipatione,ſup.de fi.inſt.& in l. cum mulier,§.ſol.matr.
b Phil.Dec.Famam collatio banni an infamiam tollat,& famam reſtituat,vide per Bar.in l.non ſolum,ff.de procu.§.fi.ver.an autem cancellato,& per iſtum in l.emācipationem,ad fi.C.de fi.inſt.Et adde,ꝙ cancellatio vim ſnīæ habeat, & debeat cauſa expreſſa & ſcripta fieri,& de cuius mandato ſit,ſm iſtum in addi. ad Spec. in tit.de accuſ.ver.cum bannum.
c Cancellatio.Facit l.cancellauerat,& quod ibi Bar.ff.de his quæ in teſt.delen. Celſus.Adde Georg.Tomacinum conſi.ſuo 36.inci.per ſtatutum ciuitatis noſtræ. ver.inducit autem cancellatio,vol.2.& aliquid per eundem conſ.ſequen. ad fi.

L E X VIII.

1 *Seruus in metallum damnatus deſinit eſſe domini.*

1 **Fruſtra.** † Seruus damnatus in metallū deſinit eſſe dñi, liberatur a pœna,& non reuertitur in ius prioris domini,h.d.facit ff.de adop.l.libertus.

L E X IX.

1 *Pater,cui indultum eſt exilium,non recuperat in filios poteſtatem.*

1 **Si pater veſter.** Pater,† cui indultū eſt exiliū,nō recuperat in libertos poteſtatē. h.d.

L E X X.

1 *Reſtitutus bona recuperat,& inſtantiam, quam incæperat ante damnationem,reaſſumit.*

1 **Cum indulgentia.** Reſtitutus †recuperat bona & etiā reaſſumit inſtantiam quam incæperat ante damnationem,& dic quod inſtantia non tranſit in fiſcum,vt l.ſi conſtante,ff.ſo.ma.

L E X XI.

1 *Reſtitutus in integrum non poteſt ſe tueri co ntra creditores.*

1 **Sed deportationis.** † Reſtitutus in integrū nō poteſt ſe tueri ꝯtra creditores ſuos,hoc dicit.

L E X XIII.

1 *Pater ſicut conſequitur præmium de emancipatione filij,ita contrahere debet,& non filius.*
2 *Pater reſtitutus ſi ſit capax,reſtituitur ad legitimam adminiſtrationem filij.*
3 *Pater reſtitutus an recuperet patriam poteſtatem.*
4 *Reſtitutio an reſtituat omnia in priſtinum ſtatutum.*
5 *Reſtitutio non porrigitur ad ea,quæ ſunt tertio acquiſita.*
6 *Reſtitutio ſe extendit in præiudicium tertij habentis cauſam ab eo, cuius ius reſcinditur.*
7 *Geſta per filium tempore deportationis patris,an ſint in pendenti.*
8 *Argumentum quod nihil poteſt eſſe in pendenti.*
9 *Actus quoad ſolennitatem non poteſt eſſe in pendenti.*
10 *Pater ſi eſt prodigus,vel infamis,non reaſſumit poteſtatem adminiſtrandi.*
11 *Prodigalitas,an poſſit obeſſe.*
12 *Tutor non poteſt dari filio deportati.*
13 *Pater reſtitutus non plene reſtituitur,ſi adminiſtrationē filij nō recuperat.*
14 *Reſtitutio natalium non trahitur retro.*
15 *Pater reſtitutus ius poteſtatis non hēt recuperare in filium predefunctum.*
16 *Pater reuerſus ab hoſtibus,quæ poteſt recuperare in aduentitijs.*
17 *Rebanniti,an æquiparentur reſtitutioni,vel indulgentiæ.*

In quæſtione teſtamenti. Iſta lex diuidit in quatuor partes nā primo imperator format hic duas qōnes,vnam de teſtamenti efficacia,aliam de geſtis inter pſonas viuas: ad prima nō rndet,ſed ad ſcđam ſic,ſm gl.ſed ſm Doc. & verius , Impator rndēt hic ad vtraq;,primo ad primam,ſcđo ad ſcđam,in 2.parte principali impator tractat hic de tute.& cura,ſeu de adminiſtratione reſumēda in bonis filij,vel nō reſumēda , diſtinguens, & mēbra ſuæ diſtinctionis per rōnes pbans.Tertio impator ex prædictis concludit,rōnem ſuæ ꝯcluſionis aſſignans.Scđa pars principalis incipit ibi,quib.Tertia ibi , ideoque tm̄. item prima pars principalis ſubdiuiditur in duas, quia primo format primā quæſtionem,& eam ſoluit.ſol.eſt ibi,remotis Vlpiani , & cæ. & eſt tacita reſponſio ad quæſitum.nō expreſſa ſm ueram opi.Secundo format ſecūdam quæſtionem,& eam clare ſoluit diſtinguendo,& rōnem attendendo ſm omnes.ſecundam qōnē format

mat ibi,ita tñ.item ſecunda pars principalis ſubdiuiditur ſimili-
ter in duas partes, ſicut ſuo duo mēbra diſtinſtionis,q̄ ēt mēbra
probātur per rōnes in litera. Tertia pars prīcipalis ſimiliter ſub-
diuidit in duas,primo ꝯcludit,ſecūdo probat ꝑ rōnem.poſſet ēt
aliter ſubdiuidi prima pars principalis.ſ.in tres partes, duæ de-
terminant duas q̄ſtiones.tertia eſt,q̄ aſſignat q̄ſtionis rōnē ibi.
ne eorū &c. Similiter ſecūda pars principalis pōt diuidi in tres.
primæ duæ ſunt duo mēbra diſtinctionis,tertia eſt rō mēbrorū,
q̄ colligit ibi,nā ſi prima,&c.& illo ver.q̄ niſi bonis patrib. &c.
aliæ duæ nō mutātur. Et h.d.in sūma. Si deportatus reſtituatur ī
ītegrū,recuperat patriā poteſtatē,dignitatē & bona.h.d. primo.
Geſta per filiū tpe deportationis paternæ,ſunt valida, donec fi-
lius fuerit ætatis legitimæ,ſi.n.nō fuiſſet ætatis legitimę nō forti
ret immutabile effectū.hoc ſecūdo. Tutor & curator dati filio
deportati,patre reſtituto,deponūt officiū tutelę & curę, & pa-
ter reaſſumit ius legitimę adminiſtrationis,niſi pater eſſet prodi
gus & vitiorū ſeruus,qa tūc nec ius adminiſtrationis ad patrem
reuertit,ne luctuoſior filijs ſit paterna reſtitutio, q̄ fuerit eius
deportatio,hoc tertio & quicqd deportatio abſtulit, reſtitutio
reſtituit,niſi ſit aliqua cā ab intrinſeco impediēs.h. d. in tex. ibi,
nec in patris.per hoc nō vr̄ rñderi ad q̄ſitū,qa q̄ſtio formatr̄ ſup
viribus teſtamēti.& imperator rñdet de uirib.& iure patriæ po-
teſtatis,unde iſta rñſio nō vr̄ ad propoſitū, & in hoc errore fuit
gl.tñ dic,ꝙ imperator hic rñdet ad quęſtionem tacite;ita enim
pollicetur ſe determinaturum,dum dicit,remotis &c.nā rñden
do ad vnum, reſpondet ad aliud,qđ ex primo pēdet, & neceſſa
rio ſeqtur,argu.ff.de acquir.hered.l.illud ita in propoſito , quia
ſi pater recuperat patriam poteſtatem,ergo filius capite minuit
cum tranſeat de exiſtentia ſui iuris in exiſtentiā ſub aliena pote
ſtate,ergo ipſius teſtamētū fuit irritum,ut Inſt. quib. mod. teſt.
in fir.§.alio.ff.de adop.l.nec ei,§.eorū.ff.de ſecū.ta.l.qui ex libe-
ris,in §.teſtō.aparet igitur , ꝙ ex qōne quæ hic determinatur ,
apparet determinatio ꝓpoſitę q.& hęc eſt ueritas.in tex.ibi , cui
ſ.patri.in tex.ibi,dignitas.forma rationē ſic,reſtitutio patris eſt
vniuerſalis,vnde qua ratione porrigitur ad dignitatem & ad bo
na,eadem ratione porrigitur ad patriā poteſtatē. vñ ex hoc po-
tes colligere quādā tacitam q.prędictorum,in tex.ibi,ut geſta ꝯ
trahendo,uel quaſi ꝯhendo,vel in iudiciis,quia hæc uerba non
pertinent ad ius teſtandi,ut l.nerba,de uer.ſign.in tex.ibi, firma
uerat.no.ꝙ conſilium eorum,qui ſunt ætatis legitimæ,dr̄ ſtabi-
le & firmum.in tex.ibi,rata inexpugnabiliter.in tex. ibi , ne eo-
rum.hanc rationem ſic forma ad probandum,ꝙ valeant geſta
arguit ſic,aut tu dicis impugnare geſta,quaſi filius deportati nō
fuerit ſui iuris,& hoc falſum , quia deportatio aufert omnia , q̄
iuris ciuilis ſunt,ſed patria poteſtas eſt iuris ciuilis , ergo aufert
per deportationem,& iſtud membrū per ſe clare non ex primi
tur ī litera. Aut uis impugnare geſta, quaſi ſtatus iſtius filii eſſet
interim in pendenti,& hoc falſum,quia ſm hoc filius iſtius inte
rim nō eſſet ſui iuris,nec eſſet in poteſtate paterna,quod eſt im-
poſſibile,quia cum iſta ſint ꝯdictoria,alterum neceſſario eſt ve-
rum,& ideo dicit litera,ꝙ impoſſibile eſt ꝙ quis non ſit nec ſui
iuris,nec alterius poteſtatis,quia nō reperire medium inter iſta
duo extrema,quia ſunt contradictoria. In tex.ibi,quenquā.ſup-
ple filium,in tex.ibi,prohibentur. Caue quia geſtū ab ipſis mino
ribus non reuocatur vi reſtitutionis paternæ, ſed ſi ſint læſi,ipſi
habent petere reſt.ex propria perſona.vnde aduerte,ꝙ geſta re-
ſcindantur non ex vi reſtitutionis paternæ , ſed ex vi reſtitutio-
nis propriæ,& differūt iſtæ reſtōnes in duobus , primo, quia ſu-
munt originem in perſonis diuerſorum , ſecundo quia nō ſunt
diuerſorum generū. Nam paterna reſtitutio procedit ex mera
liberalitate Principis,ſed illa filii ꝓcedit ex iure ſcripto.ſ.ex edi-
cto de minoribus,verum iſta diſtinctio de ætate legitima nō eſt
diſtinctio,ꝑ quam amplietur, vel reſtringatur effectus paternæ
reſtit.ſed concernit ſolum ius,quod habet originē ex perſona fi
lij.in tex.ibi,officiū ſuum.ſ.legitimæ adminiſtrationis, quod eſt
proprie officium paternum.rñ.tex.ibi,prauitate corruptum,ip-
ſius patris.in tex.ibi,& augeat. No.officium patris,in quātū pa-
ter eſt legitimus adminiſtrator,eſſe ordinatum ad iſtum finē vt
teneatur & augeat,non vt diminuat,vt l.1.ſ.de bon. mat. In tex.
ibi,pecunia,id eſt adminiſtratio committenda.in tex.ibi,fugiat.
id eſt eam nō reſumat.in tex.ibi, neque tutor,ideſt dicere, ꝙ ita
tenetur tutor & curator reddere rationem de tempore poſt re-
uerſionem patris prodigi,ſeu furioſi,uel vitioſi,ſicut de tempo-
re poſt reuerſionē,antequā pater reuerteretur.in tex.ibi ad cor-
rectionem.ideo dicit correctionem,quia omnis pœna imponit
patri.in tex.ibi,per ſe nomē. No.de vi nominis vel ſermonis,qđ
patet per diffinitionem,quia deportatio eſt extra omnia,quę iu
ris ciuilis ſunt.deportatio ergo eſt priuatio,& ideo dicit litera ꝙ
ui ſermonis deportatio continet plenam ademptionē. in tex.
ibi,& filii.hic uult dicere,ꝙ ſi pater reſtitutus recuperat patriam
poteſtatem,ſequitur,quod filius eius nō pōt dicere eſſe ſui iuris
ratione deportationis. Sed ſi uult eſſe ſui iuris,oportet ꝙ emāci
petur a patre,quam recuperationē poteſt officiis,id eſt ſuis me-
ritis conſequi. Ecce cōcluſio,quia circa exiſtentiam ſui iuris ꝓ-

bandam , non eſt inducere ꝯrium deportationē paternam, ſed
1 emācipationē,quæ dr̄ lenitas ſeu benignitas patris.† Ex iſto tex.
patet,ꝙ ſicut premiū de iſta emancipatione ꝯſequitur,ita dēt ꝯ
here pr̄,& non filius , pater enim facit grām ſui iuris , & non fi-
a lius.in tex.ibi,vt libertatē no.ꝙ emācipationē *a* vocat libertatem
in text.ibi, teſtem.adde,& vide quod dixi ſ.de ſer.expor.l.mo-
ueor.quia iſte text.facit,ꝙ per iſtrm emācipationis ꝓbetur præ-
cedens patria poteſtas,& iō dic vt dixi ſ. No.hic primo.ꝙ pater
deportatꝰ reſtitutus, recuperat patriam ptātē. Scđo no.ꝙ aliqd
non pōt eſſe in pēdenti. Tertio not. ꝙ geſta per filiū medio tpe
tenēt. Quarto no.duo incōpatibilia ſimul cōcurrere non poſſe.
2 ſ. ꝙ qs ſit in ptāte patris. ꝙ habeat tutorē , vel curatorē.† Quin-
to not. quod reſtitutio dānatorū reſtituit patrē ad legitimā ad-
miniſtrationē in bonis filij,dūmodo pr̄ ſit capax legitimæ admi
niſtrationis , & quod non reſtituit,ſi pr̄ non eſt capax legitimæ
adminiſtrationis rōne vitij,vel defectus. Sexto not.ꝙ reditus pa
tris , importat gaudiū filijs , nec dēt reuerti in luctum. Septimo
no.ꝙ ſicut ſe hēt deportato in deſtruendo, ita ſe hēt reſtituitur
in reſtituēdo. Octauo not. ꝙ qñ filius deportati poſtea reſtituti
recidit in patriā ptātē,ꝙ non pōt prætendere a modo exiſtentiā
ſui iuris vi damnationis paternæ , ſed dēt eam ꝓmouere , indu-
cēdo patrē ad emācipationē ſui. item not.ꝙ emācipatio & ſnīa
3 in his q̄ inducūt,ſunt teſtes.† Opp.vr̄ ꝙ pater non recuperet pa-
triam ptātē,vnde vr̄ ob.l.ſi pater,ſ.eod. Sol.eſt breuis,aut loqui-
mur in reſtituto, & tunc cum reſtitutio ſit plena in priſtinū ſta-
tū repoſitio , recuperat pater patriam ptātem , & ita loquit̄ hic.
aut loquitur in patre nō reſtituto,ſed per indulgentiam reuerſo
& tunc cum indulgentia non trahatur ad bona,ergo nec ad ius
poteſtatis,arguendo per l.qui furere , ff.de ſta.ho.& ita loqtur.l.
4 ꝯria.† Contra hoc oppo. & vr̄ , ꝙ reſtitutio non reſtituat oīa in
priſtinū ſtatū,unde vr̄ obſtare l.in inſulā,ſ, eo. Sol.aut reſtitutio
ꝯceditur ſimplr̄,aut cum adiuncto,ſeu cum reſtitutione. Si ſim
pliter , tunc loquitur l. noſtra.ſi cum adiuncto , tunc loquitur
l.ꝯria.rō eſt, qm̄ reſtitutio vniuerſalis eſt illa , quæ circa omnia
operatur, niſi circa ſpecies expreſſas , ſm Doct.per hoc facit ff.
de fun.inſtr.l.q̄ſitū,§.fi.& de vulgo.ſubſti.l. cohæredi,§.q patrē.
& qđ no.per Dyn.in rubr.de regu.iur.lib.vj.& ī c.generi,ꝑ eūdē
5 † Tertio oppo.ſic,reſtitutio *b* nō porrigitur ad illa, q̄ ſunt tertio
b acqſita, vt ff.ad munic. de reſcr.lib.6. ſed exiſtētia ſui iuris eſt q̄
ſit filio,& tertiæ pſonę, ergo in p̄iudicium filij iſta reſtitutio nil
operatur. Rō,qa ꝯceſſio Principis plenā interpretationem reci-
pit,q̄tum ad iura ipſius principis , ſed non q̄tum de iure priuati
vt l.2.§.ſi quis a principe,ne quid in loco pub. & ext.de auth. &
vſu pal.c.confirmatus. Ad prædicta ēt opp.per ea,quæ leguntur
& no.ff.de lib.& poſth.l.Gallus,§.& quid ſi tm̄. Sol. quædā sūt,
quæ tertio acquiruntur,vt illius actus, qui poſtea reſcindit̄ per
reſtōnem,& tunc reſtō bene trahit ad iſta iura illi tertio acquiſi
ta. Et ratio, quia per reſtitutionē cā acquiſitionis illius redit ad
non cām,ita loquitur lex noſtra,q̄dam ſunt,quæ non acquirun
tur immediate ex illa cā, ſed ex nouo negotio , ſuper quo no fit
reſtō,& tunc ad illam reſtōnem non porrigitur,quia non redu
cit reſtō cām immediatam illius acquiſitionis ad non cām , &
ita loquuntur ꝯria,vbi probatur iſta diſtinctio , & iſta diſtinctio
eſt caſus l. noſtræ. primum membrum iſtius diſtinctionis pro-
batur in q.1. & determinatio l.noſtræ . Secundum membrum
probatur in ſecunda determinatione huius legis,ecce quomo-
do; quia ſi filius deportati aliqua alienauit , ad illa non reſtituit
deportatus . Sed ſi illa non alienaſſet,per rōnem pater aliquod
ius in illis bonis conſequeretur,& quod iſtud ſit verum, proba-
tur in gl.quæ incidit,quid de illo , in fin.ita ꝙ vere de iſta diſtin-
ctione eſt caſus leg.noſtræ,facit l.quoties,ff.de acquir.hæred.&
de min.l.quod ſi minor.§.reſtō,& §.Scæuola,& l.fin.ſ.de repu.
hæ.quia reſtō re integra plus pōt,q̄ re non integra , vt ibi patet .
6 † Sed ꝯ hoc opp.del.in cauſæ, ff.de min. & in l.non eſt nouum ,
de act. empt.vbi reſtitutio extendit ſe in præiudicium tertij ha-
bentis cām ab eo cuius ius reſcinditur. Sol.aut loquimur in re-
ſtitutione,q̄ procedit ex mera liberalitate,& de gr̄a,& loquitur
l.noſtra,aut de reſtōne,quæ procedit per viam iuris ſcripti,quæ
eſt neceſſaria , & tunc loquuntur iura ꝯria, ratio differentiæ eſt
iſta, quia reſtō quæ procedit per viam iuris ſcripti,inhæret a pri
mordio , ita quod ius transferentis ab initio non fuerit liberū ,
vnde merito pt̄ reſcindi,ar.ff.de pig.l.lex veſtigali, ſed reſtō per
viam gratię nunq̄ fit retro,& iō ius transferendi retro fuit libe-
rum,& iō eſt reuocabile,arg.ff.de pig.l.ſi ſuperatus,& in l.ſi a te
§.Iul.de excep.rei iud.& facit l.j.ff. de reb. eor. in ratione literæ.
c Ex prædictis determinatur talis quæſtio.pater *c* fuit cōdēnatus,
cuius

A D D I T I O N E S.

a Emancipationem.No.hic, quod per inſtrumentum emancipationis probatur pa
tria poteſtas.vide no.in l.decem,ff.de verbo.obl.

b Reſtitutio. Vtrum reſtitutio deportati porrigatur ad ea,quæ tertio fuerunt acqui
ſita,et ſic facit an reſtituto bannito,recuperet iam alienata, de quo Bart. hic vide
quæ ſequuntur.

c Pater. Vide Bal.in l.Gallus,§.et quid ſi tm̄,ff.de libe.et poſthu et ibi Imo.in fin.

cuius bona ex forma ſtatuti fuerunt filijs applicata pro parte,
q̄ritur an pr̄ reſtitutus recuperet illa bona filijs applicata? & vi-
detur caſus.l.noſtræ,quod ſicut recuperat.exiſtentiā ſui iuris fi-
l.js applicatū,& ita & bona;& quicquid abſtulit damnatio,reſti
tuit reſtitutio. Quidam dn̄t,ꝙ aut iſta applicatio fit filijs per ean-
dē ſententiam.i.per ſententiam damnationis paternæ; & tunc
pater recuperat,aut non fit per eandem ſn̄ı̄am, ſed per nouā ex
forma ſtatuti,& tunc pater nō recuperat bona. Iſta eſt truffa,qa
cum iſta ſn̄ı̄a ſit executio primę, ad reſciſſionem primæ, ſequit̄
reſciſſio ſequentis, ut not.in l.ſi cū exceptione, §.hæc aūt actio,
ff.quod met.cauſa. Non obſt.ꝙ iſte ſit actus nouus: quia nō eſt
actus ſtans per ſe,ſed dependens a priore,& ideo ad reſciſſionē
antecedentis ſequitur reſciſſio cōſequētis. & ad hoc facit l.nec
nouum,ff.de condic.ind.& de inoffi.teſt. l.qui repudiantis,§.fi.
Cōcluſio eſt,aut ambo iſti act⁹ cauſantur ex vna radice,& tūc
ex vna reſciſſione tolluntur ambo, vt s̄.de nup.l.libertam ,aut
iſti actus non eodem iure cauſantur,ſed diuerſo iure,& tūc nō
eſt inferendum de vno actu ad alium , arg.ff.de.bo. poſ.l.ſed cū
patrono,in rōne literę, facil ff.de tut.& ra.diſt.l, j.§.in tutela.&
qđ no.de dona.inter vi. & vxo.l.ſi maritus.item oppo.& vr̄, qđ
imperator peſſime procedit:qa format q̄ōnem de viribus teſta
menti , & rn̄det de patria ptāte,& ſic non rn̄det ad propoſitum.
eſt enim illud ꝯ leges. quæ dn̄t quod reſponſio dēt eſſe ad quæ-
ſita,alias enim eſſet impertinens , qđ eſſe non dēt, vt in l.ſi duo
patroni.§.ſi quis,ff.de iureiu.cum ſi.facit,qđ not.in l.fin.in prin.
ff.de cond.indeb.in obectione,quæ fit ꝯ Sceuolā. Ad idē not.in
l.ſi ſine,§.ſed ꝙ Papinianus,ff.de mi.Br̄ gloſſ.fatet̄,ꝙ imperator
non rn̄det ad q̄ōnē,& ſic fatetur obiectionē.Sed Doc.dicunt,ꝙ
imo rn̄de, quia ſunt patria rn̄dere directe & indirecte . Sed hoc
ex eo,ꝙ hic rn̄det de patria ptāte , ſequit̄ tacite de teſtī irritatio
ne;quia qn̄ quis eſt ſui iuris,& recidit in alterius ptātē,teſtamē-
tum irritatur: ergo &c. ergo hic teſtm̄ efficitur irritū,& ſic rn̄-
deretur ad quæſtionem : & ſm̄ hoc dēt intelligi iſtud principiū
ꝙ pater fuerat reuerſus viuo filio , & iſta eſt veritas. Sed Odof.
intelligit , ꝙ hic loquamur in teſtō facto poſt reuerſionē patris:
& dicit litera, ꝙ eſt nullum,qui factū ab eo,quia eſt in ptāte,qđ
eſt verum in ſe tm̄,& non per hāc l.ſed per l.j.§.filius.ff.de leg.3.
hic enim loquitur in teſtō facto,dū pater erat in deportatione,
7 & iſta eſt veritas.† Venio ad ſecundum partem primę partis,&
op ſic. Dicitur hic,ꝙ geſta per filiū interim non ſunt in pendēti.
ꝯ;imo vr̄,ꝙ ſint in pendenti.vnde vr̄ obſt.ff.ad Mace.l.j.§.ſi pen
deat.Br̄,aut loquimur in actis permiſſis filiofa. & loquitur hæc
lex:aut in actis filiofa.non permiſſis , ſed prohibitis, & loquitur
lex ꝯtraria. Sed tunc inſtatur,ſi litera noſtra loquitur de actibus
permiſſis,q̄ dubitationem hēt,quia talia acta non reſcinduntur
ēt ſi veniant ad caſum,a quo non potuiſſent incipere. ergo nul-
la ſubeſt ratio dubitādi. Rn̄deo, ꝙ eſt verum , ꝙ in ſpecta patria
poteſtate,incæpit a cauſa a quo potuit , & deductū eſt ſimiliter
in caſum,a quo poſſet initiari. Sed rōne rei non eſt ſic,quia ſup
rebus paternis contraxerat interim iſte filius,quē quidem ꝯctū
patre reuerſo,non poſſet inire hoc facto. Aduerte,iſtud non vi-
detur verum,quia cum loquitur in filio deportari , ergo iā nul-
la bona remāſerunt ſibi iure veteri,vt l.tutellas,§.fi.ff.de c.dim.
Sed reſponde, quod l.ſi deportatur,s̄.tit.j.poteſt ēt intelligi , qđ
contractus fuit ſuper bonis aduentis celebratus , ſuper quibus
patre reuerſo filius non poteſt cōtrahere:tamen poteſt habere
vſumfructum,& eſſe legitimus adminiſtrator,l.fin.s̄.de bo.quę
8 libe.† item opp. *a* dr̄ hic,quod nil poteſt eſſe in pendenti, contra
a d.l.j.§.ſi pendeat.item contra ff. vnde leg.l. 1. §. ſi quis deceſſerit,
item contra ad idem,ff.communia præ.l.receptum,cum ſim. Ad
hoc ſic poteſt reſponderi,primo generaliter, cum dicimus quod
nil pōt eſſe in pendenti, verum eſt,niſi ſubſit cauſa , ꝑpter quam
habeat ex neceſſitate pendere,& iſta eſt ſolutio communis & ge
neralis in toto iſto brocardo. Vel dic ad §.ſi pendat , quod ibi lo-
quitur in filio capti,hic in filio deportati.& eſt rō differentia,quia
quod captus reuertatur,eſt ſpes,ſed quod deportatus reſtituatur
hoc non eſt in ſpe vt patet in text.& l.j.§.ſi quis deceſſerit, ff.vn-
de leg. Alij dicunt iſto brocardo,quod aut loquimur in actu pu-
ro,aut in conditionali.ſi in puro,tunc actus purus non poteſt pē
dere, vt l.vſuf.de ſtip. ſer. Si autem loquimur in actu condōnali,
tunc bene poteſt pendere ex euentu condōnalis, vt l.proinde.ff.
ſi cer.pet.cum ſi Iſta ſol.eſt imperfecta,& ideo vos aliter dicatis.ſ.
quod quædam ſunt,in quibus cōſideratur initiū, & illa non poſ-
ſunt eſſe in pendenti quantum ad id , ſuper quo initium cōſidera
tur,vt l.j.§.ſi filius, de leg. 3.& in l.ſi minor,de ſer.expor.& in l.1.
de reg. Cato.his eſt,quod quo ad habilitatē,vel inhabilitatem per
ſonarum inſpicimus initium,& ideo quo ad hoc non poteſt act⁹
pendere. Itē quo ad vires aut poſſibilitatem & impoſſibilitatem
inſpicimus initiū, & ideo quo ad hoc non pōt actus pēdere,ff.de
verb.ob.l.inter ſtipulātē,§.ſacrā.hinc eſt,ꝙ iudiciū nō pōt eſſe in
pēdēti,qa inſpicimus initiū, i.tempus lit.ff.de iud.l.non pōt,& l.
non quemadmodum. Quędam ſunt,in quibus nō cōſideramus
initium,ſed euentum,vt cum agimus de capacitate legatarij , in
qua conſideramus tp̄s,quo ſibi defertur legatum,qa tunc tra-
ctandum eſt de capacitate,ubi captio illa incipit,vt ff.de leg.p̄ſt
leg.interdicit.& le.vſufructu, de ſtipu.ſeruo,& iſta talia pn̄t eſſe
in pendenti vſque ad tp̄s lit.poſt vero non pn̄t pendere , vt l. re-
ceptum,cōia pręd.confirmatur hoc per rōnem, qa vbi inſpici-
mus euentum,aliquid pōt eſſe in pendenti,ut l. qui ſoluēdo nō
9 erat duos,& in l.in tp̄s,ff.de hæred.inſt. † patet ex prædictis , qđ
actus quo ad ſolemnitatem in pendenti eſſe non pōt,quia quan
tum ad ſolemnitatem conſideramus initiū actus,vt l. j. de reg.
Cato. Sed quo ad voluntatem,refert, aut loquimur in his in q-
bus eſt voluntas,& iſta pn̄t eſſe in pendenti, & ſunt donec uiuit
teſtōr,ut l.talis ſcriptura,de leg. 1. Aut in his,in quibus voluntas
non eſt ambulatoria,imo eſt immutabilis, & iſta non pn̄t pen-
dere quo ad voluntatem, vt s̄.de actio.& obli.l.ſicut,& in le. in-
commodato,§.ſicut,ff.commo. Aut loquimur an aliq̄d poſſit
eſſe in pendenti quantum ad acquiſitionem,& tunc patet,quod
quantum ad acquiſitionem,aliq̄d pōt eſſe in pendenti,qn̄ acqui-
ſitio erat inſtituto,ut l.qui ſoluendo non erat duos,ff.de hære.in-
ſtit. Si tn̄ acq̄ſitio eſſet collata de pn̄ti,tunc non poſſet eſſe in pen-
denti.& ita loq̄tur tex.nr̄.& l.ſi ſeruo, ff. q & a qui. facit ad præ-
dicta,l.ſi filius,ff.de verb.obl.in l.fin.de ſtip.ſer.& ff.de reg.iur.leg.
10 quę legata.† Tertio oppo. *b* & nnnc venio ad ſecundam partem
b principalem.leg.dicitur hic,ꝙ ſi pr̄ eſt prodigus in rebus, vel tur-
pis in moribus, ꝙ non reaſſumit adminiſtrationis poteſtatem,ſed
tutor & curator durant.iſtud vr̄ impoſſe , cum ergo pr̄ reſumat
ius poteſtatis,ſi eius eſt filius,ergo non poteſt habere tutorem,vel
curatorem,qui detur perſonæ,ut Inſtitu. de tutel.in princip.licet
poſſet hr̄e curatorem,qui datur ſubſ̄æ,& non perſonæ,ut leg.mu
to.in fin.de tutel. ad hoc dic , ꝙ hic eſt ſpeciale. Odoff.dicit, ꝙ in
iſto caſu pater non reſumit ius poteſtatis. Sed iſta reſponſio eſt
ꝯ tex.in principio iſtius leg. & in fi. præterea eſt ꝯ rationem,quia
ratione prodigalitatis,vel vitij , non perdit quis ea quæ iuris ſunt,
licet perdat ea quæ ſunt facti,ſiue adminiſtrationis,ut le. qui fue-
re,ff.de ſtatu.hom. Sed patria poteſtas eſt ciuilis,ut Inſtit.de patria
poteſt.in prin ergo eam reſumit,& ideo dicit petrus,quod filiuſ-
familias non poteſt hr̄e tutorem,vel curatorem,verum eſt ab ini
tio,ſed ex poſtfacto bn̄ poteſt retinere,& ita loq̄tur hic. iſta ſolu-
tio eſt falſa per l.nec ei,§.eorum,ff.de adop.& per leg. Vranius,§.
ſed cum duo,de fideiuſ.in rōne litere. præterea regula eſt , quod
quæ impediunt facienda,reſcindunt iam facta,quando cum iam
factis ſunt incompatibilia,id eſt quia non poſſunt concurrere ſi
mul cum eis in eſſe. Sed iſta ſunt huiuſmodi,quia ex quo pater
habet ius poteſtatis,ergo non inuenit tutor uel curator aliquod
ius,quod poſſit ſibi aſſumere in perſona pupilli, uel adulti , nec
ēt quod poſſit retinere. Item quicquid eſt cōtra diffinitionem,
eſt contra ſubiectum diffiniti. Sed diffinitio tutelæ dicitur in ca
pite libero, ergo ſi nō eſt caput liberum,tutelam non poteſt ca-
pere;& cum deficiat hoc,quod eſt ſubſtātiale,ergo deficit tute-
la. Br̄ concludendo,opi.gl.eſt vera, ꝙ hoc eſt ſpeciale in iſto ca-
ſu,qui non reperitur alibi.& ratio ſpecialitatis ponitur in litera.
11 †Item opp.& vide prodigalitas non habet obeſſe, niſi per iudi-
cem ſit bonis interdictum. vnde vr̄ obſtare ff.de curat.fur.l.Iul.
Ad hoc dicunt quidam,ꝙ hoc ideo, quia prodigalitas erat no-
toria,& notorium æquiparatur ſn̄ı̄æ.ita vr̄ tenere gloſ.in l.is cui
bonis,ff.de ver.ob.hæc ſol.non eſt vera,quod notorium ęquipa
ratur ſn̄ı̄æ,verum eſt,quātum ad effectum ſciendi rem certam,
tamen non quantum ad effectum ad aliquid de nouo inducen
c di,vel prohibendi:imo quantum ad illud requiritur ſn̄ı̄a, *c* quia
notorium non facit ius,ſed ipſa ſn̄ı̄a,vt ff.de pœ.l. quo ad ſtatu-
d tum.& ideo dices, quod prodigalitas *d* non impedit adminiſtra
tionem rei propriæ,niſi ſit per iudicem interdictum bonis,& ita
loquuntur ꝯria,ſed hic non loquimur de adminiſtr̄one rei pro-
prię,ſed alienę. vbi diſtingue, quod aut prodigus inuenit admi-
niſtrationem ab aliquo de iure occupatam,& tunc non reſumit
eam. & ita loquitur hic,aut non inuenit admiſtrationem ab ali-
quo occupatam,ſed vacantem,vel a ſeipſo occupatam; & tunc
ratione prodigalitatis non fit interdictio ipſo iure , ſed per iudi-
12 cem,ut leg. imperator, ff. ad Trebel.† item oppo. *e* & uidetur,
e quod filio deportati non poſſit tutor dari. Vnde videtur ob-
ſtare

ADDITIONES.

a Item opp. An aliquid poſſit eſſe in pendenti,vide gl.in §.ſi ab hoſtibus. Inſtit.qui bus,mod.ius pa.po.ſo.

b Tertio oppo. No.caſum ſpecialem,qui non eſt alibi,in quo filiusfam. habet tutorem & curatorem adde etiam,quod filius poteſt habere curatorem, quando conuenit ſuper actione perſonali, vel ſuper alia re , quæ non quæritur patri quo ad vſumfructum,tunc datur curator , etiam extra iudicium de illis ſe non intromittit pater,vt plene declarat Bart.in l.fin.§.1.de uerb. obl. & uide ſup.quæ dixi hic poſt Bartol.

c Sententia. Notoriū & ſententia an æquiparentur, uide in l.emptor, de act. empt.

d Prodigalitas. Vide Bart.in l.cum fratrem, cum concord. ſup.de his quib.ut indig. & dixi poſt Bartol.in l.1.de cur.furio.

e Item oppo. An filio capti ab hoſtibus poſſit dari tutor vel curator,quid in filio banniti,uide Bald.in l.1.ſup.de hæred.inſtituen.& in aut.inceſtas ſup.de inceſt.nup. & ibi quid ſi ſtatutum dicat,quod damnato homicida bona veniant ad filios, tūc pater habetur pro mortuo.

ſtare ff.de tut.l.muto,§.fi.Solue,ꝙ ibi loquiť in filio capti, hic in
filio deportati.ratio drīę eſt iſta,quia filius capti eſt in ſtatu dubio
pp ſpē poſtliminij:& ideo non poteſt hr̄e tutorem,uel curatorē
licet ſubſtantia vel pr̄imonium poſſit curatorem hr̄e. vñ aliud
eſt hr̄e ipſum curatorem,ꝙ refertur ad pſonā,& iſtud eſt impoſ
ſibile,aliud eſt hr̄e in ſubſtantia curatorē,& hoc eſt poſſibile.hic
autem loquimur in filio deportati cuius ſtatus eſt interim certus
propter duo,primo,ꝗa nō eſt ſpēs reſtitutionis.Secundo,quia re
ſtitutio nō fingit retro,licet poſtliminium fingat, vt l. ſi quis fi-
lio,§.pe.de iniu.teſta.& no.in l.Gallus,§.& quid ſi tm̄.ff.de lib.&
poſthu.leg.patet hoc in l.ſi neceſſe,§.ſi deportatus,ff.de bon.lib.
& in l.j.in fi.ff.de ꝯtab.& in l.ſi patronus in prin.ff.de iu.pat.Hinc
a eſt ꝙ reſtitutio non trahitur ad fructus medij temporis, *a* quia
non reſtituit dñium retro,ſed ex tunc,ut no.s̄. de her. aut idem
eſt de Neſtorianis,& no.per Cy.s̄.eo.l.gn̄alis.rō drīæ inter reſti
tutionem & fictionē eſt,quia reſtitutio eſt verus actus, & ideo
non fingit retro,ſed fictio ꝯtinet actum imaginarium, & imagi-
nationem poſſumus habere retro , licet hoc non poſſumus per
ueritatem,quia ueritas hēt certos & limitatos fines in præſenti
tpe & totū ꝯrium habuit in præterito.unde eſt impoſſibile,ꝙ id
quod fuit in præterito uerū,falſum ſit in præſenti:vñ iſta eſſent
13 ꝯdictoria ſecundum nām.† item op.ſi pater non recuperat hic
adminiſtrationem,ergo reſtitutio nō plene reſtituit,patrem , ꝙ
eſt ꝯuim & naturam ſermonis,& rei ſignificatę per ipſum, vt ff.
de uſu.l.videamus,§.in Fauiana.& br̄ dic, ꝙ reſtitutio reſtituit
quem in priſtinum ſtatum;uerum eſt,quatenus tñ reſtitutus eſt
14 capax,ſed iſte nō eſt capax ergo &c.& ſic non ob.†item op.di-
xi s̄.ꝙ reſtitutio nataliū non trahitur retro.ꝯ ff.de nat.reſtit.le.
fi.br̄ rñde,ꝙ ibi loquitur in reſtitutione natalium,q̄ quidem re
b ſtititutio *b* fit ad tp̄s,non ſolum ad rem,& hoc important uer-
c ba iſtius reſtitutiones,& idem in legitimatione,*c* nam legitima
tio retinet reſtitutionem natalium,ut in Auth.quib. mo. nam.
ef.leg.§.j.vbi poteſt dici,quod iſta tractio retro non eſt de ui ſer
monis,inquantum eſt reſtitutio, ſed eſt rōne fictionis annexæ
d & implicitæ,ex qua fit tractio retro.†item op.*d* dicitur hic,quod
bona patris ſunt obligata pro adminiſtratione rerum filij, & ꝙ
pater poteſt cogi reddere rationem,ut tutor,hoc eſt contra leg.
cum oportet,§.eum aut,de bo.quæ li.quod dic, ut s̄. de epiſ. &
cl.& l.orphanotrophos de hoc habuiſti s̄.de ſecun.nup.l.genera
15 liter.† Quæro,filius deportati patre exiſtente in deportatione,fe
cit teſtamentum de ſuis aduentitijs & deceſſit, demum pater
reſtitutus eſt,quæritur,an illud teſtamentum infirmetur? Veri-
tas eſt,quod non,quia pater nō habet recuperare ius poteſtatis
in filium prædefunctum,cum iſta reſtitutio retro non trahatur
ergo filius deceſſit ſui iuris.Non ob.l.noſtra,quia hic patet fuit
viuo filio reſtitutus.Vnde filius per reſtitutionem patris fuit ca
pite minutus & ideo teſtamentum irritatur ut in §.aliæ Inſtit.
quib.mod.teſtam.in fir.& in hoc omnes concordant.Sed quæ-
e ro,*e* quid de filio capti, qui patre exiſtente in captiuitate fecit te
ſtamentum , & deceſſit ; demum pater poſt mortem filij reuer
ſus eſt , an teſtamentum filij irritetur ? quidam dixerunt quod
non:nam hic cauſa impediens, ideſt. reditus patris ſuperuenit
poſt rem productam in eſſe,non autem dum res erat in fieri: er
go nō hēt vitiari vt l. patre furioſo, ff.de his,qui ſunt ſui vel alie.
iur.pro hoc facit l.nr̄a ibi ita tamen,vbi dicit, quod actus con-
ſummati non reſcinduntur. Sed iſtud teſtm̄ eſt confirmatum
per confirmationem in morte,ergo non debet poſtea reſcindi,
& illa fuit opinio quorundā.in ꝯriū facit,quia ex quo pater eſt
reuerſus,fingitur nunquam fuiſſe captus,& ex iſta fictione re-
ſultat quædam fictio,quod filius eius nunquam fuit ſui iuris,er
go patet,quod teſtamentum debet nullum iudicari,nec dicitur
tñ infirmari de nouo,quod retro infirmum apparet, & ſic not:
ob.l.patre furioſo,pro hoc.ꝙ iſta lex fingat etiam mortuo,appa
ret,l.ſi pater,ff.de ſuis & leg. Sed hic dicit.Pet. ꝙ aut loqmur in
bonis quęſitis, dum pater erat in captiuitate, & quo ad illa valet
teſtamentum,aut quo ad bona ante quæſita , & quo ad illa non
valet.aſſignat hanc rōnem, dicit enim,ꝙ fictio requirit duo ex-
trema.ſ.ad ꝙ,& a quo.Sed reb.poſt captiuitatem quæſitis,eſt ex-
tremum ad ꝙ, quia tpe captiuitatis illa acquiſitio non erat in re-
rum nā , ergo quantum ad bona interim acquiſita non trahit ſe
fictio , & ſic valet teſtm̄ quo ad ea ꝙ autē ſic fictio requirat duo
extrema,probat ipſe per l.huic ſcripturæ,ff.ad le. Aq.ſubtiliter in
ducēdo illam leg.Br̄ Doc.tenēt ꝯ Pe. diſtinctio enim Pet. primo
non tenet,quia actus teſtandi eſt indiuiduus,& ꝙ non pōt teſtm̄
in vna re valere,& in alia re non valere,niſi hoc ſit ſolum ex par-
te ipſius rei,puta quia non ſit in commercio,vt l.miles,§.& quia
diximus,& l.ſi certarum,§.j.ff.de mi.teſt.Secundo,ꝗa fictio poſt
liminij fingit principałr ſuper ſtatu , ſecundario ſuper bonis, vñ
fingendo ſuper ſtatu , fingit illum ſp fuiſſe filiumfa. ergo teſtm̄
ipſius non valet,& non poteſt fingere ſuper eo, quod non eſt in
rerum nā, vt ff.de ſta.ho.l.Paulus, §.eum qui, ſed iſte filius tunc
non eſt in rerum,nā ergo non poteſt ſuper eius ſtatu fingi.*Reſp.*
ꝙ hæc fictio fingit principałr ſuper ſtatu patris , & per quandam
neceſſarium conñam ſuper ſtatu filij,vñ ad formam argumenti,
fictio non fingitur ſuper eo, quod non eſt in rerum nā,verum ē
principaliter,& ita loquitur l.huic ſcripturę.ſed incidenter,& per
quandam neceſſariam ꝯñam ſic, & ita loquitur l.ſi pater,& pro-
16 batur ff.ad Syl.l.ſi exhæredatus.† Tertio quærit *b* hic gloſſ. patre
reuerſo. quid recuperat pater in aduentitijs? Dic vt in gl. ob ac-
quirit vſumfructum pro tempore futuro & adminiſtationē,ni-
ſi ſit prodigus. Qui ſi pater non ſit prodigus,ſed ita tenax , quod
non expendit vbi oportet , an per hoc interdr̄ ei adminiſtratio ?
& puto ꝙ ſic,quia non poteſt negari, quin committatur vitium
in adminiſtratione,& quin in hoc eſſet detrimentum & *luctus*
filij,vnde viget rō literę, & pro hoc facit ff.de tut.& rat diſt.*l.* 1.
§.ſed nonnullos , & in l.1.vbi pupil. edu.deb.facit ad hoc illud ,
ꝙ dr̄ ꝙ ꝯriorum eadem eſt diſciplina . Extra quærunt hic Doct.
g an lex noſtra,*g* quæ loquiť in filio deportati, hēat locum in filio
banniti?Br̄,iſta qō ſtat in hoc,an deportatus æquiparetur bāni-
to:de hoc tangitur Inſ.qui.mo.ius pa.po.ſol.§.relegati. & in l.ex
facto,ad Treb.per Iac.de.Are. & quatenus bānito æquiparatur,
17 vel non dēt iudiciari idē,vel non idem.† Quęrunt hic Doct. qd
h de filio *h* rebanniti,id eſt dicere an rebanniti æquiparentur reſti-
tutis,& ijs qui indulgentiam meruerunt?Cyn.tenet,ꝙ in dubio
ęquiparentur indulgentiæ,& iſtud eſt planum,quantū ad famā,
quam ciuitas non poteſt reſtituere.Sed quātum ad ius poteſta-
tis,& bona ciuitatis,pōt interim reſtituere,quia in hoc verſatur
ius & imperiū reſtituentis, & eſt ius in eo reſidens , de quo dic
vt dixit s̄.eo.l.ſi ademptis.

ADDITIONES.

a Phil.Dec.Temporis.De quo expreſſe per Vng.in Auth.de hære.& Fal. in verſi.itē nec ratione fructuū. Et adde Alc.in l.Gallus.§.quod ſi tantum.ver.prædictis adde ff.de libe.& poſt.

b Reſtitutio.Patet in l.1.§.certe ff.ad Maced.

c In legitimatione.Vt not.Bald.in c.domino guerram,in princi.hic finit lex.& in l. nam ad ea,de leg.ff.& Angel.in l.Gallus, § .& quod ſi tantum, ff.de liber.& poſthum.

d Item.op.an pater poſſit cogi ad reddandam rationem adminiſtrationis,vide Bal. in l.ſi ſuperſtite ſup.de dolo.

e Sed quæro.idem tenet Bar.hic,quem vide.

f Tertio quærit. Sed an cancellati de libris bannitorum,val deportatorum,habeantur pro reſtitutis,an vero ſint ſimiles illis,quibus conceditur indulgētia, uide hic per Cy.& per Bald.in l.generalis,ſup.eo.

g An lex noſtra. Vide Bald.in l.1.ſup.de hær.inſti.

Quid de fil.An rebannito æquiparetur reſtitutioni vel indulgentiæ, Bar.in l.1.§.ſi quis ultra,ff.de quæſt. ponit & hic Cy.

BALDI VBALDI PERVSINI

In decimum Codicis librum Commentaria.

De iure fiſci. *Rub.*

1 *Fiſcus occaſione criminum augetur.*
2 *Ciuitas perdit exbannitum, quia efficitur hoſtis.*
3 *Augeri eius eſt, cuius eſt minui.*
4 *Fiſcus actu poteſt eſſe non ſoluendo, ſed aptitudine nunquam, cum pro debitis fiſci imponendo ſit collecta.*
5 *Alienam actionem ſine mandato nemo proponere debet.*
6 *Accuſatio publica dicitur cum mors naturalis, vel ciuilis infligitur.*
7 *Vindicari poteſt ab vnoquoque commiſſum in liberum corpus.*
8 *Falſum eſt crimen publicum, & qui ad accuſandum admittantur.*
9 *Seruus æſtimabilis eſt.*
10 *Exbanniti cognatus, vel affinis, poteſt petere vt eximatur a banno, & non alius.*
11 *Fiſcus quid ſit.*
12 *Camera populi Romani an dicatur fiſcus, vel camera Imperij.*
13 *Camera Imperij eſt ipſe Princeps.*
14 *Auguſta an habeat priuilegium fiſci.*
15 *Delegatio expirat mortuo delegante. & nu. 16.*
16 *Imperium ſemper eſt.*
17 *Fiſci deriuatio.*
18 *Fiſcus vbi eſt, Imperatore mortuo.*
19 *In quo differt iſte tit. a tit. de priuil. fiſci.*

GLoſſa. Præſentis rubricæ diuidit̃ in
plures partes. nã primo poni
tur rubricæ continuatio. Secundo poni-
tur fiſci demõſtratio, ſeu declaratio. Ter
tio ponitur fiſci etymologia, ſiue deſcri-
ptio. Quarto ponitur duplex qõ. ſecunda
ibi, item fiſcus. tertia ibi, & dicit. quarta
ibi, itẽ quid differt. item ſcd̃a ſubdiuidit̃
nam in prima fiſcus demõſtrat̃ per eſ-
ſentiã, quæ exprimit dum d̃t camera, Imperij. Scd̃o demonſtra-
tur ꝑ diuiſionẽ q̃ ſubdiuiditur, dum dicit, nõ Imperatoris. Ter-
tio demonſtratur per originem. vnde naſcitur, dum dicit, quæ
1 fiſcalis loco, &c. † Nunc veniamus ad ſing. dictum eſt ſupra de
crimi. verum quia occaſione criminum fiſcus augetur, ideo de
augmẽto tali, & de iure fiſci hic tractatur. tamen dicit gl. quod
rubricæ continuatio non videtur bona, quia hic generaliter tra-
ctatur de iure fiſci, non ſpecialiter de eo iure tantum, quod ob-
uenit occaſione delictorum, ergo non inſurgit hic tractatus ab
illo quia delicta ſunt cauſa determinata ipſius cõfiſcationis ob
ſeipſa, non autem habent ſe per modum cauſæ ad confiſcatio-
nem in genere. vnde non videtur continuatio hæc concludere
iſtum ordinem de neceſſitate. Præterea licet continuatio eſſet
bona, tamen verba glo. videntur male ſonare, quia dicunt, ꝙ fiſ
cus augetur ex eo, ꝙ facultatis adimuntur priuatis, & ſubditis
ſuis, quod eſt contra legẽ. vt in Authẽ. vt Iudi. ſine quoquo ſuf-
2 fra. poſt princ. colla. 2. & §. cogitatio, & §. oportet. † Præterea ci-
uitas perdit exbannitũ. cum efficiatur geſtis, vt l. amiſſione, §. q
deficiunt, ff. de cap. dim. & eſt inimicus, vt j. de his, qui ſe defer.
l. vna, in fi. & hoc eſt aperte in eo, qui efficitur ſeruus pęnę, vt l.
in metallum, ff de his, quę pro non ſcrip. hab. plus enim erat ha-
bere homines, quam res, vt l. veluti, ff. de iuſt. & iu. quinimo etiã
perſonam tantum, vt ff. de leg. j. l. filiusfamilias, §. ſecũdum vult
garem, quam res tantum. Cum perſonę ſint digniores rebus, vt
l. liber homo, ff. ad leg. Aquil. & l. fin. ff. de his, qui deie. vel effu.
3 † Præterea eius eſt augeri, cuius intereſt minui, vt l. fin. §. fin. ff.
de leg. 3. & ff. de vulg. ſubſti. l. & ſi contratabulas. ſed fiſcus non
minuitur, ergo nec augetur, vt ff. de fun. dot. l. 2. & l. fin. §. ſcien-
dum. ff. ſi cui plus. quã per l. Fal. & l. j. §. ſi ad fiſcũ, ff. vt leg. nomi.
c. Augmẽtũ. n. & diminutio ſunt paſſiones rei, quæ augent̃, vel
diminuũtur. i. quædam qualitates, quæ ſicut in parte minui pñt
ita & in toto, vt ff. de pet. hęr. l. item veniunt, §. ait Senatus. & ni-
hil eſt paſſibile, ꝙ non corrumpatur. l. 3. s̃. de ſacroſ. eccl. conſtat
aũt ꝙ iſtam priuationẽ non recipit fiſcus, ergo nec augmentũ.
Rñdeo, & dico, ꝙ continuatio gl. eſt bona, vt ſic ꝓut ꝓfertur in-
determinate oĩno ius confiſcãdi ſumitur a ſuperiore tractu oc-
caſionaliter, ſed ꝓut determinate ponitur, vt j. eo. tit. l. fin. ſumi-
tur cauſatiua, & ſic occaſionem vnius iuris fiſci ponatur de gñe
iuris eius, arg. ff. de pet. here. l. item veniunt, §. pridię. & ff. de hæ-
re. inſti. l. ex facto proponitur, & in Auth. de non elig. ſec. nup. §.
Gregoriana. quia non requiritur vt continuata ſit materia, vt in
Auth. de hære. & Fal. poſt princ. Porro continuatio legis ad legẽ
non eſt exquirenda, vt no. ff. de lib. & poſth. l. Gallus. Item dico,
ꝙ verba gl. ſunt aperte prolata, quia probantur per tex. in Auth.
vt iud. ſine quoquo ſuffra. §. cogitatio. Non ob. qđ alias ibidem
dr̃, & in §. oportet. Nam ibi de quæſtu illicito quis dr̃ augere. ar.
ff. de acq. poſ. l. quod Seruus. Item nõ obſtat, ꝙ perſona adima-
tur ciuitati, nam dico ꝙ eo reſpectu minuitur, nec eſt inconue-
niens dicere ꝙ alio reſpectu augeatur. Item non obſt. ꝙ ẽt ante
habeat res cõfiſcatorũ, qa illud hr̃e erat quoad tuitionẽ tm̃, vt s̃.
de quad. præſcri. l. bñ a Zenone. §. 1. & no. in ꝓœmio fforũ, nunc
aũt hẽt iure dñij, vt ff. de pub. l. ɔmiſſa, & ff. de iure fiſ. l. Impera-
4 tor. & j. eo. l. prohibitũ, & l. facultas. † Item non ob vltimũ arg.
ꝙ ẽt actu fiſcus põt eſſe non ſoluendo, ſed aptitudine nunquam
primũ probatur in d. §. opportet. vt Iud. ſine quoquo ſuffra. Itẽ
probatur ſm, quia pro debitis fiſci imponenda eſt collecta, vt ꝓ-
batur in l. 1. ff. quod cuiuſq; vniuer. no. & probatur per tex. s̃. de
ope. pub. omnes prouinciarum, vbi pro eo, ꝙ ciuitas hẽt neceſ-
ſe facere expediẽdo, debet imponere collectam. quæ lex eſt no.
& hoc reſpectu aptitudinis ſemper eſt fiſcus Romanæ ciuitatis
omnia ſoluendo. Secundo modo continuatur ſic, ius publicum
verſatur circa delicta exequenda, vt in toto tit. ff. de pub. iudi. nã
publici criminis executio publice competit, vt ff. de adul. l. ſi ex-
traneus, ff. de acc. l. ſi cui, § j. & ff. de priua. del. l. 3. & quod no. ff.
de lib. ho. exhi. l. 3. §. ſi cum plures. Item vertitur circa rem publi
cam augendam per confiſcationes, l. 1. §. huius ſtudij, ff. de iuſt.
& iu. dicto ergo de iure publico, quod verſatur circa delinquen
tes in accuſando, ſequebatur videre de iure publico, quod ver-
ſatur in augendo fiſcum per delationem bonorum vacantiũ, &
ſimilium. hinc venit, ꝙ quilibet in fiſcũ defert, nõ dico, ꝙ propo
5 nat actionem ad commodum fiſci. † quia alienã actionem ne-
mo proponit ſine mandato, vt l. ſoluendo, ff. de neg. geſt. ſed de-
nunciat procuratori fiſci, ꝙ bona ſunt delata fiſco, quo ad audi
to ꝓcurator fiſci adit procuratorẽ Cæſaris. & ad eius petitionẽ
requiritur, & gñaliter proclamatur aſſiſtente fiſci Aduocato, ſi
eſt aliquis, qui velit ɔ̃dicere in corporationi bonorũ delatorum
ſi nemo contradicit, fit incorporatio cum ea ſolẽnitate, de qua
dr̃ j. de bo. vac. l. ſi quando. Si aliquis contradicit, tunc delator
requiritur, ut probet, quod detulit, ſi non probat, punitur ha-
bita conſideratione, an per dolum detulerit, vel non, ut j. de de-
la. l. pen. Si vero probat ſaltem per famã, excuſatur a pæna, argu.
ff. de cuſt. reo. l. diuus. & ff. ad Turp. l. ab accuſatione. §. nuncia-
tores. & hoc facto procurator fiſci agit contra poſſeſſorem co-
ram procuratore Cæſaris, qui eſt iudex inter fiſcum, & priuatũ
vt j. eo. l. prohibitũ, & ſi l. facultas. & expedierit cõmitti cogni-
tionem, an bona ſint vacantia, vel non, cuius fuerunt, & qua-
lia ſint, fiet commiſſio uiua voce etiam iudici eius loci, vbi res
6 ſitæ ſunt, ut j. de bon. vac. l. fin. quæ eſt valde notabilis. † Quæro
iuxta prædicta, ſatis uideo, quod ubi mors ciuilis, vel naturalis
infligitur ex delicto, eſt accuſatio publica, ut dictum eſt. Sed qđ
erit in delicto, ex quo lingua poteſt amputari, vel aliud mem-
brum mutilari? Reſpondeo ſi delictum punitur tali pęna per le.
antequã. 12. tabularum, deſtinguitur, aut punitur per leg. publi-
corum iudiciorum, & eſt publicum. aut per aliam leg. & eſt pri
uatũ, ut l. 1. ff. de publ. 1. iud. aut punitur per leg. nouam impera-
1 *Conuentioni,quam maior exactor tributorum facit cum tributarijs homi nibus,ſtatur.*
2 *Aſſertioni vniuerſitatis ſtandum eſt.*
3 *Eccleſia ſe facit immunem,non alios.*

ID AB VNAQUAQUE. In hac l, loquitur Theodoſi⁹
Imperator Iſidoro ꝓfecto illi
rici,ſecundum Odon.dicens, Iſidore tua nuper ſublimitas indi-
cauit quatuor.primo ꝙ Gręci de Macedonia tecũ fecerunt con
uentionem,vt non grauarentur in tributis ſecũdum morem ſo-
litum,ſed in dimidia ad minus . Item ꝙ quidam alij Macedonũ
exemplum ſecuti,ſimpliciter opibus ſe depreſſos allegant.& pro
fitentur ſe non in totum,ſed in dimidia eſſe ſoluẽdo. Item quod
quidam alij de Græcorum prouincia in tantum ſe opibus deſti-
tutos allegant,vt non niſi tertiam pendere poſſint . Item tua ſub-
limitas indicauit, ꝙ antiſtes Theſalonicẽſis eccleſiæ in fraudem
tributi capitationis ficto titulo bona poſſidet collatorum in præ-
iudicium publicæ functionis,vt non poſſit exigi quaſi ab egenis
collatoribus,ſuper quib.tibi breuiter reſpondemus, & tuæ con-
uentioni ſtandum,cui prouinciæ tributa ex cauſa egeſtatis remi
ſiſti,adeo vt nihil ſuperindici poſſit,vel minui.vnde vt ad inqui-
rẽdum amodo ſuper eorum opibus nullus inſpectator accedat .
Item aliarum prouinciarũ aſſertioni ſtandum,& non vltra ab eis
exigi quam ſoluere ſe poſſe dicant. Item mandamus tibi, vt ſo-
lam Theſalonicenſem eccleſiam immunem cuſtodias in his q̃
vere ſunt eius,ſed quæ ficte tranſlata ſunt in eam , aduoces ex cã
1 tributorum impoſitorum ex terris.h.d.† Not. primo, quod ſtaẽ
conuentioni,quam maior exactor tributorum facit cum tribu-
tarijs hominibus,& prouincijs,ſ.propter inopiam.de hoc not.ſ̃.
eo.l.omnes penſitare.No.ſecundo, inſpectorum ſeu meſſorem
non eſſe mittendum,vt æſtimet an aliquid ſuperindici poſſit,vel
minui debeat,ſed conuentioni ſtandum eſt , tñ puto ex noua cã
adhuc magis minui poſſe,vt ĩ.ea.l. ver. ſed ij. qa pollicitatio pri-
ma intelligiẽ reb.ſic ſe habentib.vt ff.de cond.ob.cau.l.ꝙ ſeruus,
2 & ff.loc.l.q̃ro,§.inter locatorem.† No. tertio, ſtari debere aſſer-
tioni vniuerſitatis.facit in Auth.vt iud.ſine quoquo ſuffrag.poſt
3 prin.† No.quarto,eccleſiã ſe,non alios facere immunes.cõcor-
dat ſ̃.de ſacroſ.eccl.l.ſacroſancta.& l.'qui ſub prætextu . Vltimo
allegatur hæc l.in arg.ad ea,quæ no.ſ̃.eo.in Rubrica,dic vt ibi.

De indictionibus. Rubrica.

1 *Indictio quot modis ſumitur.*

Notan.eſt , ꝙ indictio eſt nomẽ generis cõprehendens oẽ mu-
nus ſiue rei indicatur.i.in eo quod ex redditibus præſtatur , ſiue
ꝑſonæ,vt cũ labor indiciẽ,ſiue mixtĩ ex reali , & ꝑſonali mune-
re plus ẽt comprehendit,quia continet munus capitationis , nã
& illud prout indiciẽ præſtatur,vt ĩ. l. prox.Itẽ cõprehendit ꝓut
indiciẽ prouinciæ pro poſſeſſionibus prouinciæ , vt eſt illud qđ
indiciẽ in ſingula luſtra ſiugulis prouincijs , de hoc loquitur ĩ.
de exact.trib.l.ſi diuina.& tñ non eſt patrimoniale , vel perſonæ
munus,ſed eſt quædam indictio,quæ ſit perſonæ,vel vniuerſita-
1 ti,quæ non poteſt fieri,niſi a principio,vt ĩ.tit.1.l.vn. † Item no.
eſt quod hoc nomẽ,indictio , duob.modis accipitur,vno modo
ꝓ impoſito,& ſi accipiẽ,vt apparet ſ̃.tit.1. l. omnes penſitare , &
ĩ.tit.1.l.1.cũ ſi. Alio modo ſumitur indictio in inſtrumentis,cir-
ca quod no.quod inſtrm dẽt continere indictionẽ, vt ĩ. de apo-
chis pub.l. 1. & quod hæc indictio aliter accipitur apud Grecos,
aliter apud Hebręos,& aliter apud nos , ergo Iudęorũ ĩdictio nõ
eſt licita,ſed ſumunt indictionem ſacta numeratio annorum ab
anno diluuij,Græci aliter,vt in glo.

L E X I.

1 *Argumentum iudicatur ſecundum naturam eius,quod augetur.*
2 *Ab indictione nullus excuſatur.*

OMNES. Ita eſt ordinariũ,quod indicitur de quiquẽ
nio in quinquennium, ſicut de anno in an-
num,& ideo nemo excuſatur.h.d.Et ſecundum hoc po
ne caſum,Imperator induxit aliquid,puta vt alia, prouincia præ
ſtet in tali tempore quinquennium finiti x.marchas argenti,cer
te omnes prouinciales illius prouinciæ pro modo patrimonij
tenentur ad collationem,& nemo excuſatur.licet habeat priui-
legium vt non teneantur ad munera extraordinaria , hoc enim
ordinarium cenſetur , non extraordinarium. licet videatur ex-
traordinarinm,quia non præſtabatur annuatim,quod ſolum or
dinarium appellabant.h.d.Opp.quia hic dicit Honorius Impe-
rator,ꝙ ipſe hanc præſtationem facit ordinariam,nam,& Con-
ſtantinus idem ſtatuit,ut ſup.ti.j.l.omnes omnino.timore iſtius
contrarij intelligitur hæc l. vt loquatur de ſuperindictione , v. g.
Imperator propter aliquam neceſſitatem indixit , & impoſuiẽ
aliquid vltra eam præſtationem , quę communis eſt , puta iuſſit
decimam de grano præſtari , cum alias præſtaretur quadrageſi-
ma,ut no.ſ̃.tit.i.in Rubr.certe nullus excuſatur , nam licet iſtud
arg.ſit contingens,non regulare,tamẽ pro canonico,& regulari
habetur per hanc l.vt nullus excuſetur etiam diuina domus,vel
1 qui habent emphyteuſim ab ea.h.d.† Item no. de augmento iu-
dicari ſm naturam eius,quod augetur.facit ĩ.de ſuper exactori-
bus.l.j.& ff.ſolu.matrim.l.pen.§.vxor.In text.ibi , quã delegato,i
nos delegando.In text.ibi, ſuperindictione.duæ partes ſunt , ſm
primum intellectum,ſed ſm ſecundum,vna,id eſt, ſupindictio-
ne,quæ imponitur perſonæ pro re de quinquennio in quinquẽ
nium,ſecundum And.& Pet.In tex.ibi,canonem,id eſt, ordina
rium munus inferre omni priuilegio ceſſante,vt ſubijcit. In tex.
ibi,vt nequaquam hic ponit rationem iam dictam.In tex.ibi,de
cernimus.iſtud quod ſubijcit, vt hic, ſ. tributum quod imponiẽ
perſonæ pro patrimonio de quinquennio in quinquennium. in
2 tex.ibi,poſtuletur,id eſt,appelletur.†In tex.ibi,nulla agitur, quia
a canonica illatione nemo excuſatur.

L E X II.

1 *Denunciatio congruo tempore eſt facienda prouincijs , vt ſe parent ad tributarias functiones.*
2 *Ciuitas,vel prouincia citari poteſt edictis in albo propoſitis.*
3 *Munus quando dicatur ordinarium,vel extraordinarium.*
4 *Citari debet perſona,vel collegium particulariter, & nominatim , & non ſub proclamate, quando certum eſt de perſona,vel collegio.*

1 PARTICULARI. †Denunciatio congruo tꝑe ſingulis pro-
uincijs eſt fienda , vt ſe parent ad tributo-
rias functiones.h.d. Caſus in hac l.mandat Imperator,vt tua ſu-
blimitas Præfecto annonę mittere debeat aliquos delegatos ſin
gulis prouincijs ante tꝑs collationis tributorum faciendę,qui de
legari monere debeant prouinciales,vt debeant ſe parare ad col
lationem tributorum faciendam tempore cõſtituto,nam ſi hoc
fiet , nec prouincialis ſubtilis neceſſitatib.opprimetur , nec erit
mã officialib.ipſos excoriandi ꝑꝑ non paritum functionib. h.d.
ſm Odof. Ego dico ꝙ non fiet denunciatio ꝑ prçfectũ prouin-
cialibus,ſed fiet Rectori,i.Præſidi prouinciæ qui poſtea ſuis edi-
ctis propoſitis ſingulis prouincialib.faciet hoc, quod eis eſt im-
poſitũ,& monebit vno ore ſingulos,vt ſe parent,vt ĩ.de cã.larg.
2 l.fi.& in Auth.de coll.in prin,ex quib.† No.ciuitatẽ , & Prouin-
ciã citari poſſe edictis in albo ꝓpoſitis,aꝛ ẽt citari p̃t, vt no.ff.de
reg.iu.l.neq; interdicto.& ext.de ꝯceſ.præb.ca.ſi capit.lib.6.No.
3 † in hac l.illud dicimus ordinariũ,qđ p̃t ꝓuideri;& illud eſt extra
ordinariũ,qđ ꝑꝑ ſarcinam repentinã, q̃ indiciẽ præuideri nõ p̃t,
vt ĩ. l. proxi.ſic dr̃ de ferijs,ꝙ aliæ ſunt ſolennes, aliæ repentinæ.

Itē no. hic ꝙ qñ certū eſt de ꝑſona,uel collegio,cui eſt notificā-
dū, ꝙ particulariter,& nominatim, nō ſub ꝓclamate dēt regri,
& hoc eſt qđ dicit,particulari,&c.& ſingulis, &c.,ꝑſpectis a Præ
ſide,cui ante notificari iubet,& ꝑ eū ſuis officialib.prouincialib.
In tex.ibi,nō ſubditis calumnijs , ſubito vt cōfeſtim, ꝙ indictio-
nē notificat collatorib. exigat eos.hoc.n. eſſet calumnioſum. In
tex.ibi,officijs.i,officialib. dāna.mulctādo ꝓuinciales non ſoluē
tes.no. ꝙ p̄uiſa iacula minus feriūt,vt in gl.Itē no. verbū Caſſio-
dori,culpam remouens illi, & nobis materiam ſubtrahens.

De ſuperindicto. *Rub.*

L E X V N I C A.

1 *Indicere.vel ſuperindicere,ad quem ſpectat.*
1 NIhil.† Ad literas præfecti ſolas non coguntur pro-
uinciales tributa,vel ſuperindicta p̄ſtare,cum
ſolum Imperatori cōperat tributa indicere,& ſupin
dicere.h.d.Quid ſi in literis nō diceret,pręfectus ſe in
dicere;ſed Imperatorē dixiſſe? Rñ.tunc credit literis,vt s̄.l.prox.
dummodo literarum Imperialiū tenor intextus ſit literis pręfe-
cti,& hęc voluit hæc l.& facit s̄.de iu.fiſ.l.prohibitum.In tex.ibi,
indictionis.dico etiam ſolennis.i.ordinariæ.In tex.ibi,iniungāt,
ſ.ad ſolas literas præfecturæ.In tex.ibi,viſa conſtrue, niſi.n.indi-
ctio.ſ.præfecti confirmata noſtro iudicio,& nexu.i.connexa,ſeu
fulcita imperialibus præceptis.depoſcat.i,poſtulet,& exactio co
gat.i. coacta ſit ex neceſſitate aliqua imminente, ob quam ſolā
ſuperindictio fienda eſt,& no.de ratificatione Principis.

De exactoribus tributorum. *Rub.*

1 *Exactores quot modis dicuntur,& quibus competit ius exigendi.*
2 *Præfectus Auguſtialis eſt maior iudex omnibus præſidibus.*
3 *Collatoribus non poteſt concedi immunitas,ne ſoluant tributa.*
1 Hic no.†quod quidā ſunt exactores tributorum,qui exigunt tri
buta a prouincialibus:quidā ſunt , qui exigunt a ſuperioribus.i.
ab iſtis ſecundis exactoribus. ecce ergo a prouincialib. exigunt
tributa Pręſides prouinciarū,vt j̃.eo, l. miſſi opinatores. Itē ap-
paritores præſidum,ut j̃,eo.l.apparitores.Sed attende: quia p̄ſi-
dibus competit ius exigendi per modū mixtæ exactionis , tanq̃
coniunctionem habētibus. Apparitoribus vero per modū ſim-
plicis executionis,non iure magiſtratus: qa mandantibus præſi
dibus vadunt oſtiatim faciendo executionem,vt dictis legib.Itē
cōpetit ius exigendi a collatoribus in cęteris prouincijs quibuſ-
dam,ꝗ vocantur ducenarij,cētenarij, & ſexagenarij,vt j̃.eo,l.1.
Cōpetit etiam iſtud ius quibuſdam officialibus , ꝗ vocantur ap-
paritores,de quibus loquitur.j̃.de apoc.l.quicunq; & s̄.de iu.fi.
l.ſup creandis,& ff.de bo.dam.l.diuus.& quibuſdam alijs,vt ap-
paret in d.l. ꝗcunq;.& j̃.eo.l.miſſi opinatores,in fi.Sed attende,
quia exactio,quam facit præſes, differt ab hac exactione iſtorū,
qua præſes exigit collatores coram ſeipſo,cum prouincia nō ha
beat ſuperiorē,ſed ducenarij apparitores, & ſimiles hñt inſtar ꝓ
curatoris fiſci: nec exigunt corā ſe, ſed corā p̄ſide , & diligenter
inquirere debent,ne temere vocent collatores perquirendo pri
mo librum tributorū.i.in quo tributarij ſcripti ſunt , & eos exi-
gendos,quos repererint non exactos,vt j̃.eo.l.1.in d.l.ꝗcunque
Et eſt no.qa cum præſes p̄ueniat eſt ab iſtis,iſtis ſoluitur , non p̄-
ſidi;alias non dicerentur exactores, ſi eis non ſolueret quidam
ſunt exactores,qui exigunt ab iſtis primis exactoribus , & hmōi
ſunt opinatores,vt j̃.eo.l.miſſi.Dñr aūt opinatores hi,ꝗ deſtinā-
tur cum ſuſceptoribus ad prouincias,ꝗ aſs dñr tributarij, & aſs
dñr numerarij,& aſs dñr Patauini ſub nomine gñis, vt hic ꝓba
tur s̄,de iu.fiſ.l.inſtar.& ſup.de bon.vac.l.fi.& j̃.e.l.miſſi. & j̃. de
apoch.pub.l.1.& j̃.de can.larg.tit.l.neq;. & j̃. de numer.& actu.
qđ ſi a præſide non pñt conſequi ꝙ exigat,debent ad Imperato-
rem de hoc referre,vt l.1.s̄.de offic.con. ſacr.lar,quidā ſunt exa-
ctores,ꝗ exigunt ab iſtis ſecundis , & iſti dñr ſuſceptores,vt j̃ de
ſuſcep.l.duos.& ꝑ totū,j̃.de apoch.pub. l.1. colligunt aūt iſti ſu-
ſceptores , & in vnū redigūt omnem particularem exactionem
tributorū,& deſtinant poſtea Romani ad cameram fiſci, cui p̄-
eſt Comes rerū priuatarum quantum ad hoc , & ita forte uult
dicere,l, 1.j̃.de can.larg.ti.in fi.& eſt ad hoc arg.ſup.de bo.va.l.ſi
qñ.vel dic.ꝙ non præeſt comes rerum priuatarū huic receptio-
ni tributorum,ſed comes ſacrarū largitionū, vt j̃.de offic.com.
ſacra.larg.l.1.in fi.& ſic intellr j̃.de can.larg.tit.l.1,in fi. Nō obſ.
l.ſi qñ.qa de alia acquiſitione dicit,vt ſup.de offi. com. rerū pri.
l.vna.Etiā reperitur in quibuſdam partibus , vt in Aegypto alia
obſeruātia circa ſeruos exactores, vt ecce in Aegypto ſunt plu-
res prouinciæ magnę,& ſingulæ hñt moderatorem.i.Præſidem
2 ſuum.†Sed, & oēs in vniuerſo habent quendam , qui dr̄ Præfe-
ctus Auguſtalis ; qui eſt maior iudex omnibus præſidibus illius
prouinciæ,vnde præſides exigunt tributa,& mittunt ad eū, & ſi
pp.potentiam aliquorum Præſides non pñt exigere, ſcribunt ei
& ipſe cōcedit milites,& armata manu fit exactio. Vnū tñ ſcias
ꝙ non habet tantam poteſtatem,ꝙ præſides remouere poſſit a p̄
ſidatu,ſi delinquūt ; ſed eos amouere dēt ipſe , & ꝯ ipſos cogno-
ſcere pōt.nō tñ pronunciare,vt hæc probant s̄.de offi. p̄fe. augu.
l.j.& 2.j̃.de can.larg.tit.l.p̄cipit,& l.fi.Illud tñ no.ꝙ licet ordina-
riū ñ poſſit remouere,tñ delegatū quē ſibi eligit,remouere p̄t,vt
ff.de pec.l.ſi quis forte,§.ſi quos. & in Auth.vt iud.ſine quoquo
ſuff.§.ſic igit.& in auth.iuſiur.qđ preſt.ab his,in fi. Itē in Oriēte,
& in ꝗbuſdā alijs partib,habes aliā obſeruantiā a prima, & con-
ſonantes proximæ,vt d.l.præcipit,& l.fi. cum ſi. & idē dicas vbi-
3 cunque reperis expreſſum.† Hic quæro,collatoribus non pōt ꝯ-
cedi immunitas,ne ſoluant tributa; ſed an poſſit cōcedi, ne poſ-
ſit exigi a tali delegato,a tali ordinario, ſed demum a tali ab ipſo
ordinario,vt ecce impetrat aliquis reſcriptum,vel aliqua vniuer
ſitas,ne exactio tributorum eius pertineat ad aliquem delegatū
Præſidis,& ſic dicit ſe exemptum ab officio delegati ? Reſpond.
valet talis exemptio. Caſus eſt ſupra de offi.proconſ.& lega.l.fin.
quam not.non vt a mera executione videantur exempti , ſed a
mixta delegatorum,ſeu apparitorum præſidis.

L E X P R I M A.

1 *Occidens ex bannitum olim,ſed modo rebannitum , ſed non de libro cancel-
latum an puniatur.*
2 *Exactor tributorum exigēs ſciēter plus quam dēant,punitur crimine falſi.*

DVcenarij. Iſti erāt officiales, ꝗ officio iudicis in-
tentatio coram præſide, collatores , ꝗ
dicebant ſe ſoluiſſe,conueniebant, vel qui ſoluere nole-
bant,vt & inf de apoc.publ.l. quicunque ; dicit ergo hæc lex , ꝙ
caueant ſibi iſti,ne temere conueniant aliquem collatorem;nō
enim oportet eos concutere, & damno indebite afficere colla-
tores,& ideo mandatur eis per hanc legem, ꝙ non ante conue-
niant quempiam,quam a Tabulario ciuitatis accipiant breues,
ideſt nomina collatorum ſcripta in breuibus verbis,& qui ſolue
runt,& qui non,& quantum ſoluerunt, & quantum reſtat ſol-
uendum, & ſtatim quod non reperiet aliquem cancellatū qua-
ſi ſoluerit,poterit exigere,& quantum dēt ſoluere, & non vltra,
1 nec erit in temeritate aliqua.h.d.† Facit in argu. ꝙ ſi occido ex-
bannitum olim,modo tamen rebannitum; non tamen de ban-
no cancellatum,ꝙ non punior.Item nota arg.ꝙ officiali eſt exhi
benda matricula eorum,qui ſe ſunt, licet ſit penes alium , cui e-
2 tiam eſt ſimilis cura de tabulario, id eſt opinatore.† Nota hic
gl.quod exactor tributorum,ſi ſciēter exigit plus quam debeat,
tenetur crimine falſi,& de concuſſio;& an ſit crimen publicum?
videtur quod ſic,vt ff.de concuſſ.l.fi. & pro glo. videtur hic text.
dum dicit,concuſſione.

L E X I I.

1 *Carcerari facere non poteſt exactor tributorum, non ſoluentes tributa .*
2 *Carcer eſt pęna delinquentium tantum.*
3 *Cedere bonis,an poſſit obligatus ex contractu,vel quaſi.*
4 *Perſona primo capitur,quam res.*
5 *Carceratus iuſte contrahere poteſt,etiam eum eo, qui eum detinet .*
6 *Carceratus citari poteſt purſonaliter ad carcerem.*
7 *Bona omnia capi & diſtrahi poſſunt non pro menſura debiti .*
8 *Nuncij qui in ſuo officio falſificant,qua pœna puniuntur .*
9 *Abſentes an poſſint damnari de crimine.*
10 *Ordo ſiue ſolemnitas iuris in criminibus,vel quaſi,an ſeruetur.*
11 *Carcerari , ſiue perſonaliter detineri nemo poteſt, niſi poſt præceptum iu-
dicis.*
Et ſi carceratus offert debitum excarceratur.
1 Nemo carcerem. †Exactor tributorū, vt pręſes
prouincię,non pōt non ſoluē
tes tributa facere carcerari,vel poni in cōpedibus, vel ad cordā,
2 hoc primo.† Carcer pœna eſt delinquentium tm̄,ergo ob deli-
ctum debitor non incarceratur.Item iudex,qui incarcerauit de
bitorem tributorum indebite, tenetur ei actione iniuriarum, &
quo ad nō ſeruantes,detineri debēt in carcere ſecuri,ergo iuxta
Præſidem transferant ſe ad ſolutores.i.collatores,cum pęna im
mineat incarcerantib.eos,vt tñ ſcias, ꝙ ſi contumaciter ſoluere
ceſſent,poſſunt in loco aperto,alias libero detineri cōmiſſi cuſto
dię militari,non autem incarcerari,vt dictum eſt. Itē ſcias,quod
ſi detentus in carcere in cōtumacia perſeuerat , ꝙ omnia bona
eius capi poſſunt,& diſtrahi,& hæc eſt pœna ceſſantis , vt vendi-
tio immediate ſequatur captionem bonorū propter eius timo-
rem,collatores ad ſoluendū erunt proniores , quam ſi milleſies
3 incarcerentur,h.d.† Not.hic, quod obligatus ex contractu , vel
quaſi,poteſt cedere bonis, & ſic facit vt non detineatur in per-
ſona,poſſet enim detineri,ſi poſt præceptum ſibi factum de ſol-
uendo, perſeuer t in ſoluendi contumacia , nec cedat bonis , in
hoc non eſt ſpeciale in eo, qui fiſco obligatus , vel officio iudicis
tenet, prout hic loquitur , & ff.ad leg. Iul. pecu.l. ſacrilegi capite
puniuntur,§.fi.& hoc probatur ſup.ꝗ bo. ced.poſ.l.1.vbi dicit, ꝙ
ideo debitor cedit bonis,ne ponat ī carcere,largo ſumpto voca-
bulo carceris, ꝓ qualibet carceratione,ſiue detētione corporis.

Item

Itē debitor fiſci adhuc cedit bonis,ſi vult,argu.huius l.in pen.reſpon.& no.in l.j.§.de iur.fi. Porro in eo,q tenetur ex delicto, vel quaſi,regula eſt, vt non liberet cedendo bonis, & ideo incarce-
4 ratur.vt hac l.2.reſpon.& l.fi.in fi.quæ in fra.cred.† No.ſecundo, ꝙ primo capitur perſona,quam res,& eſt no quod licet debitor meus ſit detentus,nō tñ hēt vim ſatiſfactionis hæc detētio:& iō ꝯ eius bona,& fideiuſſores,& pignora procedi pt,vt eſt hac.l.ex-
5 preſſum,qđ tene menti,qa iam habui de facto.† No. tertio, ꝙ ille,q eſt detentus iuſte, pōt ꝯhere ēt cum eo, qui eum detinet, vt
6 hic.† Itē pōt citari pſonaliter ad carcerē, vt ſoluat, vel ad domū ſuæ ſolitæ habitationis,per hanc legē,qđ eſt notandum valde, & hoc ēt licet ſit cōſtrictus,qđ probatur hic duob.modis:vno mō ex eo qđ hic dicit,ꝙ ſi in obdurata &c. ergo cōcludit, ꝙ ſoluere poterat.finge ergo eū non hre pecuniā, ſtatim concludit, ꝙ bona ſua poſſit vendere. Itē probatur, qa dr̄, ꝙ iudex vendit, cuius factum reputatur eſſe factum a debitore,vt l.ob cauſam, ſup. de euict.& facit ad id no.ff.de neg.geſt.l.nam & Seruius,in prin. nā & teſtari pōt iſte incarceratus,vt ſ.de bon.eor.qui mor.ſibi con-
7 ſciu.l.fi.& facit ff.de iu.fi.l.ſed ſi accepto.† No.quarto, ꝙ capi, & diſtrahi omnia bona non pro menſura debiti poſſunt; & tñ non obſtat,ꝙ alibi dr̄,iuxta menſuram debiti capi, & vendi, vt in authen.ei,qui iurat,ſ.de bon.auth.iud.poſſ.nam hæc eſt pœna contumacis,& alibi pœna eꝯ imponitur,vt bona eius vendi non poſſint,vt ff.de ꝯhen.emp.l.ſi ſciens,& ff.de pollicit.l.de pollicitationibus,in fi.& no.ff.qui,& a quibus,l.proſpexit. Vltimo no,ꝙ faci lius ſatiſfacit,qui dedit timore bonorum , quam timore detentionis corporis,arg.ad hoc,ff.de oper.liber.l.hę operæ, in fi.Opp. ꝟ.eo.l.miſſi opinatores,in fi.Sol.ut ibi.Itē opp.inf.tit.2.l.fin. Solu. vt ibi,vide quod no.in l.j.de cuſt,reo.p Iac.de Are.& ff.de verb.
8 ſign.l.verum.† Et de nuncijs legitur , quod ſi falſificant in eorū officio,puniuntur pœna extraordinaria, & incarcerantur, l.omnes,ff.de offi. Recto.prouin.& ſup.de bon.vac.l. fi.& ſup. de pet. bono.ſubla.l.fi.& eſt ſpeciale in his,vt etiam abſentes poſſint dā-
9 nari de crimine,† quia pp eorum paruam ꝯdōnem præſumit ꝯ
10 eos.vnde notoriū quodāmodo æſtimatur,† vt in notorijs criminibus,vel quaſi,iuris ordo & ſolemnitas non ſeruatur, ff. de infam,l.ictus fuſtium, & ſup.de adul.l.quamuis indubitati. & ſ.de
11 reſcrip,l.q diu.ratione debiti non poteſt quis perſonaliter † detineri,niſi poſt præceptū ſibi factum a iudice de ſoluendo , & poſt ſolutionem non factam. hoc dicit in primo reſponſo , & in ver. vel certe.Item in alio caſu,ſ.cum eſt fugitiuus,vt no.ſup.de fer.l. fin.Item no.ſi debitor offert debitum,ponitur extra carceres, & eſt arg.ꝙ ſi accuſatus de crimine,ex quo imponitur pœna perſonalis in defectum pecuniariæ,confiteatur,& ſoluat,ꝙ nō dēt incarcerari,vt ff.de proc.l.ſi reus paratus. Si vero neget delictum, & ſub conditione ſoluat,idem quia amodo genus perire non pt vt ff.de ſol.l.ſub cōditione.ſecus ſi deponat:quia facit gratia ſui, ne incarceretur;ergo ſibi perit,l.ſi quis nec cauſam, ff.ſi certum pet.creditor tamen ante conditionis euentum non cogitur recipere ſolutionem,vt l.Iabolenus,ff.de an̄,leg.

L E X III.

1 *Executio eſt ita prompta in fideiuſſor in fiſcum,ſicut contra principalem.*
2 *Creditor debitoris fiſci, qui facto creditoris aufugit a cuſtodia militari, ſi exhibet principalem,nunquid ſit liberet.*
3 *Creditor fiſci an poſſit eximere creditorem de carcere,vt ſibi ſoluat.*
4 *Recōmendari an poſſit cuſtodib.carceris debitor, quem fiſcus fecit detineri.*
5 *Carceratus iniuſte an poſſit ab alio iure recommendari.*
6 *Carcerem frangere non dicitur,qui in palatio occaſione debiti detinetur, ſi inde aufugiat,niſi frangat murum,vel portam.*

QUOTIES. Fiſci debitor captus, licet etiā debitor alterius nūquā debet dimitti,niſi totū fiſco ſoluerit qđ debet,& ſi facto creditoris extranei aufugit a cuſtodia militari; ſuccedit iſtud factum in locum fideiuſſionis pro eo, & creditor iſte per hoc fit fiſci debitor, & ſtatim ſoluere compellitur. h.d.
3 † Et ꝙ ſtatim ſoluere compellatur ſine nouo iudicio, apparet in tex.ibi,dū dicit,coercet,&c.& hic eſt not. ꝙ etiam in fideiuſſore fictum eſt eadem,& ita prōpta executio,ſicut ꝯ principalem . facit ad hoc arg.ꝟ.eo.l.miſſi opinatores.verſ.qđ ſi vltra.& inf. de diſcuſſ.l.j.† Quæro,ſi iſte creditor exhibet principalem,nunquid liberetur? vr̄ ꝙ ſic,vt ff.de fideiuſſ.l. Græce,§.j.poſt litē dico ꝙ; qa iſte nō iudicij gratia.i.iudicio ſiſti eſt fideiuſſor, ſed eſt fideiuſſor actionis;& quia quaſi in iudicio fideiubet,eſt ꝯ eū prompta executio,nec puto ſpeciale fauore fiſci;ſed idem dico, & ſi p priuato apud priuatū ſic interueniret per tale factū.ſ.curando,ꝙ debitor priuatus erat de cuſtodia,quod fieri poteſt,dixi ſup.l.pxi. ar. ꝟ.de leg.j. de diſcuſ.& eſt expreſſum in l.3.ſup.de aſſeſ.ſecus in vero fideiuſſore;nam ille ſiue promittat ſoluere iudicatum, ſiue ſoluere decem ſuper ſua actione cōueniēdus eſt,vt l.fi.ſ. de vſu.rei iud.in hoc tñ,ſ.cū ex ſuo,quaſi delicto obligetur, non gra principalis,nā eſt proprie fideiuſſor, & ideo principalem prius excuti
3 non oportet.† Item quæro,quid in eo qui eſt creditor facti,tu debebas mihi facere domū,an potero te eximere a carcere,vt mihi ſoluas?arg.ꝙ ſic, ff.loca.t.l.in operis, ꝯrium facit primū rñſum huius l. dico , ꝙ p viā iuris petendo, ꝙ debitor meus eximatur a carcere.nō poſſum hoc petere,ſi eſt prior tpe,argu.d.l.in operis, & ff.de pub.l.fin.in prin. nā ſi in criminalib. iurat mihi iſtud ius. ergo multo magis in eum,q ciuili cā detinetur. Tñ aduerte: qa factum,ꝙ eſt explicabile ab eo,dū eſt in carcere, in criminaliter ꝯdemnato poſſum petere ſalua carcerali cuſtodia,& non aliter; ſed in ciuiliter obſtricto,ēt eximi a carcere puto , vt mihi faciat quod dēt. & hoc probo ratione tali, ſi debitor prius ſatiſfaciat poſteriori creditori,prior p hypothecam reuocat,vt l.deferre,§. fi.& licet reuocata,& ff.de iu.fiſ.& ff.q in frau.cre.l. pupillus. ergo cū ſolutū reuocet,multo magis ſibi pſpiciendo impediet ne ſoluat,arg.eorum,quæ no.ff.de re iud.l.inter eos.nō tñ pōt qs,licet potiora iura habebat, delinquendo eximere debitorē ſuū a carcere commendatum ab alio, & eo ipſo ꝙ hoc facit tenet, ꝙ eſt no. ꝙ qñ petitur eximi a carcere officiū iudicis proponitur, vt ff.qđ met.ca.l.fi.in fi.In interdictis vero , nec aliquod ius poſſeſſorium cōpetit,vt l.fi.in fi ff.de lib.hom.exhi. niſi aliquod ius prætendat in eo,vt qa ſit homo peteritis.ar.ſup.de his q ad ecc.ꝯ fug.l.pñti,§.ſane,ī Auth.de mon.§. ſi vero. Inter hæc ſi detineat a tertio.vbi etiam eſt rei vendicatio de iure q̄ſita,vt l.1.§.per hāc ff.de rei vend.ſed vbi in carcere eſt,ſerua ꝙ nunquam ut eximatur competit,niſi officium iudicis, quia non concluditur parti,
4 ſed iudici.hoc no.† Itē quæro,fiſcus debitorem ſuum fecit detineri, an ego poſſim recōmendare cuſtodibus, vt retineant pro meo debito? Rñ.ſic;ita forte poſſet poni caſus in prin.iſtius l.& ſcđo rñſo, poneres caſum de tertio qui exemiſſet a cuſtodia, & diceres ꝙ tenerēt fiſco,& mihi, vt dictū eſt, qđ not.† Iuxta hoc
5 quæro tu fuiſti poſitus ī carcere iniuſte , ego poſtea te iuſte feci recōmendari an probato , ꝙ iniuſte primo fuiſti miſſus ex eas carcere? Dico ꝙ nō,l.fi.ff.qđ met.cau.alioquin.& qui ſolueret primo tm̄ creditori,ſe eximeret,qđ eſt ꝯ hāc l.dicit.n. ad vniuerſi debiti,&c.facit ff.de accuſ.l.ſicut,vbi incarceratus ab vno iudice;recommēdatur in carcerem per alium iudicem , & facit ad hanc l.ſup.de aſſeſ.l.3.p ꝗ leg.extendit hæc l.vt eximēs teneatur ad oē,ad quod principalis tenebatur,i.ad ſortem,& ad pœnā. hoc.n.vult l.illa,quia ſicut ille,qui aufugit,hr̄ pro confeſſo,& tenetur in quadruplum ita, & ille, q fecit eū aufugere re. ad idē ēt facit,quod no.hic in gl.plus dico ſ'm gl.ꝙ ꝯ talem,q eximit, uel eximi curauit a carcere debitorem priuati,in litem iurari pt, vt l ſi per alium,§. 1.ff.ne quis eum vel dic̄, ꝙ hic non iuratur in litē;quia poſt debitum liquidatū tñ incarcerēt debitor,& iurm non pt tranſgredi, ꝙ petitū eſt in principali, arg. ff. de in lit.iur.l. minus,ꝙ procedit,ſi nondum erat ventum ad liquidationē debiti,cum eximit:vnde tunc fit liquidatio ꝯ eximentem per iurm vt ibi dr̄,ar.ff.quod vi,aut clā,l.ſemper,§.pen.cum ſi. In tex.ibi, abreptus.i.captus.ab vno offi.i.ab vno ex officialib.fiſci, vt puta ab illo, qui deputatus eſt ſuper capiendis debitorib. fiſci. frumenti vniuerſi.ſ.tam frumenti,q̄ olei;vnde ad petitionē alterius officialis recommendatur in cuſtodia pro oī eo,ꝙ dēt fiſco ex quacunque cā ad petitionem officialiū ſingulorū. In tex.ibi, teneatur.i. detineat,vnde Iudas,quemcunq; oſculatus fuero,ipſe eſt,tenere eum,& libera.i.non pœnoſa.† Et ſumo arg. ꝙ non dr̄ frangere
6 carcerē ille,q retinetur in palatio occaſione debiti,ſi fugiat inde niſi frangat murū,vel portā,vt l.ſi.ff.de re. diu.alioqn glibet ꝯfinatus, ſtatim ꝙ non ſeruaret ꝯfinia , tanꝗ fractor carceris puniret, ꝙ eſt falſū,vt ff.de pę.l.aut dānū,§.quiſquis nā,nō pprie carcer dr̄:h.d.l.alibi,non poſſum tibi vendere ſeruum hoc pacto,vt ſtet in ppetuo carcere, tñ poſſum tibi vendere ſeruū hoc pacto, vt in certo loco moret,& inde n̄ diſcedat,vt inſtit.de ſeru.expor.

L E X IV.

1 *A munere reali nullus officialis excuſatur.*
2 *Collectam ſoluere debet Imperator de patrimonio ſuo , quod habet in prouincia.*

ACTORES. Officiales fiſci debent ꝯferre ad tributa,q̄ indicunt prouincialibus,vnde ſunt. & hoc ideo fit. ne nimiū grauētur cęteri collatores ſoluendo pro ſe, & pro iſtis officialib.h.d.Sed de quo munere loquit lex iſta? de munere rei non vr̄ poſſe loqui,qa licet officialis nō conferret, tñ cæteri non tenerentur,niſi pro ſe,non pro alijs officialibus, quia pirmoniū cuicunque ſeparatum eſt. Item in munere, quod indicitur pſonæ pro re, non pōt loqui ; nam collecta non imponitur officialib.fiſci,vt no.ff.de mun.& hon.l.honorē ſuſtinenti. Itē in perſonali munere non pōt loqui, nam ab illo cōſtat officiales eſſe immunes ex eo,quia non dēnt ſimul , & ſemel fungi duplici munere perſonali,vt ꝟ.de cau.larg. tit.l.præcepit.Item quia nō augeretur grauamen muneris in collatoribus, pp. n.offm perſonale indiuiduum eſt,& non recipit argm̄ extrinſecum,ſed iurib.perſonæ officium exhibentis,ut l.ſi non ſortem,§.libertus, ff.de ꝯdit. indeb. iiſdem rationibus non poteſt hæc l. loqui in munere
1 mixto. † Dico, ꝙ hæc l.poteſt intelligi in munere reali, nam ab eo nullus officialis excuſatur,arg.ꝟ.eo.l.fi.& ſi dicis,tunc nō poſſet munus creſcere ex toto,ꝙ alius eximeret, Reſp. imo poſſet, nam ubi ex quinquageſima præſtans vnam partem, poſſent tibi indici duo : nec iō munus eſſet tale munus, ſicut dicimus eꝯ cū minuitur, vt ꝟ.de colla.do.l.una,& ar.ſ. de annor. & tribu.l.fin,

Item dico, ꝙ hæc poteſt intelligi in munere, quod inducitur vni
uerſitati pro rebus ſingulorum, puta inducit Imperator vni pro-
uinciæ, ꝙ ſoluat finito luſtro tot marchas auri, vt ſ̃.de iud.l.1.&
de collat.in prin.& ĩ.de collat.eris.l.i.cum ſi. tunc bene procedit
ratio literæ, nam illi qui eximerētur, facerent alios grauari, arg.
ff.de leg.1.l.ab omnibus, in prin.& no. quia q̄ñ ex pluribus vnus
eximitur a præſtatione grauaminis, reliquorum onus eſt ſolidū
præſtare, vt hic, & ĩ.quan, & quib.quar.pars deb.l.fi.ſecus in pre
ſtatione ſpecierum; nam tunc reliqui præſtant pro ſua portione
tm̄, ꝙ dic vt ff.de lega.j.l, ſi fundū ſub cōdōne, §.ſi libertus, & l.ſi
tibi hō, §.ſi teſtō.& l.Stichus, ff.de le.1.& facit ĩ.quemadm. ciu.
2 mun.indic.l.Vulteranæ.† Item pōt intelligi in munere, quod ſin
gulis inducitur pro rebus ſingulorum: nam & ab hoc nemo ex-
cuſatur vnde, & Imperator de ſuo patrimonio, qđ habet in pro-
uincia, ſoluit collectam, vt ĩ.vt nemini liceat in compar.ſpecier.
l.vna.& ita loquitur gl.huius l.Non ob.l.honores, quia in perſo-
nali, vel mixto munere intell'r quicqd ibi no niſi ſuſtineas per l.
1.ĩ.de dec.l.curiale.licet a collecta, quæ imponitur gratia publi-
cę, & communis vtilitatis, non excuſentur, ſed ab illa quæ impo
nitur gratia priuatę vtilitatis Imperatoris ſic, vt ibidē dr̄, porro
in decurionibus ſpeciale eſt, vt omni muneri ſubijciant̄, qa eo-
rum officium ad hoc ordinatur, vel dic, ut no.ſ'm Gul.de Cug.ĩ
l.neminem, ſup.de ſacroſ.eccl.vel dic, ꝙ honorem ſuſtinēti non
pōt imponi munus ab alio, quia habebat par imperiū; qa par in
parem non habet imperium: ſed a ſuperiore ſic. Item ſi conſen-
tiat, vel ipſe ſibi indicat, & ita loquitur. Item nō poſſet, licet fie-
ret exemptio de aliquo, vt non plus ſoluerent ceteri, cū eis parti
culariter indicat, ſ.decem pro centenario. Vel ſic, nam verū eſi,
ꝙ non augeret̄ poſt impoſitionem, ſed in impoſitione augeret,
quia vbi nunc imponuntur decem, tūc indicerētur quindecim.
vel ſic vltimo; habes portare leuiter, ꝙ portat̄ communiter. alle-
gatur glo. de natu.incub.de publ.in princ.coll.4.qui titulus non
hr̄ cōiter in auth. Actores ceteriq;.ſ. officiales ſpecierum ſic pa-
tet, ꝙ de munere rei loquitur.i.de annona, quæ conſiſtit in ſpe-
ciebus, vt no.ſ̃.de anno.& tribu.in rubr. In tex.ibi, ſolēnium. ſic
apparet, ꝙ loquitur de munere ordinario. In tex.ibi, vigoris au-
ctoritate, i.vigoroſa auctoritas huius l.noſtræ. In tex.ibi, rei inno
uitas, i.non noua immunitas, & loquitur hæc lex de apparitori-
bus ſuſceptorū; deſtinabantur enim ſuſceptores ad prouincias,
& cum eis apparitores, vt ĩ.de ſuſcep.l.duos ſ'm Odoff. non pla
cet, vt ſup.de iu.fiſ.l.inſtar.loquitur ergo in apparitorib. ſuſcepto
rum.i.præſidum ſuſcipientium, vt ĩ.eo.l. miſſi opinatores.

L E X V.

1 *Libro rationum tutoris creditur de perceptis.*

Apparitores. Apparitores vadūt de domo in domū
exigendo tributa a collatoribus, quod
ergo exigunt, in ſcripturam redigere debent, cui ſcripturæ credi-
tur, & fides per ſuſceptorem.i.Præſidem adhibetur, ꝙ ſi ſcriptu-
ram non reducerent, male facerent, ꝙ oportet ſuſceptorem cu-
1 riæ ſuæ ſubtrahere, & cum damno vagari.h.d.† No.arg. ꝙ credi
tur de perceptis libro rōnum tutoris quid de erogatis? dixi in l.
inter chartulas.ſ̃.de ꝯuen.fiſ.deb. In tex.ibi, ſed quid ſi iſti nō re-
degerint in ſcripturam, ꝙ perceperunt? Rñ.ad intereſſe tenent̄
collatoribus, & Præſidi. Caſus eſt in hac l.ſ'm aliam lect.quod er
go dicit, detrimenta ſuſtineat, ſ.apparitor, ſecundum hoc, titulo-
rum debitis, i.titulum, ſeu cām debiti ſoluti, non qđ a ſuis nego
tijs, ſiue incōmodo nemo aduocetur. concordat l.ſi quis ex aſſe.

L E X VI.

1 *Rectores prouinciarum debent exigere tributa reponenda in archa Præfe*
cti, & in archa Rationalis.

1 In fiſcalibus. † Rectores prouinciarū debent exigere
tributa reponenda in archa Præfecti, &
in archa Rationalis. h.d. In tex.a quibus debitorib. & dic. i. per
quos, quia nolunt ſoluere expectantes manū militarē Præſidis.

L E X VII.

1 *Tributorum exactio delegari non poteſt.*
2 *Conſuetudo regionis in modo exigendi tributa debet ſeruari.*
3 *Iudex, qui ex negligentia facit litē ſuam, aſtringit ſe ſummariæ cognitioni.*
4 *Apparitores Præſidis, quibus commiſſa eſt generalis exactio, poſſunt mul-*
ctare, & vendere contumacium bona.

Miſſi opinatores. Opinatores inſiſtūt Præſidib.
vt exigant, ipſi collatores, nō
exigunt etiam ex delegatione Præſidis, vel apparitores Præſidis
pœna imminente Præſidi, & eius officio, ſi talem exactionem
collatorum opinatoribus delegaret. Item ſi conſuetudo exacto-
ris faciat aliquos curiales, nec ipſis committet: quia opinatores
ſunt ad inſtar tabulariorum, quorum officium eſt non exigere,
ſed Præſidi inſiſtere, vt exigat: non ergo debent hæc officia per-
1 miſceri.h.d.vſque ibi, apparitores, ſiue curiales, &c.† Nota pri-
mo. ꝙ exactio tributorum non poteſt delegari, quod no. vt inf.
de can.larg.tit.l.neque ipſi. No.dico, ꝙ ille, cui conſuetudo dat
iuriſdictionem, non poteſt delegare, vbi non poteſt delegare il-
le, cui dat lex iuriſdictionem. No.ſecundo officium nō debere
2 miſceri.† In text.ibi, apparitores. hoc dicit, ꝙ in exactionibus in
modo exigendi debet obſeruari conſuetudo regionis, in qua fit
exactio, &c. In text.ibi, tpale exigendo. hoc vſque ibi, nec perce-
ptis. Not.duo. primo, ꝙ ex conſuetudine dat ordo cauſæ.ſ.vt ſit
ſummaria, vt agatur ſcriptura interueniente, vel ſine, vt argum.
in §.neceſſitatem, in Auth.vt iud.ſine quoquo ſuffr. Item ex cō-
ſenſu partium poteſt renunciari iudiciario ordini. Not.ſecundo,
ꝙ cōſuetudo loci, vt negotium ſummarie agitetur, quantum ad
formam ſummariæ cognitionis inſpicitur. Item ꝙ vbi ex officio
per inquiſitionem proceditur, idem ſeruatur, dic vt no. in l.con-
traxiſſe, ff.de actio.& obliga. In tex.ibi, vt perceptis, ideo debent
exigere collatores, vt poſſint opinatores ſoluere, & illi ad nume
rum proprium reddere, & requieſcere finito anno, q ſi vltra pro
tracti functibus, & Præſiſtes, vel per ſe, vel per apparitores ſuos
nō exegerint collatores, de ſuo debent ſoluere ſtatim apparito-
ribus, vt erogetur militibus. reſeruata tamen eis actione contra
collatores hoc dicit. Vel dic, quod ſoluit opinatoribus intereſſe
eorum; nam ſi potuerunt explere officium eorum intra tempus,
præfixum, neceſſe habent vltra ſtare, & expendere: ſed impenſas
debebūt hr̄e a Præſide, quia per eum factum eſt, quominus de-
bito tempore poſſunt remeare. hoc dicit. Nota duo, ꝙ officij ex-
plicandi cauſa ſtatur vltra tēpus præfixum, & eſt arg. ff. de admi.
tutor.l.tutores, qui poſt furem, §. tutores pubere, & ff.de negot.
3 geſt. l. nam. † Item no, arg. quod iudex qui ex negligentia facit
litem ſuam, aſtringit ſe ſummariæ cognitioni, ſi prior cauſa erat
ſummaria.facit inf.de diſcuſſ.l.1.no.bene.& ſ'm iſtum intellectū
dic repetitione.i.petitione dāda fiſco.vel dic, ꝙ iudex, qui de ſuo
ſoluit opinatoribus, repetet hoc a collatoribus, qđ eſt no. quod ſi
opinator ſuſceptori non reſtituit, quicquid habuit a pręſide de
ſuis numis, punitur in duplum. Sed aduerte ad duo, quia ſum-
marie proceditur ꝯ eum pp ſimplum, quod eſt perſecutio etiam
in ſimplo, quod accedit nomine pęnæ. facit ĩ.tit.j.l.j. Item aduer
te, qa iſtud duplum diuidetur vt ſimplum, quod eſt perſecutio,
& defertur in archam, vbi reponuntur tributa pro militari ero-
gatione; aliud vero ſimplum ponetur in archa, vbi ponuntur pę-
næ maleficiorum alibi, etiā diuidit, ſed aliter, vt ſ̃.de aſſeſ. & l.3.
aliter ff.ad Senatuſconſ.Sillan.l.lege, ſed dic, ꝙ vbi lex vltra pro-
cedit, ſeruandum eſt quod lex ſtatuit, alias ſerua, quod dixi ſupra
de iure fiſci, l.1.in ſecunda lect. No.tertio, duplo ineſſe rei perſe-
cutionem, quod dic vt dixi in l.j.ſup.de pęn.fiſca. No.quarto offi
cium velare delictum aliqualiter, vt pro eo, quod cōtrectatur nō
totū duplum ſit pęna, ſed ſimplum. facit ff.de admin.tut.l. tres tu
tores. illa l.poteſt facere etiā in ꝯrium, cum nulla pęna imponat̄;
ſed ibi fuit delictum conſummatū durante officio, hic cœptum
officio durante, & poſtea finitū rationibus redditis, & ideo me-
dia via eligitur. Cogita, quia tempus non ſufficit. Not.quinto, ꝙ
ordo circa pęnam regulabitur ab ordine circa ipſum principa-
le, vt apparet ibi dum dicit, protinus, facit quod dixi ſupra proxi-
me, de iud. Si collatores non ſoluunt tributa, poſſunt mulctari,
& a præſidibus, & ab apparitorib. præſidis, ſi mulctati non cōpa-
reant, nec ſatisfaciant, perſequetur præſes ꝯ prędia, vt inſtructa
ſunt. vel dic ꝙ actores &c. ſed præſides perſequentur bona iſto-
rum, & etiam de eorum temeritate, & nominibus Principi refe-
4 rent.h.d. † No. ꝙ apparitores pręſidis, quib. præſides generalem
exactionem cōmiſerunt, poſſunt mulctare, & bona vendere cō-
tumaciū. & eſt forte ſpeciale in cauſis ſummarijs; alias enim nō
poſſunt mulctare, niſi maiores iudices, non delegati, vt ff.de iud.
in l.2.in fi.no.ſup.de vſu.fiſca.l.j.cetera dic, vt ſup.eod.l.nemo.

L E X VIII.

1 *Eccleſia eſt immunis a tributis.*
2 *Ciuitas dicit ſibi ius contra creditores ſuos.*

Si diuina domus. Poſſidebam fundum in prouin
cia, illum vēdidi fiſco, vel alij, te-
nebitur illo modo, quo tenebar ego, quia præſtationes rei nō va-
riantur ex perſonis, & ſi nō pręſtet, confiſcabitur illi ciuitati, vbi
fundus ſitus eſt.h.d.ſecundum Odof. Opp.ſ̃.de bo.vac.l.j.Sol.in-
telligo, ꝙ hic Imperator indixerat ciuitati præſtationē auri, & ar
genti. vel æris, vel mille modiorū frumenti, vt inf. vt nemini lic.
compa.ſpec.l.j.ciuitas ergo. hic per ſingulos vadit excutiendo, &
prædia non ſoluentium applicantur ciuitati, quaſi creditrici: non
quia habeat ſibi confiſcandi, & ſic hic intelligitur. Item caue, qa
hæc l.non habet locum in prædijs eccleſiarum, nam eccleſia li-
cet olim tributa, & reales functiones agnoſceret excepta factio-
ne recipienda hoſpitalis, vt l.j.& l.de his, ſup.de epiſ.& cle. tñ ho-
1 die omnino eſt immunis, † vt x.collat.de ſtatutis, §.item nulla cō
munitas poſita in l.2.ſup.de epiſ.& cle.vel ibi loquitur de eo mu
nere, quod indicitur perſonæ, vel rebus pro mixto ſecundū mu-
nus p̃dij, vel ꝙ indicitur ciuitati pro rebus ſingulorum, etiā eccle
ſiaſtica prędia teneantur per hanc l.& facit qđ eſt no.ſ̃.de ann.&
trib.l.fi.& no.bene hanc l.& adde quod dixi ſ̃.eo.l.actores. Not.
2 † ergo ciuitatē ſibi ius dicere cōtra debitores ſuos. ego dico hoc
explicari coram procuratore Cæſaris, qui cognoſcit inter fiſcū,
& priuatum. hoc eſt falſum, immo coram Præſide; quia oēs ci-
uitates loco priuatorum habentur, præter Rempublicam Ro-
manorum, vt l.eum qui vectigal, ff.de publ.

De

De ſuperexactoribus. *Rubr.*

L E X VNICA.

1 *Exigens plus debito, tenetur in duplum.*
2 *Tempus quadrimeſtre datur ad ſoluendum regulariter.*
3 *Delictum, quod velamine iuſtitiæ fit mitigatur.*
4 *Perſiſtens in delicto magis punitur quam non perſiſtens.*

1 QVicquid. †Nota, ſi actor exigit pluſquam de-
beat, tenetur exacto ad duplum, &
hæc pœna ciuiliter imponitur, & ſtatim exigitur non
2 dato tpe quadrimeſtri, qđ eſt not. rřr †aũt ẽt ei, qui ex
maleficio tenetur, datur tp̃s quadrimeſtre, ut l. ſi cum exceptio-
ne, §. qđ ſi hõ, ff quod met. cã. ſed fallit in eo, qui tenetur ex deli
cto, qđ cõmiſit in officio publico, qđ habebat, vt hic, & s̃. vt oẽs
iud. tam ciuil. quam milit. l. 1. l. fi. & in auth. vt iud. ſine quoque
3 ſuff. §. neceſſitatem. Item eſt not. † ꝙ exigit quis ab inuito: ergo
deberet hic teneri vi bon. rapto. ſed tñ ꝯ eſt, quia ſub velamine
officij, & iuſtitiæ exigit, vnde delictum mitigatur, vt habes hic,
& s̃. tit j. l. pe. ff. de iur. fiſ. l. aufertur. in fin. ff. de adm. tu. l. tres tuto
4 res. ff. qđ met. cau. l. non eſt veriſimile, §. fin. Scđo †dicit, ꝙ ſi per
ſiſtet officialis in immoderatis exactionibus faciendis qđ crimi
naliter punitur capite. l. in metallum, ff. de pœnis. & ff. de decu-
rionibus, l. quilibet principalium, ergo rõne perſiſtentiæ magis
quis punitur, vt ff. de pœn. l. ſi diutino. & ff. de abige. l. 1. & ff. de
adul. l. ſi adulterium cum inceſtu. ſimile s̃. de dilatorib. l. pen. &
inf. de decur. l. curiales. vbi de hoc.

De capiendis, & diſtra. pigno. tribu. *Rub.*

L E X P R I M A.

REs. Iſtam titulum declara ſm ea, quę dicta ſunt s̃.
tit. j. l. nemo, & l. miſſi. & not. j̃. eo. l. fi. & adde de
l. 1. iſtius tituli, quod habetur s̃. de fide inſtrum. & iur.
haſtæ fiſ. l. pen. & glo. hic hoc ponit notabiliter.

De apochis pub. & deſcrip. curial. *Rubr.*

L E X P R I M A.

1 *Maioris non debent aliqua ratione minoribus oppreſſionem inferre.*
2 *Officialis publicus ſingulorum tributorum patrimonium deſcribere debet.*
3 *Apocha quid continere debet.*
4 *Officialis publicus durante officio rationem reddere debet.*
5 *Rationem reddere cogitur adminiſtrator fiſci, & ibi, qui teneantur reddere rationem & cui.*
6 *Falſum quod committitur in ſcribendo, probatur per inſtrumentum.*
7 *Pœna determinata, arbitrio iudicantis relinquitur.*

AD inferiorem. Imperator Honorius hãc
leg. noſtram dat officialib.
quos per prouincias deſtinat ad ſingulorum p̃rimo-
nia deſcribenda, & pro modo patrimonij tributa exi-
genda, quod deſcribere debeat facultates ſingulorum, & cũ de-
ſcripſerint, pręſidi oñdat, nec ante talis deſcriptio, hẽat probatio
nis effectum, niſi per præſidem eius prouinciæ fuerit approbata
& eius recepta ſententijs. Secundo mandat eiſdem officialibus
ꝙ cum tributum a prouincialibus ſumũt in auro, ſine in quali-
bet re, faciant ſoluenti ſecuritatem, & de recepto apochã. Ter-
tio mandat iſtis, vt tributa quæ redigunt ei conſignent, qui rõne
eius generis tributorum eſt præpoſitis. vnde ſi aurum ex tribu-
to redigant, debent illud ſuſceptori aurario conſignare. Quarto
ſuſceptori mandat Imperator, vt faciat apocham ſolutori. i. illi
minori officiali, qui exigit a collatoribus, & ſuſceptori ꝯſignat.
Item mandat Imperator, quod apocha ſic conficiatur, ut conti-
neat diem, & conſulem, menſem, quãtitatem, & cauſam, & no
men ſoluentis, vt patet in lr̃a. Quinto mandat Imperator deſcri-
ptorib. tributorum, & ſuſceptoribus eorundem, vt volumina
rõnis per ſingulos quatuor menſes ad præfectum debeant deſti
nare, inueſtigaturum per hoc, an aliquid per fraudem factum
ſit ab aliquo dictorum officialiũ, qđ vel ad damnum fiſci cedat,
vel ad reuelationem potentium. i. officialium lucrũ. Sexto mã-
dat, hoc maxime obſeruari, vbi alicuius bona ad curiam deue-
nerunt, vt p̃rimoniorum deſcriptor hoc in ſcripturã redigens,
dẽat præfecto intimare. Vltimo temeratoribus huius leg. impo
1 nit pœnam arbitrio præfecti promulgandam. h. d. † No. primo,
ꝙ maiores rõne officij, vel alia rõne non debent minoribus im-
preſſionẽ afferre. qđ facit ad ea, quæ dicam j̃. de ero. mil. ann. l. fi.
2 †Not. ſecundo. per officialem publicum ſingulorum p̃rimonia
deſcribi: ſed non ante tm̃ in p̃rimonio deſcripti eſſe probari, quã
deſcriptio ſuperioris, i. præſidis fuerit recepta ſententijs. ergo in
hac ciuitate cum renouatur cataſtrum tributarij, qđ aſſignato-
res conſcribere debent, non ante prodeſt, niſi officialis maioris
3 talis ſcriptura fuerit recepta ſententijs. quod not. † Not. tertio ꝙ
apocha (quia eſt publica ſcriptura, ſeu inſtr̃m) debet continere
quædam, quæ hic hñtur. Item dẽt continere ſubſcriptionem fa-
cientis apocham, vt s̃. de conuenien. fiſci debit. l. 2. ſed mirabile
eſt de eo, ꝙ hic dicit, quod dẽt continere cauſam, cum fiat ad li-
berandum, vt ff. de pac. l. tale pactum, in prin. Sed dico, ꝙ hic lo-
quitur de cã, propter quam ſoluitur, vel ſi dicas, ꝙ contineat cau
ſam liberationis. i. quia ſoluit, adhuc eſt verum quod talis facit
liberationem, qui non poteſt liberare niſi ab accepto, vt s̃. de an-
no. & trib. l. oẽs penſitat. e. & j̃. titu. 1. l. pręcepit, §. prouidentibus.
Idem ego putarem ẽt in tutore, vt cum faciat inſtr̃m quietatio-
nis debitoris principali, dẽat dice vero habui, & recepi, vt ff. de
admi. tu. l. Lucius, §. tutelæ, proſunt. n. talia verba, vt not. s̃. de nõ
4 nu. pec. l. ſi ex cautione. & ff. de vſur. l. tutor, §. fi. † No. quarto, qđ
publicus officialis durante officio debet reddere rationem, non
deſignando adminiſtrationem, ſed mittendo volumen rationũ
publicarum. idem probatur inf. titu. 1. l. præcepit, §. quadrime-
ſtris, & ſup. de off. comitis ſac. lar. l. 1. in eo vero, qui habet publi-
cum officium authoritate, ſed vtilitate priuatum, dic, ut ff. de tu.
& ratio. diſtrac. l. niſi finita, §. fi. vbi de hoc. in eo, qui habet priua-
tum officium, vt in procuratore; quid dices? dic, ut ff. de admi.
tut. l. eum curatore. & s̃. an per alium cau. ap. l. fin. vel dic eſſe idẽ
in adminiſtratore publico, qđ in priuato, nam nõ poſſet cogi alio
tempore reddere rationem, quam quod lege reperitur expreſſũ
quia non cogitur, niſi in ſingulos quatuor menſes, ut hic dicit,
5 & in legibus alleg. † Nota quinto, quod adminiſtrator rerum fi-
ſci cogitur reddere rationem, idem videmus in quolibet officia-
li reipublicæ, vt reddat rationem de eo, quod adminiſtrauit, vt s̃.
vt omnis cauſa ciuil. l. j. & ſup. de his, qui ſpõte munera ſubeunt,
l. 2. rñ. idem in hęrede eius, qui adminiſtrauit, ut l. fi. j̃. eodem titu.
idem habemus in tutore, & curatore, ut in authẽ. ut hi qui oblig.
ſe hab. per hi. in fi. cum ſi. idem habemus in executore, quia red-
dat rõnem ſuæ executionis, ſiue ſit executor teſtamentarius me-
rus, ff. de le. 1. ſi a pluribus, & ff. qñ dies leg. ce. l. Firmio, §. 1. Siue
ſit legitimus, vt Epiſcopus, vt s̃. de Epiſc. & cle. l. militis. verſic.
põt vnius, & ibi not. Porro pater legitimus adminiſtrator filij,
nõ tenet ei reddere rõnem, vt no. in l. fi. §. hoc procul. s̃. de bon.
q̃ li. & s̃. de Epiſ. & cle. l. orphanotrophos, in fin. vbi de hoc. aliud
eſt fiduciarius tutor: nam tunc rationẽ reddere dẽt, vt s̃. de do.
l. ſi ſupſtite, & ff. de libe. leg. l. Aurelius, §. teſtõ. licet gl. aliter no.
in l. is, qui, ff. de tutor. & curaror. datis ab his. & hanc ſententiam
ſequitur ibi Iac. de Are. Illud etiam eſt ſciendum, ei reddendam
rationem, qui dominus eſt rerum adminiſtratorum, nõ alij: vn-
de hoſpitalarij, qui gubernant æs hoſpitalium conuertẽdo fru-
ctus malimoniam pauperum, non coguntur reddere rationem
pauperibus de ipſis fructib. ſed præponẽtibus eos, vt s̃ de Epiſc.
& cle. orphanotrophos. No. ſexto, ꝙ ad officium reddẽtis ratio-
nem pertinet uolumina rationũ edere, & reddere. cõcordat ff.
de manumiſ. teſt. l. ſi ita fuerit, cum ſimilib. volumina inquã ori
ginalia. non ſic eſt in vẽditore hæreditatis, vt ff. familiæ erciſc. l.
certe, §. fi. & ff. de actio. emp. l. Titius, & ibi no. aliter obſeruatur
in hærede, vt j̃. quãdo & quibus quarta pars. deb. l. meminimus
§. eo. exigẽdis. ubi dicit, ꝙ hæres, qui nõ vult emere partẽ nomi-
nis contingẽtem curiæ, debet iuratus de hoc fideliter in mediũ
deducere chirographa debitorum, ſcilicet ipſa originalia, tamẽ
officio iudicis cum pluribus expediant exemplabuntur, ar. j̃. de
diuer. offi. l. fi. lib. 12. & adde, qđ dixi in authẽ. de hæred. & fal. in
princip. Quid ſi liberatur quis ab actione, quæ competit ad rõ-
nes reddẽdas? Reſpõdeo, omnis proſecutio ſublata actione. tol-
litur. ſecus ſi liberetur quis a rationibus reddẽdis, quia non per
hoc actio tollitur, ſed ſcrupuloſa inueſtigatio remouet, vt plene
no. s̃. de trãſact. l. actione, in gl. fi. No. ſeptimo credi talibus ratio
6 nibus, quod dic, ut dixi s̃ de exacto. tribuit. l. apparitores. † Nota
octauo, delictum probari per inſtrumentum. attende delictum
quod committitur ſcribendo, vt falſum, quod probat̃ per inſtru
mentum, vt ff. de fal. l. 1. §. inter. & ff. ad municip. l. Titio cũ eſſet.
ſed hic officialis nõ delinquit ſcribendo, ſed aliter, & tamẽ ſcri-
ptura ſua probat illicitã exactionem, & delictum. quod eſt ideo,
quia colligitur delictum ex his, quæ pertinet ad ſcribentis offm̃:
ſed ſi ſcriberem me feciſſe adulterium, nullum officiũ verſatur
ſcribendo, & ideo non probat, niſi per me, quamuis extra iudi-
cium ꝯfeſſum ſit, vt ff. de adult. l. capite qnto, & ff. de infamibus,
l. ictus fuſtium. eadẽ diſtinctione vtor in ſcriptura facta a tertio;
nam aut ſcribit explicando officium ſuum, & tunc aliquã fidẽ
facit, vt ff. de cuſt. reo. l. diuus, & l. nõ dubium, §. fi. & s̃. de accu. l.
ea quidem, & ita intelligitur, quod no. ff. ad Turpil. l. in ſenatus,
aut extra. officiũ ſuum, & nihil probatur, vt ff. de teſtibus, l. 3. §.
7 idẽ diuus, cum ſim. † No. vltimo, ꝙ pœna nõ determinata, arbi-
trio iudicantis relinquit̃, vt ff. de eff. & expil. l. 1. §. expilatores, cũ
ſimilibus, tamen non debebit iudex excedere modum conſue-
tum, niſi ex cauſa, vt ff. de pœn. l. hodie, & not. ff. de infam. l. quid
ergo, §. pœna grauior. ſed vbi determinata eſt pœnæ impoſitio
a lege venit, vt ff. ad Turp. l. 1. §. calumniatoribus. & in d. §. pœna
grauior, & ſi pœna exp̃ſſa eſt ſub duplici alternatione, in dubio
electio iudici dat̃, ut ff. de iniur. l. 1. & s̃. de iniur. l. fin. etiã ſi in pœ
nam poſſit deuenire corporalis coerctio, ar. d. §. expilatores, cũ
ſim. & adde quod no. ff. de leg. 2. l. Titio. Lucio.

L E X II.

1 *Apocha ab vno officiali facta, an debeat per alium retractari.*

1 Semel. Duo dicit hæc notabilis lex. primo dicit, quod apo
cha † ſolenniter facta ab vno officiali nõ poteſt p
alium

alium retractari,ſecundo dicit, qđ talis apocha probat,vbi eſt fa-
cta minori exactori per maiorem,& dictū minorē fuiſſe officia-
lem;& iō recurſus ad idē officij munus non poſſe cogi.h.d.Opp.
ad primum de l.præſes.ſ̃.de tranſ.& ſ̃.de anno.& trib.l.3.Sol.aut
qui dicit apocham fuiſſe factam in fraudē fiſci, & per grām vult
hoc probare, & auditur, vt in ꝯrio, aut vult exigere probationē
ab aduerſario,& non p̄t, vt hic,& ſic intelligitur ſ̃. de non num.
pec.l.in ꝯctibus,§.1.& ſ̃.de quadri.præſcrip.l.2.§.ſinaũt.& ĩ.eo.l.
fi.Sed pone,ſemel cępit vnus officialis dicere apocham eſſe con
fectam in fraudem,& ſuccubuit,an poterit amplius dici in frau
dem factam fore? Reſp.non, quaſi ſemel ſit pronunciatum pri-
mum non præuaricatum,vt ff.de collu.detegen.l.fi.& ff.de præ-
uaric.l.2.Item quæro, qualiter probabitur ꝯ iſtam apocham?
Reſp.vt no.ff.de pac.l.iuriſgentium.§.quod fere. arg.ꝯ,ĩ.l. prox.
dic,vt ibi no.Arg.in hac l.2.rñ.quod dos probatur conſtituta ex
inſtro refutationis.ad idem facit l. fullo, vel ſarcinator, §.fin.de
furt.& ſ̃.de fide inſtr.l.plures apochis. ſ̃.de don.l. cenſualis.in q-
bus probatur debitum fuiſſe ex eo, quod debitor recipit refuta-
tionē, & de hoc dēt facere creditori inſtrm̃.dic vt dixi ſ̃.de con-
uen.fiſ. deb.l.inter chartulas.no. bene iſtam legem.

LEX III.

1 *Solutio tributorum,an poßit probari teſtibus,vel per ſolum inſtrumentum.*
2 *Probari non poteſt contra tenorem inſtrumenti,niſi per inſtrumentum.*
3 *Soluens tributa anno tertio pro tribus,ſi habeat apocham,an ex hoc præſu*
matur ſoluiſſe pro annis præteritis. Et an ſi ſolui nouem annis hoc modo,
quia.ſ.anno vno ſoluebam pro tribus, an ex hoc præſumar ſoluiſſe ſic in
præteritum.nu.4. Et quid de illo,qui de ſilua præſtabat canonem in ſin-
gula quinquennia,ſi probat ſe ſoluiſſe per tria quinquennia.nu.5.
6 *Soluens tributa vel canonem per ſingulos ſex menſes,an ſoluendo de ſingu-*
lis ſex menſibus de tribus,faciat pro ſe præſumi. Et ſi probo per teſtes
me ſoluiſſe emphyteuſim alicui priuato,an iſta probatio inducat pro
me eandem præſumptionem.nu.7.
8 *Soluere decem ſingulis annis a teſtōre grauaris,an hac ſolutione trium an-*
norum præſumeris in præteritum ſoluiße,& qualiter probabitur cōtra
iſtam pręſumptionem.nu.9.10.11.12.& 13 & ſi abſolutus eſt reus pro
pter iſtam præſumptionem,& ſi in futurum non ſoluit,an pręſumptio ſit
pro futuro tempore,quod in præteritum non ſoluit.nu.14.

QUICUNQUE. Probatio ſolutionis tributorũ de tribus
annis proximis in pręteritũ tp̄s prodeſt,
niſi ꝯrium probetur inſtr̄is,aut teſtibus.h.d.¶ Caſus.ſolui tribu
tum,iam ſunt tres anni.& habui apochas.modo forte conue-
nior ad tributa tp̄is anterioris,ego dico me ſoluiſſe, tñ hoc non
poſſum probare inſtrumētis,aut teſtibus,ſed ſolummodo indu
co trium cohærentium annorum apochas,mō quæritur qd iu-
ris? Rñr,qđ hæc præſumptionem inducunt pro me, qđ anterio-
ri tp̄e ſoluerim,cui pręſumptioni ſtatur, niſi teſtibus, aut inſtr̄is
1 ꝯ probetur.h.d.†Oppo.Solu.tributorum non poteſt probari,niſi
per inſtrm̃,vt ſ̃.eod.l.1.& 2.& ſ̃.de conuenien.fiſ.debi.leg. 2. Sed
iſta pręſumptio non eſt inſtrumentum,ergo. Solutio colligitur
ex inſtrumento,unde uiribus inſtrumēti nititur.vel illud in pro-
batione hoīs,quod eſt notabile,ut præſumptio transferat onus
probandi in aduerſarium,etiam in his,quę non poſſunt proba-
ri,niſi per publicum inſtrumentum.item opp.dicitur hic, quod
contra iſtam præſumptionem poteſt probari per teſtes.ꝯ,ſ̃.de
2 non nume.pecu.l.generaliter.† Solutio.ibi,contra tenorem in-
ſtrumenti non poteſt probari niſi per inſtrumentum.hic autem
non.probatur contra tenorem inſtrumenti,ſed ꝯ quoddam ter
tium collectum ex inſtrumento,vt not.ff.de pac.l.iuriſgentium,
§.quod fere.& adde quod dixi ſ̃.de fide inſtr.& iure haſtę fiſ.l.1.
3 † Nunc venio ad quæſtiones,& quæro,ſolui in tertio anno pro-
tribus,& habeo apocham, an inducatur p̄ſumptio de qua hic?
Reſpondeo non, quia nunquam ex vnica præſtatione pręſumi
p̄ōt,quod ſingulis annis in præteritum ſoluerim, quia ſic modo
ſolui.præſumptio autem quæ ex præſtatione inducitur, non per
tinet ad difformem modum præſtationis,arg.ff.de annuis lega.
4 l.Seio,§.medico.† item quæro,ſolui ix.annis hoc modo,qa vno
anno ſoluebā pro tribus annis, an ex hoc præſumar ſoluiſſe in
pręteritum? Reſpōdeo non,quia hęc eſt informis pręſtatio de-
bentis tributa,cum quolibet anno ſoluere habeat, vt not.ſ̃. de
ann.& tribu.in rub.& informis preſtatio non præſumatur,quia
ſic duo pręſumerentur,& præſtatio,& informis præſtatio. con-
ſtat autem duas præſumptiones non cadere ſuper eodē pariter
& principaliter.vt l.j.ſ̃.de do.promiſ.& ff.de iure dot.l.cum poſt,
5 §.gener.† item quæro quidam præſtabat ex ſilua canonē in ſin-
gula quinquennia, probat ſe ſoluiſſe per tria quinquennia. Re-
ſpondeo,ſufficit;nam quod dicitur hic in anno,idē in quinquē-
nio probatur,arg.ſ̃.de indict.l.j.§.item quæſitū.uide ff. quemad.
6 ſer.amit.l.ſi ſic cōſtituta ſit aqua.† item quæro.quid in eo, q ſol-
uit tributa,vel canonem per ſingulos ſex menſes, an probando
de ſingulis ſex,menſibus,de tribus faciat pro ſe p̄ſumi? Reſpon.
7 ſic.arg.ff.ſo.ma.l.diuortio,§.qđ in anno. † item quæro,p̄bo me
ſoluiſſe emphyteuſim priuato p̄ teſtes,ꝙ poſſum,an eadem pręſ-
ſumptionē inducet iſta probatio,q̃ inducit illa,de qua hic dicit?
8 Reſpon.ſic,vt no.in l.2.in gl.magna,ſ̃.de iure emph.† item q̄ro,
promiſiſti mihi decem ſingulis annis,vel grauauit te mihi teſta
tor ad decem ſingulis annis, an ex ſolutione trium annorū præ-
ſumeris in pręteritum ſoluiſſe? Rñ.non:quia hæc pręſtatio non
eſt canonica.i.regularis illatio,ſed contingens,& reſpiciens gra-
uamen perſonæ,non rei,& canon in accidenti præſtatur ſingu-
9 lis annis.† Nunc quæro, qualiter probetur ꝯ iſtam præſumptio
nem? Rñdeo ſi in contractu, vel quaſi collator confeſſus eſt ſe
non præſtitiſſe; hoc.n.modo probatur hæc negatiua, vt in gloſſ.
10 not.†Item eſt alius modus probandi.ff.de acq. hær.l.Pātonius,
§.rei.vbi no.& ſ̃.de contrah.ſtip.l.optimam,in fi.Item q̄ro, Ti-
tius confeſſus eſt ſe vno anno de pręcedentibus non ſoluiſſe, an
ſit receſſum a præſumptione pro omni tempore? Rñd.ſic,quia
11 vniformiter reſpicit omne tp̄s.† Item quæro, exactor ad pro-
bationem inducit librū rationum fiſcalium,in quo non eſt ſcri
ptum ipſum ſoluiſſe,niſi pro tribus annis, an ſit ſufficiens pro-
batio? Reſpon.nō,vt ff.de prob.l.ſi chirographis, & ibi not.& ſ̃.
de tranſ.l.interpoſita. ibi,ad vim.& c.& ĩ.de diſcuſ.l.ne caſu.Itē
12 quęro,† video quod ex præſenti præſumitur in pręteritū circa
tp̄s,an idem erit circa rem? Rñ.non.vi ſ̃.l.prox.pars ergo tempo
ris valet circa aliud tempus,ſed non pars.rei circa aliam partem
13 †Item quæro,an ex pręterito præſumatur in futurum,vt ecce p̄
bo, quod iam ſunt x.anni:& trib.annis continuatis ſolui,an prę
ſumar reliquum ſoluiſſe? Reſp.non. imo receſſum eſt ab omni
p̄ſumptione, etiam pro præterito tempore.& hoc eſt,qđ hic di-
cit, cohærentium &c.ar.ꝯ, ff.de re mil.l.non omnes, §.a Barba-
ris. Sol.ibi de qualitate perſonæ loquitur;non de aliquo iure.ar.
14 ff.de dam.inf.l.qui bona,§.ſi quis ſtipulaturus.†Item quæro,ab-
ſolutus eſt reus ob iſtā præſumptionem,poſtea in futurum non
ſoluit? Rñ.præſumptio.ex futuro tp̄e,quod in pręterito,non ſol
uerit,non operatur quicquam, quia non pertinet ad rem finitā,
argu.ĩ. de decur.l.ſi ille. Vltimo ſatis uideo, quod non eſt præ-
ſumptio iuris & de iure iſta,quæ inducit ex tp̄e,& ideo cōtra ea
probatur,ſed quid eſſet in præſumptione iuris,& de iure? Reſpō
deo, quod contra eam non recipitur probatio, niſi per confeſ-
ſionem partis factam extra iudicium forte, & in ſcriptis inſertā
velle probare? nam in chyrographo: eſt præſumptio poſt bien-
nium ꝙ ſit miniſtratum, tamen probatio in contrarium recipi-
tur p̄ confeſſionem, licet non per alium modum, quia eſt præ-
ſumptio iuris,& de iure, vt no.ſ̃.de non nu.pec.l.in ꝯctus.in glo.
in verbo,nec ſi velit,ſed recepta liquidat rē, & facit a præſum-
ptione recedi, qm̃ præſumptio non eſt ſuper liquido, & ita in-
telligitur quod no.in auth.de æqual.dot.§.illud. & inſti.de ſatiſ.
tut.§.idem in gl.idonei.niſi præſumotio iuris & de iure reſultet
ex aliqua probatione iam facta, nam tunc contraria probatio
non tollit illam vt ſup.de fide inſtr.l.in exercendis.

LEX IIII.

1 *Exceptio non numeratæ pecuniæ nō opponitur contra apochas officialium.*

SECURITATIBUS. Dic,vt dicit ſ̃.eo.l.2.& ſ̃.l.prox.c.ꝯtra
1 officialium apochas nō obijcitur†ex
ceptio non numer.pec.h.d.

De canone largitionalium titulorum. *Rubr.*

LEX PRIMA.

1 *Officiales tributa exigentes ſtatim quod exegerunt, debent portare ad do-*
mum domini,vel ſuſceptoris eius prouinciæ.
2 *Officialis unus non ordinatur ad modicas perſonas.*

OMNEM. Opinatores ſtatim ꝙ pecuniā exigunt,
debent conſignare ſuſceptoribus eius
prouinciæ,vbi tributa exigūt:vel ſi illa prouincia non,
habeat ſuſceptorem ad tale tributum recipiendum
debet opinator vnus, vel ſi plures ſunt in prouincia mittere ad
ſuſceptorē eius archæ, q̄ proximior eſt,& quod mittunt conſi-
gnare,vt ſciatur quantum ſit.cum.n.hoc obſeruabitur,non de-
cipietur fiſcus: ſed ſolidum deducetur ad eum. Sed quomodo
eſſe poterit, qđ prouincia non haberet ſuſceptorem archę eius
gn̄is tributorum propoſitorum? Rñdeo,habebat, ſed deceſſerat
vel nondum in prouinciam venerat, vel forte non erat moris,
vt proponeretur illi prouinciæ. Vt ecce in xx.quæ præſtantur ex
vino ĩ p̄uincijs, in quib. vinū cōiter non hr̄, ſed a quibuſdā per-
ſonis tm̃,& iō non præficitur ſuſceptor vini ibi,ſed tm̃ opinator
1 quod no.† Br̄ ex hac lege no.primo officialis illud, quod exigit,
dēt portare ad domum dñi. No. ſecundo, quod vnus officialis
ſuccedit loco officialis alterius loci,donec illud conſtat, quo v-
nius officialis officium extenditur quo ad tp̄s p̄p non aduētum
ſuſceptoris,vt l.meminiſſe,ff.de off.proconſ.& leg.quod officiū
vnius officialis recepit extenſionem reſpū territorij,non dico re
2 ſpū cārum.† No.tertio, non ordinari vnum officialem ſup̄ mo
dicas p̄ſonas,& facit ad id,quod dixi ſup.de ann.& trib.l.nemo.

LEX II.

1 *Pœnæ duæ ſi ſint à lege ſpecificatæ circa idem delictum, an debeant ambæ*
infligi.

NEQUE. Opinatores non exigunt prouinciales;ſed præſi-
des,qui ſi opinatorib.delegauerint, puniunt pęna
1 xx.librarum auri.h.d.† Oppo. quod aliter puniantur, ut ſup.de
exact.

exact.trib.l.miſſi opinatores. Sol.ſm Doc.hæc corrigit illam,vel
dic hanc,& illam imponit,vt s̃.de ſepul. viol. l.qui ſepulchri, &
ff.de act.& obl.l.quoties. ſ. vt concurrat utraq; pęna in natiuita-
te,ſed non in executione,vt ff.de accuſ.l.Senatus cenſuit,nec cu
ratur ſi vtraq; pecuniaria, vel utraq; corporalis,vel difformis,ut
d.l. Senatus,& hæc vera,vbi lex aperte ſpecificat duas pęnas cir-
ca idem delictum,ſed vbi non ſpecificat,non eſt veriſiſe diuerſis
pęnis idem delictum coerceri, & electionem accuſari datã,vt s̃.
de pę.l.ſanctio legum,& eſt rõ eo.tit.l.interpretatione, & l.ſi prę
ſes.ergo ſi pęna expreſſa,ↄcurreret,vtraq; in natiuitate, ſed non
in executione,qa per alteram obľo delicti detrahitur , vt s̃.de di-
lat.l.pe.ſecus ſi duplex pęna imponeretur copulatiue:qa tunc v-
nius executio non tollit aliã obľonẽ delinquentis, vt ecce in pœ
na infamiæ,& corporis,vel pecuniaria. Idem eſt,ſi pęnæ duę ha
beant ſe inuicẽ,ut principalis,& acceſſoria, vt s̃.ſi pen.appell.l.3.
& ff.ſi pen.app.mors interue.l.1.& ff.de pę.l. quod ad ſtatum , s̃.
de ſacroſ.eccl.l.nemo martires,cum ſim.& facit pro rõne,q̃ po-
nimus,ff.de tutel.& ration.diſtr.l.1.§ in tutela, & quod not. Dy.
ff.de publ.l.1 .§.vnde q̃ritur . In dubio,principalis & acceſſoria
vr̃ copulari,ſ.p modũ principalis ad acceſſoriã, non pariter prin
cipaliter,ſed duæ pariter principales deſiderantes executionem
hoĩs nunq̃ vñr copulari,vt d.l. Senatus. rõ per d.l. interpretatio-
ne,ſiue a diuerſis legib.infringantur iſtæ pęnæ, ſiue ab eadem in
diuerſis capitulis , ac ſi in eadem ↄceptione uerborum ponatur
neceſſario punctus habẽs vim copulæ,niſi altera pęna ſit genus,
altera ſpẽs:quia ↄiuncta ſpẽs trahit ad ſe genus,& punctus expo-
ſitiue accipit,ꝙ ſi pęnarũ unius executionẽ lex, alterã hõ faciat :
neceſſario ſic intelligere dẽmus , vt copulatiue videant impoſi-
tæ,aliogn,cũ ꝑueniat executio hoĩs ab executione legis, vt ff. de
pę.l.q vltimo,nunq̃ eſſet locus executioni hoĩs, & fruſtra lex di-
xiſſet, ꝙ hõ punire poſſet , quod eſt aperte truffabile dicere . ita
modo credimus eſſe de iure.

LEX III.

1 *Notarius communitatis an teneatur ire ad exercitum.*
2 *Officialis ex temeritate ratione doli mulctatur.*
3 *Iudex maior debet inhibire Iudici minori conatus nepharios.*
4 *Epiſcopus ex ſuo officio poteſt inhibere Iudici ſæculari, ne faciat executionem inſtrumenti vſurarij.*

Præcepit. Iſti chartularij erant quidam notarij,quos the-
ſaurarius,ad quem mittebantur ſingulis qua-
tuor menſibus cum libris iſto tempore cõfectis de theſauro re-
dacto, præponebat ſuper reddendis iſtis libris,& fiſcalibus rõni
bus.h.d. Chartularij præpoſiti largitionalibus titulis cuiuſcun-
que prouinciæ, ſunt a perſonalibus & cęteris muneribus inte-
rim exempti, & hoc probatur lege, & rõne.lege, probatur, pri-
mo per veterem ↄſuetudinem, quę eſt lex.ſcđo probatur, quod
ita diſpoſuit ampliſſima præfectura. Tertio probatur rõne,ſ.pu-
blicæ vtilitatis: expedit. n.publicæ vtilitati vt iſti largitionales ti-
tulos valeant fideliter,& cum diligentia pertractare,quod face-
8 re non poſſunt, cum eſſent alia cauſa impediti.h.d. primo. † Et
eſt hic arg.quod notarius maſſarij Communis Peruſij nõ tenea
tur ire ad exercitum: & hoc eadem ratione probatur,quia duo
munera perſonalia , vel duos honores non ſubit quis ſimul , vt
j̃.de mun.non contin.l.1.2.& fin.& j̃.de cur.l.quis tam.cum ſi.
ſed huic obſtat,quia decurio,q fungit̃ honore decurionis,etiam
alio honore ſuperfungitur, vt j̃.de cur.l.ad magiſtratũ,& l.qui-
dam ignauię. cum ſimilib. Solu. ſpeciale eſt in decurione , quia
eius officium habet ſe vt genus ad omnia officia,quæ ex neceſſi
tate ſubeuntur, ut j̃.de his,q mun.ſub.l.1.Quod ſi aliquo.Si prę-
ſes non admiſit excuſationẽ chartularij, ſed hanc l.uiolauit.pu-
nitur.idem eſt, & ſi temere dictus hanc l.non obſeruauit.hoc ſe
2 cundo.†Not.ergo,ꝙ ex temeritate officialis mulctat̃.verius,eſt,
qđ hic loqtur in pœna,& s̃.de apochis pub.l.1. in fi.iſtud tñ dicit̃
in priuato, ꝙ non mulctatur, niſi ratione doli,vel,quaſi,vt nota
ff.de in ius vo. l. ſatis. & officialis culpa grauior eſt,culpa priua-
ti,vt not. ff.de eden.l.q̃dam,§.numularios, & ff.de le.2.l.cũ ita.
§.ſpẽs. inſuper chartularij poſſunt reclamare ad comitem oriẽ
tis,vel alij, quibus ſubſunt iſti coactores , inqrere debent ad de-
nunciationem Palatinorum contra iſtos,qui hanc legẽ contem
nũt,q̃ inquiſitiouem faciunt, vt conatus horum nepharios im-
pediant,& ſi hoc non faciunt,punitur eadem pœna,quia illi,qui
cogunt chartularios, h.d. Not.de eo , quod fit ab inferiore ; eſſe
3 reclamationem ad ſuperiorem.† Item not. ꝙ ex inqſitione ma-
jor iudex debet inhibere conatos niparios minorum , qui ten-
dunt in præiudicium reipublicæ.Item nota ꝙ ita demum poteſt
imputari eis,ſi non inqrunt,ſi deductum eſt in notitiam eorum
vel per partis querelam, vel per officij nunciationem.facit ff.de
magiſt.conue.l.1.§.magiſtratib. Vltimo not.ꝙ adæquatur pęna
delinquentis in non inhibendo, & delinquen.in faciendo.& eſt
iſtud verum in iudicibus , quia iurauerunt iuſtitiam ſeruare, vt
in Auth.iuſiurandum,quod prę́ſtatur ab his,per totum.in ↄtra-
rium facit de excuſ.mu.ſe.l.placet,ad fi.ſed in priuatis differunt,
vtrũ aliquid committatur negligendo , vel faciendo , vt ff.ad ſe-
natuſcon. Sillan.l.1.§.impuberes.& no.eo.l.diuus,ff.ſol.ma. leg.
4 mora.vbi de hoc.† Et eſt hic ar. quod Epiſcopus ex ſuo iudicio
poſſit inhibere iudici ſeculari:ne faciat executionem inſtr̃i vſu-
rarij.Et hoc eſt vtile,dicit ſtatutum , ꝙ exceptio,ꝙ inſtr̃m ſit vſu
rarium non poſſit obijci poſt triduum,certe licet ad inſtantiam
partis non poſſit inhiberi exequutio,tamen pro metu Epiſcopi
inhiberi poteſt vt hic,& arg.ff.de pet.hęr.l. plane,& l.fin.& ff. de
annu.leg.l. Quintus Mutius.cum ſimilib.

§.Illud.etiam. Hic ponit ad quos ſpectat electio ſu-
ſceptorum.itẽ đt, quod hæc electio
debet fieri per inqſitionem,ſicut & alibi tutoris datio,quę inqui
ſitio fiet inueſtigantibus,& referentibus palatinis,quod eſt not.
& inueſtigatio non committatur niſi publico officiali. ad idem
eſt arg.s̃.de bon.vacan.l.fi.ſic intelligitur ff.de rebus eor.l.magis
puto.§.ne tamen.

§.Prouidentibus, Iſti lectores non habẽt officiũ
circa aliquid, quã circa ſimpli
citer eligendum,non aũt poſſunt largitionalem pecuniam ba-
ratare,vel ab vna arca deſtinata ad aliam tranſuertere,imo ẽt cu
rare debent,ut per eos nominati,& electi ab his,faciendum ca-
ueant.vel đi de maioribus quam ſint pręſides , ꝙ debent curare
ne hoc per pręſides fiat.hoc vult dicere.& dic plene vt s̃.de anno.
& trib.l.3.& inf.de ſuſcep.l.duos.

§.Quadrimeſtrarius. Pone caſũ vt dixi s̃. de
apo.pub.l.1.hac etiã. In
tex.ibi, Nam quæcunque.hic pœnam imponit.

LEX IIII.

1 *Tabellio indictionem,vel annos Domini omittens in inſtrumento , præſumitur omiſiſſe non ex certa ſcientia ſed ex quadam laſciuia.*

Præcipimus. Non eſt credendum literis, qbus aliqd
pręter veterem conſuetudinem intime
tur.h.d.¶ Caſus.præfectus in literis monitorijs, quas miſit præ-
ſidibus,ut monerent collatores ꝙ præpararent ſe ad ſoluendũ,
ut s̃.de iud.l.fin. expreſſit minorem modum quam debebat, ex
primi. rñdet imperator , huic ſcripturę(quia pręſumitur erro-
nea,non facta ex certa ſcĩa)non debet ſtari,ſed tributa pro con-
ſuetudine regionum exigenda eſſe, pœna contra facientib. im-
1 minente.h.d.† Not.ar.ꝙ ſi tabellio omiſit ponere indictionem ,
vel annos Dñi in inſtrumento, ꝙ pręſumitur omiſiſſe non ex
certa ſcĩa,ſed ex quadam improuiſa laſciuia,nam & lex, & con-
ſuetudo ſe habent vt ponatur,& ideo põt corrigi,& ſuppleri ta-
le inſtr̃m, vt l.ſi librarius,ff.de reg.iur.& quod no.Guil.in le.im-
perator,ff.de ſtatu hom.ſecus ſi omiſiſſet ex certa ſcĩa,quia tunc
haberetur pro falſo,& notarius,vt falſarius puniretur, ut in au-
th.de tabel.in fi.& s̃.& ff.de teſta.l.iubemus,cum ſi.item not.qđ
hic đt de conſuetudine,de admi.tut.l.ſine hęrede,§. Lucius. Itẽ
no.in gl.quod præfectus facilius creditur errare circa facta pro-
uincialium,quorum notitiam non habet, quam pręſumantur
errare pręſides præſidentes prouincijs,q præſumuntur hr̃e noti
tiã ↄſuetudinis & condõnem.prouincialiũ,vt hic habes multum
notabiliter in gl.fi.facit in ar.ff.de reb.dub.l.q habebat.no.bene.

Ne operę a collatoribus exigantur. *Rub.*

LEX VNICA.

Operarum. Dic quas operas collatores præſtare
non teneantur,ut habes hic in glo. ma
giſtra.

De immunitate nemini concedenda. *Rub.*

LEX PRIMA.

1 *Notarius ſcribens falſum in præiudicium fiſci comburitur.*

1 His noſtre. † Notarius,qui ſcribit falſum in prę-
iudicium fiſci,comburitur, non ergo
de debent tabularij aliquem immunem ſua authori-
tate ſcribere,ſed oẽs conſcribere perequatoribus,&
cęteris prouincialibus iudicibus inſiſtẽdo,& faciendo, ꝙ illi co-
gant collatores ad ſoluendas neceſſarias,& tributarias functio-
nes firmatas.h.d.facit s̃.de exac.trib.l.omiſſi opinatores.& s̃. de
cano.largit.tit.l.2.Et eſt in arg.hęc l.qđ ſi notarius cataſtri illum
q erat allibratus in comitatu,allibrauit in ciuitate,vbi minus ſol
uitur,qđ dẽt comburi.hęc vera ſunt,ẽt ſi nõ rogatus ſcribat, vt
apparet in lr̃a,qđ no.& ẽt quia probatur ibi dum đt,ambitu no
tarium apud acta nõ eſt neceſſe rogari, cęterũ ſi rogari oporte-
ret,nec apparet rogatus,nõ puniret,vt ff.de fal.l.ſi qs legatum.

LEX II.

1 *Collecta,quæ imponitur cauſa tuendi prouinciam,omnes tangit pro modo patrimonij.*
2 *Collecta,quæ imponitur cauſa refectionis aggeris vel viæ,imponitur circun colentibus.*
3 *Collecta pro ingerum numero, & capitibus quæ ſunt in prædio, imponitur.*

Per Bithiniam. Qn̄ agitur de imponenda collecta, eſt conſideranda cā, ob quam indi
1 ci debetur, vtrum omnes de prouincia tangat pariter, vt puta † ſi
imponatur collecta cā tuendi prouinciam, & habendi ſtipēdia-
rios: hæc.n. cā oēs tangit, quia principaliter, & publicæ vtilitatis
cauſa fit: & qa ego nō habeo in prouincia niſi vnam domum, li-
cet tu ibi multas habeas, tn̄ deſtructio oīum bonorum meorum
tm̄ damnum facit mihi, quantum tibi, cum vterq; deducatur ad
egeſtatem, omnibus ergo talis collecta imponitur, verum pro
modo patrimonij ꝙ hr̄, ſiue in immobilibus ſiue in aīalium ca-
pitibus, ſiue in pecunia numerata, vt j. de mun.patri.l.fi.& ibi no
2 ta. Si vero † cā, ob quam collecta imponitur, reſpicit melius te,
quam me, vt puta agitur de refectione alicuius aggeris, vel viæ,
& ego tota die inde tranſire habeo cum meis animalibus, & pp
multas poſſeſſiones, quas ibi prope habeo: tu vero habes ibi mo-
dicum, licet alibi habeas multum: certe hic plus indicetur de col
lecta tibi, quam mihi, inſpecta vtilitate, quæ in plus reſultat tibi,
quam mihi. & ſi modica ſit impenſa, tm̄ circuncolentibus indi-
ceretur habita conſideratione prædicta: ſi vero magna, omnib.
modicum, vltra cæteros circuncolentibus aggrauatis, arg. huius
l. eadem dico conſideranda, vbi agitur de refectione murorum
ciuitatis, vel caſtelli, vt hic no. in gl. per l. ad portus, & l. oīs. s. de
operib.publi. Et no. ꝙ hæc collecta partim eſt vere patrimonia-
le munus, nam reſpectu circuncolentium cum indicatur poſ-
ſeſſionibus eorundem, eſt patrimoniale, & iō quilibet circunco
lens confert, vt ff. de vacat.& excu.muner.l.ſunt munera. ſed re
ſpectu ceterorum indicitur perſonis pro rebus, & iō non indice
3 retur niſi ciuibus, vel incolis. † Itē attende, ꝙ cum indicitur, indi
citur pro iugerum numero, & capitibus quæ ſunt in prædio, &
hoc dicit lex. & adde quod no. Guil. ff. de rerum diui.leg.ſacra, §.
muros. Item adde no. in l. ſi locus, ff. quemad. ſerui.amit. Quæro,
an ob id, quod habeam ſeruitutem in fundo tuo debitam, ma-
gis grauer in preſtatione talis collectę? Rn̄deo, ſeruitus hr̄ in fun
do, vnde per ſe non cenſetur, & ideo non pōt conſiderari eſſe in
bonis per ſe extra bona. l. 2. ff. de vſuf. leg. rem ergo dominantē
conſiderari oportet, & pro modo virium, nō iuris indictionem
fieri, vt hic dicit, & facit ad l. 1. de quibus mune.

De conditis in horreis publicis. *Rub.*

LEX PRIMA.

1 *Verba iſta iudicio meo, arbitratu meo, quid importent.*
2 *Verbum, volo, merum factum ſignificat.*
3 *Electus an indubio præſumatur notus eligenti.*

OMnia. Quæſitum eſt ab Imperatore, qd debeat fie
ri de blado, quod Imperator recepit ex tri-
butis? Rn̄det, quod vēdi debet, vel in milites ſi opus eſt,
expendi. Item quæritur de ordine vendendi? Rn̄det Imperator,
quod ordo vendendi hr̄ ex ordine redigendi, vt prius vendatur
vetus frumentum, quam nouum, pone quod vetus ſit corrup-
tum: quis modus ſeruabitur? Rn̄det, quod non vendatur per ſe,
ſed miſceatur cum nouo, & ita modicum miſceatur ꝙ quaſi ve
teris vitium per mixturam veletur, vt ſic ſine querela vēdatur.
Et vnum ſcias quod iſta venditio fit per illum quem præfectus
elegerit. eligere autem iudicio & motu ſuo debet hominem fi-
delem & ſibi notum, qui poſtea firmet non dare ad minutum,
vel in groſſo ſi emptorem repererit. h.d. Et not. pulchram legē.
1 † No. de verbo, arbitratu tuo, iudicio tuo, quod idem ſignificāt.
ergo ius ſignat utrunque. i. arbitrium rectum, & ſm legem, vt ff.
de ver.ſig.l. hæc verba. & no. hic in verbis prolatis a lege, ſed cū
proferuntur a teſtatore, vt ff. de fideic.l. Thais ancilla, §. Lucius,
2 & l. fideicommiſſaria libertas. † Porro verbum, volo, merum fa-
ctum ſignificat, & ideo non ſignat arbitrium, vt l. fideicommiſ-
ſa, §. qn̄, ff. de leg. 2. & no. ff. de leg. 1. l. Senatus. in fi. & de reg. iu. l.
perſonam, §. 1. volo. n. quia volo, nec deſiderat cauſam extrinſe-
cus, quia ipſa voluntas cedit pro cauſa & cauſato, vt dixi s. de
3 leg. 2. l. cum quidam ita. † Quæro, an in dubio electus præſuma-
tur notus eligenti? Rn̄deo, vt in Authē. vt iudices ſine quoquo
ſuffrag. §. eos. ver. ideoque licet.

LEX II.

1 *Negatiua quando poſſit directe probari.*

Cum ad quamlibet. Hic mandat imperator
pſidi, ut curet ne frumē-
tū pluuijs infectetur, & ideo ſarta recta debet hr̄e. & hoc fiat iō, vt
bonum frumentum detur militibus ad commodum, alioquin
præſes ad eſtimationem deteriorationis tenetur. h.d. Not. deflo-
1 ratum dici id, qđ non eſt infectum. † item no. ex hac l. ꝙ in his, q̄
ſubijciuntur uiſui negatiua poteſt directo probari, quia natura
ſuæ cauſæ. habet coarctationē, vt ꝙ domus non ſit tecta, vt hic,
& quod talis non ſit allibratus in cataſtro. s. de reb. credi. l. fi.

LEX III.

1 *Subtrahens aliquid ex frumento publicorum horreorum punitur in deportatione, & omnium bonorum publicatione.*

1 **Nulli.** † Qui ſubtrahit aliquid ex frumento publicorū hor-
reorum, punitur in deportatione, & omnium bono
rum publicatione. h.d.

Vt nemini liceat in comparatione ſpecierum ſe excuſare. *Rubr.*

LEX VNICA.

1 *Priuilegia quantuncunque generalia, non excuſant a collecta, quæ imponitur pro alimonia militum.*

1 **QVoties.** † In hac l. mandat Imperator, ꝙ ſi ob ali
moniam forte militum indicta fuerit
collatoribus collecta ob emendum frumentum, ꝙ
nullus prætextu alicuius priuilegij pro portione, quę
ipſum contingit, ſe valeat excuſare. h.d.

De collatione donatorum, aut relatorum, ſeu translatorum. *Rubr.*

1 *Canon indictus, videtur indictus annuatim.*
2 *Augmentum, vel diminutio quantitatis, non faciunt quid magis eſſe regulare, vel minus.*
3 *Lex per conſuetudinem approbata, non tollitur per reſcriptum.*
4 *Tributa minuuntur propter prædiorum ſterilitatem, & collatorum paupertatem.*

DIſpoſitionem. Tria tpa conſiderat, vnum
imperatorum precedentiū
Antiochum, aliud ipſius Antiochi, aliud Valentini, q
ſuccedit Antiocho in imperio. Dicit ergo ꝙ ante tem
pora Antiochi quædam prædia in cenſum deſcripta erant a tri-
butis exempta totaliter. Quædam in partem. Antiochus illud
videns indixit canone annuum quibuſdam releuatis; quoſdam
aūt pdijs priuauit, alijs adhærendo, ſeu donando, nunc quæritur
a Valentino, quid debeat obſeruari, an qđ nup fecit Antiochus,
an vero qđ olim? Rn̄. ſeruari debere quod nup fecit Antiochus,
& nulli conueniri, pena ꝯfacientibus officialibus imminente,
1 ēt ſi reſcriptum interuenerit. h.d. † Notari primo pōt, ꝙ canon
indictus vr̄ indictus annuatim, non enim hic conſtat, ꝙ Antio-
chus indixerit per ſingulos annor, & tn̄ Valentinus dicit quod
anniuerſarię præſtari debet. facit in arg. ff. de annu.leg l. legatum
2 † No. ſecundo, quod augmentum, & diminutio quantitatis non
faciunt quid magis eſſe regulare, vel minus; vn̄ licet preſtatio mi
nuatur, tamē canonica dr̄. Nota tertio quod imperator accipit
3 vni, & dat alteri ex cauſa. † Vltimo not. in gloſ. quod lex per con-
ſuetudinem approbata non tollitur per reſcriptum etiam ꝓprio
4 motu latum. † Item facit hęc lex in argu. quod propter prædio-
rum ſterilitatem, & collatorum paupertatem fiat diminutio tri-
butorum, dictum eſt in l. 2. s. de anno. & tribu.

De collatione æris. *Rubr.*

LEX VNICA.

AEris pretia. Nota hic aurum pro ære ſolui, qđ
facit ad notata. in l. Paulus. ff. đ ſol.
& ff. ſi cer.pet. l. 2.

De diſcuſſoribur. *Rubr.*

No. quot modis dicitur diſcuſſor in glo. parce, quę eſt magiſtra.

LEX PRIMA.

1 *Arbitratores ab agente eligi debent, alias faciunt litem ſuam.*
2 *Arbitramentum eſt ſpecies tranſactionis.*

QVoties. Diſcuſſor facultatum retulit me plura
poſſidere, quam poſſideam, tenetur mi
hi, quia vltra debitum obſtrictus ſum penſitare tribu
ta. h.d. Sed, & exceptionem habeo non in tm̄ conue-
1 niri, arg. ff. de admi.re.ad ciui.pert.l. 3. §. grauaui. † Et eſt hęc. l. in
arg. ꝯ arbitratores, ut faciant litem ſuam, ēt ſi ab alio ſint ele-
cti, quam ab agente. nunc ad idem facit, ff. de mag.conue.l. j. §.
diuus, & ff. de fideiuſſ.tut.l. cum oſidimus, in fi. l. j. ff. ſi menſ.falſ.
mod.dixe. Sed qua actione conueniuntur; Rn̄deo, forte nō ex
quaſi maleficio nominata, ut iudices, & arbitri: ſed quaſi geren
tes negotia partium uel mandato, uel non habita diſtinctione
a quo eligantur, arg. ff. mand. l. ſi tibi mandauero, §. ſi curator. &
2 de curat.bon.dan.l. fin. cadit enim in negotijs arbitramentū, † qa
ſpecies eſt tranſactionis, non aūt iudicium, vt in Authē. vt differ.
iudi. §. ſi vero. Item eſt arg. quod parti contra iudicem ſit recur-
ſus etiam ſi potuerit appellare, vel appellauerit. de hoc. not. in l.
fin. ff. quod quiſque iuris. in gl. magna. Et adde qđ. not. ff. de iudi.
l. ſi filius, & s. de conueniens.fiſci deb. l. quoniā. & j. titu. j. l. 2.

LEX

L E X II.

1 *Editio non ſit contra fiſcum.*
2 *Inſtrumenta duo ad liberandum probant duas ſolutiones.*
2 *Solutio tributorum non probatur per teſtes.*
4 *Inſtrumentum reuocari quando peti poſſit.*
5 *Tabellio ſi ſemel dedit inſtrumentum extenſum, an poſſit cogi, ut iterum reficiat.*
6 *Apochis duabus magis creditur, quam libro communis.*
7 *Teſtes die feriata poßent recipi indiſtincte & publicari ratione expeditionis litium.*

Nec caſu. Hæc lex eſt multum notabilis, & legit̃ duo-
bus modis. Vno modo legitur, vt dicamus
qđ apocha fuit facto collatori & eam caſu perdidit: tãdem cum
hoc deueniſſet ad notitiã exactoris, iterum petit ſciens collato-
rẽ non poſſe oſtendere apocham, q̃ perdidit. q̃rit ergo collator
remedium. rñdet Imperator, ꝙ ex quo ſemel ſoluit & facta eſt
ei apocha & ĩ libro cõis eſt ſcriptum, ꝙ ſoluit, quod vbi data eſt
apocha, ſufficit ſibi. & ideo exactor non põt dicere, exhibeas a-
pocham publicam. h. d. Et eſt lectura optima, & notabilis, qđ pu
blicus officialis teneatur exhibere librũ fiſcalium rationum ad
exceptionem rei fundatam, ẽt ſi illo non utatur. idem puto in
quolibet officiali priuati, nam ſi fit iſta editio ꝯtra fiſcum, qđ eſt
ſpeciale in publicis rõnib. fauore collatoris, multo fortius idem
erit in tutore pupili, vt librum rõnum teneatur exhibere ei, qui
1 annuatim canonẽ emphyteuſis ſoluit pupillo, vel ſimile. † Op-
po. ꝙ nulla fiat editio ꝯ̃ fiſcum, vt ff. de iure fiſ. l. in fraudem. §.
neque. Solu. hic ſpeciale, vt dictum eſt. Scđo modo legitur hæc
lex, vt dicat, ꝙ collator qui ſemel recepit apochã, dicat ſe perdi-
diſſe, tñ nõ poſſit perdere, vt renouetur, i. alia noua apocha fiat,
ne forte poſtea oñderet duas apochas, & ex poſteriori repete-
tur vt indebitum, & hoc eſt verum ſi in rõnib. publicis cõſtat fi-
ſco eſſe ſolutum: ſed ſi non conſtaret, reuocatio peti poſſet. h. d.
2 † Ex hac lectura nota, ꝙ duo inſtr̃a ad liberandũ probant duas
ſolutiones. & hoc eſt verum, ſi diuerſis tp̄ibus facta eſſe conſtat,
& in diuerſis diſtractibus. Sed ſi ex uno diſtractu producerẽtur.
x. inſtr̃a, non probarent niſi de vna ſumma, vt l. unum, ff. de te-
ſta. & l. 1. §. ſi quis in duob. ff. de ſecun. tab. & ar. inf. de diuer. offi.
l. fi. li. 12. in dubio autem reo faueo, vt pręſumam duo inſtr̃a eo
dem loco & tp̄e facta de eodem diſtractu, non de pluribus, arg.
ff. de ver. ob. l. quibus idem, Porro in inſtr̃is probatorijs ꝯ̃ctus ea
dem diſtinctione utor vt ff. de prob. l. quingenta. & ff. de leg. 2. l.
3 Sẽpronius Proculo. † No. ſcđo, ꝙ ſilicet ſolutio tributorum non
poſſit ꝓbari per teſtes, & valet ad hoc, vt ſi non appareat aliqua
alia ſcriptura de ſoluto, debeat fieri renouatio apochę, vt hic dr̃
4 quod not. † Not. tertio, ꝙ renouari inſtr̃m tunc poſſum petere,
qñ aliter non poſſum probare, q̃ per inſtr̃m, vel difficilis eſſet ꝓ-
batio, vt s̃. de iure emphy. l. fi. §. neceſſitate. & per hoc limitatur,
qđ hr̃. in auth. de man. prin. §. coges. & in auth. de hære. & Falc.
poſt princ. & ff. de admi. tu. l. chirographis. & s̃. de libe. cauſa. l. ſi-
5 cut datam. cum ſimilib. † Not. quarto arg. ꝙ ſi tabellio dedit in-
ſtr̃m mihi extenſum ſemel. ꝙ poteſt cogi, vt iterum reficiat, ſi
de hoc appareat imbereuiatura, & ſic etiam notatur, ꝙ ſola im-
breuiatura tabellionis tm̃ valet, quantum inſtr̃m extẽſum, arg.
ff. de lib. & poſth. l. Gallus. §. 1. ego puto ꝙ tabellio, ad cuius offi-
cium pertinet exhibitio, mille uicib. debeat exhibere, ſi toties
perdicit inſtr̃m: quia ſibi nõ nocet, vt hic, ideo iterum edere co
pellitur, ita tamen, ne noceat fiſco. Per hoc ẽt dico in ſupradi-
ctis, ꝙ ſi quis peteret renouari inſtr̃m, & vellet dicere compu-
tato omni alio inſtr̃o, ꝙ indiſtincte deberet ſibi fieri renouatio,
6 arg. eorum quæ no. ff. ſolu. matri, l. 2. † Vlterius no. ꝙ magis cre-
ditur duabus apochis, quam libro cõis, in quo continentur ſe-
mel tm̃ eſſe ſolutum. aliud dico in alijs inſtr̃is: nam ſi apparet
una imbreuiatura, & duo inſtr̃a, non ualent niſi quantum vnũ
inſtr̃m, quia conſtare debet, ꝙ notarius tunc abſoluerit contra-
ctum, quando fuit de eo rogatus, ut ff. de le. 3. l. fideicommiſſa.
§. 1. & ff. de teſta. l. ex ea. & ff. de codici. l. fi. §. illo cum ſi. & l. con-
tractus, s̃. de fid. inſtrum. Item quia ſi dubitaretur de ueritate in-
ſtrumenti, eſſet exhibendum originale, ideſt ipſa imbreuiatura,
quia hoc fieri non poſſet. illud confiteor, ꝙ tabellio hic poſſet
rogari abſolui facere contractum & alibi ſcribere, ut ff. de iudi.
l. exigere dotem. Item fateor, ꝙ vbi habeant teſtes, quomodo
perdidit chirographum, ꝙ poteſt petere teſtes recipi ſuper hoc
ad æternam memoriam ſi eſt reus, quia non eſt in poteſtate ſua
qñ experiatur, ut no. ff. de teſtibus. l. curent, & in Auth. de teſti. §.
pe. & hic recipiunt teſtes, & publicantur etiam in crĩali cã, ut ff.
de qõ. l. vnius, §. cogniturum, aut ex parte actoris, ſi non ꝯpetit
ei exactio de pñti, idem ſi timetur ne fortuitis caſib. probationũ
copia ſubtrahatur, vt ff. ad l. Aquil. in lege. ſed ſi competit ei exa
ctio de pñti, petet iuſta cã in libello expreſſa, & declarata. ſ. quia
timet de morte teſtium, vel abſentia diutina, teſtes recipi, nõ tñ
publicari, ſed & infra annum actionem ſuam proponere debet,
extra, vt li. non conteſ. c. qm̃ frequenter. rĩr aũt ordinem iudicij
peruertere non dẽt, & attende rationem, vbi habet locum ordi
narium auxilium, per quod ita plene ſubuenitur, ſicut p ordina-
rium ceſſat extraordinarium: ergo ſi ordine iudiciario inceden-
do põt ad ſuum peruenire, non dẽt extra ordinem iuuari, ſed ſi
dubitatur ne forte auxilium deficiat teſtib. fortuito ſubtractis,
extraordinarium hẽt auxilium, quia per illud indubitanter ſub-
uenitur. ergo plenius eſt quã ordinarium, quo non conſtat, an
p illud ſubueniatur. licet. n. nõ ſit plenius & in plus, tamẽ plenius
eſt, i. cautius. & hæc no. ſunt. Porro interdum contingit, ut ali-
quis ſit actor, & reus, & tunc ſi actor venit ad exceptionem, ut
leg. Aurelius, §. ſenſu ff. de lib. leg. l. ſi contendam. ff. de fideiuſſo.
q̃a extra ordinem hẽt illud auxilium, non tollit vnum extraordi
nariũ aliud, cũ mere veniat vtrunq. ab æquitate. ſed ſi exceptio
venit ab actione, vt in exceptione compenſationis competentis
ei, cui debetur nãliter, & ciuiliter, tunc quia agere de iure com-
muni põt, non habet extraordinarium auxilium. diuerſum, ſi ſit
creditor. naturaliter tm̃, quia tunc exceptionem ſolam habet,
ut ſi ab vno deuiat exceptio, ab alio actio. & ſic vtrũq. iure prin-
cipali competit. & dico ſuper exceptione conſeruanda. teſtes re
cipi debere, & publicari, ſed non ſuper actione, niſi prout ſupra-
dictum eſt in actione. v. g. conſtituiſti mihi ſeruitutem, moleſtas
me, hẽo. exceptionem, poſſum agere primo actione perſonali,
vt s̃. de vſuf. l. corruptionẽ. vbi no. Super exceptione conſeruan-
da recipiuntur teſtes, q non proderunt in actione, & fiat iſta pu-
blicatio pro parte poſſeſſoris, ſi forte negatoria conueniretur ad
intereſſe. verſum in eo, cui ſeruitus q̃ habebat, remitteretur, nã
ſiue incipiat a præcedenti remiſſione, nulla eſt actio, ſed ſola ex-
ceptio. arg. ff. de donat. l. Ariſt. ſiue a præcedenti conuentione de
remittendo, adhuc nõ eſt actio facta remiſſione, ſed exceptio tã
tum. & ideo publicationi talium teſtium eſſet locus, vt extra de
teſtib. c. ſignaſti, quod ſi conuentio præceſſiſſet de non moleſtan
do, ibi remiſſio non faceret totaliter pactum de promiſſo, vt not.
ff. de pac. l. 1. & l. cum ꝓponas. & s̃. de tranſ. l. ſiue apud acta. & iõ
eſſet ex promiſſo actio, nec teſtes de promiſſo rĩr recipientur,
ſed a liberatione venit exceptio, & ſuper ea, quia eo reſpectu
reus eſt, & rĩr eſt locus petitioni de publicando, . ſ. implorato
principaliter officio iudicis ad hæc, nam officium incidens, &
mercenarium ſolo regulari & communi modo ordinatum eſt,
ut l. prolatam. item qũo eſſet mercenarium, antequam eſſet a-
ctio propoſita, cui deſeruiet plene? puto. ꝙ actori, reo petente te-
ſtes ſuos recipi & publicari ante litem conteſtatam. & ipſe pete-
re poſſit. arg. ff. de fruct. & lit. expen. l. ſi. & de temp. in inte. reſ. l. pe
tendæ. quid dices in iudicijs ſummarijs, vbi lis non conteſtatur;
7 Rñdeo, vt l. fi. §. illud, de tempus ord. † item quid dices poſt ſen-
tentiam? Rñdeo, puto ꝙ teſtes die feriata poſſint indiſtincte re-
cipi & publicari fauore expeditionis litium, ut extra de teſtib. c.
Albericus. & facit ad p̃dicta, ff de Carb. edic. l. 3. §. duæ aũt ſunt
cauſæ. at teſtm̃ poteſt peti indiſtincte publicari fauore ſui, vt leg.
publicati. non idem in codicillis, quibus minus fauetur, ut patet
in deductione Falcidiæ, & ſimilibus, vt non petantur publicari
niſi ꝑm ꝙ alia inſtrumenta, & ita de facto obtinui. vel dic, ꝙ ſcri
ptura codicillorum indiſtincte põt publicari, vt l. 2. ff. quemad. te
ſta. aperian. & idem in qualibet alia ſcriptura, vt s̃. vt lite pend. 2.
no. s̃. de diuer. reſcri. l. ſancimus. & ff. de Carbo. edic. l. 3. §. duæ. &
ibi no. & ita forte loquitur l. publicati. ſed diuerſum ſit in teſtib.
teſtes. n. bene probant, licet modo non recipiantur ad publica-
tionem ſuo tp̄e, ſed inſtrumentum, niſi modo recipiatur ad pu-
blicationem ſuo tempore productum nihil probaret, quia non
eſt publicum. & iſta no. in d. l. 2. quemad. teſt. aper. facit quod no.
s̃. de teſt. l. j. & s̃. & de conuenien. fiſci deb. l. fi. cum ſimilibus.

L E X III.

Per ſingulas. Etiam aduocato cura diſcuſſoris iniũgitur. h. d.

De Decurionibus. & filius eorum, & qui Decurio. habentur, & quib. mod. a for. cur. liber. *Rub.*

1 *Decuriones qui ſint.*
2 *Curiales qui dicantur.*
3 *Decuriones qualiter puniatur, ſi delinquunt in officio.*

1 Decuriones † dñr rectores antiani ciuitatum. alibi, vt Bono-
niæ dñr Conſules, vt in gl. ſed differunt ab antiquis Decurioni-
bus, quia antiqui erant perpetui, hodierni vero ſunt tempora-
les. Item etiam quia non adminiſtrabant aliquid, durabant in of
ficio olim, & erat Decurionatus quoddã genus ad omnia mu-
2 nera, & honores, vt j̃. de his, q ſpõte mun. ſub. l. 1. Curiales † ve-
ro puto dici non idem qđ Decuriones, vt dicit Placen. ſed illos
quos ſunt ſub regine Decurionum rõne ciuilitatis vel incolatus
vt j̃. eod. l. eos, & in l. Circenſium, & qui ſe aſſumãt, vt dicit Pla.
3 & qualiter Decuriones teneantur, ſi delinquunt in officio no. s̃.
eo. l. 2. s̃. de conuenien. fiſc. deb. l. quoniam Augerio.

L E X PRIMA.

1 *Actor an habeat optionem agendi contra quem voluerit, ſcilicet contra fideiuſſorem, vel principalem.*

Fideiuſſio

2 *Fideiuſſio patris, qualiter inducatur, cum filius ad magiſtratum recipitur*
3 *Fideiubere neceſſario habet pater pro alio tutore datiuo inſtituto, vel ſecū admiſtrationem gerere. Et quid in tutore teſtamentario. nu. 4. & quod curator teſtamentarius non diſtinguitur a datiuo.*
5 *Tutor pater impuberi datur, ſi pater minor ſit 25. annis, eget confirmatione.*
6 *Pater ſi conſenſit filio dum creabatur Decurio, an hæres patris teneatur p omni onere filio iniuncto.*
7 *Pater tenetur ut fideiuſſor in his, quæ deferuntur filio de iure communi.*

SI cum te. Tacita fideiuſſio patris tenet hæredem eius, ſed ante exigitur q̃ fiat excuſſio prin-
1 cipalis. h. d. Opponitur ꝙ ſit in electione actoris, † quem primo conueniat, vt l. iure noſtro, & l. non recte, ff. de fideiuſſor. Solu. illud regulare in fideiuſſore, q obligatur expreſſe, de iure cōi. hic caſuale in patre, q obligatur tacite de iure ſpāli, ſm gl. tu dic plene, vt dictum eſt s. de conuenien. fi. deb. l. j. item opponitur, dr̄ hic patrem teneri vbi conſenſit. le. a patre, vr̄ uelle, ꝙ teneatur, licet non conſentiat, dum tñ non ꝯdicat, vt j. de filiof. & quemadmodum. l. j. & ff. ad munic. l. j. cum ſimilib. fateor ꝯrium, & hic vult dicere, ut non teneatur pr̄, qñ expreſſe tm̄ ꝯdicit, vt j. eod. l. filios, §. ſane. item opponitur, & vr̄, ꝙ pr̄ teneat, vt principalis, vt l. tria onera, & ibi no. ff. de excuſ. tut. Sol. illud cum cura tutelæ, & officio indiuiduum pr̄i. & filio iniungitur. eo. tit. l. ſi is. qui tres, §. fi. & ff. de ſuſp. tu. l. fin. aut pater per filium gerit, ita quod noīe ſuo, & pr̄s filius exiſtit, vt ff. de adminiſtr. tut. le. ita aūt, §. geſſiſſe. item opp. dr̄ hic ꝙ dēt fieri excuſſio rerum, imo vr̄, ꝙ bonorum, ut l. j. s. de his. quæ in frau. cre. Solu. res, & bona idem ſignāt hic, qa rei appellō gnālis eſt, unde emolumentum bonorum ſignāt hic, non corpora. licet. n. x. fundi eſſent in hæreditate, tñ ſi aliq creditores eſſent potiores fiſco, illud ſolum, ꝙ ex his ſuper exonerat fideiuſſores, non qđ in priores, errogatur.
2 † Nunc q̃ritur primo, qualiter inducatur fideiuſſio patris, cum filius ad magiſtratum recipitur? Rñdeo ſi pr̄ dimittat ſe aſcribi in fideiuſſorem, ut ff. de fideiuſ. tut. l. cum oñdimus, in fi. item ſi tacite cōſentit filio, dum ſuſcipit adminiſtrationem, vt dictum eſt s. Sed qd ſi ex poſtfacto pr̄ fit, & eius voluntate filius gerit? Rñdeo, ſi pro ſe ſatiſdederat rem pup. ſal. fore, ēt poſt geſtionem inchoatam pr̄ fideiubere compellitur, & ideo fideiubere credit,
3 & pro fideiuſſore habetur. † item qd in officio, quod eſt authoritate tantum publicum, ut in tutela? Reſpondeo, in datiuo tutore, pro quo pater hēt neceſſe fideiubere, vel ſecum gerere, ut d. l. ſi qs intra tres, §. imperator. fateor, ꝙ ſi filius patris voluntate geſſiſſe probatur, ſufficit ad fideiuſſionē, qa præſumptio eſt, ꝙ hæc uolūtas patris fuerit, niſi ſe exemerit a legali onere, quo fideiubere obſtrictus erat, ar. ff. de ſo. & lib. l. & magis. l. Stichum §. naturalis, & ff. mand. l. papinianus. & ita intelligitur le. j. s. ꝙ cū
4 eo. & ff. de excu. tu. l. ſi quos intra. s. alle. † Sed in tutore teſtamētario, qa pr̄ facto teſtatoris aſtringi non pōt, habet talis conſenſus vim oblōnis, cum ad illud non teneretur, vt ff. de admin. tu. l. Lucius Titius Caium Seium. Quid dices in curatoribus. Rñdeo in curatoribus non pōt diſtinguit teſtamentarius a datiuo, qa nullus eſt teſtamentarius, etiam ſi impuberi detur, vt l. tutores qui, §. 1. & l. impuberi, ff. de adm. tut. quoniam non perſonæ datur ſed rei, cuius gubernationem ius ciuile patri iniungit rōne patriæ ptātis, vel participij iuris, ut s. de cur. fu. l. fin. & l. 1. s. de bonis mat. & no. s. de bonis quæ lib. auth. quæ excipitur, & ideo in caſu prædictæ ptātis, & iuris, fruſtra diſponit. perſonæ. n. filij gubernationem pater habeat a natura, ut l. ſi quis a liberis, cū ſi. ff. de lib. agno. ſm quam pater moriendo non perit. ſed in filio fore ſuperſtes creditur, ut ff. de uerb. ſigni. l. liberorum, in fi. cum ſimilibus. ideo perſonæ gubernationem principaliter, & rerum conſequenter ſolus habet, non econtra, ſed confirmatione eſt
5 opus, vt ff. de confir. tu. l. 1. in fi. † Porro interdum & tutor pater impuberi datus eget confirmari, vt ſi pater ſit minor 25. ann. vt ff. de admi. tu. leg. 3. §. quamuis. idem hodie puto, ſi tutor aliunde q̃ ex teſtō eſt pupilli debitor vel creditor, qa aliquantulum fides eius vacillat, ſicut eſſet ſi teſtamētor ei' mors ignoraſſet, vt ff. de an. leg. l. Quintus, §. pen. l. ſi. §. largius. ſed vbi teſtō eſt creditor, aut debitor, contrarium ſeruatur, ut l. poſt legatum, §. amittere, ff. de his, quibus ut indi. porro in publico adminiſtratore non facit quicquam, cum ſit debitor, vel creditor, vt l. fin. §. 1. j. de his, q ſponte mune. ſub. item ſi tutor per calumniam ſe aſſeueret creditorem, non ppea excuſatur. ut l. athletæ, §. dat remiſſionē, ff. de excu. tu. & ibi Ia. de Are. ſed licet non cadat in curatoribus diſtinctio teſtamentarii, & datiui. tñ cadit diſtinctio teſtamentarii, & legitimi, vbi dic ꝙ pro filio legitimo curatore forte fratris vterini vel nepotis fatui, pr̄ fideiubere dēt, nam & datiuus q p l. confirmatur, legitimus poteſt dici, ut l. obuenire, ff. de verbo. ſign. ergo ſicut pro datiuo ſe obligat, ita & pro legitimo. in curatoribus. ergo ſemper ſeruabo. l. ſi filius, de tutelis. Quid in curatore bonorum? Rñdeo, priuatum officium gerit, ut l. 1. in fin. de cur. bo. dan. & idem ſerua quod lex dicit de geſtore, ut non ui-
6 deatur fideiubere, ut ff. de neg. geſt. le. mandaſti. † item quæritur, inter ꝯſenſit filio, dum creabatur Decurio, an hæres pr̄is teneat pro omni onere filio iniuncto? Rñdeo, vt in glo. not. nam aut pr̄ expreſſe fideiuſſit, & tenentur indiſtincte eius hæredes; vt ff. fa. erc. l. ſi filia, §. Neratius. aut non, & tunc pro oneribus delatis filio in vita conſentienti tenetur pr̄ conſentiens: ſed pro poſtea delatis filio quoad eum neceſſe hēt fideiubere pro eod. i. quo ad eum, cum in ptāte eum habet pater, vt extēdatur fideiuſſio quatenus extenditur fideiubendi neceſſitas, & non vltra, vt ff. ad municip. l. Lucius, §. idem rñdi. ff fam. erciſ. l. ſi filia, §. idem ſcribit,
7 quod eſt no. † Item caue tibi, quia pater habetur vt fideiuſſor in his, quæ deferuntur filio de iure cōi: ſed ſi diſpenſatiue filio minori deferretur honor, non tenetur pater vt fideiuſſor. caſus eſt notabilis j. de mune. & hon. non continua. l. 1. in fi. & facit ad l. ff. de Decurion. l. honores, §. fi. cum ſimilib.

LEX II.

1 *Decuriones ſemel eligendo non ſunt functi officio.*
2 *Vniuerſitas eſt citanda par edicta, vel ſonum tubę.*
3 *Electo ex electione ipſo iure ius quæritur.*
4 *Citatio debet exprimere locum, ad quem quis debeat venire citatus.*
5 *Præſes qui eſt, conſultor appellatur, ideſt ex appellatione ad ipſum itur.*

Obſeruare. Not. ad euidentiam huius l. ꝙ præſes non eligit magiſtratū. qđ apparet, quia electus ad præſidem appellat, ſi iuſtam cām appellandi habeat, vt l. 1. §. ſolent, ff. qñ appel. ſit. & j. qui morbo. l. podagræ, cum ſimilibus fallit ff. de appel. l. imperator, §. 1. & de vac. mun. l. ſextumdecimum. §. quem ita. vbi dr̄, quod ſi electus per decuriones appellauerit ad præſidem, & præſes pronunciauerit recte appellatū, ꝙ in locum ab ipſo remotum alium elegit: ſecus ſi electus eſſet remotus a Decurionib. nam ipſorum eſt noua electio, vt j. de profeſ. & med. l. 2. & arg. ff. de teſt. tut. l. ſi qs ſub condōne, §. 1. & ff. de leg. tu. l. 3. §. quæri. ibi. idcirco. n. &c. Hæc ex poſt facto, aut ab initio obtinet, qđ dixi a principio; fallit ſi Decuriones eligere nolunt, uel non pn̄t pp aliquam facti contingentiam, ſicut dicimus eꝯ, vt ff. de excuſ. tut. l. vbi abſunt. & arg. de can. larg. tit. l. 1.
1 † Ex his apparet, quod decuriones ſemel eligendo non ſunt functi officio ſuo. qđ accipe, qa ſi electio valuit, non ſunt functi officio reſpectu executionis, qa curare debent, vt mandetur executioni, vt hac l. ſed ſi non pōt mandari executioni, aut aliqua iniquitas verſatur in electione, vt puta elegerunt illum q hēt excuſationem, & q legitime appellauit, & tunc electio deuoluitur ad pręſidem, vt iam dixi; facit arg. s. de accu. l. abſentem. aut nulla verſatur inquitas, & tunc interdum electus ſuſcipere nō vult officium, & cogitur ſi pt. qđ ſi pp impedimentum factum non poſſit cogi, idem. Decuriones interim alium eligunt, vt j. eo. l. ſi magiſtratus, & l. quidam ignauiæ, & l. q̃uis prouiſum, interdum ſuſcepit, & finitum eſt eius officium, & idem, tñ attende, qa hæc locum habent in eo, qui eligit ex officio quod in ſe radicat. cęterum ſi in alio radicetur, quod eſt qñ vel perſonæ certæ electio mandatur, quo caſu hr̄ loco nuncij, quia nudum miniſterium præbet, vt ff. de manumiſ. vindica. l. pr̄ ex prouincia. vel in certo tpe non eligit iure ſuo, nec ex officio in eo radicato, ſed in delegante, ut l. 1. §. qui mandata, ff. de iuriſd. omn. iud. & l. & quia cū ſimilib. & tunc ſemel eligendo functus eſt officio ſuo, nec iterū amplius eligere pōt, argu. ff. de re iud. l. iudex. hæc procedunt in electione, quæ fit ab aliquo rōne officij, ſed vbi electio fit ab aliquo iure ꝯctus, vel vltimæ voluntatis, tunc aut trahit ſecum excuſatio. & non licet variare, quia ius alteri quæſitum eſt, ut ff. de leg. 2. & l. ſtatuliberum, §. fiſcum, aut non, & tunc licet variare, vt puta ſi ex ꝯctu ſtricti iuris ꝯpetat ius eligendi, vt ff. de verb. ob. l. eum qui certarum, §. cum pure, vel ſi electio non tenuerit, vt ff. de opt. leg. l. cum ita, §. quęſitum. Secundo no. ꝙ licet rectores prouinciarum non conferant rl̄r officia authoritate, & vtilitate publica, vel vtilitate priuata, vt ſunt tutelæ: tñ habent Decuriones, ſeu priores ciuitatum ius conferendi tales tutelas, vt ff. de tu. & cur. da. ab his. l. vbi abſunt, & ratio eſt, quia magiſtratib. iniungitur principaliter officium circa Rempublicam, ſecundario priuatorum, vt ff. ad municip. l. 2. 1. reſp. & ff. de magiſtr. conue. l. j. in fi. & no. s. l. prox. vnde merito dant tutores, quia eorum datio reſpicit commodum in particulari, ergo magiſtratus non creant. Reſpondeo, quia commodius eſt, vt eligatur qui placet eis, quam Regi. Not. tertio ad euidentiam, quod ab electione eius, qui eligitur ad publicum omnium iure officium, appellatur j. x. dies. l. 1. §. quod in ſententijs, ff. qñ ap. ſit. non autem excuſatio proponitur, licet ſecus in tutela, & eſt ratio, quia magiſtratus per decretum decurionum eligitur, & a decreto poteſt appellari, ſed tutor nominatur, quæ nominatio eſt actus extraiudicialis, & iō ab ea non appellatur, ſed excuſatio proponitur, & ꝙ decretum decurionum ſit actus iudicialis, apparet ex vi vocabuli. Itē apparet ex eo, quod dicit lex, in curiam, &c. His ſic præmiſſis dic caſum, quod imperator iubet, quod qñ fienda eſt electio alicuius publici officialis, vel pręſidis prouinciarum, alij magiſtratus debent per edicta, uel ſono campanę, vel tubæ citare decurionē, curare, vt oēs ꝯgregentur in curia præſidis, hoc primo, eis ibidem cōuenientibus præſes faciat nominationem ad

munera

mu̇nera ēt de abſente,hoc ſecundo.Noīatio.non dēt in notitiā
noīati dirigi per publicam perſonam,& ſtatim.hoc tertio.Si no
minatus putauerit ſe grauatum appellabit ad pręſidem .hoc
quarto. Sed ſi apparuerit eum iuſte appellaſſe, ſumptus litis ei-
dem a noīatore reſtitui oportebit.h.d Not.primo, ꝙ magiſtra-
tus pñt citare priores ſiue Antianos, alias compellantur cōſilia
rij,quos Peruſini appellant Priores. Not.ſecūdo,ꝙ magiſtratus
ex eorum officio compellunt eos, ad quorum officium perti-
net electionem facere,& aliquem eligere. No.tertio,ꝙ vniuerſi
2 tas † citanda eſt per edicta , vel ſonum tubæ, aut cāpanæ,vt hic,
& no.ff.de reg.iu.l.nō pōt uideri.& adde quod no.s̃.de iud.l.fin.
3 † Not.ꝙ ex electione ipſo iure quærit ius electo. alioqn non ha-
beret neceſſe ſtatim appellare,prout đt.pro hoc cōcordat quod
no.s̃.de iuriſ.om.iud.l.priuatorum.attende hic, interdum eligit
qs ad munus neceſſarium,puta qa delegatur iudex, & eligitur
arbiter ex neceſſitate,vt s̃.de aduo.diuer.iud.l.ſancimus.& tunc
ipſa electione ius q̃ritur,ſicut,& ſi aliqs ex decurionib.ad magi-
ſtratum vocetur, vt hic,& ff.de iud.l.2. in princ.& l.cum furio-
ſus,tñ exercitium non hēt,niſi actum ſit,ar.ff.de eo,qui pro tut.
l.q̃ro.& ita intelligitur qđ no.in d.l.priuatorum. & in Authē.de
collat.§.ad hoc prohibemus. collat.8.interdum eligitur quis ad
quid voluntarium,& tunc cum acqſitio iuris dependeat a facto
duorum,amborum conſenſus deſideratur, vt puta ſi qui nō eſt
ciuis,vel incola,eligatur ad aliquem honorem,vt s̃.de his,q ſpō.
mun.ſub.l.3.Item ſi dependeat a facto trium,ſ.eligentis, confir-
mantis,& aceptantis,non ante ius q̃ritur, q̃ hæc omnia interue-
niant, & iſtud eſt verum in iure adminiſtrandi.ſed bene acqrit ſi
bi ius impediēdi ne eligatur, & ita intelligitur qđ no.in d.l.item
5 *Vagari quis dicatur.*
6 *Priuilegio huius legis,an poſſit renunciari.*

Curiales. Nota hic,quod præſes prouinciæ,habebat ſub ſe omnes ciuitates illius prouinciç,& omni-
bus ius dicebat, quia autem in omnibus ciuitatib. ipſe præeſſe
non poterat,arg.j̃.de profeſſ.& med.l.magiſtros ſtudiorum. p̄-
ficiebat alios in ciuitate principaliori illius ꝓuinciæ & ibi forum
cãrum,& iudiciorũ tenebat.arg.ff.de officio Ptęſid.& Auguſt.
l.1.& ſic non oẽs ciuitates habent forum iudiciorum, ſed regiæ
tm̄ & principaliores,vt ff.de excuſat.tutorum.leg. ſi duas,§.2.in
3 fine. † Hoc præmiſſo quæritur, volo conuenire aliquem De-
curionem,ſeu priorem alicuius ciuitatis,in qua non reſidet prę
ſes,an traham ad locum.vbi eſt forus iudiciorum? Videt̃ ꝙ ſic.
alioquin vbi conueniretur? Sed ꝯ dr̃, & non valet citatio facta
de eis,vt extra ciuitatem euagentur,ne ſubuertantur illius ciui-
tatis commoda.dabitur ergo iudex delegatus in illa ciuitate, vbi
Decurio morat̃,& coram ipſo cauſa agetur. hoc primo. verum
tamen,quia maior vtilitas minori præfertur, imperator cauſa
Reipublicæ interdum extra ciuitatem exire cogetur.h. d. Nota.
primo ꝙ Conſules ſeu antiani ciuitatum, durante officio con-
2 ueniuntur.† Item not. ꝙ delegari põt iudex in loco, vbi non eſt
3 forus cãrum.uide etiam de reſcrip.c.ſi.† Item no. qđ põt iudex
delegari non citato aduerſario,nam hic delegabat,& tamen ci-
4 tari non poterat,† Item no.quod quando vitioſa eſt citatio, non
tenetur citatus ire, ſecus ſi vitium non eſt in citatione, ſed in
principali cognitione,argumen.ff.de iudic. leg. ſi quis ex aliena.
5 † Item no. quod omnis,qui non facit reſidentiã in ciuitate ſua,
ſed circuit orbem,etiam ſi ad locum determinatum pergat, vt
ad patriam redat,interim uagari dicitur,ut no.hic in glo. & ha-
betur ad tex.j̃.de incol.l.ciues,in fin.facit quod not. ff. de dam.
6 infec.l.4.§.verecundum† Quęro,vtrum priuilegio huius le.poſ-
ſit renunciari? Rñdeo,collegio datur,& ideo perſona non renũ
ciat quod dignitati datur,dignitas aut non loquitur, ſ̃. de aduo.
diui.l.2.vel dic.quia publicum verſaretur priuilegium alias ꝯ, j̃.
eo.l.priuilegio.& de his,qui ſpon.mun.ſub.per totum.

LEX XXVI.

1 *Omnes qui ciuitates fugiunt perdunt bona, & qui in eorum officio ſubſti-
tuuntur,poſſident ea.& nu.2.*

Quidam ignauiæ. Illi,q ducũtur tãta pigritia ꝙ abſcondunt ſe in locis ſecre-
tis,& ſtant in cætibus Monicentauri.ideſt hermonticularum,in
de extrahuntur,& ad ſolicitudinẽ gerendi officij reuocantur &
rerum ſuarum domino priuantur.h.d.quod intellige vt ſ̃.eod.l.
1 ſi ad magiſtratus & j̃.eo.l.q̃uis prouiſum † Item dicit, quod res
iſtæ vẽdicantur per eos,qui ſubſtituunt̃ eis in officio, dum ſunt
in latebris,ideſt abſcõſis locis, ſed qũo iſtud, cum non ſpectat
ad eos,niſi vſus tm̄ interim? Rñdeo, quia noĩe ciuitatis expe-
riuntur,arg.j̃.eo.l.ꝓcuratores. vel dic qđ lex facit interim eos
vſufructuarios,& actionẽ tanq̃ procuratoribus quaſi in rẽ ſuam
mandaſſe vr̃,argum.ff.de vſufruct.quemadmo.cau.l.j.in fine,&
quicquid dicas,non cauebit de rato, cum conſtet de mãdato eo
ipſo ꝙ conſtat de iure adminiſtrationis, & per hoc reſpondetur
2 ad no.ſ̃.eo.l.ſi ad magiſtratus,in gl. interim abuſum.† Item no.
ꝙ hæc lex dicit publicari res,ſ̃.eo.l.ad magiſtratum, dicit bona.
j̃.eo.l.quamuis,dicit facultates, & tm̄ ꝑinde eſt ac ſi diceret mo
bilia.& immobilia & nomina debitorum, quod eſt no. econtra
hæres,ff.de verb.ſig.l. Princeps bona. & adde quod no.ſ̃.de bo-
nis vacan.l.3.

LEX XXVII.

1 *Filius poteſt renunciare priuilegio,quod habet per patrem.*

1 **Priuilegio.** † poteſt quis renũciare priuilegio,quod habet per patrẽ. item in his quæ ad nepotem
non tranſeunt niſi per mediam perſonam patris, nõ aui. ſed pa-
tris conditio intuetur.h.d.nec obſtat.ff.de Sene.l.emancipatus,
§.fi.quia ibi in his,quæ tranſeũt ab auo in nepotem immedia-
te nõ per medium filij,vt hic.ad quod facit.ff. de interdic. & re.
leg.l.2.& ſecundum hoc dices hic nepotem cõceptum poſt de
curionatum patris ſui.ibi ante,argu.j̃.eo.l.fi.vel dic, & melius,
vt in glo.cuius ſolutio procedit ſine diuinatione.

LEX XXVIII.

Nullus ait. Pone caſum.vt ſup.eod.tit. vacuatis. dic vt in l.eos,ſ̃.eod.tit.

LEX XXX.

1 *Syndicus debet conſtitui ab omnibus ſimul congregatis.*

Procuratores. Decuriones,ideſt cõſules antiani,ſeu priores ciuitatũ, pñt exercere actio-
nem competentem per ſe,& ſyndicum ab eis conſtitutum.hoc
3 d. Et no.bene.† item no.quod omnes debent eſſe ſimul congre
gati,cum conſtituunt ſyndicum,vt in glo.probatur ſ̃.eo.leg.2.&
j̃.de præd.curial.l.fi.ibi.conſona relatione currente,&c.dicit inf.
de legat.l.pen.

LEX XXXI.

1 *Publicas vt quis ſubeat functiones de domo poteſt extrahi, etiam ſi ſit de
ſanguine Decurionum.*

1 **Ex omnibus.** † ille,qui eſt de ſanguine Decurionũ, & ſic origine Decurio, etiã de domo
ſua extrahitur,ut publicas ſubeat functiones:& ſi ab alio abſcõ
datur, ille qui perſeuerat eum tenendo ſub latebris, omnibus
bonis priuatur tanquã publicæ utilitatis proditor. & coadiutor
priuati commodi.hoc dicit.Opp.ff.de in ius vocan.leg.plerique.
gl.dicit,ꝙ ſpãle eſt in illo,qui eſt originarius Decurio, cui a na-
tura inhæſit,ergo ſecus in eo,qui eſſet Decurio ex accidenti, vt
quia ſe in numero Decurionum cõtuliſſet hæc no. Sed ego pu-
to omnem,qui tenetur ad aliquod factum, ad quod poteſt co-
gi præciſe,nec iudex poteſt ſupplendo facere, & ſic non obſtat
l.4.§.verecundi,allegata in gl.poſſe extrahi de domo, & de quo
libet loco,maxime ſi delictũ ſit admiſſum,vt fuga,vt ſ̃.eo.l.qui-
dam.cum ſimilib.& contrarium loquitur in obligato dare, vel
facere,ad quod non poteſt præciſe cogi.

LEX XXXII.

1 *Decurio,qui ordinem fabricenſium cauſa affugiẽdi munera eſt ingreſſus,
eximitur inde.*
2 *Decurionum res difficilius alienantur.*

1 **Fabricenſes.** † Si Decurio cauſa effugiendi munera, quæ Decurionibus iniunguntur, ordi-
nem fabricenſium ſit ingreſſus,eximitur inde, & receptoribus
in ordinem fabricenſium quaſi receptoribus granis pœna arbi-
trio iudicis imponitur. h. d. Quæro, an talis Decurio recuperet
res ſuas,quas contulit ordini fabricẽſium? Reſpon. ar. eſt ꝙ ſic.
non obſtat arg.contra in Auth.de ſanctiſ. Epiſcop.§. monachus.
2 collat.8.& maxime quia† difficilius res Decurionum alienatur,
vt j̃.de prædijs curiali.per totum.

LEX XXXIII.

1 *Decuriones a Iudicibus, ſiue prouinciarũ Rectoribus torqueri non debent.*
2 *Vilis perſona magis punitur in corpore,quam nobilis.*

1 **Omnes.** † Decurio propter delictum, ſeu offenſam ſponte,vel ignoranter commiſſam non torquetur,
antiqua officialium conſuetudine, vt temeraria reprobata. Iu-
dex,qui Decurionem poſuerit ad tormenta, punitur pœna xx.
librarum auri, & perpetuæ infamiæ ſubditur, ſine ſpe reſtitutio
nis. Aſſeſſores,& alij officiales Præſidis, qui dum poſſunt impe-
dire ne Decurio torqueatur,neglexerũt,pœna 50. librarum au
ri puniuntur,ſcientes ius de facto reſiſtendi ſuo Iudici,& maio-
ri hac lege ꝯceſſum.h.d.No.malam conſuetudinem non ſerua
ri.No.de verbo,offenſa.ff.de manumiſſ.teſta.l.teſtamento. Not.
minus puniri præſidem in pecunia,q̃ officium eius in corpore.
No.plus puniri Præſidem quia infamatur,& ſic videtur hæc lex
directo contra diſtinctionem nota.in §. ſic igitur. in Authen. vt
Iudi.ſine quoquo ſuffra.Solu.vbi duo priuati delinquunt vnus,
vt principalis,alter opẽ ferens, vel delinquit priuatus, principa-
le collegium, vel aliquod corpus, vt opem ferens, vel econtra,
vel pariter principaliter delinquunt omnes, dicas ꝙ pœna arbi-
2 trio Iudicis eſt imponenda † Iudex in corpore magis puniet vi-
lem perſonam,quam nobilem,& magis aliquem priuatum ſin
gularem,quam totum aliquod corpus,vel collegiũ, & ita intel-

ligatur quod ibi no.in pecunia vero puniet econtra,ſed in pœna
a lege impoſita ſtatuto,& lege,ut ff.ad Turpil.l.j.§. calumniato-
ribus.certe arbitrium Iudicis debet verſari ad ſimilitudinem pę
nę appoſitæ arbitrio legis. Vnde hæc ſolu.non vr̃ bona, cū hæc
lex textū oppoſitū arbitret.& ideo dici pōt,ꝙ vbi diſpar eſt deli-
ctum.diſpar ſit pęna,vbi aūt delictum eſt par,ibi procedat ſupe-
rior diſtinctio.& hoc eſſe verū apparet in priuatis eiuſdē cōditio
nis,q̱a ambo vtiles,vel nō,nam q̱ durius delinq̄t,durius punitur
vt ff.de parrici.l.vtrū.& hoc in delictis, q̄ habēt ſtatutā pœnā ex
qualitate pſonæ,vbi.ſ.qualitatis huius paritatē,vel diſparitatem
ꝯſidero aut in his delictis,quæ habēt propriam pœnam ex qua-
litate euētus,vbi qualitas contingentię in te non deprehenditur
non ſeparabit te a me;alias ſeparabit te a me,vt ff.de fur.l.is, qui
opem Item hoc eſſe verum apparet in perſonis conditione diſ-
paribus,vt nobilibus,ſi plus delinq̄t,plus puniatur, vt hic: nam.
pœna infamiæ maior eſt qualibet pecuniaria,argum.ff.de pę.le.
in ſeruorum,in fine.corpus enim officialium dęlinquit in omit
tendo,præſes in faciendo, & ideo grauius delinquit,arg.eorum.
quæ no.ff.ſolu.matrim.l.ſi mota.Quæro, ſi aliquis ex officialib.
ſit minor viginti quinte annis,an hæc pœna teneat eum: Vide-
tur ꝙ non,vt ff.ad Sillan.l.j.§.impuberis, argum. contra. Cy. de
Epiſcop.& cler.auth.ſi captiui.& in Auth. vt cum de app. cogn.
§.ſi quis de prædictis.vbi ligatur per delictum in omittēdo com
miſſum aduerſus patrem,& minor vigintiquinque annis, dum
modo maior decimoſeptimo.ergo idem in delicto ꝯmiſſo ad-
uerſus Decurionem,q̱ pater eſt curiæ,vt hic;& ciuitatis,vt j. de
his qui ſponte mun.ſub.l.3.in fine.& alibi appellatur princeps ci
uitatis.vt ff.de excuſat.tut.l.ſpadonē,§.ſi ciuitatis.& alibi princi-
palis,vt hic,& j.eo.l. Alexandrum. Solu.pupillum dico non te-
neri etiam doli capacem,puberem vero cuiuſcunque ætatis pu
to ligari per d.l.j.ff.ad Silla.in §.impuberes.non obſtat authen.ſi
captiui,quia ibi eſt cauſale eo,ꝙ lex vltra procedit. Vltimo not.
hic,quod minor reſiſtit maiori.dic vt in glo.

LEX XXXIIII.

1 *Officium procuratoris eſt vtiliſſimum.*
2 *Infamia iuris non repellit a procuratione,nec a tutela.*

1 Si quis procuratorem. † Decurio nō poteſt eſſe pcurator, & q̱a
viliſſimum eſt officiū.& turpiſſimum, & infamiſſimū officium
procuratorum,pęna imminente conſtituenti & cōſtitutio.h. d.
Sed cur eſt ita infamiſſimum? Dices, quia ſeruile officium eſt,
ut hic innuit.quod non eſt verum,nam officiū tabellionatus eſt
huiuſmodi,& tamen non eſt infamiſſimum.& ideo dic, q̱a ple-
runque procuratores deierant,& calumniantur in cauſis, vt vi-
demus ad ſenſum, & eſt iſta infamia apud hoīes bonos & gra-
2 ues.† Et ſcias,ꝙ infamia iuris non repellit quem a procuratione
ut Inſt.de excep.in fi.nec a tutela,vt l.ſed & militi, §. q̱ nimiū ff.
de exc.tut.& no.j.de infa.l.vna & facit.ff de ſuſp.tu.l.j. §. quæri.

LEX XXXV.

1 *Filij. Decurionum,& eorum familia,an ſint immunes a muneribus.*
2 *Statutum dictat,quod quicunque de ſtirpe magnatum aliquem vulnerauerit,duplici pęna puniatur.quæro quis dicatur de ſtirpe magnatum.& nu. 3.4.5.6.*

In filijs. Decurionum filij ſunt curiæ obnoxij. Decurio li-
cet ſit Aduocatus,ab onerib.curiæ nō eximit̄,ēt ſi
alios Decuriones habeat curia, oneri quod indicitur huic, ſuffi-
cientes,nam licet curia de iſto Aduocato,ꝙ ſubeat munera, nō
habeat neceſſitatem,tamen onera non remittit. Filij magiſtro-
rum ex ſtirpe.Decurionum non gaudēt priuilegio, quod ex ac-
cidenti ratione doctrinæ patribus indulgetur, ſed ſubijciuntur
oneri ſtirps,& proles eorum,hoc dicit. Not. illa verba,quæ & ſi
neceſſitas non ſuggerit,tamen patria non remittit. quia intereſt
noſtra habere plures obnoxios,vt ff.de lib.leg.l.q̱d ergo. & quia
quædam retinemus,& acquirimus nedum ſi nobis non ſint ne-
ceſſaria,ſed etiam ſi nobis non poſſint eſſe vtilia,vt ff. de ſeruit.l.
eius fundo.vel actu damnum afferunt, l.hæreditatem, ff.mand.
Fallit in beneficijs,quæ non poſſunt damnum afferre, vt verbū
ſonat.Item in legatis,quæ vtilitatem non afferunt nulla ſunt, vt
ff.de leg.2.l. Meuio,§.a me,& ff.de lib.leg.l.legaui. nec obſt. ff.de
leg.2.l.neminem,& l.Imperator,ff.ſi centum,2.reſpon. quia ibi
nō facit damnum legatum,ſed fideicommiſſum relictum a lega
1 tario,vel modus legato appoſitus,& ideo non obſtat.† No.ꝙ fi-
lij magiſtrorum,& eorum familia,non ſunt immunes a mune
ribus,vt j.de pfeſ.& med.l.medicos,& l.fi. contra. Solu.ibi loq-
tur in his,qui erant alias obſtricti muneribus ratione commu-
nis originis, vel incolatus, hic loquitur in his, qui rōne originis
2 ſpecialis,ſ.curialis. † Hic no.arg.ad quod dictat ſtatutum quod
quicunque de ſtirpe magnatum vulnerauerit aliquem, punia-
tur duplici pœna modo quæro, quis dicatur de ſtirpe? Reſpon-
deo,ſtirpes deriuatur a ſtirpe, vnde omnes, qui aliqua ſtirpe, id
eſt ab aliquo milite.Comite,Duce,vel Barone, quo communi
vocabulo nuncupamus magnates, deſcendunt. quo ad hanc
rem,extat memoria de ſtirpe nobilium, & nobiles appellantur
per hanc l.ſed cum non extat memoria eius,qui ſtirpes fuit,& a
quo ſtirps proceſſit, non poteſt dici de ſtirpe nobilium q̱s eſſe,
argu.ff.de proba.l.ſi arbiter,& ff.de aqua pu.l.2. §.item. Quid ſi
dicas,de prole,vel progenie.qui dicuntur de prole? Reſpondeo
proles idem eſt quod procreatio.vnde dico, vt ſit idem ſi dicat,
3 nullus de generatione tali, vel de genere tali, vt s.l.prox.† Item,
quid ſi dicat, nullus de domo, & nullus de familia militari? Re-
ſpondeo,ſignificatio domus varie ſumitur, nam interdū ſumit̄
pro tota agnatione, ut s.ne lic. potē.l.j.Interdum pro oī eo, qui
alicui ſucceſſerit, vt dicat̄ eſſe de domo illius, vt ff.de alimē.leg.
l.cum vnus,in prin.Interdū dicunt eſſe de vna domo oēs illi,qui
ſub eodem tecto habitant, & inuicem ſe exaudire poſſunt, vt ff.
ad Senatuſcon.Sillan.l.j.in prin.& §.ſi vir,aut vxor.Interdū etiā
familiares,& ſerui dicuntur eſſe,de domo,vt j.eod.l.nati. Inter
dum domus appellatio ſignificat,ſiue ſonat in delictum,vt s.vt
nemini liceat in compar. ſpec.ſe excuſ.l.vna,in fi.Sol.interdum
de domo ſit mētio ab eo,q̱ diſponit aliq̄d circa pſonas. Interdū
ab eo,q̱ diſponit circa res.Primo caſu; Interdū fit mētio domus
adiecta certa qualitate,q̄ ſignificat aliquam certam dignitatem
circa perſonas, & tunc domus appellatio ad eos porrigitur, ad
quos porrigitur dignitas,i.ad eos,q̱ de agnatione ſunt,vt in d.l.j.
an liceat poten. Interdum adijcit̄ qualitas pſonæ, q̄ ſignificat e-
molumēti obuētionem & dignitatem, & tunc loq̄tur l.cum v-
nus,in prin.Interdum ſimpliciter fit mētio de domo,pſona na-
turaliter deſignata, vt ꝙ nullus de domo Titij,&c.& hic dicerē
naturam conſiderari,non iuris vinculum,i.agnationem, ſi co-
gnationem comprehendat, arg.ff.de cap.dim.l.tutelas,ī fi.princ.
4 † Hæc uera, vbi diſponitur aliq̄d circa perſonas domus, ponen-
do illud genitiuū in vim poſſeſſiui, vt eum dico ſeruus Titij. dic
vt ſupra.eod.l.nati. Item dum diſponitur circa perſonas adiecta
certa rōne,quæ concludit tantum circa eos,q̱ ſimul habitant.&
tunc dic,vt ī d.l.1.§.ſi vir.ff.ad Silla.Secundo caſu,quādo diſpo-
nitur circa rem,dicunt ī d.l.vnica vt nem.lic.in compara.ſpe.&
l.ſi domus,ff.de leg.1.& ff.de vſuca.l.eum,q̱ ædes: Ex quibus di-
co in propoſita quęſtione, ꝙ domus appellatio,dicendo,ꝙ nul-
lus de domo magnatum,non comprehendit,niſi agnatos, non
autem eos.qui ex fęminis magnatum naſcuntur, niſi fęminarū
condōnem ſequantur,vt baſtardi,vt s.eod.l.eos.Ex hoc dico,ꝙ
baſtardus magnatum non dr̃ de magnatibus, ſi mater eius ſit
plebeia,quia matris condōnem ſequitur vt ff.de ſtatu hom.cum
5 legitime, & j.eod.l. ſi ille.vbi not. † Item quid ſi dicatur nullus
de ſanguine militari? Reſpondeo,idem dicam.inf.eod.l.omnes.
Quid ſi dicatur,quod nullus de familia militari,&c. Reſpondeo
interdum familiæ appellatio ponitur ſimpl̃r, & determinate ita,
ꝙ indifferenter ſe hēt ad agnationē,& cognationē,& tunc cum
non ſit rō,quare non debeat ad oīa referri,ad oīa refertur,arg.s.
de lib.pręte.vel exhær.l.j.interdum profertur determinate, vt in
exem.prędicto,& tunc quia determinatio determinat agnatio-
nem tm̃,de ea tm̃ intelligetur,vt ff.de verb.ſig.l.pronunciatio.§.
cōi.& adde quod dicam j.eo. l. nullus. item quod dixi de fami-
lia,obtinet,q̃n refertur ad genus perſonarum,ſed vbi ad certam
perſonam,vt cum dico,paterfamilias,aliter ſumit̄,vt d.l.pronun
6 ciatio, §.j. † Idem dico,ſi dicat ſtatutum, ꝙ nullus de gente tali,
vt d. §. cōi, qui §.vr̃ velle, quod in dubio appellatio familiæ non
comprehendat eos,qui a fęminis eius familiæ proceſſerunt, ſed
maſculis tantum,ideſt agnatis debito modo.

LEX XXXVI.

1 *Conſuetudo vel priuilegium, vt filius Decurionis ſequatur originem matris,non valet.*

1 Exemplo. † Sicut filius Senatoris ſequitur originē pa-
tris ſui ita, & filius Decurionis ſequitur ori-
ginem patris ſui Decurionis,nō autem matris, & priuilegium,
vel conſuetudo ſe habentes,vt matris originem ſequantur, non
tenent.h.d.Et no.de conſuetudine,vt dixi.ſup.eo.l.vacuatis.

LEX XXXVII.

1 *Sententia lata ſuper re præiudiciali facit ius,& comparatur origini.*

Quotieſcunque. Hi,qui ſunt obnoxij curiæ origi
ne,vel ſnīa,ei ſeruire debent, &
1 non valet contrarium reſcriptum. No.† ſententiam ſuper iſta
cognitione pręiudiciali latam ius facere, & origini comparari.
ſic & alibi facit ius,vt ff.de ſtatulib.l.ſtatuliberi a cæteris,§.quin-
tus,& ff.de liber.agn.l.1.in fi. quod no. ff. de reg.iur.l.res iudica-
ta.ff.de ſtatu hom.l.ingenuum.

LEX XXXVIII.

1 *Pęna non debet concedi,quæ habeat honorem.*

1 Nequis. † Ob delictum nunq̄ damnatur quis, vt ſit De-
curio,nam criminoſum comitari honor nō dēt
ſed ob delictū eius,qui iam erat Decurio, puta quia a curia au-
fugit,reſtitui debet curiæ.h.d.Et no.& vide ꝙ no. j.de metallar.
l.fi.& eſt hæc l.arg.vt a tutela affectata repellatur infamis.

LEX XXXIX.

1 *Curiales,qui fugiunt a curia,reuocantur ad illam, & publica damna facient.*

1 Curiales. † Qui fugit a curia reuocatur ad illam, & pu-
blica damna ſarciet.

LEX XL.

1 *Decuriones, & alij officiales in eorum officio delinquentes, poſſunt damnari in metallum.*

1 Quilibet. †Principales, vel minores Decuriones, vel pecuniæ publicæ decoctores in caſibus poſ-
ſunt damnari in metallum, l.ſi fraudulenter fecerunt a ſcripto
res facultatum ex quibus tributa ſoluuntur, vel conſuetudinem
habuerint vltra debitum extorquendo.h.d.No.ibi, quibus pro-
pter loci &c.quod tanto maior eſt officialis, quando digniori
loco præſidet.

LEX XLI.

1 *Decurionis filius originem per ſuffragiũ, vel corruptelã aliorũ, non mutat.*
2 *Senes multos habere curiæ expedit.*

1 Decurio. †Filius Decurionis originem per ſuffragium, uel aliorũ corruptelam, faciendo forte ſe ab-
ſolui a curia, nõ immutat. Item decuriones, qui ſunt ita ſenes,
ꝙ curiæ ſeruire non poſſunt, ſimpliciter condõnem eorum mu
2 rare non poſſunt, expedit † enim curiæ multos ſenes Decurio-
nes habere, quia uериſimile eſt plures maxime ſenes mores eli-
gendorum magiſtratum ab eis prudentius contemplari.h.d.

LEX XLII.

1 *Duces belli, & ceteri milites non habent imperium in Decuriones.*
2 *Cognitio de eo, quod non ſpectat ad officium cognoſcentis eſt illicita.*

1 Militaribus †Duces belli, & cæteri milites non habẽt imperium in Decuriones, vnde illicita
eſt omnis cognitio, quam erga eos attentant, & pro iniuria, quã
ſic contra eos cognoſcendo committuntur, in x.lib.auri puniũ-
2 tur.h.d.Not.†quod cognitio de eo, quod non ſpectat ad officiũ
cognoſcẽtis, eſt illicita, & ita etiam hic no. And.de Bartulo, qđ
facia pro gloſſ. quæ eſt in l. non debent, ff.de regul.iur.item facit
contra ea, quæ no.ſ̃.vbi de crimine agi opor.l.j.

LEX XLIII.

1 *Reſcriptum in præiudicium curiæ, cui quis eſt obligatus, non valet.*

1 Omnes. † Ille, qui in præiudiciũ curię, cui eſt obnoxius, aggregat ſe alicui corpori, ab illo eximitur, & re
ſcriptum in contrarium non valet.hoc dicit.ſic ſ̃.eod.l.quotieſ-
cunque.& l.fabricenſes, & l.uacantis, cum ſimilib.

LEX XLIIII.

1 *Doctor malus non poteſt facere bonum ſcholarem.*

Nullus. Filius non ſequitur matris originem, ſed patris, quia mulieris infirmitas eas facit immunes, & a
quibus ipſas reddit immunes, alios ex ipſarum perſona nequit
1 aſtringere.hoc dicit & Nota pulchrã rationem Not. † hic gloſſ.
ꝙ malus Doctor non poteſt facere bonum ſcholarem.

LEX XLV.

1 *Maior pars conſiliariorum in vrbe exiſtentium vim, & poteſtatem totius curiæ habet, & hoc quando competunt alicui corpori. Sed ea quæ competunt perſonæ alicuius officij ſingulos attingentis, vel ratione alicuius iuris ſingulorum, non parant preiudicium, niſi eis, nu.2.*
3 *Factum maiori parti alicuius collegij, an videatur factum toti collegio.*

Nominationum forma. Licet oẽs Decuriones nolint, vel
non poſſint eſſe pñtes, cum fit electio de aliquo officiali, tñ valet
qđ a maiori.parte ordinis fit, quia maior pars ordinis in vrbe po
1 ſita totius curiæ vim, & ptãtẽ, & inſtar hẽt.h.d.† Quędã iura dñt,
ꝙ factum a maiori parte ordinis, totius curiæ inſtar hẽt, vt hic,
& ff.ad municip.l.quod maior, cum ſim.alia dñt ſingulorũ con-
ſenſum neceſſe, vnius ãt pñtiã alteri non obeſſe, vt ſ̃.de auth.pręſtan.l.fi.& ff.de mag.conu.l.j.§.j. ſed dic ꝙ ea quę ꝯpetunt alicui
corpori facta a maiori parte exiſtentium de corpore, vĩr eſſe fa-
cta ab ipſo corpore, & ita intelĩr hęc.l.cum ſim. Sed ea, quæ per-
2 ſonis ꝯceduntur, & ꝯpetunt † vel rõne alicuius officij ſingulos
attingentis, vel rõne alicuius iuris ſingulorum, non parant pręiu
diciũ niſi eis, vt in legib.ſecundo loco allegatis.fallit, ff.de pact.l.
iuriſgentiũ, §.hodie l.maiores, & l.reſcriptũ, & l.cũ in eo.ff.de ex-
cept.doli.l.apud Celſum, in prin.& ff.de adminiſtr.tut.l.cum hẽ-
ditas, & vbicunq; ꝯ̃rium reperitur. Sed vĩ ĩr ꝯ̃rium dici poſſe,
duo tutores, & duo iudices habent officium, qđ in ſingulorum
perſona radicat̃ pro ſolido, vt ff.de admin.tuto.l.Lucius, §.j.& l.
inter tutores, & l.decreto, §.fi.& ff.ad municip. l.Imperato & ſ̃.
de conuen.fiſci deb.l.qm̃ Auger.& ff.de off conſu.l.1.& tñ factũ
a maiori parte, reputat̃ factũ ab oĩb.vt l. Pompon.ff.de re iud. So
lu.hic factum a maiori parte non p̃iudicat cęteris. Sed ipſi pupil
lo, vel ipſi litigatori, & in q̃tum tractaretur de pręiudicio cętero
rum, vt de offõ finiẽdo, oẽs adeſſe oportet, vel ꝯtumaciter abeſ-
ſe, qui hñr pro pñtib.vt in d.l. fi. & ff.de autho.tut.& ita no.in gl.
ordin.ff.de re iudic.l.Pompon.in fine magnæ.gl. & tunc autem,
facit ẽt quod no.ff.de arb.l.ſicut, & ſ̃. de iu. fiſc.l.inſtar.in gl. Sed
ego quæro, quia lex iſta hẽt locum, qñ ad curiam ſpectat electio
de iure communi, ſed quid ſi ſpectaret ad eam de iure ſpeciali,
an haberet locum quod hic dicit de maiori parte? Reſpondeo
idem eſt, vt apparet ex text.cum glo.ff.de tuto.& curato. dat. ab
l.niſi.facit quod nota.ſupra eod.l. 2.Item quæro, quæ eſt forma
conſentiẽdi? Reſpondeo, vt in decreto conſentiant, & ſimul, ut
infra de præde.curial.l.fina.& infra eod.l.ſi quos. & quod nota.
in Authen.de defen.ciuit.§.interim, in gloſ. fiebat enim.& cum
ſemel fuerit publicatum ſcrutinium, uariare non licet.extra, de
3 electio.cap.publicato. † Quid econtra, ſit aliquid maiori parti
alicuius collegij, an uideatur factum toti collegio? Reſpondeo,
aut reſpicit perſonas ſingulorum, vt domum, & iniuriã & tunc
eorum perſonas nõ egreditur, ut argumen.ff.de re iudica.l.ciui-
bus.aut reſpicit dignitatem, puta quia ipſi corpori, vel ei q regit
ipſum corpus ſub nomine dignitatis aliquid datur, vel relinqui-
tur, & tunc ipſi collegio fit, vel factum vr̃, vt l.annua, §.a Titia,
ff.de annuis leg.arg.ꝯ̃ ff.pro ſocio. l. ſociorum, qui in fine & fa-
cit ad leg.ff.de reg.iur.l.aliud, §.refertur, & qđ ibi no.& ff. quod
cuius.vniuer.no.l.nulli.& adde quod no.in gloſ. in Auth.de de-
fen.ciui.§.interim.cum gl.omnium.& hic per Andræ. Vnde di
cas, quædã concurrunt in perſonis collegiatis ſeparatim. quæ-
dam coniunctim, & ſub vniuerſitate, & tunc inprimis habet
locum leg.iſta, in ſecundis omnium conſenſus exigitur, vt ff.de
ſeruitu.ruſtico.p̃dio.l.in fundo cõi, & ff.de autho.præſtan.le. fin.
Fallit fauore liberationis, vt dicta leg.maiorem. Item fauore reli
gionis, vt Inſtitutio.de rerum diui.§. in locum. Item fauore li-
bertatis perſonę, vt ſ̃.eo.& de manumiſ.l.j.item fallit, dum qui
vtuntur, vtantur, ad vſum deſtinatum, ad quem oẽs homines
vtuntur, vt notat̃ in c.cum oẽs extra, de conſtit. item patrium
dictum imitatur, per no.in c.quæ in eccleſiarum, de conſtitu.

LEX XLVI.

1 *Pauperes excuſantur ab officijs ciuitatum.*
2 *An per famam probetur, quantum quis habet in bonis.*

Ad ſubeunda. Non debent ad honores, qui exigũt ſumptum, eligi, niſi ille qui ſumetũ
1 illum implere poteſt, ſit fide dignus.hoc dicit.† Et hæc le.melius
quam alia declarat, quomodo quis ratione paupertatis excuſe-
tur ab officijs, quicquid gloſſ.no.in corpore Authen. de hæred.
& Falc.§.ſi vero abſunt.& in l.paupertas, ff.de excuſation.tuto.
facit quod no.Inſti.de excu.tut.§.item propter.cætera dic. vt in
2 gl.† An per famam probetur, quantum ſit in bonis? dicit. Iaco.
in l.paupertas, ff.de excuſa.tut.facit l. 1.§.flumen.ff.de fluminib.
& ſ̃.an fiſcus, vel priuat.l.2.& ff.de iure dot.l.vbi, & quod not.ff.
de neg.geſt.l.at qui natura, §.cum me abſente.

LEX XLVII.

1 *Frater de ordine Minorum ſi efficiatur Epiſcopus, ſubijcitur tamen Generali fratrum minorum.*

Curiales. No.hic, ob delictum contemptus iuriſdictionis non multari quem, niſi delictum habeat
in ſe perſeuerantiam. Dignitas curiali addita non eximit eum a
1 iuriſdictione ſui iudicis.h.d. Et eſt argu.lex iſta, † ꝙ licet frater minor efficiatur Ep̃s, tamen ſubeſſe uidetur Generali minorum
fratrum, cum adhuc remaneat frater, per hanc reg.

LEX XLVIII.

1 *Decurionis hæres tenetur ob malam adminiſtrationem debita reſarcire.*

1 In ſucceſsione. †Iſta ſucceſſio, de qua loquitur hic poteſt eſſe in ordine, vt filius ponatur loco patris; & poteſt eſſe in hęreditate, & tunc vult dicere ꝙ
hæredes Decurionis obligati ob malam adminiſtrationem te-
neantur debita reſarcire. Sed ſecundum primam lecturã vult di
cere, quod ſi pater, q erat Decurio deceſſit, agnatus, id eſt filius
qui eſt proximior de agnatis, ponitur in locum eius, licet non in
gradu eius, cum ſit de nouis Decurionibus. Sed pone, quod plu-
res ſunt filij, quis ponetur in loco patris ſui? Reſpondeo, primo
genitus ſecundum Odoff.& licet omnis filij conditionem patris
ſequantur, & ad decurionatum vocari poſſint, vt ſ̃.eo. l. in filijs
tamen hic dicitur quis prius vocetur ſecundum eum, & allegat
hoc in argum.pro conſuetudine Anglicorum, & Francorum.
Odoffr.

LEX XLIX.

1 *Munera debentur, a Iudęis & Saracenis, quia quantum ad munera ſuperſtitio non curatur.*

1 Omnes. †Munera indicuntur etiam Iudęis, & Saracenis, quia quantum ad munera ſuperſtitio non cura-
tur, ſed honor non deferẽ eis.h.d.tex & gl. In tex. ibi, originis do
micilli, vel incolatus curiæ, id eſt ciuitati, vel caſtro debentur.
No.ciues, & incolæ ſeipſos debent muneribus iuuare, & facit ad
l.ff.de excuſa.tut.l.ſpadonem, §.iam autem & Iudæi.& de iudęis
ſi fiant Chriſtiani, idem iudicatur de ijs, quod de alijs Chriſtianis
extra, de conſtit.c.tranſlato.

LEX L.

1 *Decuriones non poßunt extra ſuam prouinciam officium exercere.*

Omnes omnino. † Decurio, qui cauſa euitandi onera decurionatus facit ſe eli-
gi in poteſtatem, vel Capitaneum alicuius loci, ad curiam reuo
catur, & tẽpus.quo ante fuerat inter decuriones, non patrocina
tur ſibi, ſed nouis, ut ab initio ſeruiat muneribus.& nota.

LEX

L E X LI.

1 *Bona illius, qui quacunque fraude curiam euitat, ſi per annnm contumax fuerit, applicabuntur curiæ.*

Quamuis prouiſum. Prouiſum eſt ſ̄.l.ꝓx.& in multis aliis, qualiter
occurrat ɔ̃ Decurionē, q vt deſereret munera curiæ trāſiuit ad
aliquod officium, nam illo officio ſuſpenſo ad curiam reuocat̄
2 ſed quia † quidam latitando, & fugiendo non officium aliquod
ſuſcipiendo, tētant munera declinare, ideo iubet hæc l. ꝙ ex ta-
lium bonis, ſi j̃. annum (poſtq̄ per edicta citati fuerunt) non ve-
nerint, curię cōſulatur. ꝙ dic, vt ſ̄. eo. l. quidā ignauię. & l. quam
uis prouiſum. & adde quod dicam j̃. eo. l. duum virum.

L E X LII.

1 *Officium continuare alij non coguntur, quando alij ſunt idonei.*

1 Quis tam. † Ad iterationem munerū nemo compellit̄ niſi aliorū in defectum. qs enim tā iniquus
eſt, ut eundē ſępe iterare compellat munera, vt alios ſubleuet;
certe iniquiſſimus eſſet iſte, cum non ſeruaret ęqualitatem.

L E X LIII.

1 *Citatio an poſſit fieri de eo, qui non eſt in territorio citantis.*
2 *Executio diffinitiue, an poſſit fieri extra territorium iuriſdictionis, & quid de his, quæ pertinent ad exercitium voluntariæ iuriſdictionis. nu. 3.*
4 *Agi confeſſoria, an poſſit peruſii pro prædi, quod eſt Florentiæ.*

Duum virum. Magiſtratus municipalis non debet exire municipiū. h.d. niſi publica ſit
vtilitas, vt ſ̄. eo. l. curialis. Vel dic, ꝙ magiſtratus municipalis ex
tra terminos municipij ſuam iuriſdōnem non exercet. facit, ff.
1 de iuriſdi. om. iudic. l. fi. h.d. ſecundo. † Circa hoc quærit̄, an cita
tio poſſit fieri de eo, q non eſt in territorio citantis? Reſpon. ſic,
per edicta, ut ſ̄. eo. l. q̃uis. ſ̄. vbi de crim. agi opor. Authen. quia in
prouincia. & ſ̄. vbi in rem act. l. 2. l. gn̄aliter. §. his de p̄ſentib. ſup.
de reb. cred. cum ſimilib. Sed an p nūcium citari poſſit, dixi in
2 Authē. de hæred. & Fal. §. ſi vero abſunt. † item q̄rit, an diffiniti-
ue executio fieri poſſit extra territorium iuriſdōnis? Reſp. non,
vt l. cum vnus, §. pen. ff. de bon. autho. Iud. poſſ. & l. relegatorum,
ff. de interdict. & releg. Item q̄ro de lege, & conſuetudine alicu-
ius municipij, an poſſit dici de ſubditis extra municipium agen-
tibus? Reſpondeo, vt ff. de decre. ab ord. facien. l. fin. & dixi ſ̄. de
3 anno. & tribu. l. mediterraneæ. † Item quæro, quid in cauſis, quę
pertinent ad exercitium voluntariæ iuriſdōnis? Rn̄deo. iuriſdi-
ctio quædam hēt circa territoriū, vt in his q̄ reſpiciūt patrimo-
nium hoīs alicuius, vel territorium ius dicentis impune extra
territorium nō paretur, vt hic, & l. fi. ff. de iuriſ. om. iud. cū ſimi-
lib. ea vero q̄ a Iudice fiunt, non rōne alicuius iuris p̄rimonium
attingētis, ſed occaſione alicuius poteſtatis a lege datæ vt eman
cipatio, manumiſſio, & ſimilia, cui aut decretū interponit̄, quia
iuriſdō circa illa nō cohæret territorio, ſed pſonæ, dico ꝙ vbiq;
expedire p̄t, vt ff. de offi. proconſul. l. 2. & ff de adop. l. emancipa-
re. & ſic procedit illa differētia, q̄ fit de cauſis contentioſæ iuriſ-
dōnis, quia iuriſdō contentioſa cohęret territorio, vt ſ̄. vbi, &
apud quem, l. fi. ſed non in voluntaria, vt ꝓbat̄ in d. l. 2. vel dici ꝙ
in voluntaria ex volūtate partium vr̄ prorogata iuriſdō de loco
ad locum prima placet, ergo dicas ꝙ ɔtentioſa ideo cohæret ter
ritorio, quia verſatur circa ea, q̄ ɔ̃huntur, aut debētur in territo-
rio, qua rōne & circa Imperium concludit eſſe idē, vt l. 1. §. cum
4 vrbē, de officio p̄f. vrb. & dixi ſ̄. de bon. vac. l. ſi qn̄. † Quæro, quid
ſi volo agere ɔ̃ te confeſſoria Peruſij pro prædio ꝙ eſt Florentię,
an poſſum? Vr̄ ꝙ non, quia ſn̄ia datur fundo, vt ff. de neg. geſt. l.
qui aliena, in fi. Item quæro, an hypothecaria poſſum te conue-
nire hic ad p̄dium poſitum in aliquo territorio; Vr̄ ꝙ non, quia
in hypotheca ipſa res obligatur, non pſona, vt ff. de pact. l. ſi tibi,
§. de pignore, & quia in hypotheca res vr̄ cōueniri, vt in Auth.
de fideiuſ. §. ſed neque. ſed dico ɔ̃ per gl. ordinariam in Auth. vt
omnes obediant iudi. §. 1. in glo. vt ſi rem.

L E X LIIII.

1 *Capi poteſt quilibet debitor fugiens, vel fugere volens.*
2 *Capi poteſt quilibet exbannitus, & in fortiam communis duci.*
3 *Capientis officium quod ſit.*
4 *Detinere criminoſum, an liceat.*
5 *Fuga non inducit plenam probationem contra eum, qui fugiſſe dicitur, ſed contra fugientem eſt præſumptio iuris.*

Generali. Iſta lex eſt no. Si Decurio fugiat a curia vnius vir qui curia pręeſt, ſua authoritate pōt eum
capere, & ad iudicem ducere, vt ſub eius cuſtodia ſit, donec exa-
minetur controuerſia. Hoc quod dixi, quod ſua authoritate ca-
pere poteſt, eſt verum ſi ſuperioris copiam, ideſt pręſidis non ha
beat, nam ſi poteſt eum facere capi a Pręſide, non debet ipſe fa-
cere ſua authoritate capere. hoc primo. Secundo dicit, quod ſi
dubitatur de hoc, an ille ſit Decurio, quod illud dubium infra
tres menſes terminandum eſt, & ſi conſtiteris eum qui fugie-
bat Decurionem eſſe, iudex pronunciabit eum Decurionem, &
pœnam imponet pp fugam, ſi vero conſtiterit eum a curia libe
rum pronunciare debebit illum a curia eſſe liberum, ſi iudex
intra præfatum tempus quæſtionem prædictam non termina-
uerit, in decem libris auri, & officium eius, & ipſe punitur. h.d.
Hic not. qs poſſit aliquem capere, qs poſſit capi, & qn̄ poſſit ca-
pi, ꝙ ſit officium capientis, & q̄ ſit pœna eius q ceperit ɔ̃ ius? Et
quidem capere p̄t qs aliquem ex eo ꝙ ſua intereſt, vel ex eo, qa
eſt creditor, vel ex eo, qa repreſentat aliquod collegium, cui fu-
giens aliqd dēt, vt hac l. qđ obtinet ſiue ad dare ſit creditor, ſiue
ad fieri, vt l. ait Prætor, §. ſi debitorē. & hic, & in §. neceſſitatem.
& in Auth. vt iudic. ſine quoquo ſuffr. & l. j. ſ̄. vt oēs Iud. tam ci-
uil. Item pr̄ filium capit, dn̄s vaſallum ſuum, vt hac l. De ſeruo
non eſt dubium, ꝙ eum capere poſſum, ſicut & bouem meum,
qui ſe ſeparauit a grege meo, arg. ff. de acqui. re. do. l. naturalem
1 in prin. † Capi pōt quilibet debitor fugiēs, vt ſ̄. probatum eſt, vel
fugere volēs, qa hæc lex non reqrit, quod actu fugiat, & expreſ-
ſe probatur ſ̄. de pig. act. l. pe. & ff. de pig. l. quæſitum. dum tn̄ hu-
ius propoſiti ſit facile cognoſcere, dum ſarcinulas parat ad ex-
portandum, argumen. ff. quibus ex cauſ. maior. l. non enim. Itē
ſi hoc dixit alicui, vt not. in l. Fulcinius. §. 3. & ff. qui. ex cau. ma-
2 ior. l. antepen. Item † pōt capi qlibet exbānitus, & in fortiam cō-
munis duci, vt ſ̄. de fideiuſ. l. ſi Barſatoram. & ducenti impēſę re
ſtitui debent a communi, ſecundum quod dicit quædā lex val-
de notabilis ad hoc, ff. de cap. & poſtlim. reuer. l. mulier in opus
ſalinarum. Poteſt autem capi, quando ſuperiori non eſſet pro-
ficuum auxilium, qa interim forſan ille fugiſſet, vt hac lege ex-
3 primitur. † Officium capientis eſt, vt ad iudicem eum adducat,
& de iure ſuo teſtetur, vt hic expreſſe habetur, & probatur in gl.
ordinaria in 10. colla. de pace. iuram. firman. in gloſſ. ſed quid ſi
4 non. † Sed in criminali interdū eius rei teſtandæ cauſa ipſum de-
tinet, vt ff. de adul. l. capite quinto. quod licet in crimine adulte-
rij, & furti forte, nam difficilis eſt eius probatio, cum plerunque
de nocte committatur, & ideo iniuriam paſſus remedium præ-
fatum habet. hoc dicit lex. ff. quod me. cau. l. nec timore. in fin.
cum glo. Interdum etiam ad iudicem adducitur, vt ff. de fur. l. in
terdum, §. qui furem, & ff. de condict. ob cau. l. pe. Pęna in debi-
te capientis ſub velamine alicuius iuris quod prętendit, puto,
quod ſit in arbitrio iudicis, ſicut & pœna indebite reſiſtentis, vt
hac lege. Itē not. hic, quod iudex, qui ciuiliter cognoſcit de hoc
præiudiciali, punitur criminaliter, dum mulctam indicit: ſic eɔ̃
habetur. ff. de var. & extraord. cogn. l. cum medicus: & ff. de ca-
lum. l. penultima. l. ſi irruptione. §. ſi dicatur. ff. finium regundo-
rum, & ſic intelligimus infra de profeſſ. & medic. l. archiatri. Itē
5 † nota hic, quod fuga non inducit probationem plenam, & ne-
ceſſariam. ɔ̃ eum, q fugiſſe dr̄, & hoc eſt, quod dicit ibi, ſi fiducia
&c. & ſic obſtare vr̄. ff. de re mil. l. deſertorem, ſed dicendum vr̄,
ꝙ interdum fuga allegatur ad aliquid ꝓbandum, interdum alle
gat̄ pp ſe, vt puniat̄, non pp aliud. Primo caſu probata fuga, quæ
eſt delictum, ɔſtat ipſum delictum fuiſſe & eſſe probatum, vt in
ɔ̃rio. Secundo caſu. aut fuga allegat̄ ad præſumendum aliqd in
ciuili cauſa, & obtinet hæc lex, aut in criminali, & tunc fuga im
pedit ne delicto perquiratur efficaciter. Idem dici dēt in fuga of
ficialis. Sed ſi fit effracto carcere ꝙ ɔ̃ fugientem eſt præſumptio
iuris, & de iure, vt ſ̄. de Aſſeſſor. lege ſecunda. & ff. ad Senatuſcō-
ſul. Sill. lege legem. & ff. de cuſtod. reo. lege pen. dic, vt ſ̄. de act.
trib. l. 3. Item no. de hac lege pręiudiciali, ꝙ dēt terminari j̃. tres
menſes, & dices eſſe ſpeciale in his præiudicialibus. vel dic eſſe
ſpeciale ideo, qa reus erat in carcere, qđ eſt not. ſimiliter & alibi
fauore cauſę abbreuiatur tempus inſtantię, vt in cauſa legato-
rum, vt in Authē. de hære. & Falc. §. illud quoque. item in cauſa
dotis. ſed dicam ibi abbreuiare dilationes, non tempus inſtātiæ,
quia hic non inuenitur. ſic intelligo quod no. in l. 1. ff. ſol. mat.

L E X LV.

1 *Decurio non præſcribit libertatem propter militiam a muneribus publicis*
2 *Apoſtata non ſe præſcribit in libertate.*

1 Si quis Decurio. † Quidam ex decurionibus ſtetit per triginta annos, vltra, in poſ-
ſeſſione libertatis a decurionatu poſſidendo forſan in aliqua mi
litia, certe non ideo præſcribit libertatem a muneribus publicis,
ſed ipſe, & liberi eius curię nihilominus ſunt obnoxij Opp.
2 j̃. eo. l. ſi ille. Sol. vt ibi dices, aliquid dic in glo. No. † contra apo-
ſtatas, quia ſe in libertate non præſcribunt.

L E X LVI.

1 *Decurionibus non debet committi publica adminiſtratio, niſi in ſua ciuitate vbi morantur.*

Alexandrinis. Decuriones maiores etiā de Alexā-dria, vel aliunde, poſſunt eſſe Aduoca
ti. tamen iſta occaſione non poſſunt exire prouinciam, vel pa-
1 triæ munera declinare, vt ſ̄. eod. l. in filij. Item circa publica non
debent committi eis, niſi in ciuitate, vbi decurionatum habent,
vt & ſ̄. eod. l. curiales. Vltra beneficium Decurionum eſt, vt ad
maiorem dignitatem promoueantur, poſtquam munera ex-
pleuerint. Decuriones tamen eſſe deſinunt. facit infra. eod. l. cu-
riales, qui.

L E X LVII.

1 *Officiales Reipublicæ in officio delinquentes poßunt ab officio remoueri.*
2 *Pœna perſonalis in ratione officij commutatur in pecuniam.*
3 *Electio,quæ non trahit ſecum executionem,non indiget confirmatione , & ibi authoritas ſuperioris non requiritur.*

Quinque ſummates. Inter decuriones Alexã
driæ erant quinque, q
bus ſumma totius curiæ erat commiſſa,& ideo dicebatur Sum
matur. Dicit ergo primo de priuilegio iſtorum, etiam ſi extra
officium delinquunt, non puniuntur vnquam criminali, ſed
ciuiliter; & hoc ideo fit, ne debilitati in abſciſſione forte alicu-
ius membri impediantur patriæ cauſas defenſare. hoc primo.
Secundo dicit,ꝙ iſti Summates eliguntur ex Decurionibus,&
a Decurionibus,adeo ꝙ omnino omnes intereſſe debent. Item
cum eliguntur,debet iudicium, id eſt conſilium , & conſenſus
ſuperioris, ſcilicet præfecti Auguſtalis,interuenire.hoc dicit.Fa
cit ad quod dicit,iudicio. lege prima in fi.ſupra de pet.bo. ſubla.
†Nota primo,ꝙ ratione delicti quod committitur extra offici-
um,non remouetur ibi ab officio.& eſt ratio,quia eorum offi-
cium eſt publicum , & habent imperium, facit ff. de iniur. lege
nec magiſtratibus.Idem eſt ĩ officio tutelę,vt ff.de ſuſpect.tu. le-
ge prima,§.Ꝗuęri.ſed ſi in officio delinqueret. officiales Reipu-
blicę poſſent ab officio remoueri per ſuperiorem , vt in Aut. vt
iudices ſine quoquo ſuffra.§.ſi quis autem. ſed tutor non remo
1 uetur ſemper, ſed ſi ſit de coniunctis pupilli datur ſibi coadiuua
2 tor,vt ff.de ſuſpect.tut.lege ſi tutor aliquo †Not.ſecundo,quod
ratione officij ſit commutatio pęnæ perſonalis in pecuniariam
Nota tertio,ꝙ ſi priores Peruſij volunt eligere priorem eorum,
omnes debent eſſe præſentes,ſed hoc ſic, vel contumaciter ab-
ſentes,vnde omnes requiruntur eſſe monitos,vel citatos,vt ſup.
eo.lege ſecunda.Not.vlt.de authoritate ſuperioris,quæ requiri-
tur,& hoc ſignificatur per illam dictionẽ,iudicio, quod eſt not.
& eſt ſpeciale in electione iſtorum Summatum. ita dicit Odof.
3 ĩ.eod.lege ſi quos.†nam electio contrahit ſecum executionem,
vbi non indiget confirmatione, & authoritas ſuperioris non re
quiritur, ſed vbi confirmatione egeret,requiritur,vt no.in Aut.
de mona.§.fin.in glo.not quia ſic intelligo,quod cuiuſque vni-
uerſi.nomi.lege nulli,in penult.glo.& ff.de tutor.& curato.dat.
ab his.l.vbi.& adde quod dicam ĩ.eo.l.ſi quos.

L E X LVIII.

1 *Decurio,qui per triginta,annos fuit Decurio gaudet priuilegio,ne pro maleficijs corporaliter puniatur.*

1 **Eum qui.** †Decurio, qui fuit Decurio triginta annis,
gaudet in maleficij priuilegijs Summatum,
de quibus dixi ſ.lege prox.vt non puniatur corporaliter. verum
eſt tamen,ꝙ iſtud beneficium tantum benemeritis datur,& qui
curię munera ſubierunt , non autem datur indignis. hoc dicit,
Et no.ꝙ lex iſte facit quod hic dicit,quod debet cõſtare de me-
ritis.qđ no.ſ.de coll.l.ſi donatione.& ff.de caſt.pec.lege ſi forte.

L E X LIX.

1 *Monachi ſi de concordia eligunt Abbatem , debet confirmari ſine inquiſitione.*
2 *Contractus,qui fit de rebus ciuitatis,requirit authoritatem ſuperioris.*

Si quos ſpontaneos. In textu ibi, ſpontaneos.id
eſt ſponte ſua volentes cõ-
trahere,quia non debent cogi.in textu.ibi, hi ponematographi.
id eſt emphyteutas.in text.ibi,munificos,id eſt idoneos,Si quos
emphyteutas idoneos ſponte, & rogantes Decuriones velit. vt
ab emphyteotis accipere , & cætera dices. Duobus modis intelli-
gitur , vno modo ꝙ ſi Decuriones eligunt aliquem officialẽ ad
aliquod officium, ad quod ex authoritate ſuperioris tantum ali
quis promoueatur,ꝙ præfectus Auguſtalis in Alexandria , qui
eſt maior , debet electionem confirmare ſine aliqua inqſitione
1 de mundo,pœna imminente, ſi in contrarium facit.h.d.† Not.
ergo ꝙ ſi monachi eligunt de communi concordia Abbatem,
debet confirmari ſine aliqua inquiſitione . vnde dic ſic caſum.
Quod ſi Decuriones Alexandrię, vel alterius loci prædia illius
loci velint concedere in emphyteuſim , quod poſſunt conce-
dere,& valet contractus emphyteuticus, & ſtat dummodo in-
ſinuetur Præfecto Auguſtali, qui viſo inſtrumento emphyteu-
ſis debebit pronunciare ſe habere contractum pro inſinuato,&
authoritatem ſuam interponere , pœna imminente ſi non con-
2 firmat.h.d.† Et hoc eſt valde not.qđ in contractu , qui fit ſuper
rebus ciuitatis,requiritur authoritas ſuperioris , non dico tunc
cum celebratur,ſed poſt cum inſinuatur. Aliud eſt in manimiſ-
ſione,vbi ab initio,& in ipſo contractu,requiritur authoritas ſu
perioris,quia libertas eſt irreuocabilis,vt ſ.de ſeru.Reip.l.j.cęte
ra dic,vt dixi ſ.eod.l.quinque Summates.& l.2.Item not.in fin.
huius leg.ꝙ quando de plano itur ad Iudicem,de conſenſu.par
tium res debet expedire ſine aliquo ſtrepitu . Vnde pro donatio
nibus not.l.iſtam,ꝙ ſi donans,& donatarius vadunt , ad iudicẽ
vt pronunciet inſinuatam donationem,ꝙ ſtatim ſine aliqua ci-
tatione, vel ſtrepitu,debebit eam inſinuare.

L E X LX.

1 *Executor vltimæ voluntatis non poteſt alteri executionem ſibi commiſſam committere.*

Nullus. Regula eſt,ꝙ nullus Decurio ſeruit per ſubſtitu-
tum.fallit, ſi hoc ei ſpecialiter eſt cõceſſum. item
ſi ſit illuſtris.h.d.Et dic ſimilia,ut in glo.Et eſt hęc lex in argu.
1 † ꝙ executor vltime voluntatis non poſſit iſtam executionem
alteri committere. fallit in Epiſcopo,qui.eſt illuſtris,vt ſ.de Epi
ſcop.& cleric.l.ad ſimilitudinem.& facit ĩ. eod. l. neminem , §.
ne tamen,& ff.de furt.l.cuius bonis.

L E X LXI.

1 *Nomen parentis ſignificat affinitatem quãdam,quæ non cadit inter eos qui in rerum natura non ſunt.*
2 *Priuilegium per legem cõceditur etiam, eis ,qui in rerum natura non ſunt.*

Neque. Dorotheus,ireneus, familia , eorum filij , & ne-
potes,& pronepotes etiam ante hanc legem na-
ti,& omnes poſteri, priuilegium habent per hanc legem exem-
ptionis ab omni munere,adeo ꝙ de iure communi nec occaſio
ne alicuius priuilegij Antiochenis , vnde hi erant conceſſi, poſ-
ſunt inquietari,ſed inter cætera priuilegia ſuam obtinent autho
1 ritatem,alias firmitatem.h.d. † No.primo de ſignificato libero-
rum,& poſteriorum vt ff.de grad.leg. iuriſconſultus,§.parentes.
& eſt forte ratio,quia nomen parentis ſignificat affinitatẽ quan
dam,quę nõ cadit inter eos,qui in rerum natura non ſunt,vt le.
ſi quis filio exhæredato,§.j.de iniuſto teſtamen. & non ſit ueri-
ſimile quem tãtum viuere,ꝙ habeat ad nepotes,ergo & coniun
ctio eadem.concludit in liberis,quia nomẽ parentis: & libero-
2 rum,ſunt correlatiua,& uno ceſſante ceſſat reliquum. † Nota,
concedi priuilegium per legem,ẽt ei qui non eſt in rerum natu
ra.facit ĩ.e.l.Doctitij.& ſ.qui pot.in pig.hab.l.aſſiduis, circa fin.
eſſe tamẽ ſperatur. Sic in legato.vt ff.de leg.j.ſi duobus. in princ.
& hoc verum in his,quæ expreſſe diriguntur in futurũ, ſed quæ
non diriguntur in futurum,quia oportet ut ex pręſenti tempo-
re ſumant vires,inutilia ſunt,vt no.per multa exempla extra, de
reſcrip.c.fi.ſed rei, quæ non eſt,nec eſſe ſperatur , & conceſſum
priuilegium eſt nullum,extra de reſcrip.c.fi. Item. ſi nũcium ſit
inualidum,nunq̃ res concipi poteſt in futurũm , ut ff. de nouat.
l.ſi vſusfructus.& ff.de ſeru.expor. l. ſi minor. Nota hanc legem
pro exemptis,ut ſi is,qui tenebatur muneribus ex perſona pa-
tris,ſit exẽptus a muneribus,non poſſit ad munera uocari, qua-
ſi cum non ſequatur patrem,habeat ſequi matrem , forte An-
tiochenã.nec obſtat ſupra eo.l.curiales.quia ibi loquitur in eo ,
qui ſequebatur conditionem patris ratione priuilegij conceſſi.
Tertio hic de eo,qui non ſequitur,quia excu.no.bene.

L E X LXII.

1 *Filius ex patre non curiali & matre curiali genitus , ſequitur conditionem matris.*
2 *Confeſſus non dicitur in iudicio, niſi coram iudice.*
3 *Confitens ſponte, non dicitur conuictus.*
4 *Confeſſio cum tranſiuit in executionem,non reuocatur.*

Si ille. Antiochenis datum eſt priuilegiũ, vt liberi matrum
conditionem ſequãtur,vt probatur ſ.l.prox.illud pri
uilegium nõ vẽdicat ſibi locum in omnibus liberis,qui ex parte
patris non ſunt de origine curiali , nam tunc cõditionẽ patrum
ſequerẽtur exiſtentium forte de alia ciuitate. & hoc ideo, quia
priuilegia ẽt in corpore iuris recluſa,vt erat illud qđ Antioche
nis datũ erat,vt ſ.l.prox.& l.eos.debet intelligi ſine alterius iniu
ria,quod no.ſed quare non ſequitur conditionẽ matrum ? Re-
ſpondeo,quia eſſet iniuria filiorum,ad quas non extenditur pri-
uilegium,vt l.nec auus.ſup.de emãcip.lib.& ſic non obſtat l. or-
dine,in fi.ff.ad municip.quia ibi nõ loquitur in priuilegijs.Item
non obſtat.id,quod dixi de legitimo in d.l.eos quia illud concor
dat.legimatio enim non debet vnum eximere ab eo,quod ratio
ne prioris ſtatus obſtrictus erat,ne alicui fiat iniuria.Præterea ibi
priuilegium conceditur ſibi,non tertio,arg.ff.quod quiſ.iur.l.ſi
1 quis iniquum.† Item in quo erat priuilegium Antiochenæ ciui
tatis, cum idem ſit de iure communi, vt filius ex matre curiali,
& patre non curiali ſequatur matris conditionem,vt ſ.eod.l.na
ti.Reſpondeo, quia etiam natus ex patre curiali , dummodo ſit
curiali Antiochenę ciuitatis,ſequatur matrem.Sed ſi aliunde eſ
ſet curialis,ſecus vt dictum eſt.vel dic ꝙ in l.nati.eſt ſpeciale, &
l.eos,loquitur in naturalibus,vbi de hoc per Odoffred.& ibi per
2 glo.& hæc vera.† Sub examine. no. non dicit quem confeſſum
3 in iudicio,niſi confiteatur coram iudice dixi ſ.de iu.fi.l.2.† Con
uictus.no.ꝙ ille qui confitetur ſponte,non dicitur conuinci,ſed
4 qui vi confitetur,conuincitur,vt hic innuit.† Et albo.not. ꝙ vbi
confeſſio tranſiuit in executionem,non poteſt reuocari. facit ff.
de cond.indeb.l.qui ob rem. Item not.hic,ꝙ qui dicit aliquem
eſſe de nobilibus,habet probare.ſic ff.de proba.l.1.

1 *Ingratitudinis q̃ſtio ſi nõ fuit mota donatario,non põt moueri eius hæredi.*
2 *Præteritus niſi dicat teſtamentum nullum,nec eius hæres poterit.*

§.quod ſi quem. Natus ex matre curiali Antio-
chenę ciuitatis,& patre non cu-
riali ; non mouit vbi curia, cum te poſſiderem in libertates

mu-

munere curiali, aliquam quæſtionem deceſſiſti, vult a filio tuo incipere poſt mortem tuam, dicendo eum eſſe obſtrictum curiæ, certe non poterit. hoc dicit, quod no. ſed nonne actiones poſſunt incipere ab hæredibus, & contra hæredes, & multo fortius exactiones? Reſp. vtrique. cur ergo non, & hic intentari pōt præiudicialis ꝯ nepotem? Reſpondeo, iſta præiudicialis non eſt illa eadem, quæ competebat contra patrem nepotis, ſed alia, certe multo fortius deberet poſſe intentari, quia commiſſa negligētia ſuper vna actione, non debet præiudicari ſuper alia, finge nepotem poſthumū mortuo patre natū. ſed dici debet quod obiectio procedit in actionibus penitus diuerſis, ſed hæc habent dependentiam. quia licet filius propter matrem ſubijciatur curiæ, tñ nepos propter patrem ſubijcitur: ergo patris exemptio qualitercunque contingens, nepoti prodeſt, argum. ſ. eod. l. nullus ſo-
1 lius. † Et ſunt hæc in arg. ad quæſt. quod ſi quæſtio ingratitudinis non fuit mota donatario, non poſſit moueri hæredi eius. econtra ſi non fuit mota a donante, non poteſt moueri ab eius hærede, vt ſ. de reuo. don. l. j. & l. fi. † Item dicas in teſtamento, ſi præteritus non dicat nullum, hæres eius non poterit dicere, vt ff. de iniuſto teſta. l. filio præterito. ſed iſta intelligi debent, niſi aliquod impedimentum facti, vel naturæ ſubfuerit circa principalē. tunc enim ad hæredem, & contra hæredem tranſiret, arg. ſ. de poſth. hær. inſtituen. l. vxoris abortu. In querela autem inofficioſi aliud dicas, cum etiam non præparata tranſmittatur, vt l. ſancimus, in fi. ſ. de inoffi. teſta. ſed hæc actio non ſapit de vindicta ſicut reuocatio, quæ fit ob ingratitudinem. at in iure dicendi nullum p̄ſumpta approbatio impedit tranſmiſſionem; quod in querela non eſt, cum approbatio non pendeat ab exhæredato, niſi forte legatum accipiendo approbauerit, quod non placet, quia imo pendet, vt l. fi. ff. de inoffi. teſta. at in querela eſt ſpeciale, quia teſtator valde offendit officium pietatis.

LEX LXIII.

1 *Priuilegiorum Imperatoris contemptores pęna ſacrilegij tenentur.*

Doctitij. Idem in Doctitio dr̄ ēt quod habuiſti in Dorotheo, & Irenio. ſ. eo. l. neque. h. d. Iubet ergo, ꝙ nullus doctitium, vel eius poſt dignitatem illuſtrem progenitos
1 valeat moleſtare, pęna ſacrilegij imminente. h. d. † No. ꝙ contēptores priuilegiorum Imperatoris tenentur pęna ſacrilegij. h. d.

LEX LXIV.

1 *Dignitas non excuſat a muneribus.*
2 *Lex, quæ ſe trahit ad præter ita, eſt odioſa, & calumnioſa.*

1 **Neminem.** † Quidam olim excuſabantur a munerib. curiæ propter quaſdā dignitates illuſtres. hoc ergo hic corrigit dicēs, ꝙ prætextu illuſtris dignitatis illius, Decurio non valeat munera curiæ declinare, etiam ſi ante hanc l. dummodo poſt imperium Zenonis, qui fecit hac l. fuerit ad dignitatem, quæ talem excuſationem præbebat, promotus, dicet aliquis, ergo ſolum nomen dignitatis habet, quia non poterit dignitati ſeruire, & curiæ, ſed dr̄ ꝙ imo & effectum, nam curiæ ſeruiet per ſubſtitutum, vt ſ. eo. l. nullus, qui. Tertio, dicit, ꝙ quædā ſunt dignitates ſuperilluſtres, quæ a nexu curiæ liberant. ſecunda ibi, ne tñ. tertia ibi, hos autem, h. d. Opponitur ſ. l. prox. Sol. illa corrigit principium l. noſtræ in eo, quod hac l. cauetur, vt ad eorundem priuilegia præterita indulta trahantur, quia oportet leges futuris regulas imponere, non præteritas calumnias excitare, & hoc dicit l. ſequens. Et attende, quia aut lex dat formam futuro negotio, aut futuro iudicio, aut futuræ pœnæ, aut alicui alteri rei, & hoc exprimit, aut exprimit quod vult dare formam preterito, & tunc ſtari debet legi, ſed vbi non exprimit, conſideracui rei lex det formam. vt de illa re futura intelligatur: nam ſi dat formam negotio, de futuro intelligitur, vt l. leges & conſtitutiones. ſ. de legi. ſi electioni, de futura electione intelligitur, vt in Auth. vt deter. ſit numer. cler. & in Auth. de referen. Si in iudicio, intelligit de futuro iudicio. Si pœnę, de futura pœna, vt in Auth. vt iudices ſine quoquo ſuffra. circa fi. & in Auth. de hære. & Falcid. §. & nullus. Si alicui priuilegio remouendo, intelligitur de futuro, non de eo ꝙ iam competit, vt in ſ. l. prox. quod eſt no. & hoc facit contra no. per gl. in l. ex facto, ff. de pecul. ſed hic de lege beneficium remouente, illud cum lex imponitur factis hominum, vbi eſt neceſſe legem omnibus innoteſcere, vel hic ſpeciale, quia ſic lege cauetur, & ideo quia qui coactus fecit, & non fuit vſus beneficio, non vī renunciaſſe, ſecus alias, vel dic ꝙ beneficio, non competebat, & adde quod no. extra, de conſti.
2 c. cum acceſſiſſent. Vltimo † ꝙ no. quod lex, quę trahit ſe ad prę. terita, eſt calumnioſa, & odioſa, vt dicit j. l. prox. in fine leg.

LEX LXV.

1 *Lex an liget a die, quo promulgatur.*

1 **Diuæ.** Dic, vt dt ſ. l. prox. Et die, qua lata eſt lex, ligat. † No. ergo, quod ligat a die, quo promulgatur, alibi. videtur quod poſt duos menſes. Quædam ſunt leges, quæ diſponūt ſuper facti hominum, & de his legib. habetur in Auth. vt factæ nouæ conſtit. quia ligant poſt duos menſes a die publicationis: quędam ſunt leges, quę diſponunt ſuper iure perſonarum, & iſta ligant ſtatim, vt hic.

LEX LXVI.

1 *Filius natus antequam pater fuerit Rex, an ſuccedat in Regno.*
2 *Vaſallus feloniam committens non nocet filio ſuo primogenito.*

Curialibus. Duodecim dignitates tm̄ excuſant decurionem a muneribus curiæ, quas hic enumerat, quarum quædam ſui priuilegio excuſant, quædam intuitu laboris. In primis liber eſt quis eo ipſo, ꝙ inſulas ſuſcepit; in
1 alijs poſtquam adminiſtrare cęperint. † Item iſta priuilegia non trahantur ad filios primogenitos. Et ſic eſt argumentum, quod filius natus antequam pater fuerit Rex, non ſuccedat in regno, vt no. ſup. de ſecun. nup. l. hac edictali, §. his illud. imo dic qđ hæc l. nōn facit, quia loquitur hic de priuilegio, quod competit patri, qđ non trahitur ad filios primogenitos, quia certam cōditionē habere ceperunt; ſed conſuetudo regni, quæ vocat primogenitū dat priuilegium ipſi primogenito, non patri. & ideo per alias leges dic ꝙ ſi conſuetudo dicit, ꝙ primogenitus Regis ſuccedat, ꝙ iſte non ſuccedit: ſecus ſi de primogenito ſimpliciter loquat, vt ff. de teſt. mil. l. Titius, & ff. de falſ. l. dies, §. fi. ff. de nox. l. in deli-
2 ctis, §. ſi extraneus. & ita alle. gl. in d. §. his illud. † Item eſt argum. ꝙ ſi vaſallus committit feloniam, ꝙ filio ſuo primogenito non noceat, ſed poſtea genito ſic, ſecundum glo. tu dicas, quod hæc l. non facit, quia hic loquitur in his, quæ tranſeunt ad filios in vita patris; ſed feudum poſt mortem demum tranſit ad inſtar ſucceſſionis: in iure patronatus certo modo diſtinguitur. ff. de bon. liber. l. quod ſi pater. & l. quæritur. Tertio dicit, quod id quod cōceditur maioribus, non debet concedi minoribus. Vltimo dicit, quod non valet reſcriptum, nec ſententia, per quam aliter quā ſecundum l. concederetur immunitas.

Si ſeruus, aut libertus decurionatum aſpirauerit. Rubrica.

LEX PRIMA.

SI libertus. Libertus non poteſt eſſe Decurio, niſi ius aureorum annullorū acceperit, vel fuerit natalibus reſtitutus: & ſi ad curiā vetitus aſpirauerit, a curia remouetur, quia non eſſe Decurio declaratur, & per eundem iudicem ſibi condigna pęna imponitur. h. d. Facit ſup. tit. j. l. generaliter, & ff. de fur. l. interdum §. qui furem, & ff. de var. & extraor. co. l. medicus, cum ſimilibus.

LEX II.

1 *Iudex, cuius o bijcitur excommunicatio, infamia, vel ſuſpicio, non cognoſcit de hac exceptione.*
2 *Et qu d ſi dicitur ego non ſum de iuriſdictione tua.*
3 *Præſumitur quis credere de ſeipſo quod de eo credit publica fama.*
4 *Erraſſe præſumitur aliquis, qui cum aliter cognoſcit, ſtatim deſiſtit.*
5 *Ignorantia ſimplex non eſt error.*
6 *Fama publica conſtituit aliquem in quaſi poſſeſſione ingenuitatis.*

Preſes. Seruus tuus tantum ſciuit procurare, quod factus eſt Decurio, ꝙ inde etiam aſſumptus eſt ad officiū ædilis curulis; nunc forte dum vult aliquid facere contra aliquē prętextu illius officij, opponitur ſibi quod non eſt ædilis ex eo, quia libertus, vel dicit reus, tu es ſeruus meus, & imploratur ſuper hoc officium præſidis, vt de hoc cognoſcat, certe de hoc co-
1 gnoſcet præſes. hoc primo. † Quod eſt no. vt de hac excep. & ſimilibus, vt infamiæ, vel excommunicationis, vel ſuſpicionis non cognoſcat cui obijcitur, ſed pręſes illius prouincię, vide ſ. de iud.
2 l. apriſſimi, & l. cū ſpecialis. & extra, de reſcr. c. paſtoralis. † Aliud eſt in illa exceptione, non ſum de iuriſdictione tua, vt ff. de iudic. l. ſi quis aliena. & ff. ſi quis in ius voc. non ier. l. ex quacunque. puto etiam, vt ex ſuo offi. præſes poſſit declarare talem nō eſſe officialem, vt ff. de pœnis. l. ſi quis forte, §. ſi quis comitum. Item quæritur, quis ſit effectus huius cognitionis, & pronunciationis quando pręſes declarat eum ſeruum, vel liberum? Reſpondetur, aut ſciens conditionem ſuam aſpirauit ad honores, & ex officio Præſidis punitur in corpore, iuxta pœnam ei condignam ex eo, quia dignitatem ſeruilis macula deturpauit, aut ignorans preſumitur ex eo, quod publica fama forte erat, quod eſſet ingenuus, vel quod mater eius fuiſſet ingenua, & tunc non punitur, ſed tibi qui probaſti excipiendo per præiudicialem actionē, cum a nullo poſſideretur, ſed ſeipſum poſſideret in libertate, eū eſſe ſeruum tuum reſtituetur. hoc dicit. quod eſt notandū. Not.
3 qđ per exceptionem quis aduocat rem ſuam. † No. quod p̄ſumitur quis credere de ſeipſo illud, quod de eo credit publica fama, ſic ſ. de anno. & trib. l. fi. & non ſolum fama multorum eſt iuſta cauſa aliquid credendi, ſed etiam ſimplex aſſertio vnius hominis fide digni, vt no. ff. de cond. & demonſt. l. Titio fundus. & probatur ff. de in diem addict. l. vbi autem, in fin. tamen talis credulitas, licet ſit ſufficiens ad opinandum, tamen ad iudicandum non ſufficit, vt ſ. de teſt. l. iuriſiurandi, niſi ex conuentione partium agatur, vt iudex illud iudicet quod vnus teſtis deponet, vt ff. de do. pleg. l. Theopompus, vel deponat teſtis, non ꝙ interfuit actui, ſed quia aliquid aliud audiuit, vt quia verba interpretetur, vt in Auth.

Auth.vt præpo.nomen Imper.circa fi.& ff.de verb. obl.l.j. §.fin.
hoc enim non liquidat negotium,ſed liquidatum exponit.idem
eſt ſi non teſtificetur quis,ſed iudicet de eo quod a ſe depēdet.&
pro eo præſumitur,l.j.ff.de ventre inſpic. & in Auth. de non alie.
4 §.& vt neq.† Item præſumitur aliquis aliqd putaſſe, & erraſſe ex
eo,quia ſtatim cum aliter cognoſcit,deſiſtit,vt l.ſi adulterium cū
inceſtu,§.idem Pollioni,ff.de adul.& no.in Auth.de inceſt.nupt.
in prin.ſup.de iudic.l.rem non nouam,§.patroni.Item præſumi-
tur quis erraſſe ratione multiplicitatis, & iſta præſumptio colligi
tur poſtquam probatur rem aliter ſe habere, vt ff. de pac.l. em-
ptor,§.Lucius,& ff.de confeſ.cum fideicommiſſarium, inſti.qui
manum.non poſſ.§.1.& ff.qui,& a quib.l.in fraudem, & ſ̄.ad leg.
Falc.auth.ſed cum teſtator.& in auth.de hær. & fal.§.ſi vero ex-
preſſim.Item in facto alieno.facile præſumitur erratum,& in iu
ris ſubtilitate;nā ſi allegatur error,& probatur ſe aliter hr̄e, ſuffi-
cit,& vt ſup.de iur.& fac,ign.l.ſi poſt diuiſionē. Fallit, vbi poteſt
imputari erranti,cur errauit,vt ff.de fideiuſſ.l.Titius ex Seia.& ff.
de ſol.l.ſi cum Cornelius.& facit quod no.ff.de ꝓb. l. cum de in-
debito,in fi.& l.de ętate,in fi.ff.de interr.act.& ff. de iure fiſc.l.ex
5 quibuſdam,in fi.† De ignorantia ſimplici, quæ non eſt error, qa
ignorans non applicat animum ſuum contra veritatem,vt no.in
l.de ſtatu,ff.de teſt.dr̄ quod regulariter præſumitur, vbi de dam-
no.euitando agitur,vt l.verius,ff.de prob.l.cum de indebito,in fi.
& ff.de æta.in fi.& ff.de accuſ.l.ſi cui,§. ijſdem. ſiue iuris ſit, ſiue
facti,vt not.per Ioan.And.in c.præſumitur, extra de reg. iur. lib.
6 ſexto.† Vltimo opponitur de l.Barbarius, & dic vt ibi. Item ha-
bes hic, ꝙ publica fama conſtituit quem in quaſi poſſeſſione in-
genuitatis,& alibi in quaſi poſſeſſione dominij,vt no.ſup.de pro-
ba.l.proprietatis.& ff.de neg.geſ.l.at qui natura,§.ſi cum me ab-
ſente.ſed cur non ſufficit hoc iudici, vt procedere poſſit in offi-
cio ſuo? Reſpond. imo ſufficit, niſi contrarium probatur, quia
conditio perſonæ per modum incidentis diſquiritur, non princi
paliter. ideo ſufficit quaſi poſſeſſio eius, quæ videtur iuſta. no. in
l.ſi cui,§.ſi quæratur,ff.ſi ſeruit.ven.& ff.de cond. inſti. l. quidam
hic ergo contrarium probatur.

De prædijs decurionum ſine decreto non alienan. Rubrica.

LEX PRIMA.

1 *Caſus neceſſitatis videtur exemptus a prohibitione alienationis.*
2 *Alienationem impedit lex ipſo iure.*
3 *Decretum valet ſi ſolennitas non fuerit obſeruata.*
4 *Contractus qui fit apud acta,non poteſt reſcindi prætextu metus, nec prætextu doli,nec iniuſti pretij.*
5 *Acta perempta, an poſſint probari per teſtes, & quomodo teſtes ſuper hoc deponant.*
6 *Deponi quomodo poſſit ſuper atteſtationibus,quæ fiunt in ſecreto.*

SI quis Decurio. Decurationes p̄dia ſua vēde
re,prohibentur,& iſtud p̄mit
te.Ponamus ergo quod neceſſitas imminet ei vt vēdat: qd
habebit facere? Rn̄detur, ꝙ habebit adhibere pręſidem prouin-
ciæ,& coram eo formare petitionē quandam,in qua impetret a
pręſide licentiam vendendi, & in illa petitione dēt ſpecificari cā
propter q̄ ipſe vult vendere,q̄ cām qui allegat, debebit probare,
quod ſi non probauerit,aut iniuſta præſidi viſa fuerit,reijciat pe-
titionē.Si vero viſum fuerit pręſidi licentiam cōcedere, ꝯcedet,
& in pręſentia pręſidis ille ꝯctus debebit perfici. Sed ponamus,ꝙ
iſta ſolemnitas non fuerit obſeruata; rn̄detur quod ipſo iure nō
valet.Item ponamus,ꝙ hæc ſolemnitas fuit obſeruata, an pote-
rit venditio reſcindi,vel prætextu metus,vel pretextu iniuſti pre-
tij,vel doli aduerſarij? Reſpondetur quod non,ſi de ſolemnitate,
quod interceſſit probatur. Item quæritur qualiter debeat pro-
bari? Reſpondetur,per acta. Vltimo quęritur,an qui emit per ſe,
vel per alium bona talia, non ſeruata ſolemnitate puniatur? Re-
ſpondetur ꝙ ſic,quia pretium perdit,& rem reſtituit cum fructi-
1 bus. hoc dicit. † Nota quod a prohibitione alienationis videtur
exemptus caſus neceſſitatis. quod intellige, vt alienari poſſit fa-
cta fide Iudici de illo caſu. ſic vidimus in re minoris, vt l. magis
puto,§.ne paſſim,ff.de reb.eo.& ff.de tranſa.l.cum hi,§.ſi prætor
Alibi etiam ſine iudicis licentia poteſt fieri alienatio, vt ff. famil.
erciſ.l.alienationes.Idem eſt,cum prohibetur a teſtatore, vt non
ſit opus iudicem adire,vt ff.de leg.3.l.pater filium.in prin.ſed hic
ſpeciale,& in minore etiam ratione imbecillitatis eſt ſpeciale:vt
cauſę cognitio non committatur diſcretioni ſuæ, ſed boni viri.
Et etiam idem in alimentis, cum officio Iudicis debentur,vt ſu-
pra probatum eſt. No. ſecundo, cauſas exprimendas in libello,
quando per libellum aliquid miſericorditer imploratur, vt hic,
& ff.de minor.l.verum,§.ſciendum,& l.minor autem magiſtra-
2 tus, inf.de abolit.l.2.† Tertio no,quod lex ipſo iure impedit alię-
nationem,vt hic, & ſ̄.de contrahen, empt.l.dudum. & ff. de ꝯh.
emp.l.quod ſępe,§.ſi quis amico. & ff.qui, & a quibus l. proſpe-
xit,& ff.de iure patro.l.libertus minorem,& ſ̄.de iure fiſ.l. certa
forma, & j̄.non licere ha.metro.l.j.lib.xj.Sic, & Iudex prohibe-
re poteſt, vel in pœnam,vt ff.de contrahen.emptio.l.ſi ſciens, vel
inter dicendo bonis,vt ff.de verb.oblig.l. is cui quod debet face-
re ex ſuo officio,& nullo petēte, ſi liqueat ſibi aliquem prodigi
liter vti rebus ſuis,vt in Auth.vt determ.ſit numer.cler. & no. p
Guliel.in l.illud, ff. de tribut.licet aliquis ibi dicat,ꝙ non eſt ve-
3 rum,vt in Auth.de fideiuſſ.§.quod autem. †Not.quarto, quod
non valet decretum, ſi hæc ſolennitas non fuerit obſeruata, vt
dicta l.cum hr̄,§.ſi Prætor.& ff.de fideicommiſſ. liber.l. cū vero,
§.hic Senatus.& ff.de leg.pręſtan.l.filium.§.ſi quis.& l.3.§. pube
re,ff.de Carbon.edict.quod no.ff.de bonor.poſſeſſ.§.bonorum.
4 cum ſimilibus.†Not.quinto ꝙ contractus,qui fit apud acta,non
poteſt reſcindi prætextu metus,vt hic.Idem ſi fiat interuenienti
bus amicis.& conſanguineis hincinde,vt ſ̄.de tranſact.l. tranſa-
ctiones,quæ.Item no. ꝙ non poteſt reſcindi prætextu doli, nec
prætextu iniuſti pretij,quia Iudex ſtatuit pretiū.ergo quādo vē-
ditio fit apud acta,& cum Iudicis decreto,non habet locum.l.2.
ſ̄.de reſcin.vendit.Item puto, ꝙ non poſſit reſcindi prætextu ſi-
mulationis,vel alicuius præambulæ ꝓteſtationis, licet alias poſ-
5 ſet,vt ff.de acquiren.hære.l.multum,§.eum.†Not. de ſolēnitate
probanda per acta,quid ſi acta perempta ſunt? Reſpondeo, tūc
per teſtes probari poteſt,vt ſ̄.de fide inſtrum.l.emācipationem.
Sed quid debebunt deponere teſtes an ſufficiat ſi deponant ſe le
giſſe acta.& ſic inueniſſe? Rn̄.non,quia teſtes, & inſtrumēta pa-
rem vim habent,vt l.in exercendis.ſed ſi eſſet inſtrumentum,ꝙ
ſic contineret,non creditur ei, quia faceret mētionem alterius
documenti,vt auth.ſi quis in aliquo, ſupra de eden.ergo eadem
ratione non creditur teſtibus, oportet ergo vt teſtificētur ſe ge-
ſtis interfuiſſe,& audiuiſſe quæ allegata fuerūt vt ſ̄. de teſtib.l.te
6 ſtium.& no.ſ̄.de fide inſtrum.l. ſicut iniquum. † Sed quomodo
poterit ſic deponi ſuper atteſtationibus, quę recipiuntur in ſe-
creto,vt no.ſup.de teſtib.l. ſi quando, & ſic nullus audit niſi Iu-
dex Notarius qui ſtabit.vnde ſequitur quod talia per teſtes non
poſſunt probari,& hoc verum puto.Iudex hoc pōt quærere. di-
cit Tabellio, talis teſtis iuratus, nec alr̄ appparet de iuramēto,
an præſumatur iuraſſe? Rn̄.ſic. quia tunc poterat iurare, vt not.
ff.de dote præl.l.Theopompus, & ibi caſus etiam cętera dic,vt
l.1.ſ̄.de fi.inſtrum.& iu.haſtæ.fi.

LEX II.

1 *Bona curiæ vendi non poſſunt, niſi accedat conſenſus omnium curialium, vel maioris.*
2 *Prædia curiæ locari debent,de conſenſu curialium.*
3 *Conducens res curiæ, præſtare debet fideiuſſorem idoneum.*
4 *Pecunia curiæ deponi debet ad comparationem prædiorum.*

Nec venditio. Decuriones habent quędā propria,
& de eorum vendōne, & alienatio-
ne dixi ſ̄.l.prox.quędam cōia, & iſta proprie non dn̄r eſſe De-
curionum,ſed curiæ,vt l.ciuitatibus,ff.de leg.j.& de eorum alie
1 natione,& locatione tractatur hic. † Dicit ergo hęc lex primo
ꝙ res curiæ non poſſunt vendi,niſi accedat conſenſus omnium
curialium,vel maioris partis eorum,& decretum, de quo opor
tet conſtare apud acta, vel forte etiam præſidis decreti requirit,
in gl.imo & ſine forte,vt j̄.eo. l.fi. Secundo dicit, ꝙ ille qui tali
curiæ debet aliquid ad hoc vt liberetur, ſi Decuriones non ha-
bent ſyndicum, qui recipiat ſolutionem debet facere ꝙ Decu-
riones in conſpectu pręſidis congregentur, & ſolutionem reci-
piat:liberatio parabitur ſoluenti. Tertio dicit, ꝙ tale pretium,
vel debiti quantitas debebit conuerti in comparationem præ-
diorum fiendorum ab eadem curia quorum redditus ſicuti, &
cęterorum,quos curia habet,in alimenta Decurionum egentiū
2 eroget.† Quarto dicit quod pręedia curiæ cum locantur, locari
debent de conſu totius ordinis, vel maioris partis, & maxime
3 Doctorum accedente conſenſu.† Quinto dicit,quod illi, qui cō
ducunt tales res curiæ, debent præſtare fideiuſſorem idoneum
curiæ qui ſe obliget,ſi quid circa rem culpa conductoris euene-
rit,& de ſolutione penſionum.h.d.Et no.primo hic, qualiter fi-
ſcus,qualiter eccleſia,qualiter minor,qualiter ciuitas, vt in gloſ.
Secundo no. quod decretum ordinis debet conſtare apud acta:
& dicas quod vbi tractatur de alienatione alicuius rei debet etiā
interuenire præſidis decretum,vt ſup ti.2.ſi quos, ſed vbi tracta
retur de ſpeciali locatione, ſufficit Decurionum decretum. vt
hic patet,i.reſponſo. Tertio no. quod aut curia habet ſyndicum
cum ei ſoli poteſt ſolui etiam extra iudicium, & liberatio pęnā
contingit,argum.ff.de pact.l.Imperatores,& dicitur ſ̄.de ann. &
trib. l.3. ſed non poteſt ſyndicus confitendo ſibi ſolutam pecu-
niam liberare debitorem, vt ſupr.de tranſact. l.pręſes, niſi ordo
conſentiat,& ſimilem confeſſionem faciat,& ita hic intelligitur
ſm Plac.quod eſt no.Sed ego dico, ꝙ hic erat aliquis ſyndicus,
pro opin.Pla.facit quod no.ſupra de ſacroſan.eccle.aut.hoc ius
4 porrectum, in vlt. gloſ. † Quarto no,pecuniam curiæ deponi
ad comparationem prædiorum, quod intellige vt ff.de admini-
ſtrat. tut. l. ita autem, in princip. Quinto no.quod curia dicitur
mater

mater Decurionum,& ideo ex rebu s curię oportet egentes D:
curiones ali,vt hic dicit,nõ tamen puto , vt ſi curia nihil habeat
nec in arca cõmuni,nec aliter,poſſit inter eos, & debeat impo ·
ni collecta ob hoc , q͞a licet ſecus ſit in alijs creditoribus curiæ,
vt no.ff.quod cuiſq; vniuerſi.nom.l.j.& arg.ſ̃.de ope.pub.l. om
nes prouinciarum. tñ hoc ſatis probat hæc lex quæ determinat
ſumptus curialib.egentib.ex redditib. curiæ. Sed quid ſi ab ipſo
ingreſſu interueniat pactum de non alendo , vr̃ valere, vt l.pr̃ de
exce.doli.ſed ꝯtrium dico quia eſt contra charitatem, ſic hẽmus
in eccleſia,quæ eſt ſuorum monachorum mater;nam pactum,
vt illi non alantur in caſu egentiæ,non valet,vt in Auth.vt deter.
ſit numerus cle.§.pe.ven.non.n.illud.Vltimo no.ſtari debere di
cto debitoris,de fideiuſſione.

L E X III.

1 *Venditionis uerbo,utrum omnis contractus contineatur.*

Curiales. Decuriones non poſſunt p̃dia,vel ruſtica mã
cipia alienare.Quæritur ergo,an poſſint dona
re,vel permutare? Reſpondetur , ꝙ ſacræ conſtitutiones non ꝓ-
hibuerunt alienationem ſimpliciter,ſed venditionem,quod ap-
paret,quia dixerunt ꝙ emptori pretium non erat reſtituendum
& vbi ſit mentio de pretio,intelligitur de vera venditione , ideo
quod non reperitur prohibitum,eſt permiſſum.hoc primo. Se-
cundo dicit,quod quando fit venditio de rebus ſupradictis,non
tenẽtur ad aliquid vltra pretium prædictum,emptores dare,vel
ad ludum theatri,vel in aliam cauſam , quod dic vt ff. de publ.l.
licitatio,§.fi.& dicit ꝙ decretum Decurionum interuenire de-
bet,non delegari ab eis.Quarto dicitur quod ipſi ſimul,& ſeria-
tim in ſecreto dicere debent quid videatur eis, & poſtmodum
eorum dicta publicantur : & ſi conſona reperta fuerint, Præſes
etiam ſuum decretum interponere debet, ſi ille qui fecit ſcruti-
nium nõ ex veritate,ſed machinoſe teferat,& publicet , quia dũ
publicauit,ſunt quidam qui dicunt , ego non dixi ſic, tunc talis
1 publicatio ſcrutinij fraudulenta non habet effectum.h.d. † Not.
primo quod licet verbo,venditionis omnis contractus compre
hendatur non ex ſignificato tantum,ſed ex mente proferẽtis,vt
puta quia facit mentionẽ de vẽditione:gratia exempli,vt l.ſtatu
liberi a cæteris,§.quintus.ff.de ſtatulib.tamẽ proprie aliud ſigni
ficat venditio, quam alius contractus. Itẽ quando non fit mẽtio
de venditione,ſed de pretio , tunc pretium reſtringit diſpoſitio-
nem legis, vt intelligatur de vera venditione tantũ , vt hic dicit.
facit ff.de rerum permu.l.j.& ff.de præſcrip.verb.l.naturalis. Vl-
timo no. ꝙ hic dicitur de malignitate referentis , quæ oſtendit,
vt dixi ſ̃.& adde quod no.in ſimili per Iac.de Are.ff.quemadmo.
teſta.ape.l.j.in fin.

Quando , & quibus quarta pars debetur ex bonis Decurionum Et de modo diſtrib. eorum. Rubr.

L E X II.

1 *Curia quartam patrimonij Decurionis decedẽtis habere debet. Et qualiter fiet hæc diuiſio,num. 2.*
3 *Sors quando in perplexis permittatur.*
4 *Inducta in prædium vrbanum,ſunt obligata pro penſione.*

MEminimus. Scriptum erat in albo Decurio-
num,ſi quis Decurio deceſſerit te
ſtatus,vel inteſtatus,de eius hæreditate curia quartam
partem iure optimo conſequetur, præterquam ſi fuerit hæredi
tas ad curialem filium deuoluta,niſi curia nihil poſſit petere; ad
1 huius ergo legis interpretationem ſcripta eſt. † Quæritur ergo,
quia curia quartam partem patrimonij habere debet,vtrum de-
beat habere quartam ſingulis corporibus , an in groſſo , & dicit
2 quod in groſſo,& rationem reddit.†Secundo quæritur,qualiter
fit hæc diuiſio;& quis eliget primo? Reſpon. quatuor monto-
nos de hæreditate fiendos,& aut hæredem præoptare, aut fiſcũ,
prout conuenitur,vt infr. eod.§. in omnibus. quod ſi ſuper hoc
non conueniunt: forte dirimitur iſta perplexitas. Tertio quæri-
tur quomodo procedunt iſta, ſi heres facit quatuor montonos
nonne poterit facere diſpares? Reſpondetur quod non:nam dũ
facit quatuor montonos de rebus immobilibus , pars curiæ de-
bet adeſſe, & vbi facit quatuor montonos de rebus mobilib. nõ
debet curiæ adeſſe.Quid enim tam durum,&c.Sed debet hæres
ſi iuratus facere montonos, & eius iuramento eſt ſtandũ. quod
iurare recuſet facta indagatione ſubtili, & compertis omnibus
mobilibus pręſente vtraque parte;fient de iſtis mobilibus , & ſe
mouentib.montoni capiẽdi modo,& ordine ſupradicto.Quar-
to quæritur , quomodo in nominibus cadit huiuſmodi diuiſio?
Reſpõdet, aut per nominis adiudicationem , aut per inſtr̃orum
partitionem in quatuor montonos,& captionem ſecundum or
dinem ſupradictum,& hoc in nominibus debitorum.Sed quid
in nominibus creditorum,hic partitionis ceſſat modus, & ideo
huius l.authoritate , pro qua portione contingit actio creditori-
bus hæreditarijs,dabitur ipſo iure.Iterum quæritur,quia lex fa-
cit mentionem de filio curiali,quid de nepote, & pronepote cu-
rialibus? reſpondetur,ꝙ idem. Item quid de filia, nepote,& pro-
nepote,an excludent curiam?& cum ipſæ non ſint curiales , niſi
per interpretationem vno.ſ.caſu,cum curialibus nuptæ ſunt nõ
vidẽtur curiam impedire,quia l.decurialis dicit, & ex natura ma
teriæ & ſermonis profertur in gñe maſculino, vnde non videtur
ad fœminas trahi poſſe, Theodoſius dicit quod illud,q͞d dictum
fuit in deſcendentibus maſculis,trahitur ad fœminas deſcendẽ-
tes vſq; ad tertium gradũ nuptas curiali eius ciuitatis : vnde eſt
ille,de cuius hęreditate agitur. Sed iuxta hoc quærit̃,an debeant
eſſe huic nuptæ tẽpore mortis parentis, an vero ſufficiat ſi poſtea
nubunt? Dicit ſufficere ſi poſtea nubunt , dummodo nubiles vl-
tra terminum non differant nubere curiali ; nam ſi diſtulerint ,
aut alij interim nupſerint,curia ad legale compẽdium cum me-
dij temporis fructibus admittetur in eadem portione,& diuiſio-
ne rerum, prout dictum fuit ſ̃. Item quęritur,quid de matre, &
auia curiali,an idem quod in deſcendentibus? Reſpondet, ꝙ ſic
pręter has autem perſonas nulla fœmina poterit curiam exclu-
dere,ꝙ curiali ſit nupta,ſed ipſe decurio ſi principaliter Decurio-
ni ſuccedit,habebit curiam in prouiſione quartæ partis exclude
re.hoc dicit iſta notabiliſſima lex.ibi,tranſactionis, ideſt pacta &
compoſitiones habitę ſuper hoc , quis debebat primo capere ,
3 No.multi tanquam corrumpendi,&c. † No. de ſortis fœlicitate
ꝙ in perplexis recurritur ad ſortem, ſi agitur de pręiudicio ſorti-
legiorum ;aliud ſi ageret̃ de pręiudicio tertij , Inſtitut. de ſatiſd.
t̃ut.§.j.ibi de hoc,ĩ. de incol.l. ciues ad finem magnæ glo. verius
puto,ꝙ ſortis caſus,& modus non habeat locum, niſi in caſibus
a iure expreſſis;quia licet non ſit peccatum vbi lex permittit, vt
ff.qui ſatiſ.cog.l.vlt.tamen alias eſt peccatum, quia ludus eſt pri-
uatio charitatis.No.quod immobilia latere,nõ poſſunt, nec cui
quam ſi diuulgentur officiunt,ideo pro immobilibus non eſt a-
ctio ad exhibendum.No.quid enim tam durum, &c.ſic ĩ.de iu-
re fiſ.l.facultas.& hoc in petitore,ſed poſſeſſor deſcribere poteſt,
& petitor in contumaciam poſſeſſoris,vt ſtatim ſubijcit, vno ſa-
ne caſu petitor aliena ſcrutatur, vt ff.de ſer.fugit.l.j.§.j.& l.diuus
4 & ſup.de ſeruis fugi.l.2.† Et no.hic,quod ideo inducta in p̃dium
vrbanum ſunt obligata pro penſione,licet dominus ignoret : q͞a
ſi oportet ipſum ſcire , ſemper vellet ſcire quæ conductor indu-
ceret ibi,quod eſſet damnoſum conductori , ſed in prędio ruſti-
co omnia palam ſunt, & diuulgatio non officit, per l.iſtam. & ſ̃.
loca.l.certi iuris.Poſtea no.in §.in exigendis,quis hęres habet pę
nes ſe inſtrumenta.iuratus debere omnia exhibere in medium ,
& producere,& vnuſquiſque pro ſua parte ſine ſumptibus exa-
ctionem facit de ipſis & originalia ipſorum inſtrumentorum de
bere eſſe penes eum,cui adiudicatur,arg.contra ff.fam.erc.l.cer-
te,§.fi.& ſup.ad leg.Falc.l.ſi prędiorum,ff.de act.emp.l. Titius hę
res.& ſup.de eden.l.procur.priuatę rationis,ſed in hæredibus di-
ci debet,quod ante diuiſionem omnia ſunt apud eum, qui eſt hę
res ex maiori parte; poſt diuiſionem vero ſerua legem iſtam . in
alijs vero,qui cẽſentur eodem iure, ſed vnus ab altero habet cau
ſam,quia inſtrumenta non ſunt vtriuſque, ſed alienantis tantũ,
penes ipſum remanent exhibenda eorum capita , quoties opus
erit,vt in contrarijs,& adde quod dixi ſup.de apo.publ.l. j.

L E X III.

1 *Filio curiali non obſtante numero ſororum , deputatur quarta pars bonorũ paternorum.*
2 *Decurionum filij an ſint exempti a muneribus Decurionum.*

SI quis. †No.in l.fi.quod filio curiali, non obſtante nume-
ro ſororum,deputatur vel ſupplet̃ per hanc l,quar-
ta bonorum paternorum omnium. Pone ergo, Titius Decurio
deceſſit relicto vno filio,& duabus filiabus, vel x.non curo, ſem-
per filius debebit habere quartam de bonis paternis, ſed non ni-
ſi alius plus poterit habere . ſed an curia debebit habere quartã
reſidui,ſcilicet ꝙ penes filias fœminas iure inteſtati, vel teſtamẽ-
ti,aut codicillorum eſt? Reſpondet,ꝙ curia dẽt habere quartam
omniũ bonorum de portione filiarum , vel alterius ipſarum , q̃
curiali nupta non eſt,non eius quæ eſt nupta curiali,quod eſt mi
rum,vt pluribus exemptis ab onere totum onus redũdet ad non
exemptum.dic vt dixi ſ̃.de exac.trib.l.exactores.Item adde,quę-
2 ritur,† ſi filius Decurionis,vel maritus filię Decurionis, ſunt exẽ
pti a muneribus Decurionum,nunquid excludant curiam a ſua
quarta,an vero teneatur conferre ad quartam ? & dicitur quod
tenentur conferre.h.d.arg.contra ĩ.de vac.mu.l.eos,in fi. & ſup.
de Decu.l.curialis,qui honorariam.ſed hic intelligo de exempto
ab honore Decurionum , forte ratione delicti ; ibi de eo, qui eſt
exemptus quo ad onus tantum ratione dignitatis ſuperadditæ.

De imponenda lucratiua deſcriptione, conſtitutio Græca. Rubrica.

L E X VNICA.

1 *Titulus lucratiuus appellatur ſimplex donatio.*
2 *Initium eſt inſpiciendum in delictis.*

De-

DEſcriptionis. Lege cautum erat, ꝙ ſi decu-
rio transferret aliquam rē im
mobilem titulo lucratiuo in aliquem, quod deberet do
nata. ius alium titulum lucratiuum prætēdens ſoluere quatuor
ſiliquas pro gabella. Ad huius l. interpretationem, emanuit l. iſta
pulcherrima, primo declarando in quibus d. lex locum hēat. Se-
cundo, in quibus perſonis. Tertio in quibus cauſis. Quarto, qđ
tps inſpicatur. dicit ergo, ꝙ habet locum tm̄ in rebus, ſolius ruſti
ci, non in alijs, quia de alijs non loquitur, ſimilis ratio eſt ſup. de
prædijs curia. l. fi. Secundo dicit ꝙ interdum res titulo lucratiuo
transfertur in perſonam coniunctam tali coniunctione, quę ad-
mitteret ipſam perſonam ad ſucceſſionem; & iſta perſona non
tenetur ſoluere ſiliquas, quia neceſſarijs, coniunctiſque perſonis
ſub liberalitatis appellatione, &c. interdum transfertur in extra-
neū, & tunc aut eſt decurialibus aut non. ſi eſt decurialib. non te
netur ſoluere ſiliquas: licet enim homines quędam inter ſe, &c.
ſi vero non eſt de Decurionib. tenetur ſoluere, quia cum perſo-
næ conditio non mutetur, nec rei quidem ſtatum conuenit im-
1 mutari, & tertio dicit, † quod titulus lucratiuus appellatur ſim-
plex donatio, & legatum: ſed ſi donatio non eſt ſimplex, ſed cau-
ſata, puta propter nuptias, quæ eſt neceſſaria datio: vel ſi vir lucra
tus eſt dotē ex pacto, vel ex delicto vxoris, quæ ēt erat filia Decu
rionis puta quia commiſit adulterium, per qđ vir lucratur dotē
ēt a patre profectam, vt hic dicit. quod eſt notan. non tenebatur
vir ſoluere ſiliquas, qa non eſt iuris optimi maritum totum, tanq̃
ſuis, &c. Quarto dicit, ꝙ ſi Decurio tibi donat, & tu vendis alteri,
ꝙ iſte tenebitur ad præſtationem ſiliquarum, ſcilicet conuentus
hypothecaria, nam ipſa res alienata eſt obligata pro iſtis ſiliquis,
& tranſiuit cum ſua oblōne. ēō ſi Decurio vēdidit, emptor po-
ſtea donauit alteri, non ſoluit ille donatarius ſiliquas, quia rem
non hēt a Decurione diuerſam, ſi reuerſa eſt in ptātē Decurio-
nis & Decurio donet alteri, & gn̄aliter initium eſt ſpectandū, &
ſemper ſumitur initium inſpecto titulo, qui prętenditur a Decu-
rione, & confeſſionis ceſſat occaſio, ſi ad primordiū tituli poſte-
rior formetur euentus. h. d. lex iſta, quæ vtilior eſt, quam nulla q̃
ſit in corpore iuris, & melius compoſita, & multa pn̄t hic nota-
ri, quæ omitto pp ipſius breuitatē, vide l. fi. §. j. ff quæ in frau. cred.
& ff. ſol. matri. l. Meuia marito. ff. de doli except. l. apud Celſum.
2 † Item de initio ſpectando in delictis, dic aut eſt licitum, & conſi
deratur id qđ ait lex in fine. ff. de adulte. aut illicitum, & conſide-
ratur finis, l. ita vulneratus, §. fi. ff. ad leg. Aqui. ſed in ꝯctibus, dic
vt dixi in l. 3. §. ſcio, & ibi dixi, ff. de iu. in leg. vero dic, vt in l. iſta.

De municipiis, & originariis. *Rubrica.*

LEX PRIMA.

1 *Munus quotuplex eſt.*
2 *Locus originis præfertur loco domicilii in indictis moneribus.*
3 *Ad munera non tenetur, qui eſt in ſeruitio Principis.*
4 *Legitimatio triplex.*
5 *Munera indicendo, ſi concurrat locus originis naturalis, & ordinis ciuilis, quis præfertur.*
6 *Domicilium non dicuntur habere infantes, niſi habeant tutorem, vel patrē qui intendat eis domicilium conſtituere.*

CVm te. Qui in vno loco originem, in alio domici-
lium habet, vbique locorum cogitur mu-
1 nera ſuſtinere. h. d. † Not. triplicem eſſe munus reale.
Item perſonale, quod indicitur perſonę pro re. Item mere per-
ſonale. De primo non loquitur hic, quia ibi non cōſideratur ori
go, vel domicilium, vbi res ſit, vt ff. de mun. & hon. l. reſcripto, §.
ſi. & inf. de immun. nem. conced. l. per Bithiniam, & inf. de quib.
mun. vel præſt. l. vlt. & arg. ſup. de bonis vacan. l. ſi qn̄. & de exact.
trib. l. ſi diuina domus. Item in ſecundo conſideratur vbi res eſt
hoc no. inf. de mulier. & in quo loco l. vnica. eo lib. non ſimplici-
ter, ſed vt pro rebus ſoluant tm̄ ciues, & in colę, inf. tit. j. l. neque,
& dicta l. reſcripto, §. fin. Niſi ſtatutum dicat, quod habeatur pro
ciue quicunque de cætero in eo territorio poſſidebit bona, vt j.
tit. j. l. ciues, & l. præced. & ff. de verbo. ſign. l. ædificia. vbi de hoc,
tunc enim ſimplici poſſeſſori imponet datia, & collectas. in ter-
tio vero caſu loquitur lex iſta, & habet locum vbi vtrique mune
2 ri poteſt pareri, quia indicuntur ſeparatim. † Quid ſi ſimul indi-
cantur? Dicit lex prçferri locum originis propriæ, vt ff. ad muni-
cip. l. libertus, §. præſcriptio. Item quia præuenit obligatio ad ope
ras apud locum originis, & poſt obligationem apud locū domi-
cilij. Item ibi primo ſatisfaciet, quia potior eſt caſus eius, qui
implicitam oblōnem primo explicat, ar. extra de reſcrip. c. paſto
ralis, ad fin. & facit ff. de oper. libe. l. duorum libertus. Hæc ſunt
vera in origine vera, & naturali. eadem tn̄ dico de ciuili, vt in ſer-
uo manumiſſo, qui tunc naſcitur, cum manumittitur, vt ſ. prox.
& j. de libe. l. vn. Hęc quę dico circa munera dico circa forum
ſimpliciter. l. incola, & l. his. ff. ad munici. l. j. §. fin. ff. de accu. adde
extra, de reſcr. c. nonnulli. Item dico in origine propria. Idē dico
in paterna, & auita, nō in vlterioribus, ne oporteat q̃rere agrum
Damaſcenū, j. eo. l. filios. & ff. eo. l. libertus, §. in adoptiua, vel dic
vſque ad quartū gradum, vt ſ. de aduoc. diuer. iud. l. petitione. §.
egrediētes, vel dic, aut agit de prælatione inter loca. & præfertur
locus domicilij origini auitę, & deinceps. ſed non origini ꝓprie,
vel paternæ, vt no. ff. eo. l. aſſumptio. aut agitur de ſubiectione. &
omninū parētū maſculorū, & in infinitū quis originē ſequit. tn̄
ita eſt obſeruandū gratia infinitatis euitādę, vt non poſſim vaca
re ad munera ſuſtinenda, id eſt vbi pater meus vocatus non eſt,
vt ſup. de Decu. l. priuilegio. & l. ſi ille, §. ꝙ ſi quem. & j. de Tab.
l. electos. § fi. & alibi dicit lex, qđ iuris eſt in patre, idē eſt in omni
bus ſuperioribus. & ſ. tit. j. in princ. vt ſ. qn̄, & quib. quarta pars
deb. l. meminimus, §. ad filiorum. & ff. de verb. ſign. l. liberorum,
3 & l. iuſta. † Idem eſt, ſi princeps cum aliquo diſpenſauit, vt locū
domicilij tm̄ ſequat, vt ſ. de iure fiſ. l. certa forma, & ff. de excuſ.
tut. l. idem Vlpianus, §. fin. nā, & q eſt in ſeruitio principis, nō vo-
catur ad munera interdū. j. de excu. mu. l. maximarū, & ff. de ex
cuſ. tut. l. iuriſperitos, & l. ſed, & ꝓbari, §. pen. extra de cler. non re
ſiden. c. ad audientiam, & c. de cæteros, cū ſimil. & facit ad le. qđ
not. j. eod. l. vlt. & j. tit. j. l. ciues, & adde quod not. ſ. de Decur. l.
4 vacuatis & j. de decre. Decur. ſuper rub. † Quæro, quid de legiti-
matis, cuius originem ſequuntur? Item qd de fœminis? De legi-
timatis dico, ꝙ triplex eſt legitimatio ꝑ mr̄imoniū, per reſcriptū
& per dilationē curiæ. primo caſu filius legitimatus ꝑ matrimo-
niū fingit retro legitime natus, & paternam originē ſequit, non
maternā, no. j. eo. l. filios, & ff. ad municip. l. j. §. fi. idē in ſecūdo,
Tertio caſu puto ꝙ ſequat originē patris naturalis, & adoptiui
ſicut filius adoptatus ſequitur originem patris naturalis, & ado-
ptiui, vel ſi adoptaſti baſtardū Bertę ſequit originē tuā, & matris
ſuæ, nō ſolū originem propriam, vt ff. ad municip. l. ordine, §. fin.
5 † Quid ſi concurrāt in īducendo munera, locus originis natura-
lis, & locus originis ciuilis? Vident ſe impedire inuicem, ff. de
leg. j. l. huiuſmodi. §. fi. ſed credo originem naturalem pæferri ci
uili. nec obſtat. j. prox. qa ibi eſt ſola ciuilis origo, q̃ inducit ma-
numiſſio. naturalem horum originem in ſeruo non inſpicimus
quia quo ad ius ciuile attinet, ſerui ſunt pro nihilo, & facit pro
opin. ff. de lib. & poſth. l. filio, quē pater, & ff. de contratabu. l. non
putauit, §. ſi qs emancipatum. Itē pone, habeo domiciliū in duo
bus locis. & concurrit vterq; locus? Rn̄deo, impediunt ſe inuicē
niſi forte in diuerſis locis fuerit adeptus domiciliū per prius, &
poſterius, argumento l. libertus. §. præſcriptio. ff. ad muni. qđ di-
xi. ſ. vel erit in electione mea. extra de præbē. ca. præterea, &c. re-
6 ferente. extra de conſue. c. cū olim. dū de leuiori vr̄. † Itē an ſicut
ſequor originē patris mei, ita domicilium? Dico ꝙ nō, quia do-
micilium requirit factū hominis, ideo non trahit ipſo iure, ſicut
nec poſſeſſio. vt ff. eo. l. aſſumptio. §. filius, & ff. qui. ex cau. maio.
l. cū miles. Ideo infantes non dn̄r habere domiciliū, niſi habeant
tutorē, vel patrem, qui intendant eis domiciliū ꝯſtituere, nā fa-
cit incolā quemadmodū, & poſſeſſorē, & hoc eſt vtile ſcire. Pa-
ter tuus conſtituit domiciliū Peruſij, & te infantulo relicto de-
ceſſit, nō ſoluens datia, & collectas, quia nō eſt originarius, nec
īcola. qa talia munera ſolū ciuibus, & incolis inducūtur, vt ff. de
mun. & hon. l. reſcripto. §. fi. & ideo dēt dari tutor, qui ſibi con-
ſtituat domicilium. Sed quid ſi ſtatutum diceret, ꝙ domicilium
tranſeat ad filios, non videtur valere, quia lex nō poteſt induce-
re factum, ſicut nec impedire, ff. de acq. poſ. l. j. §. ſi vir vxori, l. in
bello, §. factæ, ff. de capt. ſed fortiter facit in contrarium extra de
conſue. c. 2. vbi conſuetudo transfert poſſeſſionem. cogita. Quid
de fœminis, ſimiliter de quibuſdam alijs? Circa iſtam mām di-
ces, & ibi vides, j. de mulie. & in quo loco, & no. Inſtit. de patria
poteſt. in prin. ſuper verbo indiuiduam.

LEX II.

1 *Manumiſſus ſequitur originem manumittentis.*

1 Si vt proponis. † Manumiſſus ſequitur originē ma
numittentis, non teſtatoris. h. d. cō-
cordat ff. de leg. ij. l. vnum, §. 1.

LEX IV.

1 *Iura naturalia ſunt immutabilia.*
2 *Domicilium poteſt deſinere, & mutari facto, & animo, quia conſiſtit ex facto, & animo.*

1 Origine. † Iura naturalia ſunt immutabilia. h. d. & impe-
dimēta naturalia ſimiliter, vt j. de Tabul. l. ge-
2 nerali, & ibi dices. ſed † domicilium. quia cōſiſtit ex facto, & ani-
mo, poteſt deſinere, & mutari facto, & animo, vt ff. eod. titu. l. do-
micilium, ſ. ti. j. l. j.

De incolis, & vbi quis domicilium habere videtur, & de his qui ſtudiorum cauſa in alia ciuitate degunt. *Rubr.*

LEX PRIMA.

1 *Incolatus poteſt mutari.*

1 NOn tibi. † Nota in hac lege prima, ꝙ incolatus
poteſt mutari, ſed iura naturalia ſūt im
mutabilia, vt ff. eo. l. aſſumptio, & ſ. de Tabu. l. generali,
vide iuxta hoc notata per Inno. extra, de reſcri. c. ſulcitatus.

LEX

LEX II.

1 *Domicilium conſtituendi animus præſumitur ex curſu decennij.*

1 **Nec ipſi.** †Nota in lege ſecunda, ex curſu decẽnij præſumi animum conſtituendi domicilium. facit ff. de pet. hæred. l. ſi filius, & ȷ̃. de agri. & cenſi. l. litibus, & quod no. ſ̃. communi diui. l. pen.

LEX III.

1 *Incola non fit, qui ad tempus determinatum etiam vltra decennium eſt in loco inde receſſurus.*

1 **Eſt verum.** †No. in lege, ꝙ qui ad tempus determinatum etiam vltra decenniũ eſt in loco inde receſſurus poſtea, non fit incola. ſic ff. de hæred. inſti. l. ex facto, la 2. §. fi. ff. de cap. l. nihil.

LEX IV.

1 *Domicilium non transfertur in ſingularem ſucceſſorem.*

1 **Cum neque.** † Nota, quod in ſingularem ſucceſſorẽ non transfertur domicilium. ſic ff. eod. l. libertus, §. ſola.

LEX VI.

1 *Origo, & domicilium facit quem vocari ad munera, niſi per priuilegium cõtrarium ſit expreſſum.*

1 **Priuilegio.** †Not. ꝙ quis ſortitur domicilium in loco, vel lège, vt per ſtatutum ciuitatis, vel origine, vel incolatu. & facit àd id quod dico de lege, ff. de verb. ſign. l. ędificia, & ȷ̃. l. proxi. & dixi ſ̃. eo. l. j. Et de poteſtate ſtatuentium pro ſe loquuntur etiam iſta iura, & ſ̃. de teſtam. l. ſi non ſpeciali. & ff. de priuileg. cred. l. Antiochenſium, & ȷ̃. de ven. rerum ciui. l. fi. & l. 4. §. plane. cum ſimi. ff. quod vi aut clam

LEX VII.

1 *Ciues quatuor modis fiunt.*

2 *Vagabundus interim dicitur, qui recedit ab incolatu iterum reuerſurus*

1 **Ciues.** In l. ciues. †not. ꝙ ciues fiunt quatuor modis. Incola vero vno modo tantum, ſ. facto, & animo. & debet
2 eſſe animus firmus, non vagus, & qui † recedit ab incolatu ibidẽ reuerſurus, interim dicitur vagabundus. & adde quod not. in l. 4. ff. de dam. inf. & vide ȷ̃. de his, qui ſponte mun. ſub. l. fin.

LEX IX.

Mulieres. Not. in l. mulieres, quod no. ȷ̃. de mulie. & in quo loco. l. vna.

De muneribus, & honoribus non continuandis inter patrem, & filium. *Rubrica.*

LEX PRIMA.

1 *Munerum continuatio impeditur ijs, qui ſunt ijdem, uel quaſi.*

1 **SIcut.** †No. in l. j. ꝙ filius pro patre licet non habeat interuallum, de quo loquitur ȷ̃. l. proxi. tñ non immediate. ſ. poſt patrem, ſed aliquo medio ſubit honores, vel onera. ergo continuare non cogitur, ſi interuallum non habet, & eſt ſimile extra, de fil. presbyter. c. ex tranſmiſſa. Item qui vult filium infantem eſſe Decurionem, non aſtringitur honorib. qui diſpenſatiue filio minori inducuntur, quia non videtur de illis ſenſiſſe, ſed ad eos tñ tenebitur, qui communi iure filio inducũtur, & no. l. iſtam, & vide c. ſi ꝯpromiſſarius, de elect. lib. 6.

LEX III.

1 *Frater propter fratrem non habet uacationem munerum.*

1 **Interualla.** No. in l. fi. † ꝙ frater propter fratrem nõ habet tpis interuallum: licet poſt fratrẽ immediate vocetur, tñ nulla vr̃ fieri continuatio pp diuerſitatẽ perſonarum, vocabitur ergo ſi eſt idoneus, & interdum ſi eſt minus idoneus, deficiente idoneorum copia. h. d. Facit quod habuiſti. ſ̃. de Decur. l. quis tam, & facit ad primum, eo. tit. l. licet indiuiſa.

De muneribus patrimoniorum. *Rubr.*

LEX PRIMA.

1 *Allegans contraria non auditur.*

1 **PRofeſsio.** No. in l. profeſſio, ꝙ allegans contraria, †non auditur, ſic, ff. quando app. ſit. l. 2. §. ſed ſi alius.

Quemadmodum munera ciuilia indicantur. *Rubr.*

LEX PRIMA.

1 *Plura officia quis eodem tempore non debet habere.*

1 **CVm te.** † No. ꝙ ille, qui eſt de vno corpore, nõ poteſt transferri ad aliud. ꝯcordat. ff. de colle. illicit. l. j. in fine, & ſupra de Decur. capit. fabricenſes, & extra. de conſuetud. capitu. cum venerabilis, quod not. extra. de poſtulat. capit. fin. & de reli. domib. capitu. vnico, in fine, in ſexto.

LEX II.

1 *Honores minores non debent dari maioribus functis.*

1 **Maioribus.** † No. ꝙ non cogitur quis incedere retro circa honores. ſed gradatim debet aſcẽdere, vt inf. de profeſ. & medi. l. 2. & ſic, qui ſemel aſſumptus eſt ad Digeſtum, non cogitur ad volumen, & vide extra, de conſu. c. cũ in tua, lib. 6.

De his, qui ſponte munera ſua ſubeunt. *Rubrica.*

LEX PRIMA.

1 *Faciens generaliter contra effectum ſui priuilegij generaliter perdit quo ad ſe filios, & poſteros.*
2 *Priuilegium quomodo ſeruatur.*

1 **VEterani.** †No. ꝙ qui facit generaliter contra effectum ſui priuilegij, generaliter perdit
quo ad ſe, & filios, & poſteros, niſi proteſtetur, quod ꝑ
hoc non intẽdit recedere ab omni priuilegio ſed in certa ſpecie
tantum vel niſi proteſtetur, quod ipſe tantum vult onera ſubi-
2 re, ſed per hoc non intendit ſuis pręiudicare: nam † hæc prote-
ſtatio in caſu proteſtato facit quod priuilegium non ſeruabi-
tur. h. d. & inf. eo. l. fi. in prin. & ſup. de Decur. l. priuilegio, & adde
quod plene no. extra, de conſt. c. cum oẽs. ſed quod de poſteris di
xi, declarabo. inf. eo. l. fi. & adde inf. l. prox.

LEX II.

1 *Priuilegium generale habens, non perdit illud generale, ex eo quod in certa ſpecie ueniet contra.*

1 **Qui publici.** †No. l. 2. quod qui habet priuilegium generale, non perdit illud generale ex eo ꝙ in certa ſpecie veniat contra: ſed perdit tantum ea, quæ ad illam ſpeciem conceduntur. & qualiter priuilegia amittantur, vide ꝙ hic plene no. per Andr. de Barulo.

LEX III.

1 *Munera ſubiens ex voluntatæ ſuæ poſteritati non præiudicat.*

1 **Qui conditioni.** †Nota, quod qui ex volũtate ſubit munera, non præiudicat' ſuæ poſteritati, ſaluo quod de reliquis rationem reddat: & ſi forenſis ſubierit onera omnia ciuitatis, efficit ciuitatis princeps, & ciuis ob hoc ipſum. h. d. & facit ff. de excuſ. tut. l. ſpadonem, §. ſi ciuitatis Princeps. & ſup. de Decur. l. Alexandrum, & ȷ̃. l. prox.

LEX IIII.

1 *Pactum, quo pater reſeruat immunitatem ſuis poſteris ualet.*
2 *Debitor, uel creditor Reipublicæ, poteſt eſſe officialis Reipublicæ.*
3 *Offenſus exbannitum capiens, non habet prẹmium ſtatuti.*

Eos qui. Lex iſta remunerat eos, qui ſua ſpõte nulla cogente neceſſitate patiuntur ſe in Decuriones a
ſcribi, vt per hoc eorum filij muneribus non intelligantur anne
xi, maxime ſi hoc in ingreſſu officij pacto conuenit, ideſt qui de-
curionatum fuerit adeptus, ſalua ſuis poſteris immunitate. Secũ
do priuilegiantur illi circa bona, vt eis morientibus inuitis, curia
bonorum ipſorũ nõ habeat quartã partem. Sin aũt aliter ſint cu
riæ debitores. puta quia ſucceſſerunt Decurioni anteꝗ fierẽt De-
curiones, & ſic in bonis eis obuentis curia debeat habere quartã
partem. & tunc habebit idem ſi ex alia cauſa ſint debitores, hæc
tantum præmia legitimitatis per traditionem curiæ non conce-
1 duntur, ſufficit eis beneficium legitimationis. h. d. † No. valere pa
2 ctum, quo pater reſeruat immunitatem ſuis poſteris. † No. offi-
cialem Reipublicæ poſſe quem eſſe, licet ſit debitor, vel creditor
Reipublicæ. ſecus in tutore pupilli, & generali curatore adulti, ñ
dico ad lites, vt in auth. minoris, ſup. qui tut. da. poſ. No. ꝙ ſi bona
Decurionis vadunt ad Decurionem, curia non habet quartam,
vt l. meminimus, §. fina. ſup. quando, & quibus quarta pars deb.
quia perſonæ conditio non mutatur, vt ſup. de imponen. lucrat.
deſcri. l. j. hoc determinatur hic, quia oportet eſſe Decurionẽ tẽ-
pore, quo bona accepit. non ſufficit ſi poſtea fiat Decurio; & hic
non agitur de capacitate, vel incapacitate, & ſic non cõſideratur
tempus mortis, vel teſtamenti, ſed de vſu cuiuſdam priuilegij,
vnde conſideratur conditio perſonæ ſecundum tempus, quo pri
uilegium naſcitur, vt hic, & d. l. meminimus. facit de vul. ſubſtit.
l. 2, §. ſed ſi. & ff. de reb. dub. l. ſi cognatis. vide quod not. per Ber.
Hoſ. & Inno. in c. dilectus filius, extra de pręb. & de reſcr. ca. ſi eo
tempore. lib. 6. & l. ſi minor, de ſeruis exportã. Et in teſte, cuius tẽ
poris conditio inſpiciatur dic, vt dixi inſt. de teſt. §. teſtes, No. ꝫ il-
lum, qui ſumit decurionatum propter ſe principaliter, vt legiti-
metur, quod non debet vocari ad prẹmium huius le. Et eſt argu.
3 †vt ſi offenſus capiat exbannitum, non ſumat præmium ſtatuti,
quia ſui doloris cauſam ꝓſequitur, arg. ſup. de delator. l. ex varia.

De his, qui a Principe vacationem acceperunt. *Rubrica.*

LEX VNICA.

NVllus. Dic de his, ſcilicet Decurionibus; de his enim tantum loquitur. Decurioni vacationẽ non dat vllus, niſi Princeps cauſa cognita, & ad tempus. hoc dicit.

De vacatione muneris publici. *Rubrica.*

L E X V N I C A.

1 *Vacatio ſimpliciter conceſſa, quomodo intelligatur.*

1 MVneris. Vacatio ſimpliciter conceſſa, intelligitur conceſſa ab extraordinario munere, nõ ab ordinario, arg. ff. de an leg. l. Seio.

De decretis Decurionum ſuper immunitate quibuſdam concedenda. *Rubrica.*

L E X P R I M A.

Exceptio. Declara gloſſam Rubricæ, & textum huius legis, vt dixi ſup. de Decu. l. vacuatis.

De excuſationibus munerum. *Rubrica.*

L E X P R I M A.

ETiam. Qui fuerunt procuratores Cæſaris, non habẽt immunitatem ciuilium munerum, quia officio publico functi non ſunt, ſed priuato. h. d.

LE X II.

Indultis. Certę dignitates hic enumeratæ dant immunitatem a muneribus perſonalibus. h. d.

L E X IIII.

Tutelæ. Tres tutelæ non excuſant a munere publico authoritate, & vtilitate. h. d,

L E X V.

Hydriale. Qui habet officium infirmum in curia Principis, quale eſt officium hauriendi aquã, non habet vacationem muneris publici: & nemo habet vacationem niſi hoc probet, ſcilicet ſe habere hoc dicit.

L E X VI.

Procuratores. Procurator abſentis cauſa Reipublicæ, non gaudet ex perſona domini immunitatis priuilegio: nec officium procuratoris. quod eſt viliſſimum, eum facit a muneribus exemptum, h. d.

L E X VII.

Venatoribus. Illi, qui venantur pro Principe, nõ habent immunitatem, h. d. tex. & gl.

L E X VIII.

Negociantes. Dat immunitatem munerum negociantibus, ideſt ſeruientibus Principi, circa quoddam genus veſtium. h. d.

L E X IX.

1 Placet. †Collectas non inducunt præſides, ſed ſolemniter in dictã exigunt: & vbi credunt expedire indici, referunt, hoc præfecto, & ipſe indicit, & Principi refert. & ſi p̃ſides faciunt aliquam robariam, puta quia exigunt vltra quam dẽant, pro violentia tenentur in quadruplum. ſi vero familia præſidum facit iſtam robariam, pro hoc præſides non tenentur in quadruplũ, licet hoc fieri nõ vetent, ſed diſſimulent: ſed tenebuntur ad ſimplum tantum. h. d. iſta, ſm And. Et no. iſtum finem, & idem, & vide l. 2. ff. quod quiſque. iur. l. j. in fin. ff. fur. aduer. nau. quæ eſt 9̃. ſed illa non loquitur in officiali publico, vt ff. de pub. l. j. in prin. nec ille, qui habet officium publicum, cui erit prætoria, vt ff. q̃ñ ex fac. tut. l. j. & in Auth. vt iuſiuran. quod p̃ſtetur ab ijs, §. pen. & ff. de poe. l. ſi quis forte. §. ſi quos comitum. & hoc quantum ad ciuilem poenam, & forte ſi Poteſtas exhibet Aſſeſſorem ſuum, qui commiſit robariam, hoc ipſo ſe liberat, vt ff. de public. l. cum exhibuiſſent, & ſup. de aſſeſſor. l. ſi poſt depoſitam. criminaliter autem punitur poteſtas ex robaria Aſſeſſoris, niſi ſit particeps facinoris: ſed ſi poteſtas miniſterio Aſſeſſoris facit robariam, vterque tenetur, vt ff. ad leg. Iul. repetum. l. in comites.

L E X X.

Illud. Qui eſt electus ad aliquod munus perſonale non põt illud redimere per pecuniam. h. d. & facit ff. de leg. 3. l. fideicommiſſa, §. fi. ff. de ope. nõ. nunc. l. ait Prætor, §. ſiue, & ff. de pollicit. l. a pollicitationibus, cum ſimil.

L E X XI.

1 *Emphyteuta Principis pro re emphyteutica non præſtat aliquod ſuperindictum.*

1 Priuatæ. †Emphyteuta Principis pro re emphyteutica ñ præſtat aliqđ ſuperindictum, etiam aurario ſuſceptori. ſufficit enim, ꝙ nouem annuatim perſoluit, & h. d. poena imminet iudicibus facientibus, contra hanc l. ita dicitur infra eo. euidenter.

L E X XII.

1 *Prothonotarij, & Notarij, & referendarij Principis, ſunt imunes ab extraordinarijs muneribus.*

1 Eos. †Prothonotarij, ideſt dictatores literarum Principis, & Notarij. qui conficiunt acta curiæ principis, & referendarij q obſecundant principi in peragendis reſponſis, gaudent immunitatis priuilegio, ẽt ad maiorẽ dignitatẽ p̃moti. h. d. lex iſta. Adde inf. de digni. l. 3. & de prox. ſacror. ſcrin. l. iubemus. j̃. l. prox. in fi. & s̃. quando, & quibus. l. fin. cum ſi. & ibi no. & no. hãc l. pro cancellario cõmunis Peruſij, vt non ſoluat collectas.

L E X XIII.

Maximarum. A ſordidis munerib. excuſant̃ culmina maximarũ dignitatum, & cõſiſtoriani comites, Notarij cubicularij, & excubicularij. & oẽs quib. immunitas conceditur non priuatim: & perſonaliter, ſed quia ſunt de dignitate, vel corpore, cui immunitas eſt ꝯceſſa. Rhetores, & Grãmatici. Item legati, & electi ad exercitium alicuius iuriſdictionis ſimiliter vacant a ſordidis, ſed Vicarius electi nõ vacabit, quia non eſt in dignitate, ſuo nomine, ſed tanq̃ Vicarius. hæc vera in muneribus ſordidis, ſiue ſint perſonalia. ſiue ſint patrimonialia. Item qui officijs antecedentis ſunt functi in præteritum, habent hmõi priuilegia. facit ſup. l. prox. in §. ſordidorum quẽ omiſi vſque ad §. legatus. qui enumerat munera ſordida, a quib. prædicti ſunt immunes, & excipit in ver. carbones, vnũ caſum, ſ. quando immunitas prędicta lęderet ſtatutum vniuerſalis Reipublicæ, quod nemo vtitur ea. ſic j̃. tit. prox. l. 2.

L E X XIV.

1 *Priuilegium reale eſt perpetuum ſed non perſonale.*

2 *Priuilegium reale quid ſit, & perſonale.*

Sordidorũ. Vacatio ꝯceſſa perſonæ nõ tranſit ad hæredem, ſed p̃ſona viuẽte viuit, licet ꝯdõ mutetur in melius, vel perſonæ ſtatus alteretur. puta, quia tempore datæ immunitatis erat in dignitate temporali, ita quod eſt finita
1 tempore, non delicto. h. d. lex iſta, & ſequens. † Et breuiter tenet, quia priuilegium reale eſt perpetuum, priuilegium perſonale eſt non perpetuum, quia certum eſt an deficiat, nam deficiet, licet dubitetur etiam quando, l. 1. §. perſonis, ff. de iure immunit. & ff. de cenſib. l. & tamen. l. j. §. permittitur, cum ſi. ff. de aqua quo. &
2 æſtiua. † Reale cenſetur omne priuilegium, quod conceditur alicui rei menſuræ, puta ciuitati, vel collegio, vel dignitati, vt l. p̃x. vel generi. Perſonale priuilegiũ aut non eſt mere perſonale, ſed mixtum, ideſt patrimoniale, & perſonale, vt beneficium reſtitutionis in integrum, tunc tranſit ad omnem hæredẽ, vt l. non ſolum, de in integ. reſt. & quod iſtud ſit patrimoniale patet, q̃a cõceditur, vt non deficiat patrimonium minorum, aut eſt purum perſonale, & aut conceditur circa rem tranſitoriam ad hæredẽ, & tunc tranſit ad ſuum hæredem, vt in priuilegio conceſſo circa ꝯ̃ctus. l. aſſiduis, ſup. qui pot. in pig. & l. quia perſonale, ff. ſolu. mat. niſi ſit perſonaliſſimum, quod poteſt cognoſci extra cauſã inducti priuilegij, vt ff. de ri. nup. l. non ſolum, §. ſi puellæ, aut cõceditur circa id, quod non eſt tranſitorium ad hæredem, & tũc ñ tranſit ad aliquẽ, j̃. qui mor. l. fi. & j̃. de his qui mune. lib. l. eos. s̃. de mun. & hon. non contin. l. 1. & s̃. de Decur. l. in filijs. §. cum ſimilib. porro ea, quæ competunt nobis ſm ius commune tranſeunt, niſi ſit iuris naturalis, vt vſusfructus, & conditionale legatum, & perſonale pactum, vt ff. de proba. l. ſi pactum, & ff. de verbo obl. l. eum qui. §. qui ita. & ff. de pact. l. iuriſgentium, §. ait prætor. ff. de bon. lib. l. vt iuſiurandi, §. ſi liber. & ff. de verb. ob. l. ſtipulatio iſta. §. ſi quis ita. ſup. de cond. inſer. l. ſi vxorem, & ff. de ver. ſig. l. ſciendum, ff. de pact. l. qui in futurum. §. fi. De pacto, an cenſeatur perſonale, dixi in tractatu pactor. de priuilegijs vero, quæ contra ius cõe competunt, dicit gl. quod in dubio cenſetur realia. ita no. ff. de cenſi. l. forma, §. quanquam. Tu dic, ꝙ ſunt realia vbi conceduntur rei perpetuæ, vt ſupra dixi, ſed vbi perſonę, aut perſona exprimitur, vt fiat priuilegium perſonale, & erit perſonale, arg. legati, ut ff. de ſeru. le. l. pater. tamen iſtud non eſt bonum argumentum, quia legatum ex affectione relinquitur ob meritum, ſed affectio eſt perſonalis, priuilegium autem gratioſe datur, & ideo allegatur l. j. §. perſonis. cum alijs ſupra allega. aut dubitatur, ad quid fiat expreſſio perſonæ, & tunc quia factũ perſonale cui conceditur priuilegium non interuenit, videtur perſonale, quia non poteſt dici, ꝙ videatur hæredi ſuo conſuluiſſe, ſed ego a gl. non recedo, ſed priuilegium eſt modicum, & parũ prę iudiciale, arg. ff. de verb. ſig. l. princeps bona. ſecus ſi eſſet multum præiudiciale, arg. ſup. l. prox. §. circa & vide quod no. extra, de inſtitu. c. cum veniſſent, ad fi. & ext. de reſcr. c. fin. & dic quod dixi ab illo ver. de priuilegio, &c. uſque huc, quando priuilegium per ſe ſubſiſtat, ſed quando conceditur circa aliud, aut illud tranſit ad hæredem, & intelligitur reale, aut non tranſit, & eſt perſonale, ut ſup. dixi.

BALDI VBALDI PERVSINI

In vndecimum Codicis librum Commentaria.

De nauicularÿs,ſeu naucleriis pub.ſpecies transſpor.&c. *Rub.*

Quia prouinciæ ſingulæ comitib. horreorum.qui Romæ lu-
ſtrabant ſingulis annis prouincialia tributa in blada cõſiſtẽtia.
deſtinabant,puta granum,ordeum,& alios fructus aridos,opor
tebat vt prouinciæ vltramarinæ, haberẽt nauicularios Sũmates
ideſt nauium magiſtros,& alios naucleros,ſeu nauarcos,qui ta-
lia ad vrbem deferrent.quo circa ſtatutum erat, quod quælibet
vltramarina prouĩcia habere deberet certum numerum, & cor
pus certi numeri nautarum:quibus forte præter quotidianũ vi-
ctum,quem habebant ex publico tempore nauigationis,erat ꝯ-
ceſſa immunitas,vt nulla munera ſubirent,nec functiones agno
ſcerent, & hoc erat pretium tranſuectionis mercium, quæ per
iſtos vehebantur ad ciuitatem Romanam,& aliud ſalarium nõ
percipiebant,vt ĵ.eo.l.cum nauarcorum, & hoc præmitte ad e-
uidentiam huius tituli.

L E X P R I M A.

1 *Nauicularij portantes bladũ ad Romanam ciuitatẽ, non debent impediri.*

1 **N**Vllam. †Nauicularij,qui portãt bladum ad ciui
tatem Romanã,non debẽt impediri præ
textu forte repræſaliorum, vel alicuius debiti proprij
eorum:quia ipſi,& res,quas ſecum portant,habent ſecuritatem
ab hac lege no. Adde quod dixi ſup. ne filius pro patr.authen.&
omnino.

L E X II.

1 *Probare poteſt aliquis per inſtrumentum, ſe in aliquo certo loco fuiſſe.*
2 *Delictum an probari poſſit per inſtrumentum.*
3 *Tempus ſtatutum ad eundem,intelligitur ſtatutum ad redeundum.*
Et computatur illud tempus a die receptæ apochæ.nu.4.

Comperimus. Nauicularij ſpecies trãſuehẽdas nõ
poſſunt in ſuos vſus conuertere, &
qui ſunt ita a longe, quod ante annum non poſſunt res trãsferre
Romam,ſaltem debent infra annum Romam duxiſſe,quę trãſ-
ferunt,& hoc probabit dum reuertitur ad prouinciam, per ſcri-
pturam continentem ꝙ Romæ tali menſe, & tali die tãtum ob
tulit comiti horreorum, & ſicut infra annum debet Romã ire,
ita infra annum debet ad prouinciam a qua mittitur remeare,
anno cõputãdo a die. quo recepit apocham a comite horreorũ
1 & h.d.† Not. qualiter quis per inſtrumentum probet ſe fuiſſe in
2 certo loco,& eſt iſta lex optima pro confinatis.†Item no. quem
non deliquiſſe,ſi per inſtrumentum ante delictum probetur.dic
3 vt ſ.ad l. Aquil.l.ꝯ negantem.vbi de hoc dixi.†No.ꝙ tp̃s ſtatutũ
4 ad eundum, intelligitur ſtatutum ad remandum.†Not. quod il-
lud tempus ad redeundum, computatur a die receptæ apochæ,
adde ſ. Decu.l.ſi quis.

L E X III.

1 *Derobans nauicularium portantem granum,vel aliud Romam,poteſt ab ipſo nauiculario in quadruplum conueniri.*

Ab his. † Si aliquis derobat nauicularium portantem gra-
num, vel aliud Romam, poteſt ab ipſo nauicula-
rio in quadruplum conueniri. quod no.& eſt mirabile, & ſi ſpe-
cies derobata non pertinet ad nauicularium aliquo iure,tamen
abſentia domini facit hoc, & aget forte ad commodum domi-
ni,vt quemadmodum ſpectat ad eum cura,& ſolicitudo trãlue-
hendi,ita actio quaſi ex quodam mandato ſpectet.

L E X IV.

1 *Iudex ad hoc,ut ſubditus nõ incurrat pænã,poteſt ſoluere de bonis ſubditi.*

Cum nauarchorũ. Nauicularij orientis forte
mortalitate extenuati quo
ad numerum non potentes tributa transferre in hyemé, cõſide
rantes, & prouidentes ſibi pro tempore oportuno ad nauigan-
dum,acceſſerunt circa prouincias orientis, quærendo ſi poſſent
habere nauicularios,qui eos adiuuarent,& ſteterunt ita circun-
uenientes tanto tempore quod a modo non poſſunt facile redi-
re vt valeant debita tributa tranſportare Romam, & hoc nõ fa-
cto ſunt incurſuri magnam pœnam. circa hoc ergo conſiderãs
comes orientis,amicabiliter requirit rectores prouinciarum ſi-
bi proximarum, vt cogeret nauicularios ſuæ iuriſdictionis tran
ſportare merces iſtas, & ita factum eſt, & de communi cõſenſu
iſtorum officialium ſtatutum eſt ſalarium iſtis nauicularijs trãſ-
portantibus ſoluendum hoc modo videlicet, vt pro illo anno,
illi nauicularij impediti non habeant ſalarium, ſcilicet immuni-
tatis, vt dixi ſup.eo.in regula.ſed exigantur ſicut alij prouinciales
& omne qđ ab eis fuerat exactũ, cedat pro ſalario iſtorum naui-
culariorum tranſportantiũ. Quæritur, vtrum iſti Iudices hanc
poteſtatem habuerunt? Reſpondetur ꝙ ſic, & optime fecerunt,
qa & Reipublicæ conſulti, & impediti pœnam effugiunt.hoc di-
1 cit.† No. mirabile, ꝙ iudex ad hoc vt ſubditus non incurrat pœ-
nã,poteſt ſoluere de bonis ſubditi. No.etiam de prohibitione ſa-
larij,& vides ſacrarium de ſalario prębere, & facit extra de filijs
presbyt.c.propoſuit.

L E X V.

1 *Omnes ire debent per viam rectam.*

Qui fiſcales. Ille, qui non vadit per viam rectam, ſed
via tranſuerſata,ſi aliquid fraudis cõmit
1 tit in rebus,quas tranſuehit,capitali pęna punitur. h.d. † No. quẽ
debere ire per viam rectam,l.non ſolum, in fi.princ.de exc. tut.

L E X VI.

1 *Tempus ſi eſſet ineptum ad nauigandum, iudex poßet prohibere.*
2 *Iußus iudicis non excuſat,ubi quis operam præbet.*

Iudices. Nauis onuſta venit ad portũ, vbi tu iudex pręe-
ras,ſi tempus eſt aptum ad nauigandum,non de-
bemus prohibere nauẽ inde diſcedere,& punieris ſi prohibes,qa
deportaberis eadem pœna tenentur homines illius qui impe-
diunt.ſed cum puniatur nauta propter iuſſum Iudicis excuſatur
a pœna,niſi cauſam præſtiterit faciendo iudicem iubere ſibi,vbi
1 punitur eadem pœna,quia iudex. hoc dicit. † Not. ꝙ ſi tempus
2 eſſet ineptum ad nauigandum, iudex poſſet prohibere. † Not.
quod iuſſus iudicis non excuſat vbi quis prębet operam, vt ſibi
illicitum iubeat.

De prædiis,& omnibus rebus nauiculariorum. *Rubr.*

L E X P R I M A.

1 *Bona nauiculariorum ſunt tacite obligata ad quemcunque.*

1 **D**Omum. †Bona nauiculariorum ſunt tacite obli
gata,& ad quemcunque tranſeant,trã-
ſeunt ad Principem,vel Auguſtam.h.d.l.j.& adde ff.de
pig l.lex vectigali.

L E X II.

1 *Tertius poſſeſſor licet teneatur ipſo iure,non dicitur obligatus.*

In his. Nauiculari res eorum non prohibentur vẽdere, ſed
res trãſit cũ ſua cã, non tñ emptor ꝑ hoc obligatur,
nec cętera emptoris bona,quia emptor non efficit nauicularius
ꝙ rẽ nauicularij ꝯſequat. Sed pone ꝙ nauicularius vendidit mi-
hi domũ,ego ibi feci ornamenta,& picturas; tandem cum naui-
cularius debitũ ex hac cã ꝯctum non ſoluat, ꝯuenior ego hypo-
thecaria ad rẽ,offero rei æſtimationẽ,quæ erat cum emi, non eſt
modo,certe liberor ex hoc:alioquin qd diceres ſi magnas expen
ſas feciſſem,puta ſi ſolo ſup poſuiſſem turrim,iniquũ eſſet meñ
liberari, vetuſtam æſtimationem præſtando, quia magnanimi-
tas,& induſtria,& decor ciuitatis me adiuuãt, nõ aũt opprimũt.
h.d.Et vr̃ ſpeciale in domo,quæ eſt poſita in ciuitate,vt liberetur
emptor p̃ſtando veterem rei æſtimationem,licet debitũ vendito
1 ri nõ offerat,& loqtur cũ res erat meliorata. Itẽ not. † qđ tertius
poſſeſſor licet teneat̃ ipſo iure,non dr̃ obligatus,alioqn ſi qua eſ-
ſet hic ꝯ emptorẽ perſonalis obligatio, oĩa ipſius bona eſſent ob-
ligata,quia eſt debitor fiſcalis.diſputatio ergo,quæ hr̃ in l. ſi tibi,
§.de pignore,ff.de pac.hẽt locũ in hypothecaria,quæ proponitur
ꝯ ipſum debitorem. No.pro induſtrioſis,vt ff.ad leg. Falc.l.3.&,ꝓ
magnanimis. In tex.ibi,munificã.i.obſtructam,ad penſionem.i.
rei ęſtimationẽ mutaret̃.improprie.i.nomine pretii ſolueretur.

L E X III.

1 *Obligatio ſequitur rem, & pactum inter emptorem & uenditorem, nõ præiudicat fiſco.*

1 **Hi.qui.** †Obligatio ſeqtur rem, & pactum appoſitum in-
ter emptorem,& vẽditorem non præiudicat fiſco
& ſi is emit rem nauicularij, & non eſt ſoluendo, recurritur ad
alienantem.h.d. Certe imo videtur prius excutiendus alienator
quam poſſeſſor,vt l. Moſchis,ff. de iure fiſ. ſed hic non agitur de
debitis alienandis,ſed de tributis ſoluendis ex illa re, vt ad illa ꝯ-
ueniatur poſſeſſor,& eo non exiſtente ſoluendo alienator.quod
eſt mirabile,& non deterioris conditionis eſt, quam ſi non alie-
naſſet,

naſſet, vbi tributa non præſtaret; tene menti.& facit ff.de public. l.licitatio,§.fin.In tex.ibi,opinionem.i.æſtimationem. Et no. ꝙ æſtimum factum cum venditore, probatur contra emptorem, de iſto æſtimo dixi in princ.inſtit.

De nauibus non excuſandis. Rubri.

LEX PRIMA.

1 *Nauem nemo debet ſubtrahere ad finem, vt nō deſeruiat publicæ utilitati.*

1 MVlti. †Nemo debet ſubtrahere nauem ad finem, vt non deſeruiat publicæ vtilitati, & qui opponit exceptionem, quod nauis eſt aliena, ideo non habet facultatem onerandi eam, vel nauigandi cum ea, & pręſumitur opponere calumnioſe, vt nauem ſubtrahat oneri; ideo exceptio ſua reijcitur, & ipſe in nauis publicatione punitur.h.d.

LEX II.

1 *Lex hæc in quo habeat locum.*

1 Iubemus. †Hęc locum habēt in naue alicuius ciuitatis, vel collegij, vel eccleſiæ, capace duorum milium modiorum, & reſcriptum contrarium caret roboris firmitate, & hoc dicit lex ſequens, & adde quod no. Guil. in l. iubemus, ſup.de ſacroſ.eccle.

Ne quid oneri publico imponatur. Rubrica.

LEX VNICA.

1 *Priuato non licet res ſuas in onerata mercibus rei Romanæ immittere.*

1 ONeri. †Si nauis eſt onerata mercibus rei Romanæ, non licet priuato res ſuas in illa naui immittere, quod ſi ſecus fecerit, & nauem perire contingat, præſumitur ideo periſſe, ſcilicet propter illud illicitum ſuperpoſitū, licet ſit modicum, & ideo qui ſupponit Reipublicę, ad damnum totalis naufragij tenebitur, & extra ordinem punietur. hoc dicit.

De naufragiis. Rubrica.

LEX PRIMA.

1 *Naufragiū patiens, quid facere debeat ad hoc vt poſſit vendicare res ſuas.*

SI quando. Si nauis mea, vbi erant merces meę, perijt, ego potero vendicare, nō fiſcus. h.d.
1 †No.in l.2.ſi nauis mea perijt, & ex naufragio quidam acceperunt res meas, ſtatim adire debeo iudicem, qui præeſt illi territorio, in quo naufragium paſſus ſum, & petere ab eo ꝙ recipiat hoc teſtes ad rei ęternam memoriam, & ꝙ iſtorum dicta referat ad ſublimiſſimam pręfecturam. hęc tñ petitio, vt teſtes ſup hac re recipiantur, nō poteſt fieri elapſo anno, a die naufragij numerādo.h.d. Et eſt iſta ſingularis, & notabilis in hoc, quod de anno dicit, & opponitur de l.properandum, ſup.de iudic. Solut. ibi in ordinarijs iudicijs. hic in extraordinarijs. Opp.inf.eodem l.de ſubmerſis. Sol.hic non proponebatur excuſatio, ſed petebantur ſimpliciter teſtes ad æternam rei memoriam recipi, & ad iudicem competentem de cauſa cogniturum atteſtationes remitti. ibi vero proponebatur accuſatio. Itē opp.ꝙ pręſes cognoſcat, & puniat, & non remittit ad præfectam, vt J.l.prox. Sol.hic dicit, ꝙ loco naufragij præſunt minores iudices.

LEX III.

1 *Torquetur teſtis propter cauſæ arduitatem.*

2 *Collator munerum liberatur, etiam ſi qđ ſoluit pereat in manu officialis.*

Quoties. Si nauis mea eſt conquaſſata, vel ſubmerſa, in qua poſueras merces tuas. quæ ab alio forte ſunt abreptæ, & ideo adiſti præſidem, vt faciat eas tibi reſtitui: dr̄ quod has res in hac fuiſſe non poterit probari per me exercitorem qui eram in naui, ſed per nauis magiſtros, & ſufficiēt duo vel tres. quod eſt enim, &c. deficientibus magiſtris interrogabūtur alij nautę, qui cōſueuerūt habere de talibus poſt magiſtros notitiam. iſtis omnib. mortuis, quemlibet domeſticū magiſtrorū naturarū cogendū ad teſtificandū, dum tamen ante omnia conſtet de interitu magiſtrorū, & naturarū per ſacramentū iſtorū, poterunt autem iſti omnes ſi volunt teſtificari, quia res eſt ardua, licet ciuiliter agatur, & ſi iſti veriſimiliter rei ſciant veritatem ponuntur ad torturam, vt dicant ſic, aut non, quia non ſufficit eis dicere ſe ſcire, poſtea inſtruat nautas vt in hyeme non nauigent.h.d.
1 † No. quod propter cauſæ arduitatem teſtis torquetur, licet ciuiliter agatur. ſic eſt ſi teſtis, qui dicit ſe interfuiſſe negotio. vacillat, vt ff.de quęſ.l.extraneo. No.s̄.de Epiſ.& cle.l.presbyteri. ſic ſi teſtis non eſt bonæ vitę, l.ob carmen, §.ſi teſtes, ff.de
2 teſtib. †No.in l.pro his, quod ſufficit collatori ſi ſoluerit, licet ꝙ ſoluit pereat apud manus officialis publici, cui ſoluit, vel etiam caſu fortuito.

LEX V.

1 *Summariæ, & de plano proceditur contra arripientes merces nauis ſubmerſæ.*

De ſubmerſis. Ex nauis ſubmerſę mercib. arripuit quidam quaſdam res, proceditur ciuiliter, & criminaliter contra eum leuato velo, id eſt ſummarie,
1 †& de plano, & abſque iudiciali ſtrepitu, & ſi conſiſterit ita eſſe punitur ſubripiens ad arbitrium iudicis, adeo vt deportari poſſit. poſtea dicit, quod licet poſſit ſummarię procedi, tamen ſi qs obtulit libellū contra talem ſurripientem, oportet vt de cętero via ordinaria procedatur; & hæc lis etiam ſi ciuilis ſit infra bienniū ſopiatur. quod ſi per iudicem ſteterit quominus finiatur. ad totale intereſſe parti tenebitur. i. vt in tantum ipſe. & eius officiū puniatur, quantum eſt illud quod rationabiliter a ſurreptore expoſcitur, hoc dicit. Et no.leg.

LEX VI.

1 *Tranſuehens aliquis de ſocietate merces publicas, vel priuatas per mare ciuitatem Romanam, ſi merces perdit, totum ſuum collegium tenetur.*

1 Super. †No.in l.fi. ꝙ ſi aliquis de ſocietate tranſuehentium merces publicas, vel priuatas per mare ad ciuitatem Romanam, culpam commiſit in perdendis mercibus, ꝙ totum collegium ſuum tenetur, & obligatur ex hoc; collatores autem, qui ſoluerūt, non ideo in obligationem recidunt, quod talis caſus euenerit. Hoc dicit.

FINIS.

ANGELI PERVSINI INTERPRETATIO

Ad decimum librum Codicis.

De iure fiſci. Rubrica.

1 *Fiſcus quid ſit.*
2 *Fiſci camera quomodo differt à camera Imperatoris.*
3 *Fiſcus vnde dicatur.*
1 † Quid eſt fiſcus in genere, & in quo differat à Republic. & in
2 his gl. diſtinguit, † Et vtrū camera fiſci, & camera Imperatoris
ſit idem; de quo dic, quod aut accipimus camerā Imperatoris,
prout Imperator eſt, & ſunt idem, vt l. 2. §. hoc interdictū, ff. ne
qd in loc. pub. Aut prout eſt priuatus; & tunc differt camera ſua
a camera Imperij, vt eſt gl. in d. rub. ff. de iure fiſ. licet eadē priui-
legia habeat. Et ideo dr̄ alius procurator fiſci, & alius procura-
3 tor Cæſaris. † Vnde dr̄ fiſcus, & de hoc eſt gl. in dicta rubrica, q̄
dicit, ꝙ fiſcus dicitur, quaſi fixus, quia ſemper eſt ſoluēdo, & di-
ues. Cy. aliter dicit, & vide eum in d. rub. ff. de iure fiſci.

LEX PRIMA.

Creditores futuri, an, & quando poſſint reuocare præcedētem alienationem.
1 SI prius. † An, & qn̄ futuri creditores poſ-
ſint reuocare præcedentem alie-
nationem: dic, quod quandoque in præteri-
tum, & fuit facta alienatio ficta, & imaginaria,
& tunc idē eſt, ac ſi nunquam fuiſſet alienatū,
& ideo etiam futuri creditores poterunt reuo-
care, vt ff. de contrahen. emp. l. nuda, & ff. de a-
qua plur. arcen. l. emptor, & l. imaginaria, ff. de reg. iur. quando-
que alienatio eſt facta vere, & tunc aut creditores futuri ſunt,
hi, quorum priores ſunt liberati, & eis competit reuocatoria,
vt l. ait præto, §. ita demum, ff. quæ in frau. cred. & ibi plene per
Bart. & in l. vbi priorem, eo. tit. Aut non, & tunc ſi quidem tem-
pore alienationis nullo modo cogitauerit de futuris creditorib.
& tunc non competit eis reuocatoria, quia dici non poteſt eo-
rum in fraudem alienata. ita loquitur hic. Sed ſi de futuris cre-
ditoribus cogitauerit, tunc eis non poteſt competere reuocato-
ria vtilis, vt d. l. ſi maritus, in fi. ff. qui & a quibus. & quod not. in
auth. ſed iam neceſſe, ſupra de do. ante nup. in iſtis fraus præſu-
mitur eo ipſo, quod ſcit ſe creditorem habere, vel ſe habiturum
eſſe, & bona eius non ſufficere, vt colligitur ex l. ſi quis eum. ff.
de his, quæ in frau. cre. & dic, vt ibi.

LEX II.

1 *Error calculi quando noceat.*
2 *Notarius expedire non poteſt ea, quæ per iudicem fieri debent.*
3 *Notarius qui incepit acta ſcribere, debet ea proſequi, & finire.*
*Et an ipſe idem Notarius, cui facta eſt commiſſio, poſſit talem commiſſio-
nem ſcribere, & eſſe rogatus.*
4 *Teſtes, qui non ſunt de territorio iudicis, qualiter examinari debent.*
1 Inſtar. † Cōputatio facta a tabulario, ſeu a calculatorib.
non habet vim ſnīę, quoad cōdemnationē, vel ab
ſolutionem, niſi per iudicē confirmetur. h. d. No. ibi, qn̄ error in
2 computatione non noceat. † No. ibi, quod eſt fiendū per iudicē
non p̄t expediri per Notariū. circa qđ dic, ꝙ illud, qđ eſt per iudi
cē fiendū, & plenā cāę requirit cognitionē, non p̄t expediri per
Notariū, ēt ſi ſibi cōmittat, vt l. nec qcquam, §. vbi decretū, ff. de
offi. procon. & leg. Et aduerte id, ꝙ multa ſunt, q̄ ēt Ptāťes alijs
committere nō poſſunt. Et inter alia eſt exactio tributorum, q̄
nō poſſunt cōmittere exactori tributorum, & ſi exequerentur,
poſſent accuſari de robaria, vt not. Bar. in l. miſſi opinatores, j̃.
3 de exac. trib. lib. x. † Vnde hic aduerte, ꝙ Notarius, q incepit ſcri
bere acta, dēt proſequi. & finire, vt no. per Bal. in auth. ſed iudex,
s̃. de Epiſ. & cle. Item an ipſe Notarius, cui eſt facta commiſſio,
poſſit talem commiſſionē ſcribere, & eſſe rogatus. Bart. in l. ex
ſnīa, s̃. de teſt. tut. dicit quod ſic. dicit tamen, quod tutius eſt, qđ
alius ſcribat, & roget. Circa hāc commiſſionem examinationis
teſtium cōmittendā vide Bar. in l. 2. §. cū ab initio, ff. quemadm.
4 teſt. ape. ubi dicitur, † quod ſi teſtes ſunt in ſuo territorio, debet
mittere iudex ſuum Notarium ad recipiendum teſtes, & eorū
iuramenta, & dicta. Sed ſi eſſent in territorio alterius, & tunc eſt
fienda commiſſio illi iudici de prædictis, & quod facta examina
tione remittat dicta teſtium, & iuramenta, ut ipſe iudex princi-
palis cauſę publicet. Itē iudex cōmittens debet mittere iudici ar
ticulos diſtinctos, & interrogatoria, ſecundum quę teſtes inter-
rogentur. Ea vero, quæ eſſent iuriſdictionis, poſſunt per Nota-
rium expediri, ſi ſibi committerentur, quia in hoc eſſet iudex,
Et ad hunc paſſum vide per Bar. no. in l. cum ſcimus, j̃. de agri.
& cenſi. lib. 11. ꝙ id, quod fit coram tribunali, dicitur fieri in iu-
dicio; non aūt reperitur, ꝙ apud Notarium poſſint aliqua expe-
diri, niſi ſolum actorum productio, vt s̃. l. eos, §. j. & ibi no. ff. de
app. & auth. ibi poſita. facit ad prædicta, l. Præſes, s̃. de Aſſeſ.

LEX III.

1 *Bannitus cum perdat omnia iura ciuitatis, vtrum perdat ſucceſſionem.*
2 *Bonorum appellatio ſimplex non porrigitur ad futura.*
3 *Statuta contra ius diſponentia non recipiunt interpretationem extenſiuam.*
Si minori. Si ex forma alicuius ſtatuti bona alicuius pu
blicētur, non tn̄ impeditur ſuccedere, vł de
1 nouo acquirere, ſi ſtatutū non mutetur. h. d. † Et ibi quid de bā-
nito. vbi dr̄, quod perdit oīa iura ciuitatis ſuæ, vt l. amiſſione, §. q
deficiant, ff. de cap. dim. & dixi de hoc in diſputatione, q̄ feci, q̄
incipit Lucanæ ciuitatis, &c. Vnde ſi ſucceſſio deferatur ex for-
ma ſtatuti, perderet bānitus illam. Sed ſi ſucceſſio deferatur de
iure cōi, illam non perdit: caſus eſt hic. Nā vides, quod per trāſ-
lationem perdebat iura ciuitatis ſuæ, quod indicat verbū tranſ-
latio, vt l. j. ff. de noua. tn̄ retinet ius ſuccedendi de iure cōi in ci-
2 uitate illa, quod no. † Item ibi nota, quod ſimplex appellatio bo
norum non porrigitur ad futura, de quo dic plene, vt dixi in l. ſi
ita, ff. de auro, & argen. leg. & tangitur per doct. in l. fi. s̃. quæ res
3 pig. oblig. poſ. † Item nota, quod ſtatuta, quæ contra ius diſpo-
nunt, non recipiunt interpretationem extenſiuam.

LEX IV.

1 *Iudex an poſſit ex officio ſuo repellere procuratorē agentem ſine mandato.*
2 *Contrahens cum eo, qui ſe dicit procuratorem, debet inueſtigare, an ſit pro-
curator.*
Certa forma. Qn̄ aūt debeat credi officialib. princi
pis, vel alij, cui debeant oſtendere lite
ras, & quibus, vide Cyn. in l. ſi qua per calumniā, j̃. de Epiſ. & cle.
& no. j̃. de ſuperindict. l. vnica. Itē adde no. per Cyn. in l. 2. ff. ſi qs
in ius voc. non ierit. q. 7. & 8. & adde no. in l. 2. s̃. de reb. alie. non
1 alie. † An iudex poſſit ex officio ſuo repellere procuratorē agen
tem ſine mandato, ita ꝙ procurator habeat neceſſe producere
mandatum, ēt nemine petēte? Vide no. per Inn. in c. ſtatuimus.
de elect. iuxta fi. & ꝑ Bar. ī l. inter quos. §. ſi alię. ff. de dam. inf. &
ꝑ Cy. in l. exigēdi. in prin. s̃. de procu. no. in Auth. de mand. prin.
2 §. ſi qs autē. † Itē circa hoc vide quod no. gl. in l. hi, q cū alio. ff. đ
reg. iur. q̄ dicit, ꝙ ſꝑ anteq̄ ꝯhatur cum illo, q dicit ſe eſſe ꝓcura-
torem, dēt primo inueſtigari, & inqri, an ſit procurator. facit qđ
habes, de reſcri. ca. nulli. & adde no. in l. vni. s̃. de mand. princ. &
quæ notantur in l. licet. s̃. de proc. Item adde omnia, q̄ dicit Inn.
in c. ſtatuimus, de elect. quod ad hoc, vt proceſſus teneat, opor-
tet, ꝙ ſemper appareat in actis procuratorem fuiſſe iudici oſtē-
ſum, & literas reſcripti. & ad hoc no. tex. in l. prohibitum, in fin.
j̃. eo. vbi dicit tex. quod hoc dēt innoteſcere illis, quorum inte-
reſt. & tex. in Auth. de colla. §. eos, collat. 8. declarat melius, quā
alibi, quod hoc debet fieri notum in curia præſidis prouinciæ,
quo facto illi officiali creditur per totam prouinciam.

LEX V.

1 *Officiales exequentes extra prouinciam debent arma portare.*
2 *Officiali iniuſte exequenti reſiſti poteſt.*
Et ad reſiſtendum poteſt quis amicos conuocare.
Prohibitum. Ex quo collige, quod hęc lex nō habet
locum, niſi qn̄ vnus officialis mittitur
de vna prouincia ad aliā. Nam intra eandem prouinciā eſt præ-
1 ſumptio, quod officialis ſit notus. & d. §. eos. † Fateor tn̄, ꝙ ta-
les officiales debent portare inſignia officialiū ex quib. cogno-
ſcant̄, vt nuncij birretū, ſiue ſeruitores, & ſimilia: alias poſſet eis
reſiſti, arg. l. item apud Labeonem, §. qs virginem, & ff. de iniu.
2 & l. ſi quis ignorans, ff. loc. † Item not. ibi quod officiali iniuſte
exequenti licet de facto reſiſtere, vt hic, & in l. deuotū. j̃. de me-
ta. quod dic, vt no. per Cy. in l. 1. s̃. vnde vi. & per Guil. de Cu. in
l. vt vim, ff. de iuſt. & iu. Item ibi ēt not. quod licet reſiſtere his,
quorum intereſt, & puto quod ad reſiſtendum qs poſſit conuo
care amicos, & ēt ſine conuocatione poſſent venire vicini, &
amici, vt l. ſi quis in ſeruitute, in fin. ff. de fur. facit quod no. ff. de
vi, & vi arma. l. 3. §. cum igitur. Alij vero dicunt, quod non, ꝑ no.
per Bar. in l. j. §. idem erit, ff. ad Sill. & per id quod not. Bald. in l.
recte, s̃. vnde vi. Ad hoc tamē, vt citius veniant homines ad ſuc-
currēdum oppreſſis de conſuetudine inuentum eſt, vt oppreſ-

ſi exclament,ſuccurrite,ex quo vr̃ oẽs venietes ɔuocare, vt l. p̃tor ait,§.ſi qs aduentũ.ff.vi bo.rap.facit qđ no:p gl.& Doct. in l. vt vim,ſ.all.Itẽ ibi no.ꝙ Officiali venięti cũ literis,dẽt obediri. An aũt mandatũ priuati poſſit probari aliter ꝙ̃ per literas, & inſra,no.doct.in l.1.ſ.de proc. Itẽ an nuncio priuati credendũ ſit ſine literis,dixi vobis in l.eũ qui.& l.ſi eum,& l.ſeq.ff.commod.

LEX VI.

Iuſtas. Duplex eſt modus repellendi eũ, q proponit actionem,ad quam admittendus non eſt, videlicet vno modo de facto,ſ.lacerando libellum , vel cremando cum igne. Alio modo pronunciando,vt colligitur ſ.vt nemo priua.l.2.

LEX VII.

1 *Sententia lata poſt exceptionem , & probationem legitimam non admiſſam non tenet.*
2 *Defendere ſe cuilibet licet.*
3 *Poſitiones debent remanere apud reum.*
4 *Procurator Cæſaris eſt iudex inter fiſcum,& priuatum.*
5 *Libellus quomodo debet formari in iudicijs vniuerſalibus.*
6 *Fiſcum defraudans quomodo puniatur.*
7 *Et ibi de multis Officialibus fiſcum fraudantibus.*

Facultas defenſionis. Contra fiſcũ licet cuicũque ſe defendere,& ante ſnĩam bona non auferuntur,poſt ſnĩam ſolicite inueſtigantur,quod ẽt in Officialib.locum habet.h.d.† Per hãc legem
1 dicunt ẽt Doct.ꝙ non tenet ſnĩa lata poſt exceptionem, & probationem legitimam non admiſſam, qa cã cognita nõ lata fuit. facit l.fi.ỹ.de bon.vac.& ſ.de ſenten.& interl.om.iud.l ex ſtipulatione.& de exec.rei iud.l.1.& l.fi.& 2.q.1.c.nos.& de conſt.eccleſia.de cau.poſ.& prop.c.1.per Inn.in c.fi.de coha.cle & mul. & eſt tex.in c.interpoſita.de app.imo plus dñt, ꝙ exeq enti dictam ſnĩam licite reſiſti poteſt.l.prohibitum,ſ.eo.titu. & ibi per Odof.& de offic.deleg.c.ex literis,& ỹ.de decur.l.omnes,& de
2 excu.mun.l.euidenter,in fine.† No.ex primo, quod facultas defenſionis nemini eſt deneganda. Et per hoc non valet ſtatutum quod non liceat alicui ſe defendere, qa defenſio eſt de iure naturali,vt l.vt vim,ff.de iuſt.& iu.& no.per gl.ff.de pact.l.pactum. in glo.mag.& eſt hodie expreſſum de reg.iur.cle. paſtoralis, qđ intellige in defenſione ſuæ cauſæ propriæ,& ſic eſt defenſio neceſſaria. defenſio voluntaria bene poteſt prohiberi per legem, de hoc Inn.de excep.c.cum inter.& dixi plene ff.ſol.matrim.l.cum mulier.& hoc verum in defenſione iuris,defenſio vero de facto bene poteſt prohiberi a lege,ẽt quando offenſio eſt illicita, vt ſ. quando lic.ſi.iu.ſe vin.l.1.& 2.facit ſ.eo.l.prohibitum, in fi. Venio ad ſecundam partem. No.quod lite pendente nõ dẽt prior inquietari,vel eius bona deſcribi.ſed contra,vt ff.de acq.rer. do. l.fi.Sol.ibi reus aufugerat,& erat contumax:hic non. Opp.ff. de ven.inſpi.l.fi.§.pe.Sol.quædam eſt deſcriptio,quod idem eſt;qđ incorporatio in patrimoniũ fiſci,vt affigere arma fiſcalia in domibus,& poſſeſſionibus aliorum,& ſimilia,& iſtud prohibetur hic.Ita intelligitur gl.dum allegat ſ.vt nemo priua.l.2.Quædam eſt deſcriptio,hoc eſt ſcriptura,ꝗ fit a Tabellione, vt res reperiatur,& ne perdantur,& ſubtrahantur,iſtud poteſt fieri lite pendẽte,vt ſ.de bon.vacan.l.fi.licet ſequeſtratio fieri non poſſit quod
3 eſt no.† Venio ad tertiam partem.nota quod poſitiones debent remanere apud reum,& ſic non poteſt fieri ſequeſtratio,vt dixi ſ.proxi.Quæro,qua actione fiſcus vendicet iſta bona?hic poſsũt poni,quæ no.ỹ.de bon.vacant.l.ſcire. Sed de iſtis,quæ auferũtur ab indigno,cui applicentur? Vide Bar.in l.poſt legatum, §. id intereſſe,ff.de his quibus,vt indig.& vr̃ quod rei ven. qa hic textus dicit de vendicatione. br̃ dic, quod quandoque bona deferũtur in fiſcum tanꝗ̃ hęreditas alicuius mortui,& tunc agit fiſcus per. hæreditatis.ſ.de his,quibus,vt indig.l.1.ad leg. Falc.l.3. & ibi gl. & ff.ad ſenatuſconſ.Sil.in cognitione,& ff.de pet.hær.l.item veniunt.§.pridie,& no.in l.prædo,eo.tit.Qñq; deferuntur bona in fiſcum,non vt hæreditas,ſed vt bona viuentis, & tunc agitur rei vend.vt hic,& l.Imperator.ff.eo.tit.vel condõne ex lege illa , ex qua bona in fiſcum debent deuenire,arg.ff.de cond. ex le.l.1. facit ff.eo.l.1.Quæro coram quo agitabitur iſta cognitio?Dicit gl. coram p̃ſide,vt ỹ.de bo.vac.l.fi.quod intellige, vt ibi etiam dicã.
4 † Nam ibi dr̃,quod procurator Cæſaris eſt iudex inter fiſcum , & priuatum,vt l.2.ſ.ſi aduer.fiſ.& ſ.Vbi cau.fiſ.l.1. qñ procurator Cæſaris eſt in prouincia.ita intelligi debent oẽs leges, dicentes prædicta.alias ſi procurator Cæſaris non eſt in prouincia, vel qa Cæſar nil habet ibi priuatũ, vel non erat conſuetudo mittendi Procu.præſes prouinciæ eſt iudex,vt d.l.fi.de bo.vac. & ita intellige hãc gl.& iſtud facit ad no.in l.3.ỹ.de nauicula.lib.11.Quæro,vtrum iſta cognitio fiet ordinarie,vel ſummatim.'tex.hic innuit ordinarie,quum dr̃,cognitio ventilet. In p̃rium vr̃ ỹ.tit.1.& ibi dicam.Nam quidã ſunt debitores fiſci iam redacti in numero debitorum,puta ex aliquo contractu,vel ob tributa , & ſimilia,& tunc iſti exiguntur ſummatim,vt ibi.& ỹ.de exact.tribut. l.2.& ff.ad leg.Iul.pec.l,ſacrilegij,in fin.& in Authẽ. ut iud. ſine quoquo ſuffr.§.oportet, & ibi tex.aſſignat rationem . Quidam non ſunt redacti in numero debitorũ, ſed an debitores ſint,dubitatur.& ꝯ illos agendum eſt ordinarie.vt hac leg.† De forma-
5 tione libelli in iudicijs vniuerſalibus vide not. per Bar.in rub,ff. ſolu.mat.Et ad ea,quæ hic dñr contra executionem ſnĩæ latæ in iudicijs vniuerſalibus,adde no. per Inno.in c. conquerentes, de offi.iud.ord.Venio ad quartã partẽ.nota hic tex.huius practicę, ꝙ̃ tangit gl.ff.de eden.l.j.in j. magna glo. videlicet,qđ in iudicijs vniuerſalib. ſnĩa fertur vl'aliter, & tpe executionis inqritur particulariter de bonis.Scđo no.prout hæc gl. exponit cognitionales,i.Notarios,quod qñ bona alicuius publicant,fiſcus põt mittere pro omnibus Notarijs,q habent aliqua bona ad illum perti
6 nentia, & cogere, vt illa indicent , &c.† Item no. quod qui facit fraudem fiſco,punitur in duplũ. quod dic,vt dicã ỹ. l. prox. Venio ad vltimã partem,quæ legitur duobus modis. primo, quod officiales fiſci cõprehendantur hac conſtitutione, & hæc eſt bona lec.ſm quod officiales fiſci non comprehendantur, & ſic nõ eſt danda defenſionis fcultas ipſi, quia quicquid officialis quæſierit,præſumitur quæſiuiſſe de bonis fiſci.quod ſi eſſet verũ,eſſet notabile. Mihi autem non videtur verum per l. ſi defunctus. ſ.arb.tu.& ff.eod.l.3 §.multa.vbi non præſumitur de bonis fiſci, niſi hoc liquide probetur. In prælato aũt dic,vt in auth. licentiã. ſ.de Epiſc.& cle.& vide no.per Bar.in l.2.ỹ.de deb. ciui.li.11.qa ciuitas habet tacitam hypothecam in bonis ſuis.

LEX VIII.

Qui in contractibus. Qui in fraudem fiſci ſu per rebus fiſco incorporandis contrahit,punitur in quadruplũ.h.d. Hoc nota plene per Bart.in l.1.ỹ.de nauibus non excu.lib.11.Opp.ſ.l.prox.vbi tenetur in duplum.Sol.ibi fuit commiſſa fraus in rebus acquirendis, hic in iam quæſitis. quod nota pro iſtis, qui recipiunt in fraudẽ fiſci veditiones,& promiſſiones fictitias,vt teneantur in duplũ , vt hic,& l.aufertur,§.j.ff.eod.tit. Quæro,quid ſi multi officiales fuerunt,qui fecerunt iſtam fraudem?Dicit glo.ꝙ omnes tenentur ad vnum quadruplum,vt l.aufertur.§.fi.eo.tit. quod no. qa licet in delictis quilibet in ſolidum teneatur,tamen in officialib. eſt ſecus,vt l.ſi multi,ff.de pub.& ibi dixi de hoc.

LEX IX.

Super creandis. In electione officialium ſeruãda eſt conſuetudo, qđ dic,vt l.nõ tãtum,§.fi.de decur. Itẽ quod in pabulis,& victu familiæ cõſuetudo ſeruanda eſt . Et ideo ſi aliquis conduxit vnum iudicem, intelligitur expẽſis, & ſumptibus conducentis in eundo, redeundo,& ſtando:quia ſic eſt conſuetudo.facit ff.loca.l. dominus p̃diorum.& ſup.loc.l.ex empto.

LEX X.

Eorum. Bona delinquentis mortui, nõ p̃tinent ad fiſcũ niſi viuens fuerit condemnatus, ſm vnam lect.

De conueniendis fiſci debitoribus. Rubr.

LEX PRIMA.

1 *Indemnitatem promittens non debet conueniri ante principalem.*

Non iniuſta. Iſta lex legitur tribus modis , & hic pñt poni notata in l. fideiuſſorem.ỹ.de peric. eo. qui pro magiſtr.inter.& in l.j.infra quo or. quiſq; conue.lib.11. circa hos fideiuſſores officialium , & ſecundum vnam lecturam hoc intendit.Fideiuſſores officialium nõ poſſunt conueniri,niſi principali excuſſo, ẽt ſi principalis aliqua emerit.h.d. Opponitur ſup.de fideiuſſoribus.l.iure noſtro. Solutio,ſpeciale eſt in fideiuſſore officialium, ſecundũ iſta tempora,licet hodie ſit ius commune per Auth.de fideiuſſ.quæ generaliter intelligitur,vt videbitis in l.1.ỹ.de decu. Mihi tamen videtur, quod quantum ad caſum huius legis nulla ſit ſpecialitas. Nam hic fideiuſſit promittẽdo indemnitatem: non autem ſimpliciter. Merito verba promiſſionis innuũt, vt prius principalis debeat conueniri. vt videatur in quo fiſcus ſit damnificatus,vt l.ſi ſtipulatus,§.fi.ff.de verb.ob. & ff.ſi cer. pet.l.ſi in fin.& ſup.ſi mater idẽ promiſ.l.j.& 2. & ff. ad Velleia.l.tutor.quod te-
1 nementi.† Qualiter autem,& ad qđ poſſit conueniri ille,qui,p̃miſit indemnitatem,habes no. ſup.de ſenten. quę ſine cer. quãtit. profer.l. 2. Et ex his apparet, quod qui promiſit indemnitatem,ſi renunciat beneficio, fideiuſſor non poteſt conueniri ante principalem : hoc enim in diuerſo caſu natura obligationis eſt magis, quam beneficium fideiuſſionis.

De fide inſtrumentorum, & iure haſtæ fiſcalis, & de adiectionibus. Rubrica.

LEX PRIMA.

1 *Inſtrumento venditionis rei fiſci quæ verba debeant apponi.*
2 *Venditionem rei fiſcalis recte eſſe factam quis debeat probare.*

Quod

QVod in libellum. Ad hoc, vt det fides inſtrumento rei fiſci
1 venditæ, vel debitoris requiritur, † ꝙ verba in inſtrō
ſint diſpoſitiua, puta quomodo tali die, loco, & teſti-
bus fuit facta ſubhaſta io, & quomodo procurator fiſci inter-
uenit, & ſic de quolibet actu factum fuit inſtrumentum per ſe,
& hęc innuit gl. ex l.cum precibus, quam allegat. Si autem in-
ſtrumentum continet verba enunciatiua de pręterito, verbi
gratia. Notarius facit hodie inſtrumentum venditionis, in quo
narrat, ꝙ factæ fuerunt ſubhaſtationes debite, & ſimilia, illi in-
ſtrumento non eſſet ſtandum, quia inſtr̄m non probat niſi ea, q̄
interuenerunt loco, & tempore celebrati inſtrumenti, vt no.p
Inn.in c.quoniam contra falſam, de prob. & c. cum in iure.de
offic.iud.delega.vbi uide omnino hæc. Sed ſubhaſtationes non
potuerunt interuenire: quia debet ſtare xx.diebus, ut j̃.dicetur;
ergo &c.pretium non eſt proprie inſtrumentum de illo facto;
ſed magis facit mentionem alterius documenti. Ergo &c.ut in
Authen.ſi qs in aliquo documento.s̃.de eden. cum iſta ſolen-
nitas ſit inducta in fauorem debitoris, cuius bona alienantur,
& etiam in fauorem fiſci, non poſſet Officialis qui vendit, &
emptor huic ſolēnitati renunciare, vt l.ius publicum, s̃. de pac.
Sed ſi eorum confeſſioni ſtaretur, iam inducta eſſet via ſimilis
renunciationi, ergo &c. vt l.doli exceptio, ff.de nouat, & ſecun-
dum hoc illud, quod dicitur in l.optimam, s̃.de cōtrah. & com-
mit.ſtipul. ꝙ verba enūciatiua poſita in cōtractibus ꝓbant inter
eaſdem perſonas, ſeu partes, intelligo, qn̄ cōtinēt id, in quo par-
tes poſſunt ſibi præiudicare: alias ſecus. Illud idem no.in l.ſcien
2 dum, ff.de verb.oblig. † Sed quis teneatur probare venditionē
eſſe factam recte, vel non: vide gl.cū ibi no.in l.Imperator. ff.de
priui.cre. Alij dn̄t, ꝙ hic præſumuntur omnia ſolemniter acta,
quod nō placet; qa loquit̄ de ſolēnitate extrinſeca, vt hac l.j. vbi
ēt gl.dicit, ꝙ requirantur, vt valeat venditio rei fiſcalis, vel debi
toris fiſci, & de hoc eſt hic bona gl.mag̃. & no.in l.3.s̃.de iure fiſ.

L E X II.

1 *Cumulari in libello plures cauſæ an poſſint.*

Duplex ratio. Quis poteſt quandoq; agere tanquā quilibet de populo, & pro ſuo ꝓprio
intereſſe. Simile, in l.licet.ff.de procur. & quod no.in l.iuris gen
1 tium, §.ſi paciſcar.ff.de pact. † Item no. ex hac lege, ꝙ in libello
poſſunt accumulari plures cauſæ, quarum quælibet per ſe eſ-
ſet ſufficiēs. facit qđ no.s̃.de eden. l. edita. & ſufficit alterā pro-
bari, vt no.de reſt.in integ.c.2. niſi ſe aſtringeret ad probandum
vtrumque, quod dic plene vt dixi in l.diuus, ff.de re iud. de hoc
etiam eſt tex. & gl.in c. ſignificauit, de app. & in c. accedens, de
accuſ. & vide notata in l.fi.s̃.de rei vendi.

L E X III.

1 *Vxor alicuius ſi emat rem aliquam, an res illa ſit vxoris.*

Et ſi inſtrumenta. No.hic ꝙ tex. dicit, qbuſcūq; ꝓbationibus. & gl.addit.i. do
neis. quod eſt notabile ad ſtatuta, & ad multa. ad hoc fa[illegible] l. nō
pōt, ff.de adop. & ibi qualis ſit iſta exceptio: Quem de euictione
tenet actio, eundem agentem, &c. de qua loquitur l.vindican-
tem, ff.de euic. Et an ipſa exceptio impediat lit.cōteſt. vel an op-
1 ponatur magis ad merita cauſæ. † Item inducitur ad queſtio. iſta
lex, ꝙ ſi vxor alicuius emit aliquam rem, illa res ſit vxoris, & nō
obſt. lex quę dicit, ꝙ quicquid acquirit vxor, præſumitur acqui
rere de bonis mariti, vt l.etiam.s̃.de don.inter vir. & vxo. qa fa-
teor ꝙ præſumit̄ emphyteuta de bonis mariti, & vxor tenebit̄
viro ad pretiū, vt hic, & s̃.ſi quis alte. vel ſibi.l.j. & l. multum.

L E X IIII.

1 *Contractus celebratus cum incerta perſona, non vitiatur propter interual-*
lum temporis.
2 *Executores ultimarum uoluntatum, an debeant facere ſubhaſtationes.*

Si tempora De ſubhaſtatione rerum fiſcaliū, & eius materia, loquitur hęc lex. Inter alia quæ-
rit, quid ſi vnus vadit j̃. tempus ſubhaſtationis, & offert: an ex
hoc obligatur? Vr̄ ꝙ non, quia inter interrogationem factam
per præconem, & reſponſionem illius, interuenit intreuallum,
1 ergo non obligantur, vt l.1.§.1. ff.de verb. obl. † In contrarium
ſciendum eſt, ꝙ contractus, qui celebratur cum incerta perſo-
na, non vitiat̄, neq; propter interuallum temporis, nec propter
abſentiam contrahentis: exemplū, ſi habeo rem pro derelicto,
volo eam donare occupanti, & ſic incertę perſonæ. Iſta dona-
tio non impediretur, licet aliquis occupet me abſente, & ex in-
teruallo, vt l.quod ſeruus, ff.de ſtipul.ſeruor. Item pone, quia ꝙ
proijcitur a Principe, vel a Cōſulibus in populo donatur occu-
pāti, vt l.qua ratione, §.fi.ff.de acq. rerum domi. ita ad propoſi-
tum, per illud præconium videtur fiſcus contrahere cum in-
certa perſona, ſcilicet cum plus offerente: ideo ſi uenit ex in-
teruallo, uel ſi offert Notario, etiam non præſente Officiali,
perficeretur contractus, dixi in l.licitatio, in princ.ff. de public.
Sed an talis Officialis obligetur ad uendendum illi plus of-
ferenti? Dic quòd non, niſi fuerit ſic proclamatum, & ſic
tempus limitatum. Sed an poſt elapſum primum terminum
bannimenti, & præconij, poſſit fieri de nouo præconium,
& dari alia dilatio? Gl. ſecunda hic dicit ꝙ non, ꝙ puto verum, ſi
infra dictū primum terminū aliquis obtulerit, cui ius erat quę-
ſitum. Ex quo habes notare, ꝙ iſti termini extraiudiciales intel-
ligunt̄ peremptorij, licet non adijcias, vt hic vides, & proba-
tur in l.2.§.vſuras, ff.de leg. 2. Quod no. pro terminis, q ſtatuun-
tur in interpellationibus, & ſimilibus actibus extraiudicialibus.
prædicta vera, niſi ꝯ pſonā, q̄ poſſet in integrū reſtitui, tūc enim
qs poſſet impetrare reſtitutionem, vt maius tēpus apponatur in
licitatione, vt ff.de min.l.ſi ſine. Item no. ꝙ q minus primo ob-
2 tulit, poteſt primo plus offerre ſecundo. † Et an executores vlti-
marum voluntatum debeant facere ſubhaſtationes. Et an cum
res minorum vendatur? de quibus me remitto ad ea, q̄ dixi in l.
alię.ff.de alimen. & cib.leg. Sed iuxta hoc q̄ro, ille qui emit ab
executore ſn̄iæ petit ſibi dari ſn̄iam, & acta ſufficientia, per quæ
poſſit probare valere ſn̄iam, an debeat audiri? Bar.in l.ſi cū nulla
ff.de re iud. dicit ꝙ ſic. Item hic vide, quale ſit conſilium in ven-
dendis rebus ciuitatis? Dicit Barto.arg.l.2.§.plane, ff.quod vi aut
clam, ꝙ primo fiat ſtatutū ſuper hoc, & poſtea vendatur ſecun-
dum formā ſtatuti, & non erunt neceſſariæ tot ſolennitates.

L E X V.

1 *Auferri an poſſit res priuato.*
2 *Auferre an poſſit Imperator dominium rei meæ directo.*

Quæcunque. An illi, qui emerunt a cōmuni ſolenniter vendente res bannitorū poſſint
cogi reddere emptas bannitis ex forma capitulorum pacis hoc
dicentium? & vr̄ ꝙ non, vt hic; quia ſi non valet reſcriptū Prin-
1 cipis vt hic, multominus factum ciuitatis. † Contrarium eſt ve-
ritas. Nam hic loquitur, qn̄ Imperator reſcribit propter utilita-
tem priuati tantū, ſcilicet impetrantis: ſecus tamen ſi propter pu
blicam vtilitatem. quia tunc poteſt res priuato auferri, vt ff.de iu.
fiſ.l.certa forma. & l.item ſi verberatum.§.j.ff.de rei uen. & ff.de
euic.l.Lucius. Item dicit But.in l.reſcripta, s̃.de prec.Impera.of-
2 fer. & in l.fin.s̃.ſi contra ius, vel vtil. publ. ꝙ † Imperator poteſt
etiam tollere dominium rei.meæ directo, nedū tolllendo act. ſi
hoc facit proprio motu, & ex certa ſcientia dicendo non obſtā-
te tali lege, per l.item Vlpianus, ff.de excuſ.tut. Et circa præmiſſa
vide, notata j̃.de fun.rei pri.l.vniuerſis.lib.11.

De venditione rerum fiſcalium priuatis communium. Rub.

L E X V N I C A.

1 *Fiſcus poteſt vendere totum ratione partis, & partem reddere fiſcus priuato*

1 QVoties. † No. ꝙ ratione partis fiſcus poteſt totū vendere. Sed iſto caſu, cui debeat ſolui
pretium? Glo. dicit hic, ꝙ totū ſoluitur fiſco, & fiſcus
partem reddit priuato. quod no. pro ſtatutis dicentibus, quòd
de aliqua condemnatione medietatem habeat fiſcus, & medie-
tatem priuatus: totum.n.debet ſolui fiſco, & fiſcus priuato, vt l.
Senatus, §.Senatus. ff.de iure fiſ. vbi dixi.in l.res, quę, ff. de iure
fiſ. quod eſt vtile ſcire: qa fauorabilius fit executio, quando de-
bet ſolui fiſco. quā qn̄ priuato, vt ff.eo. l. 2. & ibi dixi. tamen fa-
teor, ꝙ ſi quis ſoluit illi priuato, directo liberatur, & fiſcus hoc
impedire non poteſt, vt d.l.res, §. 1. & facit ff. de pac. l. ſi contra
emptorem.in fi. & ff.de doli excep.l.apud Celſum, §. mādator.
Et circa hoc vide notata per Bar.in l.duos, j̃. de ſuſcep. ꝓpoſ. &
arc.lib.10. qualiter punitur Iudex, qui mandat pecuniam cōdē-
nationis ſolui alij, quam dictet ſtatutum.

Ne fiſcus rem, quam vendit, euincat. Rubrica

L E X P R I M A.

1 *Vendere an poſſit Abbas res vnius conuentus ſibi ſubditi.*

1 GRauiſsimum. Glo. hic inducit in argu. ad q. † ꝙ ſi Abbas vendit rem vnius
conuentus ſibi ſubditi, quaſi ſit alterius, quod non po-
teſt reuocari. quod intelligo verum, quando illi duo conuen-
tus erant de menſa Abbatis: tunc enim tallis error non attendi-
tur, quia idem iuris eſt ſiue ſit vnius, ſiue alterius, arg.l.ſi dubite-
tur, ff.de acq.hær. ſed ſi non eſſent de menſa, tunc non poſſet vē
dere Abbas ſine conſenſu Rectoris illius conuentus ſibi ſubdi-
ti, vt in cap.j. de reb. eccle. non alie. in Cle. Et ideo ſi venderet
tanq̃ alterius, talis error vitiaret. Et ſemper intelligas, quod in
venditione adhibita ſit debita ſolennitas.

De his, qui ex publicis rationibus mutuam pecuniam acceperunt. Rubrica.

L E X S E C V N D A.

1 *Occulte quando dicatur aliquid fieri.*
Bald. ad poſter.lib.Cod.

SCiant omnes. Qualiter ītelligitur fieri occulte dic vt in gl.hic. Iſtud videt̄
contra l.non intelligitur.§.tacita.cum ſua gloſſ.ff.de iure
fiſ.vbi eoipſo quod interuenit cautio publica,nō dicitur occul-
te fieri,neq; clam.Sol.ibi authoritas ſuperioris non erat neceſ-
1 ſaria.† Et ſic nota quod clam dicitur fieri, quod non fit coram
Iudice,decretum interponente,vt nota.Barto.in l.j.ff.de præua
ricat. Et ſic, quod fit ſine decreto Iudicis, dicitur fieri oculte.
quod eſt verum, ſi eius præſentia requiritur. Similiter, ſi de
conſuetudine aliquid conſueuerit fieri pubice, vt matrimo-
nium, & aliquis faceret coram duobus teſtibus, dicitur fieri
clam,arg.l.palam,§.1.ff.de ritu.nup. & pro hoc facit ca. ſi quis
clam. de cland. deſponſat.Item ea,quæ fiunt per ſcriptum pri-
uatum,dicuntur fieri tacite,& occulte, vt not. per Bar.infra de
delat.l.1.Clam enim dicit̄ fieri,quicquid fit quod poteſt fieri in
præiudicium eius,cuius intereſt,vt l.clam poſſidere, in princ.ff
de acquir.poſſ. Opponitur, dicitur in textu commodabit, &
ſic improprie accipitur, quod eſt vtile pro ſuſtinendis libellis,
ſeu ſcripturæ mercatorum, quæ loquuntur impropriæ.ſimile
no. per gl.in l.eius, qui prouinciam, ff.ſi cer.pet. de hoc melius
per Cyn.in l.1. ff.de offi.proc.Cæſa.

Pœnis fiſcalibus creditores pręferri. Rub.

LEX VNICA.

1 *Fiſcus an habeat tacitam hypothecam in pœnis.*

REm ſuam. No.quod cum dico,pœnam quadrupli,in ſententijs; intelligitur
in quadruplo ſimplum ineſſe.facit ff. quod me. cau.
l.ſi cum exceptione,§.quadruplabitur.& l.hoc edicto, §.j.ff.de
1 publi.quod eſt vtile ſcire propter ſtatuta.† Et ibi vtrum in pęnis
fiſcus habeat tacitam hypothecam? & dicit qđ de hoc ſunt glo.
contrariæ,vna hic,alia in l.reſcriptum,ff.de pac.quas reducit ad
concordantias in l.poſt contractum,ff.de don.Et hic adde not.
in l.ſciri debet,j̃.de bon.vacan.

De vſuris fiſcalibus. Rub.

LEX PRIMA.

EIus ſummæ. Nota argumen.contra id qđ faciunt hodie Rectores in eorum
ſententijs condemnatorijs, cum iubent ſoluere con-
demnatos intra decem dies ad pœnam quanti pluris, vt talis
adiectio non valeat, vt colligitur ex hac lege, cum ſua glo. poſ-
ſet etiam dici,quod iſta gl.facit in ꝯrium. Nam Rectores ciuita
tum habent hodie uim maiorem iudicum, vt no. in l.fin. s̃.de
ſenten.ex breui.rec.& ſi apparet,quod quandoq; poſſunt mul-
ctare, dum tamen in mulctanda modum non excedat. Vlti-
mo nota,quod illud quantum plus, quod adijcitur in pœnam
non ſoluentis intra terminum,non eſt pœna primi delicti: ſed
pæna moræ in ſoluendo,vt hic,ff.de ī lit.iur.l.j.& dixi plene in l.
3.ff.de pub.iud.

De bonis vacantibus,& incorporatione. Rub.

LEX PRIMA.

1 *Ciuitates an ſuccedant in bonis vacantibus.*
2 *Aditio an requiratur in bonis vacantibus fiſco applicatis.*
3 *Aditio hæreditatis relictæ ad pias cauſas,an ſit neceſſaria.*
4 *Fiſcus quando tempore excludatur a petitione bonorum fiſcalium.*
5 *Ciuitas an poſſit capere bona pro delictis.*
6 *Priuilegium conceſſum, in dubio an intelligatur conceſſum ad poſtulationē partis.*
7 *Reſcriptum iudici incompetenti præſentatum,præſumitur ſurreptitium.*

1 SCiri debet. † Ciuitates nō ſuccedūt ī bonis vacātibus:& ſi occupauerint, aufert̄
ab eis hoc dicit notabiliter.Idem no.in l.item ueniunt,§.
ait Senatus, ff.de pet.hæ.& ff.de iure fiſci.l.2.in prin.& ff.de bo.
poſſ.l.3.§.1.& inf.in ſequen.tit.l.ex varia. Secundo nota.quod
priuilegium ciuitatis circa hoc non valet, Oppo. ff.de iure fiſ.
l.j.§.diuus.Sol.qđ hic dicit ſine hr̄de legitima.ſubaudi, vel ho-
norario.Et quæ perſonæ fiſcum excludant, nota,hic in gloſ.&
vide nota. in l.j.ſupra vnde vir,& vxor. Oppo. quod conceſſio
priuilegij valeat,l.1.infra tit.2. Sol.intellige leg.quando priuile-
gium eſſet datum,vel lex facta ad petitionem partis petentis,ſe-
cus ſi proprio motu Principis.ita dicit gl.quod no.in eo, quod
dicit de lege, non intelligitur committi fraus, cū lex conditur
ad poſtulationem alicuius, ſicuti in priuilegio probatur, in l.1.
ff.de doli.excep.hoc intellige de legibus. in corpore iuris inclu-
3 ſis,vt dicit. Barto.in l.fin.inf.de pet.bon.ſubla.† Quęro, dicitur
hic quod fiſcus vendicat,vtrum requiritur aditio? Gloſ.hic, &
j̃.eod.l.vacantia.tenet quod non,ſi bona ſunt ſoluendo. Quod
3 no.† pro hereditatibus relictis ad pias cauſas, vt ſi ſunt ſoluen-
do,non requiratur aditio,quod videtur tenere Spe.in tit.de in-
ſtrum.edi.§.compendioſæ.Sed gl.ff.de iure fiſ.l.1.§.an bona. vi-
detur tenere cōtrarium,& idem Dy.ſcilicet ꝙ aditio ſit neceſſa
ria, tamen non præiudicat fiſco,niſi quando bona ſunt ſoluen-
do.& illud tenui.Et ſic videtur:quia Speculator dixit de hære-
ditate ad pias cauſas relicta ad ſimilitudinem fiſci.quod etiā ap
paret, quia fauor libertatis relictæ in teſtamento ſine aditione
non valet; & hoc non eſt dubium, quod libertas eſt cauſa pia,
ſed introductum eſt remedium vt adeantur bona cauſa confir
mandæ libertatis, vt l.j.ff.de fideicō.lib.& s̃.de manumiſ. teſta-
mē.l.fi.& Inſt.de eo,cui addic.bo.cau.liber.per totum. Et illud
q̃ñ electus appellat, eligens, ſeu nominans debet citari, quia in-
tereſt, vt videtis hic. Nam damnatur in expẽſis. facit ff. de adop.
l. nam ita diuus.

De tabularijs, ſcribis, logographis, & cenſualib. Rub.

1 *Tabellionatus officium non eſt dignitas.*

1 Scias ꝙ officium tabellionatus non eſt dignitas, vt l.1. ſup. ſi ſer.
aut lib. ad Decu. officium aſpi.& l.fi. j.eo.tit.

L E X III.

1 *Notarius debet eſſe liber homo.*
2 *Notarius ſciens ſe habere defectum propter quem inſtrumenta ab eo confecta non valeant, ſi patitur ſe rogari, tenetur ad intereſſe parti.*
3 *Inſtrumenta facta ab eo, qui non poteſt exercere tabellionatus officium, an valeant.*
4 *Notarius eſt ſeruus publicus.*
5 *Libertus an poſſit eſſe notarius.*
6 *Decurio an poſſit eſſe notarius.*
7 *Notarij an debean ſcire iura.*
8 *Notarius an poſſit per alium conficere inſtrumenta.*
9 *Notarius cogitur a principio regiſtrare inſtrumentum, & poſtea publicare.*

Generali lege. Seruus nõ põt eſſe Tabellio: &
ſi dñs eum ſciuerit tale officiũ
aſſumere parti ad intereſſe tenetur, ſeruus vero fuſtiga
1 tur. h.d.† Not. hic, ꝙ Notarius debet eſſet liber homo. † Secun-
2 do. no. ꝙ ſi Notarius patitur ſe rogari de aliquo inſtrumento, &
ipſe ſciat ſe habere aliquã qualitatem, vel defectum, propter qđ
inſtrumenta ab eo confecta non valeant, quod ipſe tenetur par
ti ad intereſſe, quod eſt notan. & intelligitur defectus, puta infa
miæ

miæ,vel qa delinq̃t in officio notariatus,qđ intellige,vt no.Bar.
in l.eadem.in prin.ff.ad lege Iul.repe.& ibi vide plura ꝑ eū.Item
adde notata ꝑ eum in l.j.§.ſi ſer.aut.l.ad Decu.aſpi. Sed quid ſi
ſcit eſſe defectū inſtri,vel ꝯctus?Dic vt notatur per Bar.in l.fi.§.
3 de pet.bo.ſub.† Sed an valeant iſta inſtrumenta facta ꝑ illos,q
nō poſſunt exercere officium tabellionatus?Dic ꝙ ſic, licet pu
niantur,vt no.in l.vniuerſas,§.de Decu.Item qñ ex alijs ſuis de-
fectibus Tabellio punit̃,vide no.in l.fi.§.de magiſtr.conue.Item
iuxta hoc quæro,an & qñ valeāt inſtr̃a facta ꝑ eū,q ſe geſſit pro
Tabellione,cū nō eſſet?Dic plene per Cy.ī l.Barbarius,ff.de off.
præt.vbi dicit ēt de eo,q nō potuit eſſe ꝑlatus, & tñ fuit electus,
& cognouit,an teneat eius ꝓceſſus.Et an,& bene teneat ꝓceſ-
ſus Iudicis excōmunicati.Et qd de eo,q poſt mandatū reuoca-
4 tū cognouit,&c.Item not.ꝙ ignarus non punitur.† Sed modo
opp.qa Notatius dr̃ ſeruus publicus,vt l.nō quaſi,ff.rem ra.ha.
Sol.eſt liber homo,tñ dr̃ ſeruus publicus,qa publice omnibus
ſeruit,& ex eius ſtipulationib.omnib.q̃rit̃.Dicit gl.ꝙ eſt no.nec
diſtinguit inter ſtipulationes prætorias,conuentionales,vel iu-
diciales.licet q̃dā ꝯ,per c.quanquam.de vſur.lib.6.de quo dixi
5 plene in d.l.nō quaſi.† Sed quęro,vtrum libertus poſſit eſſe Ta
6 bellio?Dic vt ĩ gl.no.† Itē q̃ro,vtrū Decuriones poſſint eſſe Ta-
belliones?& gl.dicit,ꝙ non,nec ēt Aduocati.Tu dic,ꝙ non de-
beāt eſſe,ſed ſi aſſumāt illud officium.pñt & valēt,quę faciunt.
de hoc §.de Decur.l.vniuerſa,ꝑ Bar.& adde no.in cōſi.xxxij.&
vide l.ſi quis Decu.§.ad leg.Cor.de fal.ibi vide Cyn.& ſimile di
cūt Canoniſtæ de clericis,vt ne cler.vel mo.c.clerici.& dic vt
ibi.de hoc etiam ꝑ Bar.in l.ſeruus,ff.de teſta.& ibi ꝓſequor quo
7 ad hoc.† Item q̃ro,vtrum Notarij debeant ſcire iura?& dicit gl.
ꝙ ſic,qđ intellige,vt nō requiratur,ꝙ ſint Doctores,vel legiſtæ,
ſed ꝙ bñ ſciant officiū Notariatus,vt ſciāt ſummā,& florem,&
nouellam tractatus Petri de Vinola,& alios libros eorū peritiæ,
& in q̃tum læderet partē,tenerent̃ parti,vt §.de mag.cõue.l.fi.&
de reg.iu.c.imperitia,lib.6.ꝑ Dy.Sed q̃ro,qd debeant contine-
re inſtr̃a?Glo.enumerat oĩa.quam vide,& ſigna.Sed in hoc eſt
multum aduertendū,q̃ ſit ciuitatis ꝯſuetudo.Idem no.Bart.in
l.ſi prius,§.j.ff.de aqua plu.arc.& ꝑ Nic.Alexā.ĩ repe.§.ſi initiū
8 tabularū.in l.ſi quis ex argētarijs,ff.de eden.† Item quærit gloſſ.
vtrum Notarius poſſit conficere inſtr̃a per alium? & dicit gl.ꝙ
non,niſi in ciuitate Conſtantinopolitana.in auth.de Tabel.qđ
intellige,niſi ſit mortuus,vel grauiter infirmatus, vel ita impe-
ditus,ꝙ ipſe ſcribere non poſſit,qa tunc ꝑ alium poterit, vt de
fin.inſtr.c.cum P.Tabellio.facit ff.de off.eius, cui mand.eſt iur.
l.j.in prin.Sed nunquid aliquis Iudex,vel Aduocatus, teneatur
accipere cōſilium.Vide tex.& gl.inf.de prox.ſac.ſcri.l.in ſacris.
9 † Sed nunquid Tabellio cogatur a principio regiſtrare inſtr̃m,
& poſtea publicare?& vr̃ facere tex.huius l.ꝙ ſic,ar.ꝙ dr̃ ſeruus
pub.de hoc vide ar.ꝙ col.r.§.de defen.ciui.l.iubemus,de hoc ēt
ꝑ Bar.in l.ſi quis inuitus.& in l.placuit,j.de colla.fun.patri.li.11.

L E X IIII.

Boetos. Officium Notariatus non eſt dignitas,nec honor de quo dixi §.ſi ſer.aut lib.ad Decur.aſpi.l.preſes prouincię.vbi de hoc vide.hic non ſunt alia.

De ſuſceptoribus præpoſitis,& arcarijs. Rubr.

L E X P R I M A.

1 *Solui debet ei,qui eſt officialis tempore,quo fit ſolutio.*

1 **S Vſceptores,** † Ei debet ſolui, qui eſt officialis tp̃e,quo fit ſolo: nō ei,q fuit tp̃e, quo fieri debuit ſolutio.h.d.Not.hanc legem,quia his die bus erat quæſtio de facto.intelligo niſi officialis antiquus qui non exegit,totum ſoluit de ſuo,nam tūc ſibi deberet ſolui, vt l.miſſi opinatores,in fi.ſup.de exact.tribut.

L E X IIII.

1 *Pecuniam dantes mercatoribus ad dimidiam partem lucri liciti & damni, non poſſunt repetere ante annum.*

Neminem. Non debet quis in officio refirmari, niſi
primi officij rōnes reddiderit. Item ratio
ſingulis ante reddi debet. Sed qualiter debeat reddi,vide no. per
Bar.in l.2.j.de naui.lib.11.item officiales non debent eſſe perpe
1 tui,ſed annales,vel ad plus,biennales.h.d.† Not. hic in prin. l.ꝙ
non debet quis refirmari in officio, niſi prius ſit de primo offi-
cio Syndicatus.Item not.ex ver.integro igitur.pro illis,qui dant
pecuniam mercatoribus ad dimidiam partē lucri liciti & dāni,
ſecundum l.§.pro ſoc.ꝙ non ſolum in fine anni poſſunt petere
rationem a mercatore,& nō ante.quod tene menti, & hoc de-
claratur melius per Bar.in l.2.inf.de naufr.lib.11.

L E X V.

1 *Septuaginta duo ſolidi faciunt libram auri.*

Quotieſcunque. Iſta eſt breuis, & clara. Ex qua
no.ꝙ cum dico,ſolidi,licet non
exprimatur,auri, intelligitur de ſolido aureo, quod eſt verum,
quando profertur a iure,ſed ſecundum conſuetudinem in par-
tib.iſtis intelligitur de ſolido minuto, hoc eſt moneta minuta.
1 † Secundo not.ſeptuaginta duo ſolidi faciunt libram auri, qui
ſolidus habebit ſextā partē vnciæ,& ſic octo faciunt vnciam,&
72.faciunt libram auri.Hodie vero aurei Veneti,& Florentini,
quilibet hēt octauā, & ſic octo faciūt vnicā,& xcvj.faciūt librā.

L E X IX.

Modios, Hec lex facit contra eos,qui tenent pecuniam communis,& cum ea,& ex faciunt mercātias & dant ad vſuram.facit j.de his,qui,ex publi.rat.l.j.& 2.

L E X X.

Suſceptores, Iſta lex eſt clare.Ex qua no.ꝙ qñ fit ęſtimū,debet requiri defenſor ciuitatis,cuius territorium æſtimatur,& ſic ſufficit requiri ſyndicum velle nec eſt neceſſe,ꝙ ſinguli de villa requirantur,& hoc quando ſit æſtimatio vniuerſalis,ſed quādo ex aliqua cauſa æſtimatur prædium vnius,vel menſuratur,ille debet requiri,cuius prædiū ęſtimatur,vt l.2.& 3.ſup.fin.regun.Item iſtud æſtimum debet aſſignari prædijs,vt l.j.in prin.ſup.de apo.pub.

L E X XII.

1 *Notarius ſemel condemnatus de falſo inſtrumento,non poteſt de cetero Notarius officium exercere. Et ibi quod Iudex in ſententia poſſit reſeruare ius conficiendi inſtrumenta. Et quid ſi Notarius eſt condemnatus de falſo,alias commiſſo,quam in officio Notariatus.*

2 *Notarius vtrum poſſit conficere inſtrumenta,de quibus ante condemnationem fuerat rogatus.*

Si aliquid. Nō poteſt quis officium exercere,in quo ſe
1 mel deliquit.h.d. † Ex hac lege collige,qđ
Notarius ſemel cōdemnatus de falſo inſtr̃o, nō pōt de cetero
officium Notariatus exercere.facit ff.de eden.l.ſi quis ex argen
tarijs,§.1.& ibi gl.allegat hanc l.Sed an iudex poſſit ſibi reſerua
re in ſñia ius conficiendi inſtr̃a,vide Bar.in l.diuus,ff.de imu.&
tenet ꝙ ſic,ex cauſa.Sed quæro,quid ſi Notarius eſt cōdemna
tus de falſo,alias commiſſo,q̃ in officio Notariatus? Dic vt dixi
in l.3.ff.ad leg.Iul.repetun.de iſta, & multis alijs, & ibi plene.
2 Sed iuxta hoc quero,vtrū Notarius condemnatus de falſo po-
teſt conficere inſtr̃a,de quibus ante condemnationē fuerat ro-
gatus.vide Bar.in l.ad teſtamen.§.j.ff.de teſta.& tenet quod ſic.

L E X XIIII.

Humilioribus. Punitur iudex,qui mādat pecuniariam condemnationē ſolui alij, q̃ cui ſtatutum dictat.facit quod dixi in l.præcipit,ſup.de can.ſar.trib.in §.prouidētibus.Quod vilia officia,ſicut ſunt ſtare ad cuſtodiam,facere viles exactiones,& ſimilia,non ſunt danda Decurionibus,ſed alij hominibus inferioribus ſubditis.facit quod dixi in l.1.ſup.de mulie.& in quo loco.

De ponderationibus, & auri publici illatione. Rub.

L E X II.

1 *Dicto vnius ſtatur,quando ille eſt præpoſitus a ciuitate.*

Q Voties. Hæc lex eſt clara,ex qua no.ꝙ qñ ille, q
præeſt pōderi cōis Florentiæ approbat
vel improbat,ei eſt parēdum.ſimile in ciuitate Peru-
ſii eſt ęſtimator publicus equorum,& eſt ei credendum. Item
in quibuſdam ciuitatibus de anno in annum præponuntur qui
dam medici ad videndum vulnera,& æſtimare vtrum vulnera
ſint mortalia,vel ex eis ſit remāſura cicatrix,vel mēbri debilita-
tio,& ſic eſt eis parendum,ſeu credendum,vt hic, cum ſim.Et
1 aduerte,† qa ſtatur dicto vnius.quod eſt verum,qñ ille, cui ſtat̃
præponuntur a cōi totius ciuitatis, ſed qñ a iudice proponeret̃
deberent eligi duo ſi reperirentur in ciuitate,vt ſup.de fi.inſtr.l.
comparationes, & j.de re mihi.l.ſemel.lib.12.alias vnus ſolus
ſufficit,vt in Auth.de non alie.§.quod autem.

De auri publici perſecutoribus. Rub.

L E X V N I C A.

1 *Suſceptores pecuniam receptam non poſſunt in maſſam redigere ſine licētia.*

1 **A Vri.** † Hæc lex fortis eſt in tex.tñ gl.bene declarat & hoc intendit.Suſceptores non poſſunt pecuniam receptam ſine licentia in maſſam redigere,& habita licentia nō debent hoc retractare.No.quod licet ſolidus ſoluatur pro libra auri,non poteſt ſuſceptor redigere ĩ maſſam ſine licentia.Ex quo habes caſum,quod iſti curatores publici, ſi exigunt pecuniam,non poſſunt eam redigere in florenos,vel florenos in pecuniam ſine licētia,& ſic omne lucrum,quod idē percipitur, debet eſſe publicum.Et qui tale lucrum retinet,contra conſcientiam retinet,& fiſcus poteſt repetere quod eſt notabile pro iſtis exactoribus publicis.

De Irenarchis. Rub.

L E X V N I C A.

1 *Syndicos ad denunciandum maleficia, & milites ad malefactores capiendum,debent poni per conſilium ciuitatis.*

1 **I Renarchæ.** † Syndicos ad denunciandum maleficia,ſeu milites ad capiēdum malefactores,conſilium ciuitatis debet ponere,non Iudex ſolus, ſiue Poteſtas ciuitatis, ſiue alius Rector, de iſtis dixi in l.diuus, ff.de custo.reorum.

ANGELI

ANGELI PERVSINI INTERPRETATIO

Ad vndecimum librum Codicis.

De nauicularijs, ſeu naucleris publicas ſpecies tranſportantibus.&c. Rubrica.

1 *Dictio ſiue,& ſeu,licet verba diſiungant,ſenſum tamen coniungunt.*
2 *Negotiatores non proprie dicuntur artifices.*

1 Super rub.no.primo de natura dictionis ſiue, & ſeu. & dr̄ ꝙ ꝓ-
prie eſt,ꝙ hæc verba diſiungunt, ſenſum tn̄ cōiungunt, aut duo
pro eodē ponunt,vt l.ſi qs ita,ff.de au.& ar.leg.& ibi dixi. Quæ-
ro iuxta rubr.Statutū ē,ꝙ cādelarij gaudeāt priuilegio,ſeu certa
immunitate;q̄ro modo,q intelligant candelarij? Ex hac glo.vr̄
ꝙ tam illi,q faciunt candelas,q̄ illi,q vendunt,q̄ ēt illi, q non fa-
ciunt neq; vendunt, ſed maiorē partē fortunarū ſuarū ponunt
in illa mercantia a ſimili,ſicut hac gl.de nauicularijs dr̄. ſimilē
glo.habemus in l.ſp,§.negotiatores,ff.de iu. immu.& fuit ſum-
pta de Summa Azo.ſuper hoc eo.tit.& vide no. hic per Bart.in
l.cetera,§.ſed ſi qs,ff.de leg.1.ꝙ recipere legatum non dr̄ queri
ex mercātia, ſiue negotiatione.ad quæſt.dico,ꝙ proprie loquē-
do ſolum ille,qui habet notitiam faciendi illā artem de cande-
lis comprehenditur,illud dr̄ artificium,vt l.legatis, §.ſi artificio,
ff.de leg.3.Et adde no.in l.ſcriniarios.s̄.de teſt. mil. Item no.per
Bar.in l.legatis, ff. de leg.3. ꝙ locatores roncinorū poſſunt dici
mercatores.Sed ꝙ non dicantur artes,vide in l.lex quæ tutores,
2 §.ſerui,s̄.de admi. tut. † Negotiatores vero non proprie dicunt̄
artifices,quia de iure gentium quilibet ſcit emere,& vendere,li
cet vnus magis caute,quā alius: & appellatur negotiator ex fre-
quentia,vt d.l.legatis,in prin. niſi conſuetudo regionis aliud in-
ducat. & ideo iſti appellantur potius mercatores candelarum,
quam candelarij, & ideo in d. §. negotiatores, iſti mercatores
maris non appellantur nauicularij,ſed potius negotiatores.

L E X III.

1 *Securitas data pro eundo,intelligitur data pro redeundo.*

NVllam. Quod ille, q hēt plenam ſecuritatem
in eundo,& redeundo.nō p̄t detineri
rōne delicti alias cōmiſſi in loco,vel rōne condem-
nationis de eo factæ,vel rōne debiti,vel ratione repre
ſalium,arg.huius literę,q̄ dicit hic in fi.omni ſecuritate, &c. fa-
1 cit ff.de iud.l.2.§.legatio.† Itē iſte tex.qui dicit hic venientes, ac
remeantes,eſt argu.ꝙ ſi alicui eſt data fidentia,ſeu ſecuritas ve-
niendi,data ſecuritas redeundi poſſet dici.imo facit in ꝯ̄rium,
quia non expreſſiſſet in eundo,& redeundo,niſi neceſſe fuiſſet:
dico tn̄ contrarium,vt s̄.non enim venit ſecurus,qui non poteſt
redire,vt l.ſciendum,ff.de leg.& ff.ad Trebe.l. de ætate, & ff. de
ſepul.viol.l.vtimur,ff.ad leg.Iul.maie.l.1.in prin.

L E X IV.

1 *Conficiendi rationes modus.*
2 *Apocha,ſeu quittantia ab officialibus debet de recepto dari.*

1 Comperimus. † Modus conficiendi rōnes ab offi-
cialibus eſt,quod ea.quæ receperūt
nominatim ſcribant, & ex qua cā, vt s̄. de exa.tri.l.apparitores.
Itē dēt ſcribere,cui dederūt nominatim, vt s̄.de ſuſce. & arch.l.
neminē.dēnt ēt ponere diē receptionis, vt hic. Si.n.iſta ſingula-
riter non ſcripſerint,non vr̄ rō reddi,qa non p̄t ille,cui rō reddi-
tur,eam intelligere, nec cōprehendere, ſi aliqd machinationis
in ea habitū eſt,vt dicit tex.in d.l.neminē.Ratio enim quæ non
p̄t intelligi,non dr̄ ratio,vt l.argentarius,§.edi,ff.de eden.Et hoc
verum,niſi expenſæ eſſent valde minutæ,in quibus ſtatur ſacrō
adminiſtratoris,vt l.ſcimus,§.in computatione,s̄.de iu.delib.&
s̄.de don.l.ſi quis pro redemptione.& ff.ſi cui plus quam per le.
2 Falc.l.diuus.† Officiales,qui recipiunt, tenētur dare apodiſsam
de ſoluto,ſeu recepto,vt hic in gl.

L E X VI.

1 *Statutum,quod villa non capiens malefactorem,teneatur in certa pœna,nō habet locum ſi villa non potuit capere.*
2 *Statutū,ꝙ priores non poſſint prouidere contra ordinamenta facta per adunantiā,non habet locum ſi & eo ordine ciuitas remaneret ſine rectoribus.*
3 *Præconium,ꝙ quicunq; ceperit malefactorem,habeat a cōi tantum, valet.*

Cum nauarchorum. Qn̄ id,quod dēt fieri per
hoīes certę regionis,per
eos expediri no poteſt, debet expediri per alios circūſtantes: &
hoc expēſis publicis, nō eorum qui hoc facere debebant. quod
intellige,ſi illis nulla culpa poterat imputari: alias ſecus, vt ff.ad
l.Rho.de iac.l.ſi vehenda.§.1.& j̄.de naufr.l.fin. & quod ibi no.
circa hanc neceſſitatem primo vide id,quod no.per Bar.in l.j.§.
1 occiſorum,ff.ad S.C.Syll. Quia † ſtatutum dictans, ꝙ villa non
capiens malefactorem,teneatur in certa pęna.d̄t Bar.ꝙ non hēt
locum,ſi villa non potuit capere.Et iſta faciunt ad nota.per Iac.
But.in l.1.ff.de off.Cōſ. qn̄ vnus Notarius poſſit reſumere acta
alterius,vbi d̄t,ꝙ non,ſi neceſſitate imminēte, & de hoc ēt per
D.Bal.in auth.ſi iudex,s̄.de Epiſ.& cle.& prædicta vera, ſi vr̄ ne-
ceſſitas imminere,vt hēs ēt in ſiſi,in l.legatis,ff.de vſu.le. & l.le-
gatam,ff.de adm.re.ad ci.pert.Et iſtud facit ad quæſt.quæ pridie
2 erat hic.† Statutum eſt, ꝙ priores non p̄nt prouidere ꝯ̄ ordina-
menta facta p adunantiam gn̄alem, item per adunantiam erat
datus certus modus in eligendis portantib.frumentum,& ꝯper
tum fuit,qd̄ ſi ille ordo ſeruaretur,ciuitas iſta ſine rectoribus re
maneret.Cōſuluimus,ꝙ priores poſſint facere ꝯ̄,vt hic. Nec di-
ceretur facere ꝯ̄ ordinē adunantiæ gn̄alis,vt hic,& per iura,quę
s̄.allegaui.Vltimo facit ēt,ꝙ pro neceſſitatib. publicis p̄t rector
3 ciuitatis imminente iuſta cā conſtituere ſalarium. Et ſic † va-
let pręconium,ꝙ quicunque receperit talem malefactorem,&
præſentauerit,habeat a cōi tm̄.& hanc l.ad hoc alle.Guili.in l.1.
ff.de iuſt.& iu.alias ſecus,vt dixi in l.1.s̄.de præb.ſala. lib.x.

L E X VII.

1 *Portans frumentum uel alias rei ueritas, ſi ambulat per viam non rectam, uel inconſuetam,pręſumitur ſuſpectus, & conuincitur ex qualitate loci, in quo repertus fuerit.*

1 Qui fiscalis. † No.arg.imo quaſi caſum, ꝙ ſi quis re-
periatur cum ſalma frumenti, vel cum
alijs rebus vetitis portari extra territoriū, in aliqua via nō recta,
& nō ꝯſueta,eſt ſuſpect⁹,ꝙ eas velit portare ꝯ̄ deſuetū.facit j̄.de
curſu pub.l.ſi qs publicū,& ff.ad l.Cor.de falſ.l.eos,in fi. ſm vnā
lect.& hoc mō pōt practicari s̄.de ſer.fug.l.ſi fugitiui. vbi dicit,ſi
fugitiui deprehendantur,&c.Qūo aūt poterit probari, ꝙ habuit
aīum tranſeundi,cum fuerit captus in actu tranſeundi. Rn̄d.ex
qualitate loci,vbi inuentus fuerit.& dic ut ibi per Doc. & Bar.

De prædijs,& omnib.rebus nauiculariorum. Rub.

L E X II.

1 *Contractus emptionis & venditionis,an poſſint prohiberi per ſtatutum.*
2 *Emens domum,vel rem alij obligatam, ſi eam meliorauit ſuis ſumptibus, & ab alio euincitur,liberatur pręſtando primam æſtimationem.*

1 IN his. † An per ſtatutum poſſit ꝓhiberi ꝯ̄ctus emptio-
nis,& vendōnis,de quo in d.l.dudum,s̄.de ꝯ̄hē.
emp.& uend.ibi & p Doc.& facit l.ſi in emptione,§.1.ff.de
ꝯ̄h.emp.& uend.ibi,mores ciuitatis,&c.Scd̄o no.arg.pro his, q
emunt prędia ruſticorum,q̄ ſunt obligata maioribus oneribus,
ut ipſi pro hoc non teneantur niſi pro his rebus tm̄. tn̄ per Italiā
2 ſuper hoc prouident ſtatuta.† Itē ex fi.no.caſum mirabilem,ꝙ ſi
aliqs emit aliquam domum,uel rem alij obligatam,& eam me
liorauit ſuis ſumptib. quæ ſi ab eo euincitur per hypothecariā,
ꝙ liberetur præſtando primam æſtimationem, licet ſit ꝯ̄ l.ſi fun
dus,§.2.ff.de pign. Ad quam legem rn̄deo, ꝙ uerum eſt, ꝙ illud
ſuperindictum eſt obligatum, quia ſequitur condōnem.

L E X III.

1 *Teſtis dicens,opinor talem rem tantum valere,an probet.*
2 *Teſtes æſtimantes rem diuerſis pretijs,an ſint contrarij.*

HI qui. In dubio p̄ſumitur res tm̄ valere,quātum æſtima
ta eſt in æſtimo cōis.h.d.Cōtra hoc opp.in l.ſi fun
dum ſub ꝯdōne,§.ſi libertus, ff.de leg.1.& l.cum pr̄, §. qui filio,
ff.de leg.3.Sol.ibi fuit æſtimatio priuata,hic publica: cui ſtandū
1 eſt in dubio,niſi probet ꝯ̄rium.† Item no.ꝙ cōiter dr̄,opinor rē
tm̄ ualere,qd̄ facit ad q.ſi teſtis dicat rem tm̄ valere, ſm ſuā opi-
nionē,ꝙ probet:ꝙ intelligo verū,ſi opinionem ſuam referat ad
cōem æſtimationem,vt hic.adde no.in l.antep.s̄.de reſcin. vēd.
& in l.ſi ſeruū,§.1.ff.ad leg. Aqui. de re.n. q̄ non eſt expoſita ve-
nalis.no p̄t fieri æſtimatio, niſi per opinionem, quæ fit per æſti-
mationem rerū,q̄ ſunt in eodē loco,& eaſdem hēt qualitates,vt
l.pretia rerū,ff.ad leg.Fal.& ibi dixi,& qd̄ no.in l.fi.s̄. de reſcind.
ven.Sed qualiter probet̄ intereſſe rei diſtinctæ? Vide per Bar. in
l. cum emptor,ff.de dam.inf.Itē d̄t Bar.in l.ſi qd,ff.de leg.2 ꝙ li-
cet non ſit probatus valor rei,iudex debet ex officio ſuo æſtima-
2 re. qd̄ ſemp nota. † Sed an teſtes æſtimantes rem diuerſis pre-
tijs,ſint ꝯ̄rij? Vide Bar.in l.teſtator,§.qui indiuiſam, ff.de lega.2.

De nauibus non excuſandis. Rubr.

L E X P R I M A.

MVlti. Hic eſt caſus ꝙ comitatenſes, q faciunt aliquē ciuem emere res pro eis, vt ſub titulo ciuium nō ſubſint oneribus eis impoſitis, ꝙ tales res ſint publicandę, h.d. Opponitur ſ. de l.fin.& l.qui in contractibus.de iu.fiſ. Sol.aut contra aliquem proceditur, quia celebrauit ꝯtum in fraudem fiſci, & loquitur contrarium, aut quia rem ſub alio titulo alienauit, & loquitur hic.

Ne quid oneri publico imponatur. Rub.

L E X V N I C A.

1 *Onerans animalia vltra debitum, tenetur ad intereſſe domino.*

ONeri. Argum.cōtra accipientes equos ad vecturam, & ſuper eos imponunt valiſiā vltra
1 modum ſolitū. † Item facit contra eos, qui onerant animalia vltra debitum.

De naufragijs. Rub.

L E X P R I M A.

1 *Nauis, quæ per tempeſtatem ad portum applicuit, non debet ſoluere gabellam ſeu portorium.*

SI quando. Quia hæc lex de conſuetudine nō ſeruabatur, ideo Fredericus fecit authē.
1 nauigia, ſ.de fur. Et no.ex hac lege, ar.immo caſum, † ꝙ ſi
p tēpeſtatem maris aliqua nauis venit ad portum, nō debet ſoluere gabellam, vel portorium, quia violenter venit, vt hac, & l.Cęſar.ff.de pub.& l.fi.§.ſi pp neceſſitatem, eo.tit.& idē ſi pp timorem hoſtium, vel piratarum venerit ad portum. Item facit in arg.ꝙ ſi tpe ęſtatis homines vicini territorij veniant ad macinandum in territorio, ꝙ poſſit ſine gabella reportare, quia pp neceſſitatem famis venerunt, quę eſt magna neceſſitas, vt l.j.ſ.de patri.qui fil.diſtrax.

L E X II.

1 *Mercatores habentes pecuniā ad partem lucri, & damni ſi dicant ſe paſſos furtum, incendium, rapinam, & ſimilia, debent infra annum facere fidē.*

SI quis nauicularius. Ex hac lege no. mirabilē practicam, ꝙ in loco, vbi qs patitur aliquem caſum, facit examinari teſtes de caſu, & illa probō faciet poſtea fidem coram iudice competenti. Et aduerte mirabile, quia in tali examinatione non eſt neceſſe citari partē qa forte eſt in longinquo Circa hoc adde per Bar.in l.3.§.ꝓtor, ff.de dam.infe. & ſic pōt intelligi ff.de excu.tu.l. ſcire oportet, §.ſufficit, vbi đt, ꝙ probari caſum ex nāli inſtantia, hoc eſt ſm ius gentium, in quo in ore duorum, vel triū ſtat omne verbum, non attenta ſolēnitate ciuili, & vide quod ibi dixi, & Gui.
1 in l.2.§.qđ diximus.ff.ſi quis cau. † Secundo no.ar.mirabile, pro
his, q dant ſuam pecuniam mercatorib.ad partem lucri, & dāni, ꝙ ſi mercatores dicant ſe ſuſtinuiſſe damnum furti, rapinæ, incēdij, vel ſiſium, ꝙ mercator dēt reddere rōnem intra annū, vt ſ. de ſuſce.& arch.l.neminem, & ibi dixi, licet tñ faciāt in ar. hoc tñ non firmo, nam illa allegatio caſus fit per mercatorē ad ſui defenſionem: nam exceptiones, ſeu defenſiones ſunt perpetuæ, vt l.pure, in fi.ff.de doli exce.& l.licet, ſ.de excep.& ſic poterit probare vſque ad ſententiam, & ſic ſpeciale in fiſco, & iō in partibus iſtis ex conſuetudine apponitur pactum, ꝙ mercator debeat probat caſum intra certum tempus præfixum.

L E X III.

1 *Teſtes domeſtici admittūtur in reb.quæ geruntur intra nauem, vel domum.*
2 *Teſtium multitudo refrenatur.*
3 *Mors quomodo probetur.*
4 *Amiſſio rerum quomodo probetur.*

1 QVoties. † Ex prin.huius leg.no.primo, ꝙ in iſtis reb.q̃
geruntur intra nauem, ſeu domū, admitūtur
teſtes domeſtici, vt hic, & ſ.de rep.l.conſenſu, §.ſuper plagis, &
2 adde quæ ibi dixi. † Item no.ꝯ id, ꝙ dr̃ in l.1.ſ.de teſti.ſ.ꝙ refre-
natur multitudo teſtium, ꝙ intellige, ꝙ ſufficiat ſuper uno arti
3 culo reducere ad tres, vt hic manifeſte dicit tex. † Item qualiter
probetur mors? D cit, ꝙ ſufficit ꝙ inter liberos, & coniunctos
habeatur pro mortuo. Item inter conſocios, ſeu commilitones
pro mortuo haberetur, vt ī auth.quamuis, ſ.de repu.& in auth.
hodie, ſ. de diuo.dixi plene in l.2.§.ſi dubitetur, ff.quemad.teſt.
4 ape. † Item, ꝙ modus probandi amiſſionem rerum, eſt probare
per veriſimilitudinem, de quo per Cy.in l.ſi creditor, ſ.de pig.
ac.& dixi ff.de eden.l.ſi quis ex argētarijs, §.pe.& dic latius per
Bar.in l.quod ad præſens, j.de murileg.

L E X IIII.

Pro ijs. Non debet imputari illi, qui ſoluerit, ſed officiali, qui poſtea aufugit.

L E X V.

1 *Libellus non eſt neceſſarius, quando aliquis proponit aliquid ad ſui excuſationem.*

1 De ſubmerſis. † Nō eſt neceſſarius libellus, qn̄ aliqs ꝓponit aliqd ad ſuam excuſationē: nec petit aduerſariū ſibi cōdēnari ad aliquid, vt hic, & l. ſcire oportet, §.oportet, ff.de excu.tu.& ꝙ hic procedatur ſine libello, intelligit gl.in l.j.§.dies, ff.quis ordo in bon.poſ.ſer.

De metallis, & metallarijs & procuratoribus metallorum. Rubrica.

L E X P R I M A.

1 *Colonus tenetur vendere fructus potius domino iuſto pretio, quam alij.*

1 PErpenſa. † Colonus dēt potius dño vendere fructus, q̃ alij, iuſto tñ pretio, ar. finis huius gl.ſic ēt dicit Bar.in l.cōtem, §.1.ff.de publi.qd ſi primus ꝯductor vult tm̄ dare, quantum ſecundus, &c.

L E X VII.

1 *Statutum, quod comitatenſes reponantur in comitatu, habet locum etiam ſi comitatenſis eſſet de prioribus.*

1 Metallarij. † No.arg.ꝙ ſi ſtatutum dicat, quod comitatenſes reponantur in comitatu, ꝙ habet locum etiam ſi comitatenſis eſſet de prioribus.

De murilegulis, & ginæciarijs, & procuratoribus ginæcij. Rubrica.

L E X II.

1 *Ementes officia habent animum indebite lucrandi.*

BAphi. Primo no.ex hac lege contra tinctores pannorum, qui eos corrumpunt in tinctura vt eorum culpa factum præſumatur, & teneantur.facit ff.loc.
l.item, §.ſi gemma, & §.ſi fullo. Item facit contra ſcriptores, qui
aquam miſcent cum atramento, propterea litera eſt magis alba.
Et etiam miniatores, & pictores qui minant, & pingunt de adul
terinis colorib. vt teneantur domino ad intereſſe. Item tenen-
1 tur crimine ſtellionatus, vt de cri.ſtel.l.3.§.ſi quis. † Vltimo not.
quod qui dat pecuniam, vt habeat officium, habet animum ma
lefaciendi, & indebite lucrandi, propter hoc eſt factus titulus in
Auth.vt iudices ſine quoquo ſuffragio.

L E X IIII.

1 *Mortem animalium quomodo paſtor probare debeat.*

1 Quod ad pręſens. Vtrum † ſufficiat ei, q pręeſt animalibus probare diminutionem, & mortē eorū, q̃ illo anno contingit cōiter, ꝙ de quolibet grege mortua eſt certa pars in regione illa? Vr̃ ꝙ non debet, ita clare ꝓbare ſę amiſiſſe, vt l.creditur, ſ.de pi. ac. & ff.lo. l. ſi qs fundū, §.Imperator, & §.ſi caprarius. In ꝯrium facit l.iſta.rñ.ſi quidem tractatur de morte vnius aīalis, vel duorū, q̃ nō paſcebant gregatim, puto ꝙ debet clare probari, vt ibi prima alleg. Si vero gregatim paſcebant, ſufficit probari per iſtas coniecturas. Durū eſt.n.pro qualibet oue, q̃ morit̃, vel deperijt, habere teſtes de viſu, vñ ſufficit docere ꝙ illlo tpe ſic cōiter accidit in regionę illa. ar.huius leg. Idem dr̃ dū tractat̃ de probando mortem vnius hominis, aut.n.decidit in exercitu, aut in domo ſua, vt no. in l. ſi quidem, ſ.ſo.ma, & tetigi ī l.2.§.ſi dubitetur, ff. quemadmodum teſta.ape.ſimile dico in tutore, vel in officiali publico, qui habent reddere rationem de aliquib.ſupellectilib.vel alijs reb.q̃ vſu conſumuntur, ſufficit enim probare, ꝙ in tanto tempore vtatur, ꝙ poſſent tot eſſe corruptę ex illis ſupellectilib. arg. l. fina. ſ. de ali. pu.pręſt. Item ꝙ licet ſtatutum dicat, ꝙ illi qui tenent locū Peruſinum, debeant certam quantitatem piſcium omni die ponerę in platea.vel macellatores teneantur ad certum numerum beſtiarum, q̃ occiderent, & vēderent populo, & ꝯtingit ꝙ magna multitudo hominū venerit, vñ illę numerus nō ſufficiat, ꝙ poſſit cogi ad faciendum, & portandum plus, ſ. quantum plus eſt neceſſarium pro ſuſtentatione humani generis.

L E X VI.

1 *Verba iſta, terna, dena, in pœnis non important geminationem numeri.*

1 Qui textrini. † Quod in pœnis iſta verba, terna, dena, & ſimilia non important geminationē numeri, no.hæc gloſ.ꝯrium no.in j.cōſt.ſtorum.§. pe. in verbo, dena.& in §.hęc autem tria.cōmuniter tenetur iſta glo.vt plenę examinaui in l.ſtipulatio iſta, §.eum qui, ff.de verb.obl.

L E X VII.

1 *Statutum prohibens matrimonium, an valeat, & an contrafacientes puniantur.*

1 Edicimus. † An valeat ſtatutum prohibens matrimonium, puta fit ſtatutū ꝙ inter homines diuerſarum terrarum non contrahatur matrimonium ſub certa pęna? & vr̃ ꝙ ſic, vt hic in fi, cum prohibeatur mulier monetaria nubere extraneis. In contrarium ꝙ non, qa aufert libertatem ꝯhendi matrimonium, ergo &c. vt ff.de ver.obl.l.Titia, & l.ſi diuortio, & ff.de cond.& demon.l.cum ita. Rñdeo ꝙ ſtatutū non valet quantum ad hoc, vt faciat matrimonium vetitum ſi ꝯhatur, qa cum ſit ſacr̃m, & res ſpiritualis, laici nō poſſunt ſtatuere ꝯ illud, cū non ſit de iuriſdictione ſua. Circa hoc adde not. in l. 1. & fi.ff.de his, q̃ pę.no.in teſt. Sed an valeat ſtatutum, ad hoc, vt contrafa-

traſacientes puniantur? Vř dicendum, ꝙ ſi quidem poſſunt honeſte nubere ſeruata forma ſtatuti, qa in qualibet ſecta ſunt tot quod poſſunt matrimonium cõtrahere, & tunc facieẽs ꝯ incidunt in pœnam. alias ſecus, vt d. l. cum ita, & l. ſeq. & hac lege.

De veſtibus holoberis, & auratis, & cet. Rubrica.

LEX PRIMA.

AVratas. Portantibus pannos de auro, vel purpura, vel ſcarlato, eſt pœna capitis.

LEX III.

Vellera. Vbi pro modico delicto imponitur magna pœna, vř licitũ vt per aliam legem ꝓcedat immutatio. ad quod facit bene hæc lex. Et facit in arg. pro Prioribus huius ciuitatis, q faciunt leges, ꝙ omnes ſoluentes collectã anti quam ꝟ. certum tempus liberentur a pœnis, quas incurrũt. Vltimo hæc lex poteſt induci in arg. ad q. cum ſint ſtatuta per Italiã quod mulieres non poſſint portare certa ornamenta, & certos pannos, & res ad earum vſum paratas, quod ſi maritus vxori ſuæ talia ornamenta legauerit, an debeant illa prohibita portari ex forma alicuius ſtatuti de hoc dicã ꝟ. nulli lice. in fre. & ſeſtr. ſel & in baltheis marg. & ſmaragd. & c. l. j. tetigi in l. quamuis. ff. de au. & ar. le.

De fabricenſibus. Rubr.

LEX PRIMA.

1 *Pecunia pro ſpecie ſolui non poteſt.*

1 OMnibus. † Pecunia pro ſpecie ſolui nõ põt fiſco. No. hic vř caſus ꝯ rectores huius ciuitatis, qui in ſuis electionib. promittunt dare communi duas baliſtas certi valoris, poſtea volunt dare quantitatem. certe non audiuntur. Caſus eſt hic in terminis, licet ſit rřa, ꝙ aliud ꝓ alio inuito creditori ſolui nõ poſſit, vt l. 2. ff. ſi cer. pet.

LEX III.

1 *Recognoſci qualiter quis poteſt.*

1 Stigmata. Iſta lex probat vnam ſolennem practicam, ſi quæratur in iudicio de aliquo hoĩe recognoſcendo, vtrum iſte ſit ille, qui tali tempore fuit in ſtudio, vel ſic fecerit, & teſtis dixit ſe recognoſcere qa vidit, & ĩſpexit faciẽ eius, valet eius dictũ, vt l. cum in diuerſis, ff. de relig. Sed pone, ꝙ de facto accidit. Inuenit mortuus homo, cuius facies eſt; adeo deuaſtata ꝙ per eam nõ poteſt cognoſci, certe deueniẽdum eſt ad alia ſigna corporis; vnde ſi teſtis dicat recognoſco, ꝙ eſt talis ex tali cicatrice, qͣ habet in tali parte corporis, ꝙ talis teſtis recte probat. Caſus eſt hic, facit l. decernimus, ꝟ. de aqueduc. Facit etiam, vt animalia ex iſtis ſignis, ſeu ſtigmatibus recognoſcãtur, & ideo conſuetudine eſt inuentum, vt equi, & multa animalia ſignentur certis ſignis, quibus recognoſcantur.

LEX IIII.

1 *Negatiuam, quæ eſt cauſa alicuius intentionis, probare debet ille qui negat.*

1 Si quis. Hic ponitur ordo, qualiter qs ad fabricenſium ordinem poteſt conuolare † No. tex. pro opi. Inn. q dicit, ꝙ quando negatiua eſt cauſa alicuius intẽtionis, ꝙ ille, qui negat debet probare. vnde ſi dico te excõmunicatum quia non ſoluiſti; item non audiendum in iure, quia nõ ſoluiſti collectas; ego q excipio debeo probare. ita tenet ipſe in c. ſuper his, de accuſ. & Cy. in l. 2. de iure emph. vide etiam pro tex. in l. hoc iure, ff. de verb. obl. & ibi dixi.

LEX VI.

Eos qui. Argumentum pro ſtatutis Florentinorum, qui dicunt, ꝙ vno de cognatione delinquente ceteri teneantur. facit ꝟ. de primip. l. fi. ratio ſtatutorum iſtorum, & legum eſt, quæ hic in tex. ponitur.

De veteris numiſmatis poteſtate. Rubr.

LEX PRIMA.

1 *Monetam qui facere poſſint?*
2 *Expenſa, quæ fit monetam cudendo, an fieri debeat de publico.*

1 SOlidos. Clara eſt in tex. Quæro, quibus † licet facere monetam? Reſp. de iure ſolo Principi. vt hic. facit ſ. de fal. mo. l. j. & 2. hodie vero ex conceſſione Principis fit a regalibus, & a multis ciuitatib. quibus Princeps conceſſit, vt dicit gl. ſuper rub. Quæro, quid vult dicere tex. hic, vt debiti ponderis ſint, & ſpeciei probę? Reſpondeo debitũ pondus eſt, quod dixi ſuper rubrica, ſ. eo. ſpeciei probæ eſt de iure, vt tantam vtilitatem afferat in forma, quantam in ſpecie, & vt tantum valeat ille aureus, ſi ad maſſam redigatur, quantũ
2 valet in forma, vt dicit tex. ff. de contrah. emp. l. 1. † Et quo ſequitur, ꝙ expenſa cudendi dẽt fieri de publico, licet Inno. aliter dicat in c. quant. de iureiu. Quæro, per quem declarabitur, quod ſit iuſti ponderis, & boni auri? Reſpond. per illum, qui præeſt, & poſitus eſt a communi, vt ſ. de pond. & auri illa. lib. x.

LEX III.

1 *Monetam debet accipere vnuſquiſque pro pretio, quo iubet ſuperior.*

1 Vniuerſos. Oẽs aurei debẽt accipi æquali ęſtimo. ꝙ ꝯ facientes grauiſſime puniuntur. h. d. † No. vnuſquiſq; debet accipere monetã ꝓ ea quantitate, qua iubet ſuperior. Sed hic quæro, debeo ſoluere certam quantitatẽ pecuniæ, an poſſim eligere in qua moneta velim exoluere, an in florenis, vel in argẽto, vel in paruulis monetis? Dic, ꝙ ſic de moneta currente, vt no. Io. And. in cap. fin. de deci. per reg. iur. in alternatiuis electio eſt debitoris, & c. extra. de re. iur. & circa hoc vide notata per gl. in l. ſi quis argẽtum, ſ. de don. & Bar. in l. quę extrinſecus, ff. de verb. obli. Sed quęro, monetam factum in vna ciuitate ſub vna æſtimatione, an poſſit qs expendere in alia ciuitate, ita ꝙ qs cogatur accipere ſub eadem æſtimatione? Reſpon. ciuitates non pñt facere monetam niſi authoritate Principis, vt ſ. in rub. aut ergo Princeps conceſſit, ꝙ poſſit facere monetam quæ expendi poſſit in territorio ſuo tantũ, & aliqui alterius territorij, ſine dubio non coguntur accipere. aut dubitatur, & vř ꝯ ceſſiſſe, vt ſolum in ſuo territorio expendatur, ar. l. cũ vnus, §. pe. de bo. auth. iud. poſſ. & ff. de iuriſ. om. iud. l. fin. & ff. de tut. & cur. da. ab his, l. fi. Angelus. Quęro, quando fit moneta ab aliqua ciuitate, vel dommo, ſi non eſt ſpeciei probæ, vel imponitur ei nimis magna ęſtimatio, an poſſit haberi recurſus ad ſuperiorẽ? Reſpondeo ſic, vt in capitu. quanto de iureiur. & ita vidi fieri in Marchia, dũ per Rectores cuderetur quædam moneta, quæ nõ erat ſpeciei probæ, fuit per Marchiones facta querela apud ſummum Pontificem, qui illud correxit, & credo, quod fuit D. Tãcredus. illud ſimile in perſona D. Marſilij in Campania Romana, dum feciſſet fabricari monetam. Angelus de Peruſio, &c.

Nulli licere in frenis, & equeſtrib. ſellis, & in baltheis, margaritas, & ſmaragdos, & hyacintos aptare. & de artificib. Palatinis. Rub.

LEX VNICA.

1 *Ornamenta quæ prohibebantur, & quæ poſſint haberi.*

NVlli Prorſus. Quę ornamẽta poſſint haberi circa equos. Et ꝙ pertinentia ad ornamenta mulierum non ſint prohibita. ſimile ſ. de veſt. holobe. l. 2. ſed hodie in multis ciuitatibus eſt ſtatutum, quod iſta ornamẽta non liceat mulieribus portare. pp hoc dico, quod ſi maritus legaret vxori veſtes, ꝙ licet de iure contineant oĩa ornamẽta, vt l. veſtes, & l. ſeq. quæ eſt l. ſi quis, ff. de au. & ar. le. tñ eo caſu, quo ſunt prohibita, non pñt dici acceſſiones veſtium, nec illud veſtimentis accedere, ar. huius legis. Et eodem modo non pñt dici mulieris gratia comparata ea, quæ eius gratia ſunt prohibita.

De claſſicis. Rubri.

LEX VNICA.

1 *Puniri debent delinquentes tam in terra, quam in mari.*

1 CLaſſem. † Sicuti congruit bono præſidi purgare prouinciam malis hominibus ſuper terram: ita eodem modo congrui per mare. caſus eſt hic, de quo dixi in l. Cæſar. ff. de publica.

De collegiatis, & chartopratis, & nummul. Rub.

LEX VNICA.

1 *Scholaris in matricula deſcriptus, qui non intrat ſcholam non debet gaudere priuilegio ſcholarium.*
2 *Remotus de collegio, & alius in locum ipſius ſubrogatus, debet cum conſenſu eorum, qui collegio præſunt, remoueri.*
3 *Collegijs in duobus quis eſſe non poteſt.*

1 QVi ſub † Prætextu. ꝙ ille qui eſt in collegio alicuius artis, nec exercet artem, ñ debet gaudere priuilegio collegij, ſic qa eſt in matricula ſcholarium, & non intrat ſcholam nõ debet gaudere priuilegio ſcholarium, vt hic. facit ff. ex quibus. cau. ma. l. antep. Sed aduertẽdũ qđ per hãc legẽ inducit̃ quoddã iudiciũ petitoriũ, per qđ ille qui eſt in vno collegio. ſi trãſit ad aliud cã fugiendi munera, ab illo diſtrahitur; vnde vř, qđ interim cum ſit in quaſi poſſeſſione iuris illius priuilegij, debet gaudere priuilegio illo, arg. ff. de aqua.
2 quo. & ęſti. l. fi. Item † ſecũdo no. qđ qñ vnus de collegio remouetur, & alius ſubrogatur, dẽt fieri de voluntate, & conſenſu eorum q præſunt collegio. dicit gl. in l. qui ſub pretextu. ſup. de ſacroſan. eccl. niſi tranſierit ad aliam regulam. † Item ex hac le-
3 ge innuit, quod quis non poteſt eſſe in diuerſis collegijs. quod an ſit verum, dixi in l. fi. de colleg. illici.

De ſtudijs liberalibus vrbis Romæ, & Conſtantinopolitanæ ciuitatis. Rub.

LEX VNICA.

1 *Doctores debent omnes publice docere.*
2 *Malleare non debet faber iuxta ſcholas.*
Bald. ad poſter. lib. Cod.

VNiuerſos. Doctores,qui faciũt intrare ſcho-
las famulos ſcholarium,vel alios
ſecundum veritatem non ſtudentes,ſunt ex hoc infa
1 mes.† Et quod Doctores non debeant docere in ca-
2 mera aliquos, & publice alios,ſed oĩa publice, & omnia.† Et
quod ad officiũ iudicis eſt,& pertinet remouere,quicquid fie-
ret iuxta ſcholas,per quod lectura impediretur,vel auris audiẽ
tium turbaretur.Et facit ad q.ꝙ faber nõ poſſit malleare iuxta
ſcholas,idem no.in l.1.ff.ſol.matr.& ibi dixi.

De metropoli Berito. Rubr.

LEX VNICA.

1 *Ciuitas Metropolitana quæ dicatur.*
2 *Ciuitas quomodo conſtituatur.*
3 *Ciuitas,uilla,& caſtrum,quomodo cognoſcantur.*
4 *Ruſtici qui dicantur.*
5 *Prouincia quomodo conſtituatur.*
6 *Ciuitates duæ matrices,an poſſint eſſe in eadem prouincia.*
7 *Ciuitas an poſſit habere duos rectores.*
8 *Prouincia una an poſſit diuidi in duas,& econtra.*
9 *Prouinciæ,ciuitates,uel eccleſiæ unitæ,an una debeat ſupportare debita alterius.*

PRopter mulctas. Quę dicatur ciuitas Me-
tropolitana, glo.hic di-
cit,vt Archiepiſcopalis.Sed videamus de iure antiquo
antequam eſſent Archiepiſcopi,quid erat? Reſpondeo
quod erant tres ordines ciuitatum; quædam maximæ, quæ-
dam magnæ,quædam paruæ.Maximæ dicebãtur illæ, in quib.
erat forum cauſarum,cui ſuberant multæ alię ciuitates,etiã ha
bentes merum imperium,nõ tamen habebant alias ſub ſe.Par-
uę dicebantur illæ,quæ nõ habebant merum imperium ſed ſo-
lum iuriſdictionẽ,quę datur defenſoribus ciuitatis,vt in corpo
re defen.ciui.Iſtam diſtinctionem ponit tex.in l.ſi quis duas, in
1 §.decet autẽ,ff.de excu.tut.†Illa ergo ciuitas,quæ erat maxima
dicebatur Metropolitana.Hoc reſpectu inuẽtum eſt,quod ciui
tas cuius reſpectu eſt ſedes Patriarchalis, dicitur Metropolita-
na,quæ hẽt plures Epiſcopos ſub ſe,habentes merum imperiũ;
illa vero,quæ habet Epm dicitur ciuitas,non tamen Metropo-
2 litana.†Sed quomodo conſtituatur ciuitas? Reſpondeo. volun
tate Principis volentis aliquem locum eſſe ciuitatem.probatur
per hanc legem.& Inn.hoc tenet in c.cum eccleſiarum.de of-
fic. ordina. vnde poſſibile eſt eſſe,licet ciuitas nõ habeat Epm,
ſed hẽt alia priuilegia,& ſic non ſequitur, ſi Papa priuat aliquã
ciuitatem Epiſcopo,ergo definit eſſe ciuitas.† Sed qualiter
3 cognoſcatur villa a caſtro, & ciuitate. vide per Bart. in l.j.§.ſi-
4 ue autem vltra oppida,ff.de oper.no.nuncia.† Sed qui dñr ruſti
5 ci,vide per Bar.in l.2.in prin.ff.de iure codi.† Secundo q̃ro,qua
liter cõſtituatur prouincia? Hic videtur tex.ꝙ omnes ciuitates
quæ ſubſunt vni metropolitano. faciant vnam ꝓuinciã, vt hic
in fi.ibi,ſit illa mater prouincię.&c.Do.Cy.tangit hoc §. de præ
ſcrip.lon.temp.l.fin.& ibi determinat ꝙ prouincia appellat̃ ſm
communem vſum loquẽdi,vt Tuſcia, Lombardia, & ſi.& iſto
iure vtimur,arbitror tñ,ꝙ ſic olim fuiſſet facta diſtinctio ꝓuin-
ciarum,vt omnes ciuitates, quæ ſuberant vni pręſidi,& ſic vni
Metropolitano conſtituerent vnam ꝓuinciam,vt l.illicitas, §.
qui vniuerſas,ff.de off.pręſi.& ſecundum illum ritum antiquũ
remanet adhuc nominatio prouinciarum quoad quædã,cum
quælibet ciuitas hñs diſtinctũ territorium, quæ ſuperiorem nõ
recognoſcit, poteſt dici prouincia, vt no.per gl. in d.l.fine.§.de
6 præſcr.lon.temp.†Tertio quæro pro declaratione eius,qđ prin
cipaliter hic dr̃,qñ in eadem prouincia poſſunt eſſe duæ ciui-
tates matrices; vr̃.n.mõſtrum,ꝙ in eodem corpore ſint duo ca
pita,vt de offi. ord.capitu.quoniam.Reſpõdet gl.ꝙ ſi quis vel-
let facere in eodem Epiſcopatu duos Epiſcopos,illud eſſet mõ-
ſtrum. Sed ꝙ vnus epiſcopus habeat duas eccleſias æque princi
7 pales,hoc non eſt monſtrũ,ita loquitur hic vide gl.iſtam. † Cir-
ca primum inſurgit dubium,quomodo eſt,ꝙ vna ciuitas poſſit
duos rectores habere,& in eodem tribunali poſſint eſſe plures
iudices, vt l.j.de offi.conſ.& ff.de re iud.l.Põponius. Reſpõdeo
iſta procedunt ad ſimilitudinem compoſitionis humanæ.Mon
ſtrũ.n. eſſet, ſi aliqs haberet duo capita, ſed nõ ſi haberet duas
manus, duos pedes,& ſimilia.& iõ iſti rectores prouinciarum,
qui merum locum capitis tenent, non poſſunt eſſe plures: vn-
de nõ poteſt eſſe niſi vnus Rex vt j.q.j.c.in apib.ſed alia officia
inferiora poſſunt in eodẽ corpore plurificari, & ſic poſſunt eſ-
ſe plures rectores in ciuitate eadem,vel in vna eccleſia parochia
li plures capellani,& vnius pupilli plures tutores, & ſimilia.Cir-
ca ſecundum,ſcilicet ꝙ duæ ciuitates magnæ ſint in eadem pro
uincia ſub vno tamen præſide,nil eſt ꝙ impediat. Nã quilibet
priuatus poteſt in pluribus ciuitatibus habere domicilium,& in
vtraq; eſſe æqualiter inſtructus,vt l.domicilij, ff.ad munic. ſm
hoc in vna prouincia parificantur ciuitates magnæ, remanẽte
8 vnitate ꝓuincię.†Sed q̃ro an vna prouincia poſſit diuidi ĩ duas?
Gl.dicit ꝙ ſic,vt ff.de Aſſeſſor.l.ſi eadem. puto tamẽ, quod hoc
non poſſit fieri ſine reſcripto Principis,vt ibi patet,& arg. huius
leg. Et pro hoc dico ꝙ cõitates non poſſunt ſeipſas diuidere in
plures ſine licentia ciuitatis cui ſubſunt.ꝙ intellige, quantum
in præiudicium ciuitatis,ſed inter ſe cauſa commodioris admi-
niſtrationis poſſunt hoc facere, ſicut in pluribus tutoribus vr̃,
vt l.2.§.de diui.tut.vnum tñ commune remanebit,vt l.tutores,
ff.de admi.tut.Quæro vtrum de duabus prouincijs poſſit vna fie
ri,vel de duab.ciuitatibus vna? Gl.dicit ꝙ ſic, vt in Auth. vt Iud.
ſine quoquo ſuffr.§.illud,& §. hoc aũt Hoc aũt fit multis mo-
dis. Qñque vna ſubijcitur alteri, qñque non ſubijcitur, ſed ei
vnit̃, & hęc vnio fit,ꝙ vna ſit principalior altera.vel quod vtra-
que ſit æque principalis,vt no.per Guiliel.ne ſede vacante, cap.
1.ibi per Inn.& alios Doc.iur.cano.Quæro,qñ vniuntur duę ꝓ
uinciæ ita,ꝙ remanet vtraque principalis,ſed ſub vno Præſide,
vtrum negotia vnius Prouinciæ poſſint expediri in alia? Reſpõ-
9 deo ſic de offic. delega.cap.nouit.& ibi per Innoc.† Et quando
ciuitates vel prouinciæ, vel eccleſię, vniuntur, an debita vnius
debeat alia ſupportare? Innoc. de priui.ca. paſtoralis.tenet, ꝙ
habet locum titulus de ſeparationibus.quod ego examinaui in
l.1.§.ſi cohęres, ff.ad leg. Falc.in eo quod ibi dicitur,an portio
grauati non grauato,& ibi hanc quæſt.formaui.

De canone frumentario vrbis Romæ. Rub.

LEX PRIMA.

1 *Negatiua coarctata loco,& tempore,directo probatur per viſum.*

1 NAutici. † Quód negatiua coarctata loco & tem-
pore,directo probat̃ ꝑ viſum, ſicut affir-
matiua vt hic,& ff.de auro,& arg.leg.l. ſi qñ.& l. pedi-
culis,§.verum. de hoc tñ diſputatur in cap. bonę memoriæ. de
elect.cum hęc veritas eſt declarata per viſum proprie non vr̃ co
lor,& ex illa diuiſione intellectus iudicat quæ res, & ꝙ tale iudi
cium omnibus notum eſt communiter: ideo dicimus non vi-
dere rem,ſed non videtur vere, quia ſubſtãtia rei inuiſibilis eſt.
ita eodem modo per colorem iudicat intellectus nihil eſſe: &
quia tale iudicium communiter omnibus eſt notum, ita dire-
cto probatur negatiua ſicut affirmatiua.

LEX II.

1 *Statutum quod ſi contrahentes non ſoluerint gabellam intra octo dies, contractus non valeat,intelligitur ope exceptionis,& non ipſo iure.*

SI quid Frumenti. An ꝙ annullat̃ per leg.ſit annullatum
ipſo iure,vel ope exceptionis? Dic,quandoq; lex
dicit,non valeat ſimpliciter,& tunc intelligitur ipſo iure,vt hac
lege, & §.de leg.l. non dubium. & dic vt ibi ſcripſi. tamen Do.
Bar.in d.l.in criminali,§.de iuriſd.om.iud. dicit aliter circa hoc:
quare ibi vide. Sed circa hoc adde notata per eum in rub. ff. de
ope.no.nunc. 3.q.2.quandoque dicit,qđ non valeat, ſi per partẽ
fuerit factum vel omiſſum.& tunc intelligitur ope exceptionis,
1 vt l.vniuerſas.§.de prec.imp.offe. Vnde † facit, quod ſi ſtatutum
dicat,ꝙ contrahentes non ſoluerint gabellam intra octo dies ꝯ
tractus nõ valeat, intelligitur ope exceptionis, vt dixi in d.l.ſi ita
quis §.ea lege,ff.de verb.oblig.

De frumento vrbis Conſtantinopolitanæ. Rub.

LEX PRIMA.

NVllí ne. Ex mala adminiſtratione frumenti cre-
ſcit cariſtia.

1 *Pecunia communis non debet certę perſonæ mutuari.*
2 *Periculum pecuniæ mutuatę,quando ſpectat ad adminiſtratorem.*

1 Auri ſtatuta. † Licet pecunia cõis ordinata ad certũ
negotiũ non poſſit mutuari certæ per-
ſonæ,vt hic;tñ ſi mutuũ tendit ad expeditionẽ negotij,põt fieri
mutuũ.& ſic vr̃ caſus ꝓ cõſeruatore monetę huius ciuitatis,qui
habet pecuniã deputatã ꝓ ſtipendio,vt poſſit ex cã militib. mu-
2 tuare,vt ſe armis,& equis fulciant.† Sed qñ periculum pecuniæ
mutuatæ ſpectat ad adminiſtratorẽ.vide j.de his,q ex off.qđ ad
mi.ꝓuen.§.vlt.No.ꝙ lucrũ aſſumit ſibi nãm, quã hẽt capitale.
qđ facit ad multa,& ſpecialiter ſi inter plures ſocios erat ꝯcta
ſocietas ad certũ tp̃s;ꝙ ſicuti nõ dẽt diminuere capitale miſſũ ĩ
ſocietate,ita nec de lucro.quod tamẽ dimitto ſub dubio forte.

De annonis ciuilibus. Rubrica.

LEX PRIMA.

1 *Salarium an debeat habere pro futuro tempore decedens, ſi officium non compleuit.*
2 *Præbendatus decedens poſt fructus perceptos, illos tranſmittit ad heredes ſuos.*

1 ANnonas. † An decedens pro futuro tpe de-
beat habere ſalarium, ſi officium nõ
compleuit, de quo etiam latius per Bar. in l. diuus, ff.
2 de var.& extraor.cog.† Item gl.inducit in argu. ad q. ſi clericus
decedat poſt receptos fructus præbendæ, quod illos tranſmit-
tat ad hæredes ſuos,de quo de offi.ord.c.j.lib.6. dixi plene in d.
l.diuortio,ff.ſol.mat.

LEX

L E X II.

1 *Bona, ſiue eleemoſynæ diſpenſandæ inter pauperes, non debent erogari paupe ribus extraneis.*

CEntum XXV. Officiales habentes poteſtatem ſup faciẽdis eleemoſynis publicis, non
debent dare extraneis pauperibus per hoc, quod dicit hic, ciui-
bus noſtris, ſed poteſt intelligi, ꝙ dicat, ciuibus noſtris de omni-
1 bus, qui ſubſunt Romano Imperio. † Facit etiam, ꝙ Epiſcopus,
qui debet diſpenſare bona inter pauperes, non debet dare ex-
traneis pauperibus, vt s̃. de Epiſ. & cler. l. ciuili.

De mendicantibus validis. Rub.

L E X PRIMA.

1 *Mendicantes validi à quibus debent inſpici.*
2 *Mendicantem pauperem, qui membrum debilitatum oſtendit, poteſt quilibet tangere, & velle videre.*
3 *Sanitas, & infirmitas ex inſpectione corporis deprehenditur.*
4 *Aetas per aſpectum probatur.*
5 *Alimenta an debeant denegari filio robuſto nihil operanti.*

CVnctis. Mendicitas qñq; eſt certa, ex qualitate
religionis, vt quia eſt de aliquo ordine
mendicantium ab Eccleſia approbato; alias non, vt in
c. religionum diuerſitas, de relig. do. lib. vj. Quandoq;
eſt certa reſpectu cauſæ, pro qua quæritur, vt ſunt iſti hoſpitala-
rij Sancti Spiritus, & ſimiles, qui vadunt quærendo per mun-
dum. Iſti tñ non admittuntur ſine literis diœceſani Epiſcopi, de
pœn. c. 2. in cle. Qñq; quis quęrit pro ſeipſo, & tunc mendicitas
dicitur certa vicinis, & non ex vulgari opinione, vt l. vbi. & ibi
no. s̃. de iu. dot. Sed ſi vulgi opinio ſuper hoc nõ eſt, tunc debet
1 explorari. ita loquitur iſta lex. † Quæro, hic dr̃, inſpectis, a quo
debent inſpici? Rñdeo, vel ab Officiali publico, vt in Authẽ. de
quæſt. vel a priuata perſona, vt hic, quæ talem vult in iudicium
2 producere. † Et no. ꝙ pauperem mẽdicantem, qui ẽt in aliquo
oſtendit membrũ debilitatum, poteſt quis inſpicere, & tãgere,
3 & velle videre, an hoc ſit verum. † No. ẽt, ꝙ ex inſpectione cor-
poris poteſt deprehendi ſanitas, & infirmitas ſicut ætas. ſimile
in quacunque re ſuſpecta poteſt perpendi, an ſit vitioſa, vel nõ,
vt ſup. de can. frum. vrb. Romæ, l. 1. Rectè ergo teſtis deponit
4 de ſanitate alicuius, q dicit ſic eſſe, quia vidi. † No. etiam, ꝙ ſicut
minor ætas probatur, & probari poteſt ꝑ aſpectum, & ex aſpe-
ctu, vt l. minor xxv. annis ex aſpectu. ff. de mino. ita ſimiliter ſe-
5 nectus, vt hic. † Item hęc lex facit ad q. vtrum filio robuſto, & ſa
no nihil operanti poſſit pater denegare alimenta? Hic vr̃ ꝙ ſic,
& in l. ſi qs a liberis, §. ſi vel parens, ff. de lib. agnoſ. quod intellige
ſi ſm conditionem natalium operari non eſſet ſibi verecundia,
Quis enim diceret, ꝙ filijs vnius nobilis diuitis hominis impo-
neret neceſſitas laborandi terram? Certè nullus, nã nos nõ poſ-
ſumus, quod honeſte nõ poſſumus, vt ff. de cond. inſt. l. ſi filius,
& l. nepos Proculo, ff. de verb. ſign. Non ob. hęc lex. quia maior
verecundia eſt publicè mendicare. q̃ laborare. Et robuſtus cor
pore, q publicè q̃rit ſine diſtinctione natalium, cogit̃ laborare,
qñ in tantam miſeriam eſt deductus: non enim eſt ſibi turpe.
Sed ſi alio modo poteſt viuere, vt percipiendo alimẽta a patre,
nõ cogeretur laborare, vt ſupra dixi. Ex his apparet, quare iſta
lex non habet locum in his, qui clam mendicant. Vltimo nota,
quòd tales, qui fingunt mendicitatis cauſas, puniuntur ciuili-
ter, quæ pœna applicatur parti, & ſic delinquunt, & per conſe-
quens debent puniri a Rectore ciuitatis extraordinarie.

De frumento Alexandrino. Rub.

L E X PRIMA.

IN æſtimatione. Arg. pro ſtatutis, quæ dant ſa
larium alicui Officiali ſm q̃-
titatẽ eorum, quæ venire fecerunt in cõi. Etiam in arg. pro
ſtatutis, quæ prohibent nobiles, & Aduocatos, & ſimiles a qui-
buſdam officijs publicis.

L E X II.

1 *Menſuræ Publicæ debent ſignari ſignis publicis.*

1 DIurnos. † Quod menſuræ publicæ ſignis publicis de-
beant ſignari.

De Alexandriæ Primatibus. Rubrica.

L E X VNICA.

1 *Ciuitatis honorabilis melius eſſe mediocrem ciuem, quam maiorem mediocris.*

1 COrporatos. † Melius eſt quem eſſe medio-
crem ciuem vnius notabilis ciui
tatis, & honorabilis, quam eſſe maiorem ciuem vnius
mediocris ciuitatis. hoc dicit.

De iure Reipublicæ. Rubrica.

L E X PRIMA.

1 *Ciuitas, vel Reſpublica, quomodo citari debeat.*

SI quid aduerſus. Si volo citare Remp. non
ſufficit ꝙ citem ſyndicum,
vt no. in l. non poteſt dolo carere, ff. de reg. iur. quod intel-
lige verum, ſi ſyndicus citatus non comparuerit. Eius e-
nim contumacia non noceret Reipublicæ, vt ibi dicitur, ſed ſi
comparuerit, & litigauerit, valet ſententia, vt per totum titu. ff.
1 quod cuiuſque vniuer. no. † Quæro, ergo qualiter citabitur ci-
uitas, vel Reſpublica? Reſpondeo, citando eos, qui ciuitatem re
gunt, vt ff. de cond. & demonſt. l. municipibus, & not. plene de
conceſ. præben. cap. tibi, lib. 6. Et prædicta intelligo in prima cita
tione veniendi ad cauſam: poſtquam vero ab initio citata miſit
ſyndicum, videtur velle, ꝙ per illum non per ſe iudicium litige-
tur, vt l. 1. §. vſuſ. ff. de procurat. ideo ipſa non eſt amplius citanda
ſed ille ſyndicus. pro quo facit de dolo & contu. c. cauſam. & ibi
no. per gl. quæ incipit, no. ꝙ citandus, &c. vbi dicit, quod debet
citari dominus in prima citatione, non procurator, de quo dixi
in l. j. ff. ſi quis ius dic. non obtemp.

L E X III.

1 *Reſpublica quandoque non habetur loco pupilli.*

1 Rempublicam. † In quibuſdam Reſpub. non hr̃
loco pupilli, primo in manumiſ-
ſione ſeruorum, qui non poſſunt manumitti a minore xx. annis
ſed a Repub. ſic, vt s̃. de ſer. reipu. manum. quæ ſer. ad cui. l. 2. Itẽ
etiam quo ad ſecundum decretum, vt dixi in l. 1. s̃. eo. tit. Item
quo ad venditionem mobilium. poteſt enim ciuitas vendere,
etiam ſi debitum non ſubſit. j̃. tit. 2. l. fi.

L E X IIII.

1 *Statutum vtrum ex cauſa poſſit auferre dominium rei meæ.*

1 SI ſecundum. Hæc lex facit in argu. † an ſtatutum
ex cauſa poſſit auferre dominiũ rei
meę, & an poſſit appellari ab eo, quod continetur in ſtatutis.

De adminiſtratione rerum publicarum. Rubr.

No. ex fi. gl. rubr. ꝙ Priores, ꝑ quos ciuitas regit̃ pñt eligere offi
ciales, q ciuitatẽ regant, & negotia Reip. adminiſtrent. facit l. 2.
ff. ad municip. & tetigi in l. obſeruare, s̃. de decu. & ibi no. ꝯrium.

De vendendis rebus ciuitatis. Rubr.

L E X III.

1 *Teſtis ſi ſecundo examinatus dicat ſine iuramento, dico, vt primo dixi, an ſufficiat.*
2 *Renuuciare an poſſit ciuitas legibus dantibus ſolennitatem.*

SI quæ hereditatis. Sufficit, ꝙ ad memoriã
reducatur iuramẽtum,
ꝙ ab initio pręſtant fideliter conſulere, vt hac gl. quæ inci
pit, non tactis. Et ex iſta glo. videtur, ꝙ quis obligetur ſi ꝑ-
mittat, vel dicat aliquid ſub virtute iuramenti præſtiti de præte-
1 rito. † Et iſtud facit, ꝙ ſufficiat teſti in ſecunda examinatione ſi-
ne iuramento dicere, dico vt primo dixi, de quo per Bar. in l. le-
gatis, in prin. ff. de leg. 1. quod ſcripſi in l. iuriſiurandi. s̃. de teſti.
contra hoc videtur tex. extra de iureiur. c. pen. Sol. dico, qñq; iu-
ramentum præteritum comprehendebat illud, de quo agitur,
& tunc loquitur iſta gl. qñq; iur̃m in pręteritum fuit interpoſi-
tum ſub alio. & tunc non valeret tale dictum, promitto, vel di-
2 co ſub virtute præſtiti iuramenti, vt d. c. pen. † Item an ciuitas
poſſet renunciare ſolemnitati huius legis? puto, ꝙ non. Nam s̃.
proxime dicit, non aliter fieri, vt hic dicitur, ita de mun. & c. Sed
legibus loquentib. negatiue, renunciari non poteſt, vt not. per
gl. s̃. ne fideiuſſ. do. den. l. 1. Item legibus dantib. ſolennitatem
non poteſt renunciari, vt l. nemo, ff. de leg. 1. verum tamẽ ſi eſſet
talis ciuitas, quæ habet ius condendi ſtatuta ſecundum ea, quę
dixi in l. omnes populi, ff. de iuſt. & iu. tũc faciendo primo legem
circa modum, & formam alienandi, vel circa ipſam alienatio-
nem, valeret alienatio ſeruata forma legis municipalis, licet di-
ſcreparet ab iſta. caſus eſt in l. prohibere, §. plane, ff. quod ui aut
clam. Vltimo Spec. inducit iſtam leg. ad quæſt. ꝙ in inſtrumẽto
ſyndicatus debeant ſingulariter inferri omnia nomina cõſtituẽ
tium ſyndicum, ibi ſigillatim vnumquemque, &c. vt no. in Spe.
de ſyndico. §. j. ver. Item opp. ꝙ nomina, &c. de quo dixi plene
in l. j. de albo. ſcrib. & extra de procur. c. fin.

De debitoribus ciuitatis. Rubr.

L E X II.

1 *Hypothecam tacitam habet ciuitas aduerſus adminiſtratores.*

APud eos. In debitis annuis, & menſtruis differ-
re ſolutionem dr̃ nociuum debitori.
quia quãtitates minutę ſimul coadunatæ faciunt vnã
magnam quantitatem, cuius eſt difficilis ſolutio, & ſic poſſet ex
1 hoc culpa tutoris, vel alterius adminiſtratoris redargui. † Item
no. hanc vltimam poſitionẽ gl. contra adminiſtratores ciu ta-
tis habet ciuitas tacitam hypothecam, tamen quantum ad hãc
le. non eſt bonus intellectus, Item poteſt fieri ſtatutum, ꝙ hñtes
iuxta lacum magnas poſſeſſiones, cogãtur ad vendendũ ſuam
partem, licet tamen de iure communi ſit, ꝙ quis non cogatur.

Et ꝙ magis dicantur idonei poſſeſſores prędiorum ruſticorũ q̃ vrbanorũ. Nã vrbana ſubiacent maiorib. periculis, vt incẽdij. & facit s̃.de neg.geſt.l.diuortio.& no.ff.ſol.mat.l.2. circa princ.

De periculo nominatorum. Rub.

LEX II.

1 *Teſtis interrogatus quomodo ſcit, deponens, quia tetigit cum manibus, quãuis non eſſet res tangibilis, quomodo intelligatur.*

SI ſucceſſoris. Ad magiſtratus pertinet ſibi ſuc ceſſores nominare. Electio vero pertinet ad conſilium, vt.l.2.s̃.de decur.& hic in gl. Et ꝙ manus porrectio poteſt intelligi tam intellectualiter, quam etiam corporaliter, vt hic in tex.ibi, nominationi manus porrigi.facit j̃.tit.2.l.quoties.& ff.de iure codicil.l. quod per manus.
1 Et ſic eſt arg. pro teſte, qui interrogatus quomodo ſcit: Reſpõdit, quia tetigit cum manibus, licet nõ eſſe res tangibilis, quod referatur ad ſenſum congruum illius rei.

De periculo eorum, qui pro magiſtratibus interuenerunt, Rub.

LEX PRIMA.

1 *Fideiuſſores tenentur Reipublicæ ad intereſſe, non ad pęnam.*
2 *Fideiuſſores hodie tali forma recipiuntur, quod tenentur ad intereſſe, & ad pœnam.*

1 FIdeiuſſores. † Fideiuſſores tenentur Reipub. ad intereſſe, non ad pœnam, in q̃
2 magiſtratus incurrat delinquendo.h.d. Item no. † in l.fi. deiuſſores, ff.de fideiuſſ.hodie tamẽ forma fideiuſſionis tali forma recipitur, vel modo, quod etiã ad pęnam teneretur. promittit.n.intereſſe, & omnem condemnationem, quæ de eo fiet.

Quo ordine quiſquis conueniatur. Rub.

LEX PRIMA.

1 *Officialibus in dubio ſemper officium videtur mandatum in ſolidum.*
2 *Tutor quilibet pro parte ſua conuenitur.*

ET ſi duobus. Per authenticã de duobus reis, nihil eſt innouatum in modo conſtituẽdi duos reos: quia olim, & hodie erat neceſſe agi, quod inſolidum teneretur quilibet, non pro parte, quia ſolum eſt innouatum in modo exigendi, vt no.in l.reos, §.cum tab.ff. de duo.re.& quod not.Inſt.ff.de fideiuſ.§.ſi plures. & tangit in
1 auth.hoc.ita, s̃.de duo.re.vbi gl.† tangit, ſed hic nos loquimur ĩ officialibus, quibus ſemper in dubio vr̃ officium mandatũ inſolidum, vt hic, & j̃.l.prox.ſicuti videmus in tutoribus, quib.in dubio vr̃ in ſolidum mandata adminiſtratio, vt l.ſi præſes, ff.de admi.tut.ff.de exer-l.j.§.ſi duobus, & l.Lucius, §.j.eo. tit. & q̃libet tenetur in ſolidũ, licet per beneficiũ diuiſionis quilibet conueniatur pro parte, vt l.j.§.nunc tractamus, ff.de tut.& rar.diſ.l.j.s̃. de nauic.& ꝑ Cy.s̃.de diui.tut.l.2.cũ ſim.nec hic reperit̃ correctũ per Auth.de duo.re.§.j.& ſic debet intelligi, quod ibi no. ꝑ
2 gl.ꝙ † quilibet tutor cõueniatur pro parte.ſ.per beneficiũ diuiſionis.ſimile videmus in fideiuſſoribus conſtituentibus, & mandantibus, qui omnes tenentur in ſolidum, licet habeant beneficiũ diuiſionis ex epiſtola diui Adriani, vt l.fi.s̃.de cõſt.pec.& Inſtit.de fideiuſ.§.ſi plures.& no.ꝑ gl.in d.§. ſi plures. & dic vt ibi no.& ff.quod iuſſu.l.fi.licet ꝯrium no.ꝑ gl.in l.ſi mãdato meo, §.Paulus r̃ndit, ff.mãd.circa iſtas duas ll.diſtingue, vt no.plene ꝑ glo.s̃.de conue.fi.deb.l.quoniam, & ff.ad municip.l.3.in prin.

Ne quis liber inuitus actus Reip.gerere cogatur. Rubr.

LEX III.

1 *Notarius cogitur exercere officium ſuum.*

SI vt proponis. Duo ſunt hic notanda in gl. Primum, ꝙ ille qui non eſt Nota-
1 rius, non cogitur exercere officium notariatus † Secundum, quod Notarius cogitur exercere officium notariatus. Et de iſto ſecundo tangam inf.de colla.fun. patri.l.placuit.

De his, qui ex officio quod adminiſtrauerunt, conueniuntur. Rub.

LEX VNICA.

1 *Periculum pecuniæ mutuatæ, quando pertinet ad adminiſtrationem Reipublicæ.*

1 FOenoris. † An, & qñ, & qualiter periculum pecuniæ mutuæ ſpectat ad adminiſtratorem Reipub.ſic diſtingue. Quandoque adminiſtrator, qui cõuenitur, fuit ille, qui pecuniam publicam mutuauit, quo caſu, aut adminiſtrator mutuans fuit in culpa, aut non. Si fuit in culpa, aut lata, aut leui: ſi in lata, tunc tenetur ad periculum ſortis, & vſurarum, vt l.fi.1.reſpon.ff.de admin.rer. ad ciui.perti.& ff.de admin.tut.l.ſi tutor. Aut fuit in leui culpa, & tunc tenetur ad periculum ſortis tãtum, vt hac l. & l.Lucius, §.Paulus, ff.ad municip.& l.conſtitutionibus, §.1.eo.tit. Si vero non fuit in aliqua culpa, tunc non tenetur, nec ad ſortem, nec ad vſuras.ita loquitur l.fin.s̃.de debit.ciui.& ff. de neg. geſt. Quandoque non fuit ipſe, qui mutuauit, ſed fuit anteceſſor eius, quo caſu aut ipſe approbauit nomen anteceſſoris, aut non.primo caſu ad ipſum ſpectat periculum, & anteceſſor eſt liberatus, vt l. Titio.§. 1.ff.ad municip.Secundo caſu ad ipſum nullum periculum pertinet, vt l.fi.§.pen.2.reſpon.ff.de admin.rerum ad ciuita.pertin.

De expenſis ludorum. Rubr.

LEX VNICA.

1 *Expenſæ deputatæ ad vnam cauſam, non poſſunt in aliam conuerti.*

1 CVm Pręſes. † Quãdo expenſę deputantur ad vnam cauſam.nõ poſſunt in aliã cauſam conuerti.ibi plene diſtinguitur.

De aquæductu. Rubrica.

LEX IIII.

1 *Vſus, cuius memoria in contrarium non extat, idem operatur, quod licentia Principis.*

1 VSum aquæ. Vſus, † cuius memoria nõ extat in contrarium, idem operatur, quod licẽtia Principis, vt hic, & s̃.l.prox.& C. noua vectig.l. fin.& hęc l.facit ad materiã l.2.s̃.de ſeruitu.& aqua. Et adde notata per Bart.in l.cum neque.s̃.de incol.lib.x.

LEX V.

1 *Reſcriptum iudici incompetenti præſentatum præſumitur ſurreptitium.*

1 SI quis per diuinam. † Quod reſcriptum p̃ſumitur ſurreptitiũ eo ipſo, ꝙ præſentatur iudici incompetenti, vt hac l.cum ſua gl. Item hic etiam no.ꝙ ille, qui ſe intromittit circa ea, quæ ad officium ſuum non ſpectant, punitur vt hic, & s̃. de decur. l. militaribus. & s̃.de off.mag.l.fi.& j̃.de agr.& cenſi.l.immunitatis.

LEX X.

1 *Recognoſcitur quis per ſigna, quę habet.*
2 *Officialis tempore exercitus, non tenetur ire ad exercitum.*
3 *Subrogatus in locum alterius, habet idem priuilegium, ſicut ille, in cuius locum ſubrogatur.*

1 DEcernimus. † Quod per ſigna, quę quis habet, cognoſcitur, de quo dixi in l.ſtigmata, s̃.
2 de fabricen.† Item officialis, qui cũ perſona ſerui non debet ab officio ſuo auelli.& ſic tempore exercitus nõ debet, nec poteſt cogi ire ad exercitum.dixi plene de hoc s̃.de immu.ne.cõce.l.1.
4 † Itẽ no.ex fi.huius leg.ꝙ ille, qui ſubrogatur in locum alterius, habet idem priuilegium, quod ille, in cuius locum ſubrogatur, vt hic, & s̃.de colle.l.1.& s̃.de prox.ſacro.ſcrin.l. cuiuſcunque.

De gladiatoribus penitus tollendis. Rubrica.

LEX VNICA.

1 *Torneamenta an ſint licita.*
2 *Duella non permittuntur.*

1 CRuenta Spec. † an torneamẽta ſint licita, vel prohibita? Glo. hic dicit, ꝙ ſint prohibita. In contrarium videtur tex. in l. qua actione.§.ſi quis in colluctatione, ff. ad leg. Aquil. & ibi no. Sed hodie habemus tex.ꝙ ſint prohibita, de torne. c. 1. & 2.
2 † Item hic glo.colligit arg.ex hac lege, ꝙ duella non permittuntur, & remittit ad notata in d.§.ſi quis alium. Canoniſtæ habent tit.de hoc de cler.pugnant.in duello.

Vt armorum vſus inſcio Principe interdictus ſit. Rub.

LEX VNICA.

1 *Arma portare nemini licet.*

NVllis prorſus Iſta lex habet duas lecturas. ſm̃ primam, Nemini licet arma mouere abſque Principis iuſſu. h. d. Concordat cum hac lege ff.ad leg.Iul.maieſt.l.3.ver. eadem. Hoc fallit hodie in ciuitatibus Italię, quæ ſuperiorem non recognoſcunt & ſic ſunt populi liberi, de quibus loquitur l.hoſtes, ff.de capt. Se-
1 cunda lectura eſt, ſecundum quam breuiter h. d. † Nulli licet arma portare abſque Principis licentia. h. d. Còntra hanc lect. opp.j̃.de præpo.ſacr.cubi.l.fi.lib.12: Solu. pro huius lecturæ declaratione vtrum ſit licitum alicui portare arma, dic vt dixi in Auth.de arm.coll.vj. Vltimo ſcias, ꝙ ille, qui portat arma, pręſumitur in dubio habere malum animum, vt no.gl.in x.collat. de pace tenen.cap.1.§.venator.

De agricolis.& cenſit's colonis. Rubrica.

LEX V.

1 *Ruſticus, qui retinet fundum domini abſque pacto, tenetur præſtare redditus ſecundum qualitatem fundi.*

1 DOmini prædiorum. † Qñ ruſticus retinet fundum meũ nec interceſſit aliqua conuentio de redditu, ꝙ tenetur mihi ad præſtandum redditum ſm prædij qualitatem, non autẽ tenebitur ad præſtandum pecuniam, niſi cõſuetudo aliter ſe habeat. & ad hanc leg. facit ſ. loca. l. exempto. & hanc lectu. tenet Dyn. & ibi quanto tpe hec conſuetudo inducatur, vt in gl. Item ibi dicit notandum ex gl. ꝙ illud, quod põt fieri ꝑ conſuetudinẽ poteſt fieri ꝑ pactũ. idem notatur ſ. que ſit long. conſue. l. 2. alibi habes gl. quæ dicit, quod id, quod põt fieri per legem, poteſt fieri per pactum, vt l. non impoſſibile, ff. d. pact. facit quod ſupra habuiſti in rub. de decr. Decur. lib. x.

LEX VII.

1 *Venire contra factum, & legis interdicta, an & quando liceat venire.*
2 *Error iuris impedit bonam fidem.*
3 *Contra legum interdicta omnes tenentur ad fructus perceptos, & percipiendos.*
4 *Præſcriptio plus poteſt quam pactum.*

1 Quemadmodum. † Quod licitũ eſt venire ꝯ factum, qñ quis venit, ſeu cõtraxit iure prohibente, & ꝯ legum interdicta, vt hic. & ſic ꝯctus eſt nullus. facit ad hoc ſ. de lib. cau. l. 1. & quod no. ff. de adopt. l. poſt mortem. hoc eſt ꝑ publicam vtilitatem, & ad fiſci vtilitatem fit talis reuocatio, ſicuti videmus in œconomo eccleſię vẽdente rẽ ecclæ, vt no. in gl. in §. vlt. in Auth. de non alien. & in l. iubemus, §. ſane, & ibi per Doc. ſ. de ſacroſ. eccl. & ff. de doli excep. l. ſi ꝓcurator, & ibi ꝑ gl. Item no. in fin. l. ꝙ vbi quis ꝯ legum interdicta mercatur, eſt malæ fidei. qđ intellige, qñ ſciẽter mercatur ꝯ interdicta legum. vel dic, vt dicit glo. ꝙ ignorans præſumitur ſciens quo ad præſumptionem. & iſtam ſecundam opi. tenet Dy. in c. qui ꝯ iura, de reg. iur. lib. 6. & gl. 12. q. 2. c. Vulteranę. & intellige de ignorantia iuris, vt no. ꝑ gl. ff. de iuris & facti igno. l. iuris ignorantia. & l. ſed ſi lege, § ſcire, ff. de petit. hæred. & per Dy. in d. c. qui ꝯ iura. & iſtud videtur verius. pro hoc facit, quod habuiſti notatum per gl. ſ. de fide inſtrum. & iure haſtæ fiſc. l. 1. li. x. ꝙ eo ipſo, ꝙ quis contrahit iuris ſolẽnitate omiſſa, præſumitur
2 malæ fidei, vt ibi no. glo. † Et ſic præſupponit gl. iſta ꝙ iuris error dedit bonam fidem, & ſic præſcriptionem. pro hoc eſt tex. cum gl. in l. ſi fur. §. 1. de vſucap. & l. nonnunquam. ff. eo. tit. & ad idem facit l. iur. ignorantia, ff. de iur. & fac. igno. licet ꝯrium teneatur, & male in l. venditor. de vſuc. pro emp. de quo per Dy. in c. poſſeſſor malæ fidei. de regu. iur. lib. 6. Item hic vide, quod not. per Bar. in l. fi. de fundo Reipub. vel ſal. diui. do. ꝙ emẽs ꝯ legum interdicta pretium perdit. Item hic adde notata per Bar. in l. Modeſtinus, in q. 1. ff. de don. vbi tenet, ꝙ cautela, quæ dr̃ in inſinuatione, quod tot ſunt donationes quot ſunt res, non teneat, & ni
3 hil valeat, quia videtur facta in fraudẽ. † Item vltimo per hunc tex. tenet gl. ꝙ ſi quis ꝯ legum ĩterdicta emit, tenetur ad fructus perceptos, & percipiẽdos, nec propter titulum excuſatur, vt no. glo. ſ. de rei vẽ. l. ſi fundum. ff. de peti. hær. l. ſed & partus in prin. & 12. q. 2. c. nõ liceat. & vide ẽt, quod no. per glo. in l. ꝙ in conui-
4 uio, ff. de aleatorib. in gl. magna. † Vltimo no. ex fi. glo. magnæ, ꝙ plus põt præſcriptio, quam pactũ & lex, vt l. longius, ff. de diuerſis, & temp. præſcrip. & l. non ſatis, §. ſi vero per latitudinem, ff. quemadm. ſeruit. amit. & ſ. de ſeruis fug. l. 1. ff. fam. erc. quod dictum no. ad id, quod no. Spec. in tit. de feu. §. 2. quæritur.

LEX XIIII.

1 *Depoſitarius, & commodatarius, qui ſolum detentationem habent, ſi cadãt a poſſeſſione, habent actionem in factum.*

1 Si coloni. † Per hanc leg. dicunt gl. ꝙ ſi aliquis nõ hẽt in re ius dñij, nec habet titulum in re, nec habet ius poſſeſſionis, ſed ſolum hẽt detentionem, vt depoſitarius, & ꝯmodatarius, & cadat ab illa detẽtione, ſubuenitur ſibi pactionem in factum per officium iudicis, vel condictione ex hac lege. ita no. in l. manifeſtiſſimi, §. ſed cum in ſecũda. ſ. de fur. & ff. de cond. furt. l. & ideo, §. fin. Sed certe qđ agatur condictione ex hac lege, iſta lex non probat, qa hæc lex ſubuenit tm̃ ei, qui detinebat: hoc. n. dr̃ hic, & iſtud ẽt tenẽt Doct. in d. §. ſed cum in ſecunda. Sed circa prædicta quæro. Iſta lex & gl. præalleg. loquit̃, qñ poſſeſſio a me poſſeſſa, vel detẽta peruenit ad alium cum vitio. Sed pon[illegible] ꝙ bona fide detinebam, vel poſſidebam rẽ, & peruenit ad te etiam bona fide, an habeam ꝯ te aliquod remediũ? Glo. habes, q̃ dicit, ꝙ habeo condictionem ex hac lege, & ita tenet gl. ſ. de fur. l. in ciuilem. Ad idem facit, qđ no. in l. non tm̃, in prin. ff. de pe. her. hoc idẽ tenet Inn. ꝑ hãc legẽ ꝑ §. ſed ẽt, ĩ Auth. de man. Prin. & in q. j. c. reintegranda. ita no. ipſe in c. ſæpe. de reſtit. ſpol. Sed iſtud vr̃ ꝯ l. ſiue aũt, §. 1. ff. de Publicia. vbi ille, qui nõ hẽt titulum & poſſeſſionẽ, no põt vincere in Publiciana ꝯ eum, qui habet tit. & poſſeſſionem, niſi ſuſtinendo gl. & Innoc. dicamus, ꝙ dictum gl. & Innoc. hẽt locum, qñ agitur ꝯ eum, qui habuit cauſam a fure; & tunc mala fides aliqualiter afficit. authẽ. malæ fidei, ſ. de præſcrip. long. temp. alias ſi non conſtaret, nõ videtur poſſe agi, vt d. l. ſiue autem, §. 1. Et de hoc vide Spec. in tit. de cau. poſ. & proprie. §. j. verſi. quid ſi peto. & ibi Spec. videtur tenere contra opi. glo. & Inno.

LEX XV.

1 *Coloni pro tributis dominiorum inquietari non debent.*
2 *Scholares, & clerici, nulla occaſione debent a ſtudio remoueri.*

1 Colonos. † Exactores non debent inquietare colonos pro tributis, vt ꝑꝑ hoc cogãtur deſerere culturam. h. d. Opp. & videtur ꝙ coloni poſſint cogi ad ſoluendum tributa, vt ſ. eo. l. hi qui, §. fin. Solu. coloni pñt cogi pro terris eorum, non aũt pro terris dñi, vt d. l. hi, q. Opp. ſ. eod. l. oẽs profugi. Sol. dt gl. ꝙ hic loquitur, qñ dñs erat ſoluendo. q. d. ibi non. Sed dic, ꝙ illa lex nullo modo obſtat: nam ibi loquitur in colonis fugitiuis, qui debent pro ſuis terris ſoluere tributa. quo caſu diſtinguitur qs dẽt illud tributum ſoluere fiſco, an ipſi coloni, vel
2 receptantes eos, ꝙ dic, vt ibi dr̃. † Vltimo iſta lex facit pro ſcholarib. & clericis, vt occaſione alicuius extrinſecus non dẽant a ſuis ſtudijs, vel ecclijs auocari. ad idẽ facit ſ. de Epiſ. et cler. l. oẽs.

LEX XVI.

1 *Natus ex homine meo, & muliere non mea, non eſt homo meus.*

Mulier, quæ. Si mulier originaria mr̃imonio cum libero hoĩe ꝯcto liberos ſuſceperit, cum
1 ſobole ſua ad agriculturam eſt reducenda. h. d. † Facit iſta lex ꝙ natus ex homine meo, non tñ ex femina, non ſit homo meus.

LEX XX.

1 *Lites abbreuiari debent.*
2 *Titulus præſumitur ex longa præſtatione.*
3 *Sequeſtratio quando fiat in defectum fideiuſſoris.*
4 *Poſſediſſe continue quando quis probetur.*
5 *Poſſeſſio ſi eſt adeo ſterilis, quando nulli percipiuntur fructus, quomodo probabitur quem poſſediſſe continue.*
6 *Locatio rei, & penſionis perceptio, an probent poſſeſſionem.*
7 *Titulus præſumitur ex longa præſtatione penſionis.*
8 *Sequeſtratio ſi fiat rebus tempore perituris, debent tales res vendi per iudicem, & pretium in ſequeſtro poni.*
9 *Sequeſtratio, ſiue depoſitio pecuniæ, debet fieri in loco publico.*
10 *Collectas, ſiue tributa quis teneatur ſoluere, an dominus, vel colonus.*
11 *Redditus appellatione comprehenditur pecunia.*
12 *Redditus, & fructus, quomodo differunt.*
13 *Seruitia præſtans alicui longo tempore, an ex hoc dicatur homo ſuus.*

Litibus. Iſta lex habet duas partes principales. Secũda ibi hoc de redditibus. Item prima pars habet tria dicta. primum vſque ibi, ſin autem hoc coloni. & hoc vſque ibi, ſi autem redditus. quæ eſt tertia, & durat vſq; ad verſi. ſin aũt moris. ſecunda ibi, & durat vſq; ad ver. ſin autem fideiuſſione. tertia ibi, & durat vſq; ad ver. ſed omni cã. ibi incipit quarta pars.
1 † No. j. ex hac lege, lites abbreuiandas. ad idẽ facit ſupra de iud. l. properandum, & ff. de ope. no. nuncia. l. j. & de do. & contum. c. finem litib. & hoc ad iudicis officium pertinet, l. quidam æſtimauerunt, ff. ſi cert. petat. & hoc ideo, quia nemo põt inuito iu-
2 dice litem protelare, vt l. properandum. † Item no. ex ver. eos tamen. ꝙ ex longa præſtatione præſumitur titulus ad hoc facit. ff. de vſur. l. cum de in rem verſo. de qua materia dic, vt ibi, & dic
3 vt per Cy. in l. ſi certis annis, ſ. de pact. † Item no. caſum, quo fit ſequeſtratio in defectũ fideiuſſoris. ſic no. practicã, ꝙ ſi in caſu permiſſo ſequeſtratio petitur, põt offerri fideiuſſor, vt hic; & ff. qui ſatiſd. cog. l. fideiuſſor, §. fi. licet rl̃r ſequeſtratio ſit prohibita, & vide quod no. per Inn. de ſequeſtr. c. 1. de hoc etiam per Cy. in l. Senatus, ff. de offi. Præſi. in 3. opp. Item no. ex verſi. hoc de redditibus. & in verſi. ſeq. quod licet dñs ſoluat tributum fiſco pro re, de qua eſt contentio inter ipſum & colonum, & eꝯ, non propter hoc fit alteri non ſoluenti præiudicium. non. n. ex eo, ꝙ quis ſoluit collectam, vel tributum pro aliqua re, probat ſe dominum illius rei, vt ſ. de rei vend. l. ſolennibus. l. quæ ſque. de acquiren. re. domin. ff. Opp. dicitur hic, ꝙ præſtatio diuturna prodeſt domino. contra imo videtur, ꝙ preſtatio facta domino ſibi non prodeſt, vt l. cum de indebito, ff. de prob. vbi ſi mulier eſt minor, vel ruſticus, oportet ꝙ recipiens probet iuſte recepiſſe. dicit gloſſ. ibi accepit ſimul, & paruo tempore, hoc eſt x. annis. vel ibi ſoluens erat negligens, hic non. Sed aduerte, vt hic dicit glo. hic loquitur in vna præſtatione, quæ eſt facta lõgo tempore, ſcilicet, an etiam vel in futurum ſoluere cogat̃. ſed contraria loquitur de vna præſtatione, & quæritur an ſoluens ſibi præiudicet, quoad ſoluit tm̃. quo caſu diſtingue, aut ſoluens eſt minor, mulier, vel ruſticus, aut maior, & diligens, vt hic dicitur. Et no. id, quod dicit glo. in 4. ſol. quod hic ille, qui ſoluebat, erat ſapiens, ibi non, quod videtur falſum vt infra dicam. Secdo op. & vr̃. ꝙ ſequeſtratio fieri non poſſit, vt l. j. ſ. de prohi. ſeque. pec. Sol. ſpeciale eſt hic. vide, qđ no. per Innoc. de ſeque. poſ. & fru. c. j. Tertio oppo. ad ver. ſin autem. hic innuitur, quod primo conueniatur fideiuſſor, quam principalis. Contra in auth. de fideiuſſ. §. 1. Solu. dicunt quidam hanc leg. corrigi. vel aliter, & econtra quidam eſt expromiſſor, qui ſe obligat vt principalis, quo caſu Auth. de fideiu. locum non habet, vt no. glo. in d. auth. Circa hoc vide in x. q. conſtit. quando tertius ſimpliciter promittit

mittit, dare debet an cenſeatur vt principalis, vel vt fideiuſſor.
4 † His præmiſſis iſta lex in verſ.eos tamen.allegatur per Doct. ꝙ
q̃n quis vult probare,ꝙ aliquis continue poſſedit, ſufficit ſi pro-
bet,ꝙ quolibet anno fructus,& redditus recolligit,non.n.debet
ſtare quolibet momento in fundo, vt l. ſi quis ita legauerit, in j.
char.ff.de cond.& demonſtr.de hoc dixi in l. Celſus, ff. de vſuc.
& hoc tenet Spec.in tit.de prob.§.j.verſi.item quæritur. facit ad
hoc ff.de vſur.l. Titia,de quo ēt no. per Dyn. in l.j. ſuper verbo,
ſimpl̃r,ff.ſol.matr.& vide circa hoc,qđ no.ꝑ Ia.de Are.in proœ.
Cod.& qđ no.ꝑ Roff.in libel.in tit.de confeſſoria.& vide qđ no.
Doc.in l.ſuper longi,ſ̃.de præſ.lon.tēp. & qđ no.gl.12.q.4.c.vo-
lumus, pōt ēt alio modo probari continua poſſeſſio, vt not. in
5 d.l.Celſus. † Sed circa hoc q̃ro,q̃d ſi poſſeſſio eſt ſterilis, ex quo
non percipitur fructus,qualiter ꝓbetur,ꝙ qs eā poſſideat? Vide
l.arboribus,§.de illo,de vſufruc. Et quod dr̃ de fructibus, intelli
gas,niſi alius poſſideat,qa tunc non probaretur, quem poſſide-
re, licet ipſe percipiat fructus, vt ff. de acquir. poſ.l.quamuis, §.
quod not. Sed per quantum tempus debet ceſſari in ſolutione
penſionis,vt perdatur poſſeſſio? vide per Inno. in c.literæ tuæ.de
dila. Sed quantum tempus perdatur poſſeſſio, & qualiter? vide
6 Inno.in c.querela,de elect. † Vides ergo,quod ex fructuum per
ceptione probatur, vtrum quis poſſideat quid de perceptione
penſionis,ſi aliquis locat rem, & penſionem eius percepit,an ex
hoc probetur,quod poſſideat? tex.eſt quod non,in l.quamuis,ff.
de acq.poſ.ad idem videtur tex.in c.inter dilectos, circa fi.de fi-
de inſtr.& glo.tenet per iſta iura in c.cum Bertold.de re iud. In
cōtrariū vr̃ tex. hic,vbi loquitur de redditu,ſiue præſtetur in pe
cunia,ſiue in ſpecie.pro hoc eſt glo.ord.in l.qui vniuerſas,§.qđ
per colonum,ff.de acquir. poſ. vbi gl. vr̃ velle,ꝙ ex perceptione
penſionis probetur poſſeſſio. Item de hoc not. in l. antep. ff.qb.
mo. vſuſfr. & per Cy. in l. quædam mulier,ff.de rei vend.& per
Cy.in l.2.ſ̃.de acq.poſ.ego dixi vobis in d.§.quod per colonum.
Sed quantum ad præſens,ego ſic dicerem. Quandoque quis ha
bet ſolum inſtumentum locationis, & de perceptione penſio-
nis non conſtat, & tunc ex ſola locatione non probatur poſſeſ-
ſio,& ita pōt intelligi d.c.inter dilectos. Quandoque quis habet
inſtrumentum locationis, & de perceptione penſionis cōſtat,
& tunc q̃nque eſt certum alium poſſidere rem, quam ego loca
ui, & tunc illa perceptio penſionis me poſſeſſorem non conſti-
tuit,& ita loquitur l.quamuis,§.j.ff. de acq. poſſ.& ibi de hoc ēt
dixi, & ita intelligitur dictum c.cum Bertoldus. de re iud. quod
patet, quia allegat d.l. quamuis, §. 1. & iſto caſu poteſt intelligi
c.inter dilectos. Quandoque non conſtat alium poſſidere rem,
quam locaui: & tunc receptio penſionis probat poſſeſſionem.
ita loquitur d.l. qui vniuerſas, §. quod per colonum, & in hoc
7 verſi. † Item no. ꝙ ex longa præſtatione præſumitur titulus, ēt
ſi ſoluens non ſit homo diligens: loquitur.n. in ruſtico,& ſic vr̃
tex.contra glo. quæ eſt in l.cum de in rem verſo,ff.de vſur. quæ
glo. reſtringit illam leg. quando ſoluens eſt homo diligens. &
ēt vr̃ ꝯdictum Doct.in l.ſi certis annis,in x.q. ſ̃. de pac.glo.tñ hic
in 2.q. vr̃ velle ꝯrium, cui glo. vr̃ fortiter obſtare iſte tex. vide tñ
hoc,quod no.Spe.in tit.de reſt.ſpol.§. nunc dicamus,verſ. por-
ro.Tertio inducitur iſte tex. a ꝯrio ſenſu,ꝙ ſi emphyteuta ſtetit
per longiſſimum tp̃s,ꝙ penſionem non ſoluit,ꝙ pōt per præſcri
ptionem ſe tueri ꝯ dñm,vel eccleſiam,vt hic,de qua q.dic, vt in
Spec.in tit. de loca.§.nunc aliqua.verſi. 44. & ibi ad hoc allegat
8 hunc tex. † Vlterius no.tex.ibi,ſin autem redditus. ibi, dum di-
cit fructuum.quod q̃n fit ſequeſtratio de fructibus,ſeu de rebus
quæ ſunt tempore perituræ,ꝙ debent tales res, ſeu fructus ven-
di,& pretium in ſeqneſtro poni,& etiam quando capitur tenu-
ta ex primo decreto.tex.eſt no.hic,& in l.fin.§.j.ff. de requir. re.
& ff.de priui. cred.l. ſi magiſtratus. facit ad hoc l.is cui, § quæri
poteſt, ff. vt in poſ. leg. Vides etiam hic, ꝙ venditio fit per iudi-
cem. quod tene menti. Ad idem facit d.l. ſi magiſtratus. Item
9 no.in verſic. ſin autem fideiuſſione. ꝙ quando fit ſequeſtratio,
vel depoſitio pecuniæ,debet fieri in loco publico, vel in loco ſa-
cro,vt hic,& in l.acceptam,ſ̃.de vſu. Circa quod vide quod no.
10 glo.in cap.j.de ſequeſtra. poſſeſ. & fruct.in Clemen. † Item no.
in verſic.hoc de redditibus,& verſi. ſeq. ex quo habes,quis de-
bet ſoluere rributa,ſeu collectas, an dñs, vel colonus? & de hoc
vide notata in l.j.ſ̃.de anno.& trib. & idem dicit glo.eſſe in deci
mis,vt q̃nque dñi, q̃nque coloni præſtent, ſm ꝙ conſuetudo re
quirit.dic,vt in gl.ſuper verbo,moræ. Sed pone,ꝙ ſtatutum eſt,
quod de omnibus reddit ib. ſoluatur gabella.contingit,ꝙ loca-
ui pro centum Floren. Colonus percipit frumentum, & de eo
ſoluit gabellā,an ego dñs teneor ſoluere de florenis? certe non,
quia ſoluta eſt de fructib.fundi,vt de hoc plene no. in l.vectiga-
11 lia,ſ̃.de vect. † Vlterius no.de ſignificatione huius verbi,reddi-
tus, vt comprehendat pecuniam,vel ſpeciem ſi penſio eſt in pe
cunia tātum,vt no.in gl.Inſt. loca §. adeo.Et de iſto verbo, red-
12 ditus,vide in l. Paulus.§. hæres.ff. de vſur. † Et quæ ſit dr̃ia inter
redditum, & fructum,uide quod no.in Spec.in ti.de emphy.§.
nunc aliqua,uer.cuius.& in tit.de feudo,§.1.uer.18.Quæro,qua
liter formabitur libellus in condictione ex hac lege? Vide pri-
mo qđ no. Doct.in l.ſi certis annis.ibi,iuxta hoc quæro,&c. me-
13 lius in Spec.in tit.de cen.§.nunc dicendum.verſ.eꝯ q̃nq;. † Vl-
timo And.de Baru.formauit talem q̄ō. Aliquis longo tp̄e, vel
longiſſimo ſeruitia mihi fecit, nunqd ex hoc dicatur hō meus?
& tenet ſm Mar.de Fano,ꝙ requiratur tp̃s 30.vel 40.ann.nam
longum tp̃s non ſufficit,& de hoc vide vt no. per Mar.de Fano,
in tit.de Homagio,in 1.& 2.q.in Spec.de reſt.ſpol. §.nunc dica-
mus.verſ.porro.pleniſſime in tit.de feu.§.1.ver.tertio quæritur.
de qua quæſt.tāgitur per gl.ff.de vſur.l.cum de in rem verſo.vbi
gl.tenet vnam opi.Sed ꝯrium illius gl.no. ſ̃. de ingen. & manu.
l.2.circa quod vide quod no.Doc.in l.ſi certis annis,ſup.alleg.in
8.q̄ō.ꝙ circa prædicta vide,quod no.gl.in l.ſolent,in fi. ff. de off.
Procon.& leg.& in l.j.& ibi de hoc,per Guil.de Cu.& qđ no. ꝑ
Rofr.in tit.de act.& ex ſtipu.præſump.& p̄ſcri.long.temp. & qđ
no.gl.de cenſi.c.peruenit,& ad hoc allegat ibi hanc leg. Vltimo
vide,quod notant Doct.per hanc l.ſ̃.vbi in rem actio.l.2.in 7.q.
& vide,ad quid allegetur hæc lex per gl.de conſue. c.fin. in ma-
gna glo. Vltimo no.tex.in ver.ſin autem,in feudo quod ſit in tu
to collocādum;quia facit pro eo quod tota die dicitur, ꝙ q̃n vir
vergit ad inopiam,quod dos eſt in tuto collocanda.

L E X XXI.

1 *Acta coram Tabellione, an dicantur fieri in iudicio.*

1 Cum ſcimus. † Hic habes vnam notabilem glo. ex
qua colligitur,ꝙ id,quod fit corā Ta
bellione,dr̃ fieri in iudicio,ſicuti ſi fieret coram Iudice quā glo.
no.pro eo,qđ no.ſ̃.de iure fiſ.l.inſtar.& quod ibi dixi. Sed gl. vr̃
tenere ꝯrium in l.penul.ſ̃.de libera.cau.vbi plura uide. Sed circa
hoc adde,quod no.in 8.q. ꝙ ea, quæ ſunt geſta in inſtrumento
guarentigiato, dicuntur geſta in iudicio. Item circa hoc adde
no.per Bar.in l.ſi finita,§.Iulianus, ff.de damno infec. quod ſoli
Notario poteſt fieri relatio nuncij,& inſtrumenta produci, dū-
modo poſtea iudici fiat notum.

L E X XXII.

1 *Ius ſibi dicere quomodo intelligitur.*

1 Cum ſatis. † Quod in omnibus caſibus,in quibus dr̃,
ꝙ quis poteſt ſibi ius dicere, intelligēdum
eſt,ſi deeſt copia Præſidis,ut l.generali, & quod ibi no. ſ̃. de De-
cur.prout hic intelligit gl.& idem tener hic And.de Barulo.

De capitatione ciuium cenſibus eximenda. Rubr.

L E X V N I C A.

1 *Dictio quoque,debet includere.*

1 Plebs. † Dictio quoque,habet includere, ut hic, & in Au-
then.de non alien.§.ipſos quoque.

In quibus cauſis coloni cenſiti dominos accuſare
poſſint. Rubr.

L E X P R I M A.

1 *Iudex an, & quando pronunciare poſſit de futuro.*

QVisquis. Quod q̃n aliquis timet, ne offendatur
ab aliquo in perſona,uel rebus, poteſt
Iudicem adire ut prouideat,ne offendatur in futurum.
arg.huius l.ad idem facit ſupra,qui ad eccle.confug.l. denūcia-
mus.& ibi tangitur per Cyn.& plene per Guil.de Cun.in l.illici
tas.§.ne potentiores.ff.de offi. Præſi.& facit ad hāc l.in eo, quod
1 hic dicit,ꝙ iudex † pronunciat de futuro,puta ne ſic faciat in fu
turum,qđ no.per gl.ff.de iud.l.non quemadmodum, & ſup. de
ſen.quæ ſine cer.quan.pro.l.1.& Inſti.de actio.§.præiudiciales.in
gl.magna in fi.quod no.gl.& Inno.in c.auditis,de proc.

De fundis limitrophis,& terris,& plaudibus, & paſcuis limi-
taneis,uel caſtellorum. Rub.

L E X P R I M A.

QVicunque. Si non licuit facere caſtrum ad
æmulationē alterius ex forma,vel
ex pacto ſtatuti,an iam vetera,& ante facta caſtra liceat
ſaltem incaſtellare,& reparare,de hoc plene no.Inno. in c. Piſa-
nus.de reſt.ſpol.

L E X III.

1 *Officium prorogatum an dicatur nouum.*
2 *Feudum an dicatur nouum, ſi felonia propter quam feudum perditum erat, erat, fuerit remiſſa.*
3 *Iudicium quando dicatur nouum.*
4 *Arbor renata, & domus refecta, an dicantur noua.*
5 *Nouitius quis dicatur.*
6 *Libellus emendatus, an dicatur nouus.*

Agros. No. hic qualiter noua tangunt vetera. Et hic ad-
de notata per Bar. in rub. ff. de ope. no. nunc. quæ
1 dicatur noua. † Sed an officium prorogatum dicatur nouum,
dic quod nõ, vt no. Bal. in l. eum qui, §. iudicare, ff. de iuriſd. om.
iud. & per Bar. in l. 2. in prin. ff. de dam. infe. & ibi docet cognoſci
2 nouum a veteri. † Sed an remiſſa felonia propter quam feu-
dum erat amiſſum, dicatur nouum, vel vetus. Bar. in l. quod di-
3 citur, ff. de impenſis. in res. do. fac. dicit, quod antiquum. † Sed
quando dicatur nouum iudicium, vel continuatum, vide per
4 Cy. in l. Iulianus, ff. qui ſatiſdare cogantur. † Sed an arbor rena-
ta, & domus refecta dicantur nouæ? dic, vt no. Bar. in l. damni, §.
ſi is qui, ff. de dam. infec. & in l. j. §. ſi quis ædificium, ff. de ope. no.
nuncia. Sed quando per finitionem primæ inſtantiæ præſuma-
tur cauſa mutata, vide per Bart. in l. qui bona, §. ſi quis ſtipula-
5 tus, ff. de dam. inf. † Sed quis dicatur nouitius, vide in l. fi. §. quo-
6 ties, ff. de publica. † Sed an libellus emendatus dicatur nouus li-
bellus, dic, vt notat Bal. in l. edita. ſupra de edendo.

De paſcuis publicis, vel priuatis. Rubrica.

LEX PRIMA.

1 *Cenſus noui vti non poſſunt ex forma ſtatuti conſtitui, ita non poſſunt veteres augeri.*

1 CVm nulla. † Sicuti noui cenſus non poſſunt imponi puta ex forma ſtatuti, vel aliter; vt de cenſi. c. prohibemus; ita non poſſunt veteres cenſus augeri, vt hic, & d. c. prohibemus, quod dic, vt ibi per glo. & vide quod notatur, de præb. c. auaritiæ.

De fundis patrimonialibus, & ſaltuenſibus, & emphyteuticis, & eorum conductoribus. Rub.

LEX PRIMA.

1 *Emphyteuta priuatus an poſſit donare irrequiſito domino.*
2 *Emphyteuſis an poſſit priuato per legatum transferri irrequiſito domino.*

SI quis. Quę ſit dñia inter emphyteutam publicum, &
1 priuatum, † & an emphyteuta priuatus poſſit
donare dño irrequiſito, glo. tenet quod ſic per hanc l. ſed
2 latius limitat, vt dicit hic. † Et etiam an per legatum poſſit em-
phyteuſis priuato transferri domino irrequiſito, de quo per Ia.
de Are. in l. ſi damus, §. fi. ff. de leg. j. & plenius in l. in conuentionalibus, ff. de verb. oblig. & in Spec. de emphy. ver. cxij.

LEX III.

1 *Penſio in emphyteuſi propter ſterilitatem non remittitur.*

1 Quicunque. In contractu emphyteuſis propter ſterilitatem penſio non remittitur, vt hic, licet ſecus ſit in locatione ſimplici, vt l. ex conducto, §. cum quidam. ff. locati. & l. licet, ſupra loca. & de loca. c. propter. Et quod in contractu emphyteuſis non poſſit peti remiſſio mercedis tenet Spec. in tit. de emphyteu. §. nunc aliqua, quod intellige niſi ipſa res pereat, vt l. 2. ſupra de iure emph.

LEX XII.

1 *Emphyteuta perpetuus habet vtile dominium in re emphyteuticaria.*

1 Poſſeſſores. † Perpetuus emphyteuta habet vtile dominiũ in re emphyteutica, vt hac l. in fin. ad idem facit ſupra eo. l. fundi, & infra de fun. rei pri. l. 1. & infra de loca. prædiorum ciuilium l. fi. facit quod no. ſupra eod. ſuper rub. ſuper verbo conductorib. quod tene menti, propter quod no. glo. ſi ager vect. vel emphy. pe. l. j. in fin. vide cum hoc, quod not. Spec. in tit. de emphy. §. nunc aliqua, ver. xlv.

LEX XIIII.

1 *Præſcribi poteſt dominium rei patrimonialis.*
2 *Præſcribi non poteſt ſolutioni decimarum.*
3 *Præſcribit ſibi ius emphyteuticum ſoluens rem vt emphyteuticam, per totum tempus xl. annorum.*
4 *Præſcriptionis exceptio impedit litis conteſt.*

1 Iubemus. † Dñium rei patrimonialis principis pręſcri
bitur ſpatio xl. an. Itẽ no. in hac lege ꝙ licet
pſcribatur dñiũ rei patrimonialis, tñ ſolutionib. canonicis nullo
tpe præſcribitur, vt hic, & s. de præſcrip. 30. ann. l. cõpetit. Iſtud
2 vr ꝯ id quod dr in l. litib. s. de agric. & cenſi. † Et ſic facit hæc lex
ꝙ ſolutioni decimarum non poſſit præſcribi, de quo dic, vt no.
de præb. c. quanta, & 3. q. 2. §. j. in gloſſ. quæ incipit, hoc tacite, &
vide quod no. de deci. c. de ma. & quod no. Doct. in d. l. com-
3 petit † Vlterius per hanc leg. tenet gl. ꝙ ſi aliquis poſſidet rem, vt
emphyteuticam per tempus xl. annorum, & canonem ſoluit,
præſcribitur ius emphyteuticũ ita ꝙ præſumitur, ꝙ ſit emphy-
teuta, vt no. gl. s. de iure emphy. in gl. magna, in fi. de quo dic, vt
no. per Iac. de Are. in l. cõpetit, s. alleg. 4. q. & in Spec. de emphy.
4 §. nunc aliqua, ver. 44. & ver. 162. † Vltimo no. tex. in fi. princ. ibi
vt omnib. ex quo habes ꝙ exceptio præſcriptionis impedit lit. ꝯteſt. de quo dic, vt dixi in l. tranſacta, ff. de ver. ſig. & l. conquerebatur ff. iud. ſol. & in l. fin. ff. pro. ſuo.

De mancipijs, & colonis patrimonialium, & ſaltuenſium & emphyteuticorum fundorum. Rub.

LEX PRIMA.

1 *Colono quando debeat ſtari.*

COgnouimus. Habens fundum patrimonia
lem in emphyteuſin a fiſco,
1 tenetur ſtare colonis quibus fiſcus locauerat. h. d. No. ca
ſci fauore. de qua materia dic, vt no. per Cy. in l. emptorem, ſupra loca.

LEX IIII.

1 *Coloni fundorum derelicta cultura ad militiam ſe tranſtulerunt, & facti ſunt veterani, non reuocantur: alias ſecus.*
2 *Milites noſtri temporis qui dant operam culturæ poſſunt exauctorari.*

1 Super patrimonialium. † Coloni fundorũ
ſi derelicta cultura ad aliquam militiam ſe transferant, ſunt de militia ad culturam ꝓpriam reuocandi, niſi ad militiam traſlati facti ſunt iam
2 veterani. † No. ex hac l. contra milites noſtri temporis qui dant
operam culturæ agrorum, quod poſſunt exauctorizari ſecundum And. de Barulo, quia in eis arma militaria defuerant.

De collatione fundorum patrimonialium, & emphyteuticariorum. Rubrica.

LEX XIII.

1 *Onera quis ſubire tenetur ſecundum vires patrimonij.*

OMnes qui. Emphyteuta fundi patrimonialis totum poſſidet, vel pro parte ſi in parte poſſidet, debet agnoſcere munera pertinentia ad
1 ipſos fundos pro ea parte, quam poſſidet, h. d. Not. † quod quis
tenetur ſubire onera ſecundum vires patrimonij.

LEX IIII.

1 *Emphyteuta ſi velit ſoluere pro pluribus annis, an teneatur dominus recipere.*

1 Placuit. † Emphyteuta volẽs ſibi prouidere, ne ob canonem non ſolutũ res incidat in commiſſum, vult ſoluere ꝓ plurib. annis, an dñs canonẽ teneatur recipere, & hic videtur tex. ꝙ ſic, ibi in tex. dum dicit, & quantum habuerit, & hoc idẽ tenet per hanc leg. Spe. in tit. de emphy. §. nunc aliqua, ver. 33. dicit tamen, quod ſi eccleſia non vult recipere, quod nõ cogitur, vt ipſe no. in ver. 33. & Mar. de Fano in tract. de iure emphy. in x. q. vide quod no. Dy. in l. ſtatuliberi. §. Stichus, ff. de fideic. liber. & l. in eum, quæ alias incipit, l. Iabolenus, ff. de annu. lega. & ibi dixi, & no. per Doc. in l. 2. in fi. s. de iure emphy. & vide ẽt quod ibi no. & in l. ſi certis annis, s. de pac. Item per iſtam l. tenet glo. ꝙ ſi non eſt actum quo tempore ſoluatur penſio, pt emphyteuta ſoluere penſionem in tribus vicibus, dummõ ante calendas Ianuarij, vt hic dicitur, ita no. gl. in l. 2. in gl. pe. s. de iure emphy. & quod etiam tenet Spec. in tit. de emphy. §. nunc aliqua, ver. 88. Sed ſi velles aliud tenere, poſſes ad hanc legẽ reſpondere, & eã intelligere, vt no. gl. in l. quidam æſtimauerũt, ff. ſi cer. pe. & de hac q. dic vt no. p Cy. in l. eodem. s. de loca. & per glo. in l. genero, §. inter locatorem, ff. loc. & no. de loc. c. potuit, fecerit in chirographo, & c. quia facit in arg. quod no. In tex. ibi, ſi moram, cogitur facere inſtrumenta, vt hic, & dixi, s. de tabula. l. generali. licet aliqñ excuſetur, videlicet propter contractuum multitudinem, vt in Auth. de tabel. circa med. colla. 4.

LEX V.

1 *Theſaurarij, & Monetæ conſeruatores ſi monetam paratam ad vnum negotium habeant, & expendunt in aliud, puniuntur.*

1 Per omnes. † Theſaurarij & conſeruatores monetæ ſi pecuniam paratam habent ad vnum negotium, & expendunt in aliud, puniũtur, vt hic, & s. de fru. vrb. Conſtan. l. 2. & ibi dixi. Item iſte tex. facit ꝙ in maleficijs inſit naturalis obligatio. Item ineſt ei conſenſus, vt hic dr, ad idem tex. cum gl. l. 1. §. beſtias, ff. de poſtul. & eſt glo. expreſſa in l. ſi ſeruus, ff. de his qui no. infa. & tangitur per Iac. de Bel. in Auth. de non alienan. §. quia vero.

De fundis rei priuatæ, & ſaltibus diuinæ domus. Rub.

LEX I.

1 *Ementes a communi ciuitatis res bannitorum non tenentur eas reddere exbannitis.*

Vni-

VNiuerſi. Fiſco alienante rem,non poteſt res reuocari, ſed perpetuo penes ipſum, vel eius ſucceſſores debet res permanere,h.d.Iſta lex facit in arg.ad q.quod emptores qui emerunt a communi iſtius ciuitatis res bannitorum,ſeu exbannitorum ſolenniter venditas, non teneantur exbannitis reddere pp capitula pacis, de quo dic vt plene dixi ſupra de fi.inſtru.& iur.haſt.fiſ.l. quæcunque.

LEX II.

1 *Cenſus non augetur de cultura, ſeu induſtria poſſeſſoris rei augmentatæ.*

1 Hi quos. † Augmentata re cenſuali cura,& cultura,ſeu induſtria poſſeſſoris non debet cenſus augeri, vt hic.ad idem facit ſupra de paſcuis pub.l.j.& ſupra de præd.nauicul,l.2.& eſt ratio,ne vt diligentes &c.vt dicit tex.ſupra de alluuio.& palu,l.fi. Si vero augmentetur ex alia cauſa, tunc ſic, vt no.in c. prohibemus de cenſib.

LEX IIII.

1 *Defendere debet Imperator res eccleſiæ.*

1 Vniuerſi fundi. † Ad Imperatorẽ ſpectat defendere res eccleſiæ,& hoc facit contra Imperatorem Carolum.

LEX VII.

1 *Emens contra legum interdicta perdit pretium.*

1 Nemo. Emens † cõtra legum interdicta perdit pretium vt hic,& l.quemadmodũ,ſupra de agri, & cenſi.

De fundis,& ſaltib. rei dominicæ. Rub.

LEX PRIMA.

1 *Paſcuis alienis immittens animalia an ea perdere debeat.*

1 SI quis ouium. † Imittens animalia in paſcua principis,animalia perdit,& procurator fiſci, qui pretio accepto in hoc conſentit,grauiſſime punitur. h. d. Not. contra dantes damnum in terris Cluſi Peruſij cum beſtijs,vt perdant beſtias, & deueniant in cõmuni.

De diuerſis prædijs,vrbanis, & ruſticis & templo.& ciuitatum, & omni redditu ciuili. Rub.

LEX III.

1 *Muros reficere poteſt ciuitas, vel caſtrum Principe conſulto.*

REſtaurationi. Numquid ciuitas vel caſtrũ poſſit ſibi facere vel reficere
1 muros. † dicit hic glo. ꝙ ſic,principe conſulto,vt ff. de rer.di.l.antep.§. muros.Sed gl.intelligit,quod priuato non licet facere,vel reficere principe, vel præſide inconſulto, vt ibi,ciuitatum,vel caſtellorum,Sic alibi no.gl.ꝙ ſi ipſa ciuitas faciat,vel reficiat muros,requiratur principis authoritas,ita no.s. de operib. publicis,l.opus,& glo. Et vide de hoc vt ibi dixi.

LEX VI.

Hac in perpetuum. Pone caſum in hac lege prout ponit gl. 1.& eſt clara.Ex fi.huius leg.no.gl.arg.pro priuilegijs antiquis renouandis, de quo habuiſti glo.in Aut.de hæredi.& Fal.§.j.& ibi dixi.

De locatione prædiorum ciuilium, vel fiſcalium ſeu templorum,ſiue rei priuatæ, vel dominicæ. Rub.

LEX I.

COngruit. An pferatur emphyteuta ceteris emptoribus, cum dñs,qui dedit rẽ in emphyteu. m velit vendere ius ſuum, ſ. proprietatis, iſta lex eſt in ar.quod ſic. In contrariũ ꝙ dñs poſſit vendere ius ſuũ cui voluerit, vt infr.l. proxi.ver.ſane quia,de qua q. dic vt plene no.in Spec.de emph.§.nunc aliqua. ver.93.

De conductoribus,& procuratoribus,ſiue auctoribus prædiorum fiſcalium, & domus Auguſtæ. Rub.

LEX PRIMA.

1 *Offenſa, quę fit a familiari grauior eſt illa, quę fit ab extraneis.*

1 COnductores. † Grauior eſt offenſa illa quæ fit a familiari, quã illa quę fit ab extraneo,& per hoc plus punitur delictum conſanguinei quam extranei,vt patet per totum titulum,de parri.Item qualiter exponatur verbum,domus,i. aliquem de domo.

De collatione fundorum fiſcalium,vel rei priuatæ, vel dominicæ,vel ciuitatum,vel templorum. Rubr.

LEX II.

1 *Ambaſiatores ferre debent literas ſuæ ambaſiatæ.*

PAlatinos. Quando mittuntur Officiales debent habere literas,vt hic,& ſup. de manda.
1 prin.l.1.† Et iſtud facit pro ambaſiatoribus,vt debeãt ferre literas ſuæ ambaſiatæ,de quo dixi in l.fi.ſup.de leg.& s. de decur.l.ſi quis decurio.

De priuilegijs domus Auguſtæ, vel rei priuatæ, & quarum collationum excuſationem habent. Rubr.

LEX IV.

1 *Strata quomodo differt a via.*

1 ABſit. No. verbum ſtratę, in tex. & idem habes in decretal.de immunitate eccleſiarum c. inter alia.Et quid ſit ſtrata.Et quid differat ſtrata a via, habes ff.de via pub.l.1.in fin.

De cupreſſis ex luco Daphnes, vel Perſeis, vel per Aegyptum non incidendis, vel vendendis. Rubr.

LEX PRIMA.

1 *Emens contra legum interdicta perdit pretium.*

SI quis. Emens arbores,& cupreſſos exiſtẽtes in Aegypto,punitur pœna quinque lib.auri, & eadem pœna punitur vendens,h.d.No.tex.ibi, non minore diſpẽdio,hoc facit ad no.per Iac.But.in l.gñali, §.j.s. de inſtit. & ſubſti.Item hic adde l.2.§.proinde,ff.de eo ꝙ cer.loco, ꝙ qñ aliqua ſic ſe habent,ꝙ ſunt inſeparabilia.Cui competit vnum,competit & aliud.Item ad deſtructionem antecedẽtis ſequitur deſtructio conſequentis,vel eõ potius,vt l.duob.§.exceptio,ff.de iureiur. Item quando præiudicium vnius ſit præiudicium alterius,
1 vide in l.ſi duo patroni,in prin.ff.eo.tit.† Itẽ hic adde no.in l.fi.s. de fun.reipub. Reſp.ꝙ emens ꝯ legũ interdicta perdit pretiũ, qa hic vr caſus expreſſus,ꝙ ſi ſtatuto cauetur,ꝙ nulli ſit licitũ emere frumentum ſine licentia ſub certa pœna,& de venditore nihil expreſſe dicitur, ꝙ nihilominus habet locum in venditore, vt incidat in eandem pęnam,vt hic, pro hoc facit quod dicimus de contractibus reſpectiuis,quia vna parte contractus reſpectiui ſoluta,totus contractus reſoluitur.ff.de reſcind.vendi.l. cum emptore,& ff.de accep.l.fi.& pro hoc etiam ſupra de indi.vidui.tol.l.fin.vbi ſtatuta in muliere, intelliguntur ſtatuta de viro, hic non ſunt alia.

FINIS.

HL 43/10

Buchbinderei Seidler
Inh. A. Fischer - Freiberg/Sa.
24. Okt. 2006
RAL-RG 495
- säurefrei -

X SBB
N12<147582140010

BALDI VBALDI PERVSINI IVRISCONSVLTI

Omnium ſuæ tempeſtatis celeberrimi, ingenio acutiſſimi, ſenſuque profundiſſimi.

In vij. viij. ix. x. & xj. Codicis libros Commentaria.

ALEXANDRI IMOLEN. ANDREAE BARB. Celſi, Philippiq; Decij adnotationibus illuſtrata,

Nec non Summarijs, & Indice vno verborum, ac rerum locupletiſsimo, vniuerſas Digeſt. Cod. ac Inſtit. materias complectente, cum PACTORVM etiam ac CONSTITVTI eiuſdem Authoris Tractatibus, in ſtudioſorum gratiam exornata.

Hac poſtrema editione ſummo ſtudio, ac diligentia ab innumeris erroribus vindicata.

VENETIIS, Apud Iuntas. M. DC XV.

Staatsbibliothek zu Berlin
Preußischer Kulturbesitz